12409345 2
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Estante B
Tabla 50
Número 78

N
157(4)

R. 38.888

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

REGIAM CANCELLARIAM

Regentis in Regia Audientia Cathaloniæ

DECISIONES

CANCELLARII & SACRI REGII

SENATUS CATHALONIÆ,

SIVE

PRAXIS CONTENTIONUM

& Competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum ſuper reciproca in Laicos & Clericos Juriſdictione:

TOMUS QUARTUS.

EDITIO NOVISSIMA PRIORIBUS ACCURATIOR & correctior, prætereà aucta Indicibus Argumentorum & Rerum Notabilium locupletiſſimis.

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

VENETIIS, MDCCXXVII.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

REGIAM CANCELLARIAM

Regentis in Regia Audientia Catalonie

DECISIONES

CANCELLARII & SACRI REGII

SENATUS CATHALONIE.

SIVE

PRAXIS CONTENTIONUM

& Comperentiarum Regiorum Inclyte Corone Aragonum

super reciproca in Laicos & Clericos Juridictione:

TOMUS QUARTUS.

EDITIO NONISSIMA PRIORIBUS ACCURATIOR

& correctior, præterea multis Indicibus Argumentorum & Rerum

notabilium locupletissimis.

VENETIIS, MDCCXXVII.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

CENSURA NOBILIS D. D. HIERONYMI DE MAGAROLA

D. Loci dels Quadrells, Vicariæ Cervariæ, in Civitate Barcinonenſi olim Interpretis, poſteà Aſſeſſoris, & Advocati Fiſcalis in Regio Conſilio Bajuliæ Generalis, & in Officio Magiſtri Rationalis, deinde in Regia Audientia Civili Conſiliarii, nunc verò Tertiæ Aulæ Doctoris, & Bajuliæ Generalis Conſultoris.

ULTIMUM iſtud Deciſionum volumen, inſcriptum ſcilicet: *Deciſiones Reverendi Cancellarii, & Sacri Regii Senatus Cathaloniæ, pro recto contentionum & competentiarum Regnorum inclytæ Coronæ Aragonum ſuper juriſdictione Eccleſiaſtica in Clericos, & Laicos, & juriſdictione ſæculari in Laicos, & Clericos*; quod mirabili artis ingeniique ſolertia elucubratum, ac omnigenis Juris Utriuſque floſculis eruditè contextum, licèt nondum publicam in lucem editum, nobis reliquit, dum vita functus deceſſit Nobilis D. D. Michael de Cortiada Regiam Cancellariam in hoc Cathaloniæ Principatu Regens; juxta Catholica S. Fidei decreta mihi expendendum commiſit Admodum Reverendus Simon Fiter J. U. D. offi. tum & Vic. Gener. Illuſtriſſimi D. D. Benedicti Ignatii de Zalazar Epiſcopi Barcin. Regiique Conſiliarii, &c. Et quantumvis nedum ampliſſimo ex ìpſius tanti auctoris nomine, quo ipſe, per univerſam terrarum intercapedinem, dignoſcitur celebrandus; verùm etiam luculentiſſimis ex Juriſprudentiæ voluminibus, quæ mirandis prorſus æqui, juſtique ſplendoribus coagmentata, in commune omnium gentium, Regnorumque emolumenta Vir ille undequaque conſpicatiſſimus univerſo jampridem Orbi exhibuit; in dubium revocari neutiquam poſſit; quin omnium oculis latè pateat, tum & ipſo univerſorum ſenſu ingenuè conjectetur, quàm incorruptis ſapientiæ documentis, Ultimus iſte Tomus exornatus eluceat; quanta verborum, ſententiarumque caſtitate refulgeat expolitus; quanto optimarum lumine doctrinarum excultus emicet; quàmque accuratiſſimè ſecundùm Sacrorum Inſtitutorum, morumque correctiorum lumina caſtigatus ſplendeat; illum tamen quanta libet mihi fas fuit oculorum, animique propenſione lubenter perlegi, ſtudioſiſſimèque luſtravi; ut dum præfatam exequerer commiſſionem, ſuaviſſimos ſapientiæ fructus, quibus affluenter eſt liber iſte reſperſus, non excerperem modò, verùm & quantocyus deguſtarem. Sed mirum quidem quàm amara mihi ceſſerit hæc voluptas; nam cùm hoc opus planè ſelectum, tamquam prolem poſthumam, & auguſto ſui latè Venerandi Parentis jamdiù ſolamine deſtitutam percurrerem, acerbiſſimè quidem refricabantur aſperrima penitus doloris vulnera, quæ intimis meis inhæſerunt viſceribus, cùm iniqua nimis mortis feritate depreſſus, è vivis Mecœnas ille tam celebratus deceſſit. Nec omninò fieri potuit; quin oculi denuò redirent in luctum, quem nondum depoſuerant, & in lacrymas quas nondum abſterſerant; cùm mœſta dudum præcordia in gemitus, & ſuſpiria, quæ nondum extinxerant, atrociùs rurſus erúmperent. Cùm enim tot annis tametſi in diverſis Regii hujus Aulis Senatus ornatiſſimo huic Heroi adjunctus ego comes aſſederim; eò durius ex ejus lapſu doloris ictum ſuſtinui; quò antiquiùs, & conjunctiùs omnes mihi familiaritatis cauſæ ſecum intercedebant. At luctuoſiſſimam præter huic adverſitatis acerbitatem, quam ex lucidiſſimis hujus ſideris occaſu perpeſſus fueram, meum quidem moleſtiùs agitabat animum immanis ille dolorum impetus, qui ferociter in dilecta omnium hujus Regii Senatorum Senatus corda deſævit, cùm in medio noſtrum eruditiſſimum illud caput elanguit: quantum enim præſidium nobis ereptum ſit; quantum decus, & ornamentum Senatui huic noſtro ſublatum, dum Vir ille tam famigeratus occubuit; nemo profectò neſcit, cui vel prima iſtius rei veritas innotuerit. Diceſſit ille naturæ legibus ut pareret: at omnia quidem contra benevolentiæ fœdera nos deſtituit Socius charior, Collega dilectior, ampliſſimus utique Senator ille, de quo juſtiùs quàm d: Cicerone dubitaret Cauſſinus, *An ipſe totus ex Juriſprudentia, an ex ipſo Juriſprudentia eſſet confecta*. Tanta namque floridiſſimo in illo ingenio Juris Utriuſque ſcintillabat peritia; tam fecunda rerum legalium eruditio; tam profunda in controverſiis diſſolvendis ſubtilitas; tantum in agendis cauſis ſplendor; ut, juxta Macrobii dictum: *Non poſſet intelligi illius profunditas ſine Divini, & humani juris ſcientia*. Certè quod de Homero canebat Horatius, idem nos de hoc Egregio Mecœnate meritiſſimè quidem dicere poſſumus.

Cau. in ſua Rhe. lib. 1. cap. 62.

Macr. lib. 3.

Quid, quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Criſippo & Crantore dicit.

Sed ut cum Hieronymo loquar: *Hujus ingenii ſuperfluum eſt indicem texere cum Sole clariora ſint ejus opera*; de quibus profectò operibus non ab re dicere debemus.

D. Hier. in Cathal. Script.

Sidera ſunt nobis merſo hæc ſolatia Sole.

Verum quidem; nos etenim quodammodo ſolantur luculenta tanti Senatoris ſcripta & dolorem, quo carere non poſſumus, quia illum amiſimus, aliqualiter lenire vi-

dentur; quandoquidem illa in ipsis hilariter intuemur doctrinarum sublimia monumenta, quibus ille sese toties omnibus exhibuit admirabilem: nec parum profecto est, tantum ab ipso nobis pignus fuisse relictum; satis enim prodigiosa videri debet illa generosa serenitas, qua ab ipso tot forensibus negotiis implicato, tot Senatoris rebus addicto: *Nascentes ibant in sæcula libri*; sed quid mirum! Vir erat talis, & tantus, ut ad sublimia solùm facinora procreatus existimetur; testatur equidem nobilis ascensum generositas, qua multiplices per celebriorum numerum gradus advectus, potenti meritorum impulsu excelsum ad Regentis culmen evasit.

Claudian. de man. Theodo.; Sed altiùs, & illustriùs res tota patebit; si cum Claudiano asseramus, nihil in hoc unquam Viro fuisse desiderandum.

Quo virtus animo crescat, vel splendor honore
Culmen utrumque tenet, talem se protinus anni
Formavere rudes, & dignum vita Curuli
Traxit iter, primæque senes cessere juventæ.
Jam tunc canities animi jam dulce loquendi
Pondus, & attonitas sermo qui duceret aures.
Mox undare foro victrix opulentia linguæ.
Tutarique reos; ipsa hæc amplissima sedes
Orantem vidit, mox laudatura Regentem.

O Virum omnium collaudationum præconio longè dignissimum! O Collegam in omnibus, & per omues omninò dilectum! O Senatorem! At sileat lingua, quòd cordialis affectus, neu tiquam silere nos sinit. Jam verò Censoris ut muneri satisfaciam, tale de hoc libro judicium facio, ut vero verius censeam dignissimum esse opus, quod ab umbra ad Solem, à privatis parietibus ad forensem lucem, non quidem ad exigui temporis prædicationem, sed ad memoriam Præclarissimi Doctoris sempiternam emittatur. Barcinonæ die 2. Maji Anno 1692.

D. Hieronymus de Magarola.

APPROBATIO, ET JUDICIUM NOB. D. PETRI DE AMIGANT

Minoricensis, olim in Lyceis interpretis: in Consistoriis Togato splendore emicantis, posteà Regii Consiliarii in tertia Aula, Fiscique Advocati Regiæ Curiæ: nunc iterata hujus muneris, rerumque Criminalium dimissione admissa à Consilio suæ Majestatis in Regia Audientia Civili Principatus Cathaloniæ, atque in sancto Fidei Prætorio Consultoris.

ANCIPITI affectu librum hunc, hanc *ultimam partem Decisionum Admodum Rev. Cancellarii, & Sacri Regii Senatus Cathaloniæ, Auctore* perennis nominis Heroe, immortali litterarum Archimagistro *Nob. D. Michaele de Cortiada, olim Regente Regiam Cancellariam in Regia Audientia Cathaloniæ* collustravi, introspexi; emittente Admodum Rever. D. D. Michaele Joanne de Taverner & Rubi Regio Consiliario, ac Cancellario in eodem Regali Consistorio. Incerto, ut ajebam, animi motu accepi, hinc in mœrorem submersus, hinc ad exultationem propensus. Dolorem renovavit triste tumulati Conditoris spectaculum: nam quis talia comminiscendo temperet à lacrymis? Occidit Tribunalium Elucidarium, oppetiit doctrinarum Areopagus, sed parum expressi; cecidit Jurisprudentia ipsa ingenti emoriente *Cortiada*. Proh lamentabile facinus! Nec præmio luctu locutus videar, namque inficias ibit nemo omnium hunc Præceptorem existimari, inter nostrates res est nota, mihi experimento agnita, non enim diffiteor quantum ab Auctore affluenter edisce re per diutinum tempus potuerim, inter exteros incompertum non relinquitur quot laudibus ejus volumina excolantur, sed & arctiùs premit anxietas, quandoquidem præmissis adjungun tur tot ab eo in me benevolentiæ dispersa argumenta, quorum nusquam immemor reddar; at adhuc præhabitis additur conflictibus Censoris in opus me munere nunc fungi, si quidem Solis radios examinanti potiùs obcœcari infœliciter contigit, quàm illustrari faustè accidat; sed luge, luge nec magnum à Parca ereptum *Cortiada* fari possumus, nec Censuræ ejus Volumen subjici. Resurgit meritis illius funerata memoria, ardent cineres viventium venerationis splendore, sed interminatus exurgit æterno fruiturus monumento, sic etenim ex vivido, vel ut melius promam, ex vitali ejus tumulo, veluti ex animato Phœnicis cinere favillæ in violas, in virentia, & niventia lilia mors ipsa refloresceret, ut cum Persio admirans repetam:

Satyr. 1. *Num non è manibus illis*
Num non è tumulis, fortunataque favilla
Nascuntur violæ?

Proin-

Proinde præclarè dixit Vegetius: *Unius ætatis esse quæ fortiter fiunt, quæ verò pro utilitate publica scribuntur æterna manere.* Et ante eum Seneca: *Non annorum numero, neque spatio ætatis terminari fortium hominum vitam, sed laudis, & famæ, perpetuæque posteritatis immortalitate.* Et ad similem scopum cecinit Horatius: 2. de re militar. Declamat. 262.

Dignum laude virum Musa vetat mori
Cœlo Musa beat. Ode 9. lib. 4.

Illacrymari igitur solùm propter gaudium possumus impræteribilis per Eximium *Regentem* adeptæ laureolæ, ut retulit Plutarchus de Minutio, qui à servitute liberatus ad suum Romanum devenit exercitum: *In lætitiam tota Castra effusa sunt, ut præ gaudio militibus omnibus lacrymæ manarent.*

In posthumo igitur congratulari opere oportet, quo Thomidis soboles; seu tanti Regentis enascitur; imò ipse dum *moritur*, *oritur*, Virgilii testimonio confirmante surget:

Sylvius, Albanum nomen tua posthuma proles,
Quem tibi longævo servum Lavinia conjux
Educet sylvis Regem, Regumque parentem. Æneid. 6.

Ubi Commentarii objciunt: nam si longævo Æneæ natus est Sylvius, vivo igitur mortuus profertur, quem nedum ut dissolveret Apollinaris longævum interpretatur pro immortali, & perpetuo futuro: Sic enim habetur de hominibus rectis, & summis: *Visi sunt oculis insipientium mori*; vel dicamus de Viro, nedum undequaque docto, Sap. 3. verum etiam sincera virtute prædito, Abel: *Defunctus adhuc loquitur*, loquitur in cœlis Pauli ad Heb. ep. 11. irradians (ut piis, ac non levibus fundamentis credimus) Divinæ contemplationi Majestatis, loquitur in terris sanctas docens sententias, loquitur Olympii cinis ab omni erroris labe immunis, loquitur in hac regione degentibus solida asserta firmans; ergo jam non crisis in niventem, non censuræ subditum Auctorem reperimus, sed mortalitatis triumphatorem sublimem novo libro compacto, prorsus conspicuo, undique illæso, hoc meum est votum blanditiis procul prolatum, ut Cassiodorus inquiebat: *Dicam liberè, dicam affectuosè, quod sentio.* Quo circa concludendo judicium hoc esto jucundum, ac serium, hæc scriptis typis mandanda censeo. Barcinonæ 15. Februarii 1692. Lib. 3. ep. 4.

D. Petrus de Amigant.

NOI RIFORMATORI
dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Michaelis de Cortiada, Decisiones Cancellarii & Regii Senatus Cathaloniæ, Tomi Quattro*, non esservi cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 15. Gennaro 1726.

(Carlo Ruzzini Kav. Proc. Rif.
(Andrea Soranzo Proc. Rif.
(Z. Piero Pasqualigo Rif.

Agostino Gadaldini Secret.

INDEX

INDEX
ARGUMENTORUM DECISIONUM,
Quæ in hoc Quarto Tomo continentur.

DECISIO CCXX.

AN laici ementes frumentum, vinum, oleum, & alios fructus, seu res ab Ecclesiis, seu personis Ecclesiasticis teneantur solvere gabellas emptoribus laicis impositas. pag. 1.

DECISIO CCXXI.

An Clerici venditores frumenti, vini, olei, seu aliorum fructuum possint in se retinere illud quo plus vendunt prædictas res ratione gabellæ ab ementibus laicis solutæ, & teneantur restituere ad æqualitatem, quidquid correspondet ad partem gabellæ, & an pro restitutione conveniendi sint coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 8.

DECISIO CCXXII.

An laici ementes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus à Clericis possint compelli per judicem sæcularem ad solvendam gabellam Civitatibus, Villis, & Oppidis. 11.

DECISIO CCXXIII.

An Clericus tutor, curator, seu administrator laici, qui onus tutelæ, curæ, seu administrationis sponte à judice sæculari susceptit pro reddenda ratione administrationis, tutelæ, seu curæ, & reliquorum restitutione, sit conveniendus coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 14.

DECISIO CCXXIV.

An Clerici admissi ad officia sæcularia, si in eis deliquerint, gaudeant, vel non, privilegio fori Ecclesiastici, & sic puniendi per judices Ecclesiasticos, vel sæculares. 17.

DECISIO CCXXV.

An armis possint spoliari Clerici per judices, & Officiales sæculares. 24.

DECISIO CCXXVI.

An arma portantes in Ecclesia sive sint laici, sive Clerici possint illi spoliari per Judices sæculares. 31.

DECISIO CCXXVII.

An Clerici reperti prohibitam venationem, aucupationem, vel piscationem, exercentes avibus, vel canibus, aut aliis prohibitis instrumentis à Judicibus, & Officialibus sæcularibus spoliari possint. 33

DECISIO CCXXVIII.

An cadaver defuncti occisi sepultum in Ecclesia, seu Cæmeterio possit exhumare judex sæcularis, inconsulto superiore Ecclesiastico, ut constet de corpore delicti. 38.

DECISIO CCXXIX.

An empara in pecuniis, rebus, seu bonis mobilibus Clerici penes laicum existentibus. Et contra, an empara in pecuniis, rebus, seu bonis mobilibus laici penes Clericum existentibus, fieri debeat per judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. 43.

DECISIO CCXXX.

An Clerici teneantur contribuere, & per quem judicem sint compellendi ad solutionem expensarum pro interitu, & extinctione locustarum per suum judicem Ecclesiasticum, vel per judicem sæcularem. 48.

DECISIO CCXXXI.

An judex Ecclesiasticus casibus in quibus potest procedere contra Clericos, possit facere executionem sententiæ contra eos latæ absque imploratione auxilii judicis sæcularis. 58.

DECISIO CCXXXII.

An judex sæcularis casibus in quibus potest procedere contra Clericos, possit facere executionem sententiæ contra eos latæ absque imploratione auxilii judicis Ecclesiastici. 62.

DECISIO CCXXXIII.

An delegatus teneatur inserere in prima citatione tenorem suæ delegationis, vel commissionis. 68.

DECISIO CCXXXIV.

An judex Ecclesiasticus procedens contra laicum in causis Civilibus per censuras Ecclesiasticas & non prius cum mulctis, & pœnis pecuniariis teneatur procedimenta revocare. 71.

DECISIO CCXXXV.

An laicus non denuntians vigore litterarum monitorialium conveniendus sit in Curia Ecclesiastica, vel sæculari. 75.

DECISIO CCXXXVI.

An Clericus possit capi per judicem sæcularem, quando contra eum delictum committit. 82.

DECISIO CCXXXVII.

An judex sæcularis possit ingredi domum Clerici, & tam cognoscere, ac inde extrahere laicos malefactores, & executiones facere in bonis laicorum ibidem repertis absque assistentia judicis Ecclesiastici. 84.

DECISIO CCXXXVIII.

An Clericus diffamator in causis diffamationum, seu jactatorum remedio, *l. diffamari, C. de ingenuis, & manumissis*, vel *l. si contendat, ff. de fidejussoribus*, possit per laicum diffamatum conveniri coram judice sæculari. 86.

DECISIO CCXXXIX.

An causa recursus interpositi à laudo per Clericum lato debeat tractari coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 94.

DECISIO CCXL.

An Dominus Rex possit in Cathalonia concedere litteras manutenentiæ, & illis stantibus procedere contra Clericos de turbationibus & spolio. 99.

DECISIO CCXLI.

An Clericus in interdicto possessorio rei profanæ, sive recuperandæ, sive retinendæ conveniendus sit à laico coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 106.

D E.

INDEX.

DECISIO CCXLII.

An Clericus conveniens laicum in causa merè civili, coram judice sæculari possit reconveniri per laicum actione merè civili coram judice sæculari. 109.

DECISIO CCXLIII.

An Clericus de juribus, & impositionibus receptis, & exactis à vassallis laicis teneatur reddere rationem in Curia sæculari Officii Magistri rationalis. 124.

DECISIO CCXLIV.

An eleemosynæ, seu stipendia pro celebratione Missarum, si non solvantur, peti debeant coram judice Ecclesiastico, vel coram judice sæculari. 130.

DECISIO CXLV.

An dotis constituendæ, vel restituendæ causa tractanda sit contra laicum coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 135.

DECISIO CCXLVI.

An judex sæcularis habeat arbitrium in prolatione sententiæ si vicinus cogi potest ad vendendum domum, vel feudum, pro constructione, reædificatione, vel ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii. 142.

DECISIO CCXLVII.

Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Archiepiscopi, Episcopi, & aliæ personæ, tam Ecclesiasticæ, quàm sæculares, quo titulo illustrentur, & decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis. 167.

DECISIO CCXLVIII.

Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Archiepiscopi, Episcopi, & aliæ personæ, tam Ecclesiasticæ, quàm sæculares, quo titulo de urbanitate decorentur. 169.

DECISIO CCXLIX.

An Cancellarius Cathaloniæ condecorari debeat titulo dominationis, vulgò *Senoria*. 175.

DECISIO CCL.

An Regens Regiam Cancellariam, & Doctores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ possint & debeant decorari titulo dominationis, vulgò, *Senoria*. 179.

DECISIO CCLI.

An Fiscus trahat quoscumque, & quascumque causus ad suum forum. 183.

DECISIO CCXLII.

An Fiscus trahat personas Ecclesiasticas ad suos judices fiscales. 186.

DECISIO CCXLIII.

An Dominus Rex cognoscat in Cathalonia in petitorio, & possessorio de beneficiis sui Regii patrimonii, & de eorum dotibus, & redditibus inter Clericos, & Ecclesiasticas personas. 188.

DECISIO CCLIV.

An Dominus Rex cognoscat in Cathalonia de beneficiis vacantibus per promotionem ad Episcopatum. 197.

DECISIO CCLV.

An Dominus Rex in Cathalonia possit sequestrare fructus, & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium sui Regii patrimonii, sequestrorumque nominatio, & deputatio ipsius Regis sit. 201.

DECISIO CCLVI.

Fiscus, ut possit trahere etiam personas Ecclesiasticas in causis civilibus ad suos judices Fiscales, debeat constare plenè, vel semiplenè de ejus interesse, vel sufficiat, quòd agatur de interesse illius, & possit ei fieri præjudicium, & sic lædi Regium patrimonium. 204.

DECISIO CCLVII.

De materia præcedentium Decisionum 252. 253. & 255. tractatur. 207.

DECISIO CCLVIII.

An bona intestatorum tamquam vacantia Fisco quærantur, & applicentur, & an de eis cognoscat judex Ecclesiasticus, vel sæcularis. 211.

DECISIO CCLIX.

Quis sit actor, vel quis sit reus in nuntiatione novi operis, an nuntians, an nuntiatus, ut sciatur coram quo judice Ecclesiastico, vel sæculari de ea tractandum sit. 219.

DECISIO CCLX.

An Clericus super servitibus urbanis ad petitionem laici sit conveniendus coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 225.

DECISIO CCXLI.

An causa minerarum, venarum, seu fodinarum auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum in fundo, seu prædio Clerici, seu Ecclesiasticæ personæ inventorum tractanda sit contra Clericum, & personam Ecclesiasticam coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 228.

DECISIO CCLXII.

An contra laicos ludentes aleis, vel contra præstantes Domum ludentibus possit procedere, aut non, judex Ecclesiasticus. 232.

DECISIO CCLXIII.

An Episcopus possit fulminare censuras contra mulieres portantes vestes supervacuas, & nimis sumptuosas, sibi ad libidinem provocantes. 244.

DECISIO CCLXIV.

An concubinarii, concubinæ, ac inhonestè viventes cogendi sint, ut concubinatum dimittant, & honestè vivant per judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. 248.

DECISIO CCLXV.

An sacrilegus sit puniendus à judice Ecclesiastico, vel sæculari. 257.

DECISIO CCLXVI.

An invasor rerum Ecclesiæ seu bonorum patrimonialium Clerici sit conveniendus coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 265.

DECISIO CCLXVII.

An laicus injuriosa verba dicens Clerico sit conveniendus coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 268.

DECISIO CCLXVIII.

An judex Ecclesiasticus habeat territorium ad capiendos, & puniendos Clericos, & quid quoad laicos in criminalibus. 272.

DECISIO CCLXIX.

An laicus absolutus, vel condemnatus pro delicto mixti fori per judicem Ecclesiasticum possit iterum molestari, inquiri, & puniri per judicem sæcula-

cularem. Et è converso, an laicus absolutus, seu condemnatus pro delicto mixti fori per judicem sæcularem possit iterum molestari, inquiri, & puniri per judicem Ecclesiasticum. 275.

DECISIO CCLXX.

An Clericus missus in possessionem alicujus hæreditatis, aut illi facta est solutio pecuniæ auctoritate judicis sæcularis ad instantiam tertii oppositoris possessionem revocare, aut pecuniam solutam avocare volentis sit conveniendus coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 277.

DECISIO CCLXXI.

An laicus effectus Clericus, vel beneficium obtineat, vel assumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, aut sit Monachus, seu Religiosus Ordinum Militarium post commissum delictum, sit puniendus à judice Ecclesiastico, vel sæculari. 280.

DECISIO CCLXXII.

An Clericus si delicto commisso fit laicus puniendus sit per judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. 286.

DECISIO CCLXXIII.

An laicus effectus Clericus pro obligationibus, & debitis sit conveniendns coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 287.

DECISIO CCLXXIV.

An Clericus post obligationes contractas, si fiat laicus, conveniendus sit coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 292.

DECISIO CCLXXV.

An res litigiosa coram judice sæculari in Clericum alienata, mutet statum, & cursum litis in præjudicium actoris, ut causa possit continuari, fierique sententia, & exequi per judicem sæcularem contra Clericum emptorem rei litigiosæ. 295.

DECISIO CCLXXVI.

An revenditio rei emptæ cum pacto de retrovendendo facienda sit per viduam tenutariam bonorum mariti, vel per filium ejus hæredem, etiam Clericum pertineatque cognitio ad judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. 310.

DECISIO CCLXXVII.

An causa districtus inter Clericum, & laicos tractanda sit coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 318.

DECISIO CCLXXVIII.

An manumissores, seu executores Testamenti, seu ultimæ voluntatis defuncti pro debitis piæ causæ hæredis institutæ, sint conveniendi coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 331.

DECISIO CCLXXIX.

An manumissores, & executores Testamentorum pro redditione computorum seu rationum suarum manumissoriarum, seu administrationum sint conveniendi coram judice Ecclesiastico, vel sæculari. 334.

DECISIO CCLXXX.

An Auditor tabulæ Testamentorum, sive judex Ecclesiasticus ab Episcopo nominatus possit aliquod salarium accipere à manumissoribus, & executoribus ratione executionis, examinis, & definitionis ultimarum piarum dispositionum. 339.

DECISIO CCLXXXI.

An manumissorum, & executorum piarum causarum defunctorum subrogatio facienda sit per judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. 342.

DECISIO CCLXXXII.

An Clericus in minoribus etiam Beneficiatus factus miles sæculi gaudeat privilegio fori Ecclesiastici, vel sit conveniendus coram judice sæculari. 345.

DECISIO CCLXXXIII.

An decimæ debeantur de pecoribus, & ubi sint solvendæ, earumque cognitio spectet ad judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. 347.

DECISIO CCLXXXIV.

An bona, quæ fuerunt Principis vulgò dicta de Realenco, aut feudalia, vel emphyteuticalia possint alienari, & transire in manum mortuam absque Principis, vel domini directi auctoritate, & licentia, & absque eo, quòd sint amortizata, & si super his oriatur contentio inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, ad quem cognitio causæ pertineat. 351.

DECISIO CCLXXXV.

An Episcopus, cùm Civitatem suam ingreditur, vel ad visitationem accedit, recipiendus sit sub pallio, umbella, sive baldachino, *vulgò Debaxo de palio*. 359.

DECISIO CCLXXXVI.

An Episcopi in eorum domibus possint habere tegmen, tucellum, sive baldachinum, *vulgò Dozel*. 364.

DECISIO CCLXXXVII.

An Episcopus possit dare audientiam sub tegmine, tucello, sive baldachino, *vulgò Dozel*. 367.

FINIS.

DON

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

REGII SENATORIS,

& Fiſci Advocati Patrimonialis.

DECISIONES

Cancellarii, & Sacri Regii Senatus

CATHALONIÆ,

PRO

RECTO USU CONTENTIONUM

& Competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum, ſuper Juriſdictione Eccleſiaſtica in Clericos, & Laicos.

TOMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

An laici ementes frumentum, vinum, oleum, aut alios fructus, ſeu res ab Eccleſiis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis teneantur ſolvere gabellas emptoribus laicis impoſitas.

SUMMARIUM.

1 *An laici ementes frumentum, vinum, oleum, aut alios fructus, ſeu res à Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, an teneantur ſolvere gabellas emptoribus laicis impoſitas, numero* 1. *Eſt magna controverſia inter Doctores, numero* 2. *Prima eſt opinio negativa, numero* 3. *Secunda eſt opinio affirmativa, numero* 5. *Tertia eſt opinio Conciliatrix, numero* 13. *Quarta eſt opinio etiam Conciliatrix numero* 14. *Quinta eſt opinio pariter Conciliatrix, numero* 15. *Sexta eſt opinio ſimiliter Conciliatrix numero* 20 *Septima eſt opinio pariformiter Conciliatrix, numero* 31. 33. 37. 38. 39. & 40. *Sed ſecunda opinio affirmativa ſervatur in praxi numero* 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. & 48.

4 *Ementes à fiſco an teneantur ſolvere gabellam, opinio negativa, num.* 4. *Opinio affirmativa, n.* 6. *declara, n.* 32. & 37.

7 *Ementes à Magnatis, Baronibus, & aliis privatis perſonis Immunitatem conceſſam habentibus, ut pro fructibus ſuorum prædiorum gabellam non ſolvant, nihilominus hujuſmodi Immunitas non comprehendit ementes fructus illos, ſed gabellam ſolvere debent.*

8 *Laici coloni partiarii Eccleſiæ, & Clericorum pro parte Colonica gabellas ſolvere tenentur, n.* 8. *Declara, n.* 16.

9 *Laicis conductores fructuum Eccleſiæ, & Clericorum gabellas ſolvere tenentur.*

10 *Religioſi, & alii Eccleſiaſtici privilegium habentes non ſolvendi decimas de agris, quos propriis manibus, vel ſumptibus colunt, decimas de illis ſolvere debent, quos aliis colendos tradunt, quod an verum ſit, vide ibidem n.* 10.

11 *Argumentum valet de decima ad gabellam, & è contra.*

12 *Laici vendentes res ſuas Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, ac aliis exemptis gabellam ſolvere tenentur, ac ſi aliis laicis venderent.*

17 *Gabella, ubi altercatur, an ſit ſolvenda vel non, recipit interpretationem à conſuetudine, quæ*

ſervanda eſt, & juxta eam exactio gabellæ regulatur, n. 17. & 18.

19 *Conſuetudo ſolvendi vel non ſolvendi gabellas quomodo probetur, & an libri gabellariorum probent quem eſſe exemptum vel non ab onere gabellarum, ut ex illius inſpectione verificetur Immunitas, vel obligatio ſolvendi gabellas, remiſſivè.*

21 *Immunitas, exemptio, & libertas Eccleſiarum, & Clericorum à gabellis, ſi eſt realis, comprehendit emptores laicos, ut fruantur exemptione, libertate, & Immunitate ſolvendi gabellas.*

22 *Immunitas, libertas, & exemptio conceſſa Eccleſiis, & Clericis ab onere ſolvendi gabellas an ſit realis, aut perſonalis, affirmant aliqui quòd ſit realis, n. 22. ſed quòd ſit perſonalis, n. 23. & 30.*

24 *Immunitas, & libertas fiſci ab onere ſolvendi gabellas eſt perſonalis.*

25 *Privilegium exemptionis, à ſolutione decimarum eſt perſonale, & non reale.*

26 *Immunitas, libertas, & exemptio ab onere ſolvendi gabellas ſemper præſumitur perſonalis, & non realis.*

27 *Immunitas, exemptio, & libertas ab onere ſolvendi gabellas quando dicitur realis, n. 27. & 28. Et quando perſonalis, nu. 29.*

34 *Gabellæ onus quando dicitur annexum contractui, ſeu actui venditionis, n. 34. & 35. Et quando actui prorſus ſeparato, n. 36.*

DECISIO CCXX.

1 UTrùm laici ementes frumentum, vinum, oleum aut alios fructus, ſeu res à Clericis ſeu perſonis Eccleſiaſticis teneantur ſolvere gabellas em-
2 ptoribus laicis impoſitas? Et magna † controverſia inter Doctores, ut ait Cutel. *de Immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 49. nu. 7.* Et in ea ſunt diſcordantes Sententiæ, refert Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt. 15. nu. 17. de conſtitut.* Et Doctores inter ſe controvertunt, nam alii affirmant, & alii negant, ut tradit Cyriacus *controver. 687. nu. 3. tom. 4.* Et adeò eſt controverſa, ut ſit poſita in opinionibus Doctorum, quorum aliqui unam, alii aliam opinionem ſectantur, ut inquit Font. *dec. 301. n. 24. & dec. 302. n. 18. in fine & dec. 304. n. 3. in fine par. 2.* Taliter quòd Senatus Panormitanus videns rem eſſe difficilem, & periculoſam, novit imponere gabellam vino, quod laici emebant à Clericis, ut refert Diana *reſol. moral. par. 1. tract. 2. reſol. 49. aliàs 48. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 245. nu. 8. in fine*, Et ex eo Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt. 49. nu. 26. de conſtitut.* Cutel. *lib. 2. de Immun. Eccleſ. 49. nu. 15. verſic. At quia*, Fontanella *deciſ. 305. nu. 26. part. 2.* Ideoque omnia in omnibus opuſculis meis ſcripta, & ſcribenda, ſubmitto cenſuræ, & correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, contra cujus Immunitatem, & libertatem nec volo nec intendo ſcribere, pro ut in propoſito hujus quæſtionis fecit Noguerol *allegat. 38. n. 61.* Et proteſtatur Fontanella *dec. 302. n. 18. par. 2.*

3 Prima eſt opinio negativa; quòd laici ementes frumentum, vinum, oleum, ſeu alios fructus, & res à Clericis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis non tenentur ſolvere gabellas emptoribus laicis impoſitas. Tum quia Clerici ſunt liberi, immunes, & exempti ab onere ſolvendi gabellas, *ut latè probavi deciſ. 205. à nu. 2. & dec. 204. à n. 1. hac par. 4.* Non ſolùm directè, ſed etiam indirectè, *dixi dec. 202. n. 15. hac par. 4.* Et ſi emptores laici fructuum, & bonorum Clericorum tenerentur ex his emptionibus ſolvere gabellas eſſet per indirectum contra libertatem Eccleſiæ, cùm tanto minus Clericis venderent fructus ſuos, quantum eſſet illud onus gabellæ, cum pluris vendatur res libera, quàm onerata aliquo tributo, *l. ſi venditor 6. §. 1 ad finem ff. de ſervis exportandis.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 13. nu. 11.* Et directè prohibitum, etiam indirectè prohibendum, *capitul. quod una via, de regul. jur. in 6. l. ſcire oportet §. ſi mater, ff. de tutor. & curat. datis ab his.* Tum quia emptor, & venditor ſunt correlativi, ut clarè patet, & multi ſcribunt. Et in correlativis, quod uni permittitur etiam alteri cenſetur permiſſum, *l. fin.* ubi Jaſon *num. 15. C. de indic. viduit. tollen.* abundè Barboſa *axiom. 61. numer. 1. 2. & 3. Et in locis com. appellat. jur. loco 29. numer. 1.* Tum quia Clerici fructus ex redditu ſuorum Beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus collectos poſſunt vendere quibuſcumque perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus emere volentibus, & inde gabellas ſolvere non tenentur, *ut abundè tradidi deciſ. 207. à numer. 14. hac parte 4.* Et quando venditor eſt immunis à ſolutione gabellæ, etiam emens cenſetur à gabella immunis, Gabriel *com. conclu. lib. 6. de legibus conclu. 3. numer. 19.* Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 22. num. 11.* Tum quia Eccleſiaſtici de jure Divino, Canonico, & Civili poſſunt liberè contrahere cum laicis ſine onere, quòd debeant ſolvere laici contrahentes cum ipſis, alias erit illud contra libertatem Eccleſiaſticam, Thom. del Bene *infra citatus ſect. 1. n. 14. & ſect. 15. n. 2. & 3.* Et hanc negativam ſententiam in favorem emptorum fructuum, & rerum Clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum tenent Geminianus *in cap. eos §. Clericis de tempor. ordinand.* Decius *in l. 1. num. 7. & 8. C. de in jus vocando, & conſ. 48. toto, ſignanter num. 4. verſic. Tertio principaliter*, ubi Carocius *in addit. nu. 2.* pulchrè, & latè contraria proponit & illis reſpondet Menochius *conſ. 136. per totum lib. 2.* Surd. *conſ. 301. nu. 80. & conſ. 397. num. 8. & conſ. 525. nu. 27. Et de aliment. tit. 9. quæſt. 44. n. 2. 3. & 4.* Rodriguez *in ſum. tom. 1. cap. 75. nu. 14.* Alterius *de cenſur. tom. 1. diſp. 9. lib. 5. cap. 6. fol. 140.* Gabriel *conſ. 156. nu. 3. & latè conſ. 161. lib. 2.* Mandellus *conſ. 18. nu. 16. 17. & 18.* Cyriacus *controver. 622. nu. 13. tom. 4.* Gratianus *diſcep. foren. cap. 26. nu. 15. 16. & 17. Et latiſſimè cap. 390. toto.* Peregrin. *de jure fiſci lib. 6. tit. 5. nu. 25. verſic. Sed contra in emptoribus ab exempto*, Zerola *in praxi Epiſc. par. 1. verbo Gabella verſ. Ad quartum*, Riccius *in praxi tom. 2. reſol. 187. nu. 2. & reſol. 287. tota*, Riminaldus Junior *conſ. 724. nu. 48. tom 6.* Homobon. *de exami. Eccleſ. par. 2. tract. 9. cap. 1. quæſt. 1. in ſuppoſito, verſic. An autem*, Ciarlin. *contr. foren. lib. 1. cap. 22. à nu. 5.* Larrea *allegat. fiſcal. 57. à nu. 1. ad 6.* Pet. Barboſa *in l. quia tale nu. 42. verſ. Sed ſi verba ff. ſolut. matri.* Laderch. *conſ. 103. à nu. 8.* Diana *reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol. 49. aliàs 48. & par. 4. tract. 1. reſol. 52. Et in Coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 94. nu. 6. & reſol. 245. nu. 5. 6. & 7.* Squilante *de privileg. Clericor. c. 8. à nu. 26.* Magalius *par. 2. lib. 2. cap. 17. quæſt. 6. num. 107.* Thom. del Bene *de parlament. dub. 30. ſect. 1. & 15. Et de Immun. Eccleſ tom. 1. cap. 5. dub. 7. ſect. 1. tota, præcipuè à nu. 15. & ſect. 5.* Aponte *in reſpon. de cenſura Pauli V. fol. 82.* Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt. 15. numer. 23. 24. 27. & 28. & quæſt. 48. à. nu. 14. quæſt. 49. num. 25. 26. 27. & de conſtitut.* Sperell. *dec. 41. numer. 5. 6. juncto num. 7. lib. 1.* Xammar. noſter *de offi. jud. par. 1. quæſt. 11. num. 115. ubi citat Conſtitutionem Provincialem anni 1602. cap. 1. de Immunit.* Fontanella *deciſ. 301. à num. 1. ad 17. & deciſ. ſeq. part. 2.* & alii infrà *nu. 31.*

Sicuti ementes à Fiſco non tenentur ſolvere ga- 4
bellas Xammar noſter latè probat *de offic. jud. parte 1. quæſtion. 11. à numero 114. ad 119.* & alii infrà *numero 32.*

Secunda eſt opinio affirmativa, quòd laici emen- 5
tes frumentum vinum, oleum, ſeu alios fructus, & res à Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis tenentur ſolvere gabellas emptoribus laicis impoſitas. Tum quia exemptio Immunitatis, & libertatis conceſſa Eccleſiis, Clericis, perſoniſque Eccleſiaſticis ab onere ſolvendi gabellas non eſt realis, ſed perſonalis, *ut infrà à numero 22.* & Immunitas perſonalis non egreditur perſonam immunem, *l. 1. l. ſemper, §. Immunitatis, ff. de jure Immunit. lib. in omninibus cauſis, ff. de regul. jur.* & privilegium perſonale perſonam ſequitur, & cum perſona extinguitur, *capitu. privilegum*, ubi Barboſa *de reg. jur. in 6.* Tum quia in impoſitione gabellæ conſideratur perſona cui imponitur, *l. reſcripto, §. fin. ff. de n. & honorib.* Fermoſ. alia jura addit. *in c. Eccluſia S. Mariæ q. 7. n. 2. de conſt.* unde Clerici conqueri non poſſunt, cum ab his non exigantur gabellæ, ſed ab emptoribus laicis non exemptis,

Ripa

Ripa *conf.* 68. *numero* 11. licèt alter lædatur, l. 1. *in pinc. ff. de authorit. tutor.* etiam in materia Immunitatis, & libertatis Clericorum, Daniel *de Nobilibus disp.* 8. *num.* 4. & si aliter dicat Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 6. *& de parlament. dub.* 30. *sect.* 6. Tum quia Respublica suos subditos adstringit, nec id agit, ut Ecclesiæ, & Clerici lædantur, sed tantùm jus suum exequens, dicendum non est injuriam facere, nam in omnibus considerandum est, quod principaliter disponitur, non quod in consequentiam venit, *l. exceptionem* 40. *ff. de condic. indebiti*. Tum quia neque directè, neque indirectè libertas Ecclesiastica læditur exigendo gabellas à laicis ementibus fructus, & res Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, ut declaravit Procancellarius Regni Majoricarum sententia *infra referenda decis.* 221. *num.* 21. & latè probat Daniel de Nobilibus *disp.* 8. *à num.* 28. & si Clerici vilius, & minori pretio fructus suos vendant, cum hoc proveniat per accidens, & secundariò, quod non est considerabile, ut docent Menoch. *de arb. jud. casu* 562. *num.* 27. *in fine*, Valasc. *de jure emphit. quæst.* 17. *num.* 15. Larrea *allegat. Fiscal.* 57. *nu.* 21. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 15. *num.* 20. *in fine de constitut.* Diana *resol. moral. parte* 1. *tract.* 2. *resol.* 49. *alias* 48. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 245. *num.* 2. quidquid dicant Thomas del Bene *de Immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 10. Tum quia exactio gabellæ à laicis ementibus fructus Ecclesiasticorum, non infert per indirectum damnum Clericis, sed per indirectum lucrum aufertur, quod non est contra libertatem Ecclesiasticam. Ripa *de peste titul. de remed. ad conservand. ubert. numer.* 118. *versic. Ad rationem*, Menochius *de arbitr. jud. casu* 562. *num.* 47. *prope finem*. Tum quia quamvis argumentum à correlativis validum sit, & emptor, & venditor sint correlativi, & dispositum in uno censetur dispositum in alio. Procedit, quando militat eadem ratio in utroque correlativorum; secus si diversa ratio datur, *l. curatorem* 5. ubi Barbosa plures citat *num.* 4. *C. de interdic. matrimon.* idem Barbosa *in locis com. argument. jur. loco* 29. *num.* 2. At non est eadem ratio Clericorum, & emptorum fructuum illorum, cum Clerici sint liberi, immunes, & exempti à solutione gabellarum vendentes fructus suos *ut dictum est dec.* 207. *à num.* 14. *hac par.* 4. non idem laici emptores fructuum, & rerum Clericorum, cum nullo jure cautum reperiatur, ut ait Fontanella *dec.* 301. *num.* 24. *&* 25. *part.* 2. Tum quia, & si Clerici possint liberè contrahere cum laicis, exinde non sequitur, quòd laici emptores fructuum illorum non solvant gabellas, Azevedo *loco allegando num.* 5. Et hanc affirmativam sententiam quòd laici ementes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus, & res Ecclesiarum, & Clericorum teneantur solvere gabellas emptoribus laicis impositas: docent Dinus Alberic. Bartol. & Paul. Castren. *in l. locatio, §. fiscus, ff. de publican. & vectigal.* Alexand. *in l. quia tale num.* 3. *ff. solu. matrim.* Decius *in l. in omnibus causis num.* 2. *ff. de regul. jur.* Jason *in authent. quas actiones num.* 41. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Bertachin. *de gabellis par.* 7. *prin. sub num.* 17. *versic. Quod in emente tom.* 12. *tract.* Guido Papa *dec.* 208. *in prin.* quos, & alios multos Doctores antiquos citat Tiraquel. dicens esse communem opinionem *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 13. *nu.* 12. alios cumulant Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 3. *à num.* 87. Carocius *ad dec. conf.* 48. *n.* 1. Guttierez *de gabel. qu.* 44. *à nu.* 1. *ad* 6. quibus addendi sunt Azevedo *l.* 8. *num.* 7. *vers. Et quia tit.* 18. *lib.* 9. *recop.* Cevallos *comm. cont. com. qu.* 827. *num.* 11. 12. *&* 13. *& de cognit. per viam violen. par.* 2. *qu.* 50. *nu.* 11. Menoch. *de arb. jud. casu* 562. *num.* 44. *&* 46. Lazarte *de decim. vend. cap.* 19. *num.* 27. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *de jure Fisci resol.* 5. *num.* 7. Boer. *dec.* 213. *num.* 19. Ansaldus *de jurisd. par.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 50. *&* 51. Martha *de jurisd. par.* 4. *casu* 112. *num.* 2. 3. *&* 4. Thesaur. *dec.* 16. *num.* 9. Mascar. *de gener. stat. interp. concl.* 1. *num.* 27. Giovagnan. *conf.* 13. *num.* 11. *in fine lib.* 1. Duard. *ad Bul. Cœnæ Domini can.* 11. *qu.* 11. *à num.* 1. Patian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 63. *nu.* 53. Bursat. *conf.* 42. *num.* 14 *lib.* 1. Purpurat. *conf.* 489. *num.* 7. *&* 8. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 3. *num.* 45. Bardolen. *conf.* 31. *à nu.* 14. Sanchez *in opusc. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 40. Decian. *conf.* 51. *à num.* 4. *lib.* 3. Cavalcan. *decis.* 44. *num.* 97. Per. Barbosa *in l. quia tale num.* 42. *versic. Ut colligitur ff. solu. matrim.* Cancer. *par.* 1. *cap.* 13. *numer.* 127. Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 9. *in præmis. nu.* 112. Azor *instit. mor. par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 20. *vers. Secundò quæritur*, Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *tit. de exemt. Cler. §.* 4. *nu.* 4. *&* 5. *&* §. 8. *n.* 2. *&* 3. Bonacina *de censur. ad Bullam Cœnæ disp.* 1. *qu.* 19. *punct.* 3. §. 1. *nu.* 20. *&* 21. Glorit. *responsi.* 5. *à nu.* 33. Quesada Pilo *differt.* 22. *n.* 117. Personal. *de gabel. n.* 84. *&* 85. Marinis ad Reverter *dec.* 373. *in fine, vers. Et ob id pariter, & res. jur. l.* 1. *c.* 99 *nu.* 7. *&* 8. *&* *c.* 169. *n.* 6. ubi Rodoer. *nu.* 2. Augustin. Barbosa *in clement. præsenti nu.* 3. *de censib. & de jure Eccl. univers. lib.* 5. *c.* 39. §. 5. *nu.* 59. *vers. Undè per hæc*, latè Rovit. *dec.* 71. *tota*, ubi Altimar. *vers. Ad nu.* 1. Morotta *de collect. c.* 14. *nu.* 6. idem Barbosa *voto* 126. *num.* 124. *lib.* 3. Morla *in emptor. jur. par.* 1. *tit.* 9. *in præmis. n.* 112. Bobad. *in polit. l.* 5. *c.* 6. *n.* 31. Diana *res. mor. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 49. *aliàs* 48. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 245. *nu.* 1. 2. 3. *&* 4. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ qu.* 15. *à nu.* 17. *ad* 23. *& qu.* 48. *à nu.* 10. *ad* 14. *& qu.* 49. *nu.* 14. *& de constit.* Cutel. *de Immun. Eccl. l.* 2. *qu.* 49. *tota*, Noguerol. *allegat.* 38. *tota*, Larrea *allegat. Fiscal.* 57. *tota*, Daniel de Nobilibus *disp.* 8 *à nu.* 2. *& à n.* 28. *& in addit., à nu.* 2. *& à n.* 9. *&* 11. Fontanella *dec.* 202. *à nu.* 1. *par.* 2. & multos sic consuluisse testatur Gratian. *discep. foren. c.* 390. *n.* 24.

Confirmatur 1. in ementibus à Fisco, qui tenentur solvere gabellas, *l. locatio* 9. §. *Fiscus versic. Mercatores*, ubi Bart. & alii *ff. de publican. & vectigalib.* Tiraquel. *de tractatu lignag.* §. 1. *glos.* 13. *num.* 12. *in fine*, Peregrin. *de jure Fisci lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 25. *&* 26. Cutel. *de Immunit. Eccles. lib.* 2. *qu.* 49. *num.* 8. Alfaro *de offic. Fiscal. glos.* 20. *num.* 53. *&* 117. Cevallos *com. cont. com. qu.* 827. *num.* 13. Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 99. *num.* 8 *& cap.* 169. *numer.* 5. Reverter. *decis.* 373. *in fine*, ubi Marinis *in obser. ver. Secus dicendum*, Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 9. *in præmis. num.* 112. Rovit. *decis.* 71. *num.* 9. ubi Altimarus *in addit. ad num.* 9. Martha *de jurisd. par.* 4. *casu* 112. *num.* 4. Noguerol. *allegat.* 38. *num.* 7. Glorit. *responsi.* 5. *à num.* 34. Larrea *alleg. Fiscal.* 57. *nu.* 6. Olea *de cessi. jur. titul.* 6. *quæst.* 3. *num.* 3. Quesada Pilo *differt.* 22. *num.* 117. *vers. Et ideo*. Fontanella *decis.* 302. *n.* 17. *par.* 2. 6

Confirmatur 2. in ementibus à Magnatis, Baronibus, & aliis privatis personis habentibus Immunitatem concessam, ut pro fructibus suorum prædiorum gabellam non solvant, nihilominus hujusmodi Immunitas non comprehendit ementes fructus illos, sed gabellas solvere debent, Marinis pluribus citatis *resol. jur. l.* 1. *c.* 169. *num.* 1. 2. *&* 3. *&* *nu.* 6. *in fine*, ubi Rodoer *nu.* 23. *&* 4. Manent *decis. Mantuana* 6. *à num.* 44. Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 9. *in præmis. nu.* 112. *in fine*, Altamarus in addit. ad Rovir. *dec.* 71. *in prin.* Capiblanc. *de Baronib. to.* 2. *qu.* 82. *à nu.* 12. Noguerol. *allegat.* 38. *nu.* 34. 7

Confirmatur 3. in laicis colonis partiariis Ecclesiarum, & Clericorum, qui pro parte colonica gabellas solvere tenentur, *un tradidi decis.* 204. *nu.* 15. *&* 16. *hac par.* 4. 8

Confirmatur 4. in laicis conductoribus fructuum Ecclesiarum, & Clericorum, qui tenentur solvere gabellas; *ut dictum est dec.* 204. *n.* 17. *hac par.* 4. 9

Confirmatur 5. quia Religiosi, seu alii Ecclesiastici habentes privilegium non solvendi decimas de agris, quos propriis manibus, & sumptibus colunt, decimas debent solvere de illis, quos aliis colendos tradunt, *ut probant expressè tex. in cap. licet.* 11. *de decimis*, & tradunt Azor. *institut. mor. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 27. *quæst.* 7. Suarez *de Religione tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 19. *nu.* 13. Tamburin. *de jure Abbat. to.* 1. *disput.* 15. *q.* 18. *num.* 5. ex quo privilegia exemptionis à solutione decimarum sunt personalia, non autem realia, & ideo non transeunt ad colonos, arrendatarios, seu emptores prædiorum, aut fructuum, ut censuit Rota *decision.* 23. *parte* 2. *diver.* & coram Seraphino *decision.* 827. *nu.* 2. *&* 3. & Placentina decimarum 17. 10

Decemb. 1584. coram Cardinali Blancheto, & in Pampilonen. decimarum 15. Decemb. 1615. coram Coccino Decano, & in Leodinen. decimarum 20. Decemb. 1628. coram Cardinali Virili, Trullench. *præcep. Decalog. to. 1. l. 3. c. 3. dub. 11. n. 4. in prin.* Barbosa *de jure Eccl. uni. l. 3. c. 26. §. 3. n. 39. & 40. & de offi. Paroch. par. 3. c. 28. n. 39. & 40. & in. c. licet. 11. n. 1. & 2. de decimis*, Tamburinus *hic citatus disp. 18. n. 32.* Guido Papa *dec. 207.* Noguerol. *alleg. 38. n. 9 ante finem*, quamvis contrarium in Tribunalibus Ecclesiasticis Romæ, & Hispaniæ semper fuisset pronuntiatum pro regularibus, & eorum colonis docent Henriquez *l. 7. de indulgentiis c. 27 n. 8. in glos. litt. H*, Peirinis *to. 1. in priv. Minimor. in constit. 2. Julii 2. §. 31. n. 132.* Diana *res. mor. par. 3. tr. 1. res. 23. & in coordinat. par. 9. tract. 2. res. 277.* Thom. del Bene *de parlam. dub. 30. sect. 19. & de Imm. Eccl. to. 1. c. 5. dub. 7. sect. 19.* Tamen de jure verissima est opinio Rotæ, Seraphini, Barbosæ, & Sequacium, sed attentis privilegiis Religionum procedunt tradita per Henriquez, Peirinis, Dianam, & Thom. del Bene, ut tradunt Cast. Palaus *in oper. mor. par. 2. tract. 10. disp. unica punct. 13. n. 10.* Lezana *in sum. qu. reg. par. 3. verbo Decima n. 7.* Villalob. *in mor. par. 2. tr. 33. disi. 4. n. 5*

11 Valetque argumentum de decima ad gabellam, & è contra, sicut valet argumentum de decima ad tributum, & è contra, *Can. decimæ 16. q. 1. c. tua nobis de decimis*, Azevedo *l. 8. n. 7. vers. Ibi de los heredamientos tit. 18. l. 9. recop.* Solorzano *de jure Indiar. to. 2. l. 1. cap. 21. n. 1 & lib. 3. c. 21. n. 28.* Barbosa *in locis comm. argum. juris loco 116.* cum gabella sit tributum, & tributum sub nomine gabellæ venit, *ex traditis dec. 201. n. 1. par. 4.*

12 Confirmatur 6. in laicis vendentibus res suas Clericis, & personis Ecclesiasticis, ac aliis exemptis; qui gabellas solvere tenentur, ac si aliis laicis venderent, & Clerici propter gabellas carius emant, quia illud est præjudicium remotum, per accidens, secundariò, & in consequentiam, ita Lazarte *de decima vendit. c. 19. n. 10.* Molina *de just. & jure to. 3. tract. 2. disp. 663. n. 5. in fine*, Rodriguez *in sum. l. 10. c. 15. n. 6. glos. litt. V, & qu. regul. to. 3. qu. 74. art. 7.* Mexia *in prag. taxæ panis concl. 5. n. 39.* quos citat Diana *resol. mor. par. 1. tr. 2. resol. 49. alias 48. & in coordinat. par. 9. tra. 2. resol. 245. n. 2. ad medium*, idemque docent Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ qu. 15. n. 18. & 19. de constit.* Guttier. *de gabel. qu. 74. n. 4. & q. 87. n. 4. vers. Non tamen*, Sixtin. *de regalib. l. 2. c. 6. n. 136. & 137.* Sanchez *in opusc. mor. l. 2. c. 4. dub. 55. n. 40.* Thoro *vot. dec. 18. à n. 14.* Fontanella *dec. 202. n. 7. par. 2.* Noguerol. *allegat. 38. n. 13. & 14.* Larrea *allegat. Fiscal. 57. n. 13. post medium*, Quesada Pilo *dissert. 22. n. 117. vers. Quod idem*, Daniel *de Nobilibus disp. 8. subn. 4. & in addit. n. 5.*

13 Tertia est opinio superiorum conciliatrix, ut laici ementes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus, & res ab Ecclesiis, & Clericis, non tenentur solvere gabellas extraordinarias ex arbitrio emptoribus laicis impositas, & ita procedit opinio negativa *de qua n. 3.* at laici ementes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus, & res ab Ecclesiis, & Clericis tenentur solvere gabellas ordinarias à lege, vel statuto impositas emptoribus laicis, & ita procedit opinio affirmativa *tradita n. 5.* sic Bartol. *in l. locatio, §. Fiscus, vers. Mercatores, ff. de publ. & vectigal.* Abbas *in c. ex parte de decimis.* Decius *cons. 48. n. 1. & cons. 51. col. 2. vers. Quia, nec lege*, Carocius ad Decium *cons. 48. num. 4.* Joan. de Amicis *cons. 18. à n. 4.* Jason. *cons. 20. n. 7. l. 1. 1.* Bursat. *cons. 25. n. 6.* Ruinus *cons. 89. n. 6. l. 1.* Menochi. *cons. 136. n. 21. l. 2.* Guttier. *de gabel. q. 44. n. 5. ver. Nec obstat*, Gratian. *discep. foren. c. 390. n. 10.* Riccius *in praxi to. 2. res. 283. n. 4. vers. Maximè*, Martha *de jurisd. par. 4. casu 111. n. 4.* Cancer. *par. 1. var. c. 13. n. 127. & c. 14. n. 92.* Glorit. *resp. 5. à n. 50.* Barbosa *de jure Eccl. uni. l. 1. c. 39. §. 5. n. 59. vers. Cujus resol.* Cutel. *de Imm. Eccl. l. 2. q. 49. n. 9.* Noguerol *alleg. 39. nu. 19. & 20.* Sed hanc distinctionem rejiciunt Bald. *cons. 31. l. 1.* Thom. del Bene *de Imm. Eccl. to. 1. c. 5 dub. 7. sect. 10. n. 5. vers. Quamvis, & de parlam. dub. 30. sect. 10. vers. quamvis*, eo quia eadem est ratio in gabellis ordinariis, & extraordinariis ad læsionem Immunitatis Ecclesiasticæ.

Quarta est opinio conciliatrix etiam superiorum, ut si læsio, quæ Ecclesiasticis provenit ex solutione gabellarum per laicos ementes frumentum, vinum, oleum, seu, alios fructus, & res illorum est valdè modica, non est contra libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam, & ita procedit opinio affirmativa *de qua n. 5.* si verò læsio est magna, est contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, & ita procedit opinio negativa *tradit. n. 3.* sic Abbas *in c. quæ in Ecclesiarum n. 12.* ubi Felin. *n. 47. de constitut.* Quos & alios citat Thom. del Bene *de parlam. dub. 30. sect. 5. & de Imm. Eccl. to. 1. c. 5. dub. 7 sect. 5. in prin.* Quibus conferunt Marta *de jurisd. par. 4 casu 112. n. 8.* Larrea *alleg. fiscal. 57. n. 10. in fine, & n. 11.* Sed hæc conciliatio communiter reprobatur, quia læsio Ecclesiæ, & Clericorum sive magna, sive modica sit, non sustinetur, ut docent Collegium Bononiense, Surdus, & Lupus, quos citat Diana *resol. mor. par. 4. tract. 1. resol. 52. & in coordinat. patr. 9. tract. 1. resol. 94. n. vers. Nec valet dicere* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Muriæ qu. 5. n. 32. & q. 7. n. 31. de const.* Thom. del Bene *de Imm. Eccl. to. 1. c. 5. dub. 7. n. 1. 2. & 3.* 14

Quinta est opinio pariter superiorum conciliatrix, ut laici ementes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus, & res Ecclesiarum, & Clericorum non tenentur solvere gabellas, ubi est consuetudo eas non solvendi, etiam si non sit præscripta, & ita procedit opinio negativa, *de qua numero 3.* ut docent Dectus *cons. 98. numero primo versic. Sed his, & numero secundo*, Gabriel *cons. 160. nu. 9. in fine libri secundi*, Tusch. *pract. conclu. littera E, conclu. 558. numero decimo octavo* Bellet *disq. cler. parte 1. tit. de exemp. cler. §. 8. numero quinto vers. Seu quando*, Ciarlin. *contro. foren. libro primo capite vigesimo secundo, numero 10.* Laderch *respon. 103. numero decimo, vers. 9. & ultimo.* Fontanella *dec. 304. numero decimo octavo, parte secunda.* At laici ementes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus, & res Ecclesiarum, & Clericorum tenentur solvere gabellas, ubi est consuetudo eas solvendi quamvis non sit præscripta, & ita procedit opinio affirmativa tradita *numer. 5.* ut docent Laderch *respon. 103. numero 11.* Personal *de gabel. numero 34. & 35.* Alios plures cumulat Noguerol *alleg. 38. numero trigesimo septimo.* Latissimè omninò videndus Fontanella *dec. 303. 304. & 305.* ubi *num. 30. & 31.* Decisionem nostri Senatus tradit *parte 2.* Latè etiam Daniel de Nobilibus *disp. 8. à num. 20. & in addit. numer. 13.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ qu. 48. nu. 13. de constit.* Larea *alleg. fiscal. 57. n. 9. & 10.* 15

Idemque dicunt de Colonis partiariis Ecclesiarum seu Clericorum, qui pro parte colonica non tenentur solvere gabellas, si est consuetudo eas non solvendi, secus verò si est consuetudo eas solvendi, Eugenius *cons. 46. numero 11.* Grillenzon, *cons. 40. num. 16. & 17. & cons. 71. numero 18. & cons. 77. numer. 13. & 14.* Thesaurus *decis. 116. numero decimo, vers. Præsertim*, Carocius *de locato par. 4. tit. de collect. numero 21. & 22.* Giovagnan. *cons. 15. numero 14. libro 1.* Bellet. *disquisi. cler. part. 1. de exemp. Cleric. §. 8. numero 1. versic. Seu quando*, Ciarlin. *contro foren. libro 1 capit. 22. numero trigesimo nono*, Castillo *decis. 327. numero decimoquinto libro tertio*, Martha *de jurisd. par. 4. casu 112. numero 5.* Daniel de Nobilibus *disp. 8. à. numero 20.* Calor. de Gras. *de effect. cler. effectu 3. numero 73.* Fontanella *dec. 304. numer. 16. parte 2.* Et alii plures quos citat Sperell. *dec. 121. à nu. 69. lib. 1.* 16

Siquidem ubi altercatur, an gabella sit solvenda vel non, concordant unanimiter Doctores, id recipere interpretationem à consuetudine, quæ servanda, & attendenda est, & juxta eam regulatur exactio, & progressio gabellæ, *l. 4. §. fin. ff. de public. & vectigal. l. missi opinatores 7.* ubi Platea *not ab. 3. C. de exactor. tribut. l. 10. l. unica* obi Bartol. *C. de aur. coronat. l. 10.* Personal. *de gabel. n. 34. & 35.* Carol. de Gras. *de effect. cler. effectu 2. n. 74.* Cyriacus *cont. 141. n. 50. to. 1. & controv. 222. nu. 18. 19. & 20. lib. 2.* Ciarlin. *controv. jur. lib. 1. cap. 22. num. 40.* Grilenzon, *cons. 77. numer. 20. 21. 22. & 23.* Quesada Pilo *dissert. 22. à numer. 42. ad 47.* Larrea *alleg. fiscal. 7. numer. 22. & alleg. fiscal. 57. n. 9.* 17

Nogue-

Noguerol. *allegat.* 38. *nu.* 37. Mascard. *de general. stat. interpret. conclu.* 1. *nu.* 139. & 48. Fontanella *dec.* 303. *num.* 17. & 18. & *dec.* 304. *nu.* 9. *part.* 2. Fajardo *alleg. fiscal.* 13. *nu.* 16. & 17. Sperell. *dec.* 121. *num.* 69. *lib.* 2. Balmaseda *de collect. qu.* 126. *n.* 9. Escaño *in propug. Sacræ Relig. Militaris Sancti Joannis discep.* 12. *c.* 3. *n.* 10.

Et quamvis prædicta consuetudo solvendi gabellas à laicis emptoribus rerum, à Colonis partiariis Clericorum tamquam contraria Immunitati, & libertati Ecclesiasticæ reprobetur à Sperell. *dec.* 37. *à num.* 41. *libro* 1. & *dec.* 121. *à numero* 77. *lib.* 2. Balmaseda *de collect. quæst.* 126. *num.* 10. Tamen doctè satisfacit omninò videndus Fontanella *dec.* 304. *tota*, Et decisionem nostri Senatus laudat *dec.* 305. *num.* 30. & 31. & *decis.* 306. *nu.* 23. & 24. *par.* 2.

19 Quomodo autem probetur consuetudo solvendi, vel non solvendi gabellas? Et an liber gabellarii probet, quem esse exemptum vel non ab onere gabellas solvendi, ut ex illius inspectione verificetur Immunitas, vel obligatio solvendi gabellas? Videantur Mascardus *de probat. concl.* 834. *num.* 36. & *conclu.* 837 *num.* 1. 2. & 3. & *conclu.* 975. *à num.* 40. Genua *de scrip. privata lib.* 4. *titul. de libris rationum gabellæ à num.* 1. Guttier. *de gabel. quæst.* 163. *à num.* 17. Cyriacus *contr.* 512. *n.* 1. & *contr.* 537. *n.* 11. 12. 13. & 14. *l.* 3. & *contr.* 622. *numero* 25. *lib.* 4. Larrea *allegat. fiscal.* 7. *numer.* 13 Surdus *decis.* 336. Capicius Latro *consul.* 68. *numer.* 10. Daniel de Nobilibus *disput.* 38. *num.* 25. Noguerol. *allegat.* 38. *à. num.* 38. Quesada Pilo *dissert.* 22. *nu.* 47. 48. 49. 62. & 135. Fontanella *dec.* 305. *par.* 2.

20 Sexta est opinio similiter distinguens, quòd si privilegium exemptionis respicit personas ad emptores ut tertios non transit, & ita procedit opinio affirmativa, *de qua numero* 5. Si verò exemptionis privilegium sit reale, nempè rebus concessum in quoscumque transit, & ita procedit opinio negativa, *tradita numero* 3. *Sic gloss. verbo excolendas in Clement.* 1. ubi Cardinal. *num.* 1. & 22. Imola *num.* 14. Barbosa *num.* 4. *de decimis*, Abbas, Ferrer, Decian, Menoch. & Rota, quos citat, & sequitur Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 10. *num.* 5. *versic. Alio tamen modo*, & *de parlament. dub.* 30. *sect.* 10. *num.* 5. *versic. Alio tamen modo*.

21 Hæc opinio distinguens verissima est, nullum enim est dubium, quòd si exemptio, Immunitas, & libertas Ecclesiarum, & Clericorum à gabellis est Realis, quod comprehendit emptores laicos, ut fruantur, & gaudeant exemptione, libertate, & Immunitate solvendi hujus modi gabellas, argu. *l.* 3. §. *fin. l. forma* §. *quamquam' ff. de censibus*, *l. via* §. *quæcumque, ff. de servit. rustic. prædior. l. si aquæductus, ff. de contrahenda emptione*, & ita Bartol. *in l. locatio* 9. §. *fiscus ff. de publican. & vectigal.* Menochius *cons.* 136. *nu.* 16. *versic. Septimò*, & *numero* 17. & 18. *libro* 2. Alios multos cumulat Cyriacus *controver.* 141. *numero* 24. & 25. *tomo* 1. & *controver.* 222. *nu.* 9. & 11. *tom.* 2. & *controver.* 668. *numero* 1. & *controver.* 687. *numer.* 18. 19. & 20. *tom.* 4. Quibus addendi sunt Tuschus *pract. conclu. littera E*, *conclu.* 558. *num.* 12. & 13. Carocius ad Decium *cons.* 48. *numero* 17. idem Menochius *libr.* 3. *præsump.* 103. *nu.* 26. *in fine*, Barbosa *in l. quia tale numer.* 42. *in fine*, *versic. Sed si verba ff. solu. matr.* Noguerol. *alleg.* 38. *nu.* 9. Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 169. *num.* 7. ubi Rodoer. *num.* 6. & 7. idem Marinis in observat. ad Reverter, *dec.* 373. Staiban. *cons.* 28. Capiblanc. *de Baron. cap.* 85. *n.* 18. Altimarus in addit. ad Rovit. *dec.* 71. *nu.* 11. Olea *de cessi. jur. tit.* 6. *quæst.* 3. *n.* 2. Guttier. *de gabell. quæst.* 44. *nu.* 5. *versic. Non etiam*, Escaño *in propug. Sacr. Religion. Militaris Sancti Joannis discept.* 12. *cap.* 3. *nu.* 8.

22 Sed dubium consistit. An exemptio, Immunitas, & libertas concessa Ecclesiis, & Clericis ab onere solvendi gabellas sit realis, aut personalis? Et quòd sit realis affirmant Genuen. *in pract. Eccles. quæst.* 15. Thoro *de privileg. piæ causæ privi.*. 161. Thomas del Bene *de parlament. dubit.* 30. *sectio.* 10. *in fine*, & *sect.* 17. 18. & 19. & *de Immunitat. Eccles. tomo* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 10. *numero* 5. *versicul. Alio tamen modo*, *ibi*: *An autem*, & *sect.* 17. *n.* 2. & *sect.* 18 *num.* 2. & *sect.* 19. *numer.* 2. Lezana *in sum. quæst. regul. verbo Gabella num.* 14. Balmaseda *de collectis qu.* 126. *num.* 6.

Sed quòd sit personalis docent Baldus *cons.* 31. *ver-* 23
sic. Quod salva reverentia lib. 1. Roland. *cons.* 61. *num.* 14. *lib.* 4. Tuschus *pract. concl. littera E*, *conclus.* 559. *num.* 1. Boer. *decis.* 213. *sub num.* 19. Bardolen. *consil.* 31. *num.* 6. & 12. Bursat. *cons.* 758. *à numer.* 24. Guttier. *de gabella quæst.* 44. *n.* 3. *in fine*, Pet. Barbosa *in l. quia tale n.* 14. *vers. Secundò*, & *n.* 15. & 42. *vers. Intellige ff. solut. matr.* Cyriacus *contr.* 141. *nu.* 61. *tom.* 1. & *controv.* 687. *nu.* 5. *vers. Addit*, & *num.* 27. & 28. *tom.* 4. Menochius *cons.* 136. *num* 2. *tom.* 2. Glorit. *respon.* 5. *num.* 34. Cutel. *de Immu. Eccl. lib.* 2. *quæst.* 49. *num.* 12. Noguerol. *allegat.* 36. *num.* 5. & 9. *in prin.* August. Barbosa *in Clement. præsenti n.* 3. *de censibus*. Larrea *allegat. fiscal.* 57. *num.* 18. Balmaleda *de collect. quæst.* 20. *nu.* 6. Fontanella *dec.* 301. *n.* 21. *part.* 2. Et alii ex citatis *n.* 5.

Sic exemptio, immunitas, & libertas fisci ab one- 24
re solvendi gabellas est personalis, *l. locatio* 9. §. *fiscus vers. Mercatores ff. de jure fisci*, Tuschus *pract. concluf. littera E*, *concl.* 559. *num.* 2. Cyriacus *controv.* 161. *nu.* 61. *tom.* 1.

Similiter privilegium exemptionis à solutione de- 25
cimarum est personale, & non reale, Seraphin. *dec.* 827. *num.* 2. Thom. del Bene *de Immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 19. *num.* 6. Larrea *allegat. fiscal.* 57. *num.* 14. Noguerol. *alleg.* 39. *num.* 9. *circa finem*, Barbosa *de jure Eccl. uni. lib.* 3. *cap.* 26. §. 3. *numer.* 40. & *de officio Parochi part.* 3. *cap.* 28. §. 3. *num.* 30. Et alii ex citatis *num.* 10.

Et in dubio exemptio, immunitas, & libertas ab 26
onere solvendi gabellas semper præsumitur personalis, & non Realis, *l. sordidorum* 10. *C. de excusat. numer. l. forma* §. *quamquam, ff. de censibus l. semper* §. *Immunitati, ff. de jure Immun. l. in honoribus* §. *vocationem, ff. de excus. num.* Alexand. *cons.* 87. *nu.* 1. *in fine*, & *cons.* 101. *nu.* 13. *lib.* 1. Tusch. *pract. concl. littera E*, *concl.* 559. *n.* 3. Menochius *cons.* 70. *nu.* 1. *lib.* 1. Guttier. *pract. lib.* 4. *qu.* 39. *num.* 18. Cyriacus *controv.* 687. *num.* 40. *tom.* 4. Carocius *de locato par.* 4. *tit. de collectis n.* 43. Daniel de Nobilibus *disp.* 8. *num.* 6. Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 169. *num.* 4. ubi Rodoer. *n.* 3. Balmaseda *de collect. quæst.* 20. *nu.* 3. Quidquid dicant idem Cyriacus, & ab eo citati *controv.* 622. *num.* 35. *tom.* 4.

Etenim exemptio, immunitas, & libertas ab one- 27
re solutionis gabellæ realis dicitur, quando principaliter dirigitur ad rem, seu prætextu rei conceditur, ut ab ipsa re inseparabilis censeatur, veluti insita qualitas, Larrea *allegat. fiscal.* 57. *num.* 17. Ciarlin. *controver.* 222. *num.* 9. *tom.* 2. Pro ut quando Princeps dicit, eximo prædium, & sic exemptum concedo Titio, tunc enim exemptio, Immunitas, & libertas ab onere solvendi gabellas tamquam realis prædio concessa transit ad emptores, colonos, conductores, & quoscumque successores, sive universales sive particulares, *probant jura citata num.* 21. Et docent Menochius *lib.* 3. *præsump.* 103. *num.* 26. Surdus *cons.* 525. *num.* 25. & 26. Farinacius *dec.* 234. *num.* 23. & 24. *tom.* 2. *in posthum.* Cyriacus *Controver.* 141. *n.* 20. *tom.* 1. Noguerol. *alleg. at.* 38. *n.* 9. Oleà *de cess. jur. lib.* 6. *quæst.* 3. *num.* 2. Balmaseda *de collect. quæst.* 20. *num.* 4.

Benè tamen verum est, quòd exemptio, immunitas, 28
& libertas ab onere solvendi gabellas potest probari ex conjecturis, sit realis, ut ex Bellono, & Deciano tradit Cyriacus *Controver.* 622. *num.* 33. *lib.* 4. Et, quæ sint istæ conjecturæ, videndi sunt Menochius *cons.* 276. *à num.* 14. *lib.* 3. Tuschus *pract. concl. littera E*, *concl.* 559. Carocius ad Decium *cons.* 48. *à num.* 3. *cum plurib. seq.* Petrus Barbosa *in l. quia tale num.* 2. *vers. Sed distinctius*, & *num.* 3. & 4. *ff. solut. matr.* videndus Cyriacus *contr.* 141. *num.* 21. 22. & 23. *lib.* 1. *Et controv.* 622. *à num.* 34. *Et controvers.* 687. *à num.* 14. *ad* 27. *tom.* 4.

Exemptio, Immunitas, & libertas ab onere sol- 29
vendi gabellas personalis dicitur, quando contemplatione personæ conceditur, explicant Barbosa *in cap. privilegium de regul. jur. in* 6. Larrea *alleg. fiscal.* 31. *numer.* 22. & *allegat.* 57. *numer.* 16. Olea *de cessi. tit.* 3. *quæst.* 1. *numer.* 21. & 22. & *tit.* 6. *quæst.* 2. *num.* 11.

num. 11. *&* 12. Bolero *de decoctor. tit.* 5. *quæst.* 8. *num.* 8. *&* 9. Balmaseda *de Collect. quæst.* 20. *à nu.* 2. Sed exem-
30 ptio, † Immunitas, & libertas concessa Ecclesiis, & Clericis ab onere solvendi gabellas, non fuit bonis absolutè, sed bonis ratione personæ concessa, Noguerol. *alleg. n.* 38. 3. *&* 9. Et alii citati *n.* 23. Ergo est personalis.

31 Septima est opinio pariformiter distinguens duos casus. Primus, quando onus gabellæ est annexum Contractui, seu actui venditionis, quo emptores laici res acquirunt ab Ecclesiis, seu Ecclesiasticis personis, nam tunc exemptio, Immunitas, & libertas personalis Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum comprehendit emptores laicos fructuum, & rerum Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, ita ut ab hujusmodi emptione gabella exigi non possit, & ita procedit opinio negativa, *de qua num.* 3. Secundus, quando onus gabellæ non est annexum contractui, sed contingit ex actu omnino separato ab ipso contractu, postea facto ab ipsis emptoribus laicis, hoc in casu libertas, Immunitas, & exemptio personalis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum non comprehendit laicos emptores fructuum, & rerum Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, ita ut ab hujusmodi emptoribus laicis gabella exigi potest, sicut ab aliis, & ita procedit opinio affirmativa *tradita numero quintò* sic Baldus *consilio.* 31. *libro primo* Roland. *cons.* 61. *numer.* 19. *&* 20. *lib.* 4. Gabriel. *cons.* 161. *à numer.* 3. *lib.* 2. Menochius *cons.* 136. *numer.* 19. 20. *&* 24. *versic. Non obstat quartum, & num.* 25. *vers. Non obstat quintum, lib.* 2. Riminald. Junior *cons.* 724. *sub nu.* 47. *&* 48. *lib.* 6. Tuschus *pract. concl. litterarum E concl.* 559. *num.* 4. *&* 5. Laderch. *respon.* 103. *num.* 10. *versic. Octavo, & numer.* 11. Alios plures cumulant Cyriacus *controver.* 161. *num.* 42. *tom.* 1. *& contr.* 622. *num.* 42. *&* 43. *Et controv.* 668. *num.* 8. *& controv.* 687 *num.* 3. *&* 4. *tom.* 4. Fontanella *decis.* 307. *numer.* 12. *&* 13. *par.* 2. Quibus addendi sunt Carocius ad Decium *cons.* 48. *nu.* 12. Surdus *cons.* 301. *numer.* 50. Bardolenus *cons.* 11. *num.* 20. *lib.* 2. Bellet. *disq. cler. par.* 1. *tit. de exempt. Clericor.* §. 8. *num.* 2. Diana *resol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 49. *aliàs* 48. *Et in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 45. *num.* 8. Glorit. *responsi.* 5. *numer.* 47. *&* 53. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 8. *à num.* 16. Daniel de Nobilibus *disp.* 8. *num.* 11. Thomas del Bene *de parlam. dub.* 30. *sect.* 10. *num.* 5. *Et de Immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *num.* 5. Cutel. *de Immun. Eccles. lib.* 2. *qu.* 49. *num.* 10. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.* 1. *cap.* 10. §. 5. *num.* 59. *vers. Alii procedere aiunt*, Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 15. *num.* 25. *&* 26. *& qu.* 48. *num.* 8. *& quæst.* 49. *num.* 15. *&* 16. *de constit.* Thoro *in compend. decis. par.* 3. *sect.* 1. *verbo cessionarius alicujus hæreditatis col.* 2. *vers. hinc si Ecclesia fol.* 151. Ciarlin. *controver. foren. l.* 1. *cap.* 22. *nu.* 9. *&* 12. *& libr.* 2. *cap.* 146. *nu.* 12. *&* 13. Sperell. *decis.* 41. *nu.* 70. *lib.* 1.

32 Eadem distinctio procedit in ementibus à fisco, ut quando onus gabellæ est annexum contractui non tenentur solvere gabellam; quando autem non est annexum Contractui onus gabellæ, sed contingit ex actu prorsus separato, tunc ementes à fisco gabellam solvere tenentur, Marinis ad Reverter, *decis.* 548. *num.* 5. Peregrin. *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 25. 26. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *qu.* 11. *nu.* 14.

33 Et quod in secundo casu, quando onus gabellæ adjicitur actui omnino separato ab ipso Contractu, postea ab ipsis emptoribus facto, quòd exemptio, Immunitas, & libertas personalis Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum non comprehendit emptores laicos fructuum, & rerum illarum, sed tenentur solvere gabellam, quia nihil commune habent emptores laici cum Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, & earum Immunitate, libertate, & exemptione, ut præter Doctores citatos *nu.* 3. docent Nogerol. *allegat.* 38. *nu.* 21. Fontanella *decis.* 301. *numer.* 18. *par.* 2. Rovit. *deci.* 71. Et in ementibus à fisco Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *qu.* 12. *nu.* 117.

34 Dicitur autem onus gabellæ annexum contractui, seu actui venditionis, quando gabella est imposita, ut pro qualibet libra sterici, quæ venditur, aut emitur, solvatur unus solidus, sive pro singulo modio frumenti, vel hordei, aut pro quolibet dolio vini, quod venditur, aut emitur, solvantur duo solidi, vel pro mercibus, quæ immittuntur ad duhanam, delator teneatur, cum primùm ad propriam domum eas conducet pro jure imposito aliquid solvere, sic Marinis ad Reverter *dec.* 548. *nu.* 5. *versic. Aliter casus*, Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 10. *num.* 5. *in prin.* Diana *resol. mor. par.* 14. *tract.* 2. *resol.* 49. *aliàs* 48. *Et in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resolut.* 245. *num.* 7. *post prin.* Fermosinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 25. *num.* 16. *de constitut.* Decius *cons.* 439. *num.* 1. Menochius *cons.* 136. *nu.* 19. *ver. Primus est lib.* 2 Carocius ad Decium *cons.* 48. *num.* 13. Fontanella *dec.* 301. *nu.* 20. *par.* 2.

Sed Rolandus *cons.* 61. *num.* 19. *lib.* 4. Contrarium 35
tenet, dicens, quòd quando gabella est imposita emptori pro emptione, tunc dicitur actus separatus à venditione. & non præjudicat Ecclesiæ, quia factum emptoris nihil habet commune cum facto Ecclesiæ venditricis, referunt & sequuntur Noguerol *allegat.* 38. *num.* 21. *in fine & nu.* 27. Larrea *allegat. fiscal.* 57. *sub num.* 21.

Onus verò gabellæ non annexum contractui, sed 36
contingens ex actu prorsus separato, dicitur, quando emptor fructuum, & rerum Ecclesiarum seu Clericorum postea alteri vendit, aut vult ad Civitatem introducere, vel à dominio extrahere, nam tunc non est impositum primo actui venditionis, sed secundo actui venditionis, introductionis, vel extractionis quoad pannos, pisces, & necationes bestiæ, quo ad lanium, qui postea vendunt, vel donant, vel projiciunt, ita post Bald. Joannes de Amicis *cons.* 18. *num.* 13. *&* 17. Rolandus *cons.* 62. *numer.* 18. *&* 19. *lib.* 4. Gabriel. *cons.* 161. *numer.* 3. *libr.* 2. Quos citat Daniel de Nobilibus *disp.* 8. *num.* 11. Quibus addendi sunt Menochius *cons.* 136. *sub nu.* 20. *lib.* 2. Carocius ad Decium *cons.* 48. *nu.* 14. Diana *resol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 49. *aliàs* 48. *Et in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 245. *nu.* 8. *ad medium*, Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 10. *num.* 5. *circa medium*, Marinis ad Reverter *decis.* 548. *num.* 5. *post prin.* Xammar. *de offic. jur. par.* 1. *quæst.* 11. *nn.* 117. Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 15. *num.* 25. *de constitu.* Ciarlin. *contr. foren. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 146. *num.* 13. Noguerol. *allegat.* 38. *num.* 21. Fontanella *decis.* 30. *nu.* 17. *&* 18. *& dec.* 307. *n.* 2. *par.* 2.

Ex his Doctores, qui tenent, & sequuntur præ- 37
dictam distinctionem traditam *numer.* 31. 32. *&* 33. Dicunt, *tex in l. locatio* §. *fiscus versic. Mercatores ff. de public. & vectigalib.* In quo expressè habetur, quòd licèt fiscus sit exemptus ab onere solvendi gabellam, tamen ementes ab eo tenentur solvere gabellam, non loqui de actu connexo, & immediato à fisco, sed loqui, & intelligi de actu separato, & remoto, quando ementes à fisco postea aliis vendunt, vel alio transferunt ad loca, ubi solvitur gabella, & in his terminis declarant Bartol. *In dicta l. locatio* §. *fiscus vers. Mercatores ff. de publican. Et vectigal.* Bald. *cons.* 31. *n.* 2. *versic. Nam autem lib.* 1. Menochius *cons.* 136. *n.* 19. *lib.* 2. Gabriel. *cons.* 61. *n.* 7. *lib.* 2. Bellet. *disq. cler. par.* 1. *tit. de exempl. cler. & eorund. bonor.* §. 8. *nu.* 4. *in fine*, Ciarlin. *contro foren. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 11. *versic. Neque prædictis obstat nu.* 12. Laderch. *cons.* 103. *nu.* 12. Cyriacus *controver.* 622. *num.* 44. *& controv.* 668. *num.* 8. *in fine tom.* 4. Marinis ad Reverter *dec.* 548. *n.* 1.

Sic etiam dicunt intelligendum esse Bertachin. *de* 38
gabel. parte 7. *princ. num.* 17. *versic. Quidquid in emente tomo* 12. *tract.* De actu separato, & remoto, ut docent. Laderch. *cons.* 103. *num.* 12. Cyriacus *controv.* 141. *num.* 62. *tomo* 1. *& controver.* 622. *num.* 44. *& controver.* 668. *n.* 9. *to.* 4. Et intelligendos esse Thesaurum *decis.* 116. *nu.* 6. Martham *de Jurisdict. par.* 4. *casu* 112. *nu.* 2. *&* 3. Et alios citatos per Menochium *cons.* 136. *nu.* 5. *lib.* 2. Ciarlan. *Controv. foren. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 7. Et plures ex citatis supra *num.* 5. ut docent Roland. *cons.* 61. *n.* 19. *l.* 4. Gabriel. *cons.* 161. *n.* 6. *l.* 2. Annotatio ad Thesaur. *dec.* 116. *verbo Archidiaconus*, Cattic. *de Imm. Eccl.* Quos citat idem Ciarlin. *contr. for. l.* 1. *c.* 22 *n.* 12. *vers. Minus obstat, & n.* 13. Menoch. *cons.* 136. *n.* 24.

vers.

versic. Non obstat quartum argumentum, & *nu.* 25. *l.* 1. Sperell. *cons.* 41. *sub nu.* 70. *lib.* 1. Et intelligendum esse Mascard. *de general. statut. interpret. conclu.* 1. *nu.* 28. alioquin allucinari tradit Ciarlin. *contro. foren. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 13. *vers. Similiter non obstat.*

39 Cæterùm contra Baldum *cons.* 31. *lib.* 1. Ejusque distinctionem supra relatam *nu.* 31. insurgunt, & eam reprobant Mascard. *de general. stat. interpret. concl.* 13. *nu.* 18. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 13. *nu.* 11. *versic. Num ut hoc*, *juncto nu.* 12. ubi communem opinionem dicit, Boer, *decis.* 213. *nu.* 19. *versic. Tamen*, ubi de communi opinione testatur, quos refert, & sequitur Ansaldus *de jurisdict. part.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *nu.* 50. & 51. Guttier. *de gabel. quæst.* 44. *à nu.* 1. *ad* 6. Larrea *allegat. fiscal.* 57. *num.* 5. *juncto nu.* 11. Cutel. *de Immun. Eccles. l.* 2. *q.* 49. *n.* 10. *juncto n.* 12. *ver. Ex his.* Et quamvis Menochius *cons.* 136. *nu.* 25. *lib.* 2. Acerbè reprehendat Tiraquel *de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 13. *n.* 11. Dicens, quòd sine delectu terram, mare, Cælumque miscet, respondet Fontanella *decis.* 302. *num.* 12. *par.* 2. Ipsum videre totum mundum Tiraquel. Approbare, & statim in materia omnes ad eum recurrere, hocque sufficere. Et licèt idem Menochius *dicto cons.* 136. *nu.* 25. *lib.* 2. dicat Boer. *decis.* 213. *num.* 19. Non parum confusè rem hanc pertractare, & esse intelligendum, ut loquatur de secundo contractu celebrato per emptorem cum tertio, non de primo cum Ecclesia. Respondet Fontanella *dec.* 302. *nu.* 12. *part.* 2. quod Boer. *loco hic citato*, Clarissimis verbis tenet contrarium, dicens suam opinionem esse communiorem, & prosequitur Fontanella non videre, qualiter Menochius potuit tàm liberè loqui in casu, quo tàm facile erat comprobare veritatem in contrarium & manifestissimè loqui de primo contractu. Et ad Menochium *cons.* 136. *lib.* 2. respondit Larrea *allegat. fiscal.* 57. *nu.* 22. Et illius rationibus, & interpretationibus quas in contrarium acomodare voluit ad Doctores, qui pro affirmativa opinione allegantur, cum diligentia respondit Glorit. *responsi.* 5. *à nu.* 33. Et refert Fontanella *decis.* 302. *nu.* 13. 14. & 15. *par.* 2.

40 Et Fermosinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 48. *nu.* 9. *de constitut.* Inquit distinctionem traditam, *n.* 31. visam fuisse subobscuram, & idem Fermosinus *in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 15. *n.* 26. *in fine de constitut.* dicit non esse facile eam in praxi intelligere.

41 Vides lector diversitatem, & confusionem tantarum opinionum? Ideo ad praxim, & observantiam Regionum recurrendum. Et in primis Bald. *cons.* 496 *lib.* 4. Testatur ubique locorum practicari, quòd emptores fructuum, & rerum Ecclesiarum, seu Clericorum non gaudent Immunitate gabellarum, licèt Ecclesiæ seu Clerici gaudeant, & referunt Tiraquel. *de retrat. lignag.* §. 1. *glo.* 13. *nu.* 12. Fontanella *dec.* 302. *n.* 11. *part.* 1. Et licèt hoc Baldi Consilium 496. *libr.* 4. pro opinione negativa ponderet Menochius *cons.* 136 *nu.* 15. *lib.* 2. Tamen pro opinione affirmativa illud adducunt Guttier. *de gabel. quæst.* 44. *nu.* 5. *versi. Neque obstat.* Bardolen. *cons.* 31. *à nu.* 14. Noguerol. *allegat.* 38. *nu.* 26. *in fine*, Fontanella *dec.* 302. *num.* 10. *par.* 2. Et quamvis dictum Consilium Baldi 496. *lib.* 2. declaraverit Laderch. *cons.* 103. *nu.* 14. loqui de onere diverso ab ipso contractu gesto cum privilegiato, & non illi annexo, & pluribus conatus fuerit illi respondere, sequitur Cyriacus *controv.* 668. *num.* 10. Si sat benè tu videbis, inquit Fontanella *decis.* 302. *num.* 11. *in fine par.* 2. Licèt etiam Gratianus *discep. foren. c.* 390. *num.* 22. Dicat, de hac observantia posse dubitari, ut dicit Baldus per illa verba, *& ita practicatur ubique locorum* ponit alia quibus ostendere videtur se dubitare, non de validitate observantiæ, sed de validitate opinionis, quæ sunt valdè diversæ, & ita non videtur multum aptè à Gratiano allegari Baldum in proposito, tradit Fontanella *dec.* 304. *n.* 10. *par.* 2.

42 Secundò, quia multi sunt ex Doctoribus pro affirmativa citatis *nu.* 5. qui contra emptores fructuum, & rerum Ecclesiarum, & Clericorum in multis partibus observari attestantur, & alii quòd ita practicatur, ut testatur Fon. *dec.* 305. *n.* 28. *ver. Ultra quod par.* 2.

Tertiò Glorit. *respon.* 5. *in fine*, sic scribit, secundùm hanc Doctrinam (nempe opinionem affirmativam) post hæc scripta pro dirimenda hac, & similibus controversis, ita motu proprio provisum est per Excellentiam Domini Ducis Osuna illius Regni (Siciliæ) Pro Regis opinione optimè meriti, constat ex actu, & relatione aulæ porterij registrato in officio Senatus die 3. Novembris 1611. Hactenus Glorit. Quibus verbis declarat hic auctor apud eum hanc opinionem affirmativam traditam supra *nu.* 5. Sine aliquo admiculo prævaluisse, ita Fontanella *dec.* 302. *nu.* 14. *parte* 2. 43

Quartò Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ qu.* 15. tradita opinione affirmativa *à nu.* 17. Sic scribit *nu.* 22. *in fine*, Et pro hac parte videtur stare praxis communis Regnorum, tàm Castellæ, quàm aliorum, & *nu.* 24. Inquit. Verùm quia ut dixi soleat in praxi ita caveri, ut emptores verbi gratia vini, aliarumvè rerum solvant Regi gabellam, quia laici sunt, nec excusentur etiam, si à Clericis emant carnes, vinum, & alia *de constitut.* Et quamvis ipse addat *num.* 24. Hoc nimis rigidum apparere, & oportere videre, qualiter illam primam sententiam posse esse justam, & practicabilem, & secundam (Scilicet negativam) esse sequendam. Cæterum ut ipse testatur praxim communem Regnorum, tàm Castellæ, quàm aliorum observare opinionem affirmativam. 44

Quintò in Cathalonia, quamvis Fontanella *decis.* 301. *nu.* 20. dicat, vix sibi credidisse unum de Senatu, satis clarè omnes dixisse, se esse in sententia, & habere pro indubitato, laicos ementes immediatè ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis non teneri solvere gabellam, & *nu.* 22. addat, opinionem affirmativam satis se declarasse Dominos, eis non placere tamquam juri manifesto repugnantem *par.* 2. Tamen ego invenio bis declaratum in Cathalonia in favorem opinionis affirmativæ, etiam quando onus gabellæ est annexum contractui, teneri laicos ementes immediatè ab Ecclesiis, seu Ecclesiasticis personis solvere gabellam. Primò per Cancellarium Loris, Consultoribus Balle, Amell, & Puig. 28. Februarii 1581. Secundò per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Gamis, Roca, & Carreres 15. Octobris 1626. declarationes referam infra *dec.* 222. *n.* 19. & 20. 45

Sextò in Regno Majoricarum ex Epistolico rescripto per S. S. R. C. Aragonum Concilium expedito 29. Martij 1653. Egregio Comiti de Montoro Locum tenenti, & Capitaneo Generali, & Magnificis Senatoribus Regni Majoricarum de quo infra *dec.* 221. *nu.* 16. & 17. Et ex Sententia per Fratrem Magistrum Vincentium Maymò Regium Procancellarium ejusdem Regni Majoricarum, Consultoribus Mir, Guells, Armella, & Descals, & Salzedo Regiis Senatoribus lata 6. Martii 1657. de qua infra *dec.* 221. *n.* 21. 46

Prædictæ observantiæ non opponitur casus relatus à Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *qu.* 11. *nu.* 118. quia ut ipse Xammar. refert, inter alia fuit factum, & mea videri fuit ratio decisionis, quia vectigal est Regium, & Fiscus locat, conducit, Cyriacus *controver.* 141. *à numer.* 68. *tomo* 1. 47

Fallit illa observantia in casu deciso in facti contingentia in Urbe Panormi pro emptoribus fructuum pendentium cujusdam viridarii Religionis Militaris contra gabellotos, qui prætendebant jus gabellæ ab ipsis emptoribus, & hoc quia fructus non erant separati à solo tempore venditionis, Carol de Grassis *de effect. Cler. effectu* 3. *nu.* 90. *in fine*, Diana *resol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *res.* 19. & *in coordinat. par.* 9. *tract.* 1. *resol.* 269. *n.* 4. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *qu.* 21. *nu.* 9. Fermosin. *in cap. Eccclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 49. *nu.* 24. *de constit.* Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *sect.* 18. *num.* 8. Escaño *in propug. Sacræ Relig. Militar. Sancti Joannis discep.* 12. *cap.* 3. *n.* 8. sed ex tritico, hordeo, vino, vel oleo exinde collecto, ipso vendito, gabella solvenda est, Guttier. *de gabel. qu.* 44. *numero* 8. 48

ARGUMENTUM.

An Clerici venditores frumenti, vini, olei, seu aliorum fructuum possint in se retinere illud, quo plus vendunt prædictas res ratione gabellæ ab ementibus laicis solutæ, & teneantur restituere ad æqualitatem, quidquid correspondet ad partem gabellæ, & an pro restitutione conveniendi sint coram judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Clerici vendentes frumentum, vinum, oleum, seu alios fructus, quod plus valent ratione gabellæ emptoribus laicis impositæ, non possunt illud plus in se retinere, sed tenentur solvere, & restituere Civitatibus, Villis, aut oppidis, numero primo. Amplia numero* 15. 16. 17. 18. *&* 19.

2 *Locupletari non licet cum aliena jactura.*

3 *Agens de damno vitando præfertur agenti de lucro captando.*

4 *Depositarii gabellæ tantum sunt Clerici venditores frumenti, vini, olei, seu aliorum fructuum.*

5 *Depositarius non habet aliquod jus in re deposita.*

6 *Depositarius tenetur restituere depositum statim sine dilatione, numero* 7. *etiam si depositum ad certum tempus datum sit, numero* 8. *hoc est per compulsionem captis pignoribus, & carceris coercitione, numer.* 9. *Adeò ut nullam excusationem allegare possit, numero* 10. *nec exceptionem compensationis, numero* 11. *nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, numero* 12. *nec exceptionem dilationis quinquennalis, nu.* 3. *nec reconventionis, nu.* 14.

20 *Depositarius non restituens depositum furtum committit, numer.* 19. *& si patiatur se condemnari ad restitutionem depositi efficitur infamis, num.* 20.

22 *Gabella an sit pars pretii, numero* 22. 23. 24. 25. *&* 26.

17 *Clerici venditores frumenti, vini, olei, seu aliorum fructuum sunt conveniendi coram judice Ecclesiastico, pro restitutione gabellæ Civitatibus, Villis, & oppidis per emptores laicos solutæ, num.* 27. 28. *&* 29.

30 *Clericus depositarius judicis sæcularis an sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel possit conveniri coram Judice sæculari, num.* 30. 31. 32. *&* 33.

DECISIO CCXXI.

1 REsp. quòd Clerici venditores frumenti, vini, olei, seu aliorum fructuum non possunt penes se retinere illud plus, quod valent prædictæ res ratione gabellæ ab emptoribus laicis solutæ, sed tenentur restituere, & solvere Civitatibus, Villis, & Oppidis ad æqualitatem, quidquid ad partem gabellæ correspondet, ita Ferdinandus Arias de Messa, Samuel Lubrimus, Rebellus, Molina, Joannes Franciscus Suarez, Reginaldus, Garcia, Malderus, Dors, Comitol, & Megala, quos citat Fermosinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 14. *nu.* 41. *de constitut.* Fontanella *dec.* 306. *à nu.* 2. *versic. Secundum hic signanter num.* 5. *vers. Quæstio solum est par.* 2. Notat Noguerol. *allegat.* 38. *nu.* 5. ibi: *Ad eum*, sic fuit declaratum in Regno Majoricarum per Fratrem Magistrum Vincentium Maymò Regium Procancellarium, Consultoribus Mir, Guells, Armella, Descals, & Salzedo sententia lata 6. Martii 1657. in favorem Civitatis Majoricarum super gabella quinti vini contra Curiam Ecclesiasticam, his verbis, ibi: non enim esset rationi consonum, quòd Clericus vendens vinum in sui sutilitatem converteret gabellam debitam Universitati.

Ratio triplex est. Prima, quia gabella est Civitatis, Villæ, aut Oppidi, & Ecclesiæ, & Clerici non 2
debent eam prætendere, & multo minus retinere, aliàs locupletarentur cum aliena jactura, contra Regulam textus *in l. nam hoc natura ff. decondic. indebiti, l. jure naturæ, ff. de regul. jur. cap. locupletari* 48. ubi Barbosa *de regul. juris in* 6. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 24. Cardoso *in praxi jud. verbo Damnum nu.* 12. idem Barbosa *axiom.* 139. *nu.* 1. & in terminis Ecclesiæ, cum sit cultrix justitiæ *cap. suam* 9. ubi Barbosa *nu.* 14. *de pœnis*, Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 9. Sperell. *decis.* 62. *n.* 27. *vers. Ex quibus in fine lib.* 1. Valenzuela *cons.* 18. *n.* 30. *& cons.* 59. Vilaplana *n.* 38. in Addit. ad Peguer. *in constitut. item ne super laudemio ver.* 7. *nu.* 50. & in terminis casus nostri Fermosinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ q.* 14. *n.* 40. *in fine de constitut.* bene Font. *dec.* 306. *à n.* 5. *ver. Quæstio solum est cum seq. par.* 2.

Secunda ratio est, quia Ecclesiæ, & Clerici in ven- 3
ditione frumenti, vini, olei, & aliorum fructuum recipiunt justum ptetium sine diminutione, reliquum autem ratione gabellæ per emptores laicos solutæ recipiunt pro Civitatibus, Villis, & Oppidis, & consequenter velle prætendere aliud est agere de lucro captando, in quo non sunt privilegiati Ecclesiæ, & Clerici contra alium agentem de damno vitando, quales sunt Civitates, Villæ, & Oppida, ex quo agens de damno vitando præfertur agenti de lucro captando, *l. juris ignorantiæ, ff. de juris, & facti ignorantia*, Valenzuela *cons.* 9. *à nu.* 37. Gratian. *discep. foren. cap.* 366. *nu.* 14. Oddo *de restitut. in integ. par.* 1. *quæst.* 4. *n.* 60. *&* 63. & præjudicium, quod consistit in lucri diminutione non est considerabile, cum damnum pati & lucrum non facere non sit par ratio, Surdus *cons.* 321. *nu.* 20. Et appellatione damni, & si veniat diminutio patrimonii, *l.* 3. *l. proculus, ff. de damno infecto.* Barbosa *appellat.* 68. *no.* 1. non tamen venit lucri amissio, Gratian. *discep. foren. cap.* 833. *n.* 9. *&* 10. Barbosa *appellat.* 68. *nu.* 1. *versic. Strictè verò, & nu.* 4. Cardosa *in praxi jud. verbo damnum nu.* 1. Ursellius *concl.* 42. *nu.* 667. *& concl.* 50. *nu.* 35. *in fine, & concl.* 69. *nu.* 23. sic in terminis Fontan. *dec.* 306. *nu.* 11. 12. *&* 13. ubi *nu.* 24. tradit decisionem nostri Senatus in causa Civitatis Dertuzæ *par.* 2.

Tertia ratio est, quia Clerici venditores frumenti, vi- 4
ni, olei, & aliorum fructuum sunt tantum depositarii illius gabellæ, quam emptores laici solvunt, ut Civitatibus, Villis & Oppidis integrè restituant, & persolvant, Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ qu.* 14. *n.* 40. *in fine, de constitut.*, & clarè innuit Procancellarius Regni Majoricarum sententia infra referenda *n.* 27. Et in depositarium non transit dominium nec possessio, nec aliquod jus in re, *l. licet ff. depositi gl.* 2. *in fine in c.* 2. *de deposito*, Gomez *to.* 2. *var. res. c.* 7. *n.* 2. *vers. Item adde quod in depositarium*, Mantica *de tacitis l.* 10. *tit.* 10. *n.* 2. Petrus Barbosa *in l. si mor. n.* 82. *ff. solu. matr.* Carleval. *de jud. l.* 1. *tit.* 3. *disp.* 31. *n.* 6. Fontanella *de pac. nupt. t.* 2. *clau.* 5. *gl.* 8. *par.* 7. *n.* 8. Cardoso *in praxi jud. verbo depositum n.* 2. *&* 13. Cutel. *de Immun. Eccl. l.* 2. *qu.* 22. *n.* 7. Castillo *contr. jur. l.* 3. *c.* 16. *n.* 15. *&* 23. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 2. *gl.* 3. *&* 4. *n.* 1. *fol.* 181. *col.* 2. *in fine to.* 1. Carocius *de deposito par.* 1. *qu.* 3. *nu.* 23. Amostazo *de causis piis to.* 2. *c.* 7. *nu.* 53. Cuenca *de comanda clau.* 13. *n.* 4. Cabreros *de metu l.* 2. *c.* 4. *n.* 33. Thomas del Bene *de Immun. Eccl. tom.* 2. *c.* 9. *dub.* 21. *sub nu.* 10. Barbosa *de jure Eccl. uni. l.* 3. *c.* 12. *n.* 236. Salgado *in labyrin. cred. par.* 1. *c.* 11. *n.* 19. *&* 20. *& par.* 3. *c.* 11. *n.* 17. Ayllon Laynez de Gomez *to.* 2. *var. c.* 7. *n.* 3. *ver. Adde omnes.*

Sed depositarius statim sine dilatione tenetur restitue- 6
re depositum actione depositi, *l.* 1. *& per tot. ff. depositi, l. qui depositum* 10. ubi Barbosa *n.* 2. *l. si quis* 11. ubi Barbosa *n.* 1. *C. eodem, c.* 1. *&* 2. *de deposito*, §. *præterea quib. modis re contrahitur obligatio*, Gomez *to.* 2. *var. res. c.* 7. *nu.* 2. *in prin.* ubi Ayllon Laynez pluribus laudatis *nu.* 3. Mantica *de tacitis l.* 10. *tit.* 10. *n.* 2. *&* 3. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 5. *gl.* 1. *à n.* 1. *fol.* 197. *col.* 2. *to.* 1. Cuenca *de comanda gl.* 10. *n.* 3. *& gl.* 13. *à n.* 1. ubi Niño in addit *n.* Cabreros *de metu lib.* 4. *nu.* 19. Cutel. *de Immun. Eccles. libro* 2. *quæstion.* 22. *numero* 1. latissimè Castillo *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 16. *à nu* 1. Etiam † si depositum 7

ad

ad tempus datum sit, Tusch. *pract. concl. littera D, concl.* 200. *num.* 10. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 8. *in prælud. num.* 16. alios plures addunt Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 5. *gloss.* 4. *num.* 1. *fol.* 200. *tom.* 1. Barbosa *in l. usuræ* 2. *num.* 7. *C. depositi.* Reg. Sesse *decis.* 162. *num.* 1. *tom.* 2. Pichard. *in* §. *actionum qu.* 20. *num.* 2. *&* 3. *de accions.*

8 De jure † executivè, si constat de depósito per publicum instrumentum, seu per aliam probationem, quæ fidem faceret, habet enim depositum exécutionem paratam, sicut res judicata, *argu. l. cum pro quo* 17. *ff. de in jus vocando*, & probat textus expressus *in l. si quis* 11. ubi Bartol. *num.* 3. Castren. *num.* 3. Angel. *num.* 1. *versic. Nota textum*, Barbosa multis laudatis *num.* 6. *C. depositi*, Carocius *de depósito part.* 3. *quæst.* 3. *num.* 33. Mantica *de tacitis lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 1. Boer. *dec.* 298. *num.* 7. Trentacinq. *var. lib.* 3. *de depósito res.* 1. *num.* 1. Riccius *collect.* 1054. *vers. Infertur quarto*, Sesse *de inhibit. cap.* 2. §. 1. *num.* 18. Tusch. *pract. concl. littera D, concl.* 200. *num.* 11. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 62. *numer.* 11. Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 6. §. 6. *num.* 26. Castillo *controv. jur. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 6. Cuenca *de comanda clauſ.* 6. *num.* 17. ubi Niño in addit. *num.* 4. Carol. de Gras. *de exceptionib. in prælud. à num.* 40. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 5. *gloss.* 4. *nu.* 2. *fol.* 200. *tom.* 1. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 2. *cap.* 196. *nu.* 9. 10. 16. *&* 17. Maresc. *de reconven. enarrat.* 5. *nu.* 98. *vers. Hoc pensitavere*, & infra *dec.* 242. *num.* 67. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 6. *num.* 2. *vers. Sed virtute*,

9 Vela *disser.* 27. *num.* 15. *tom.* 2. Hoc est † per compulsionem captis pignoribus, & carceris coertitione, Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 12. *numer.* 22. *vers. Octavus casus*, Parlador *rer. quotid. cap. fin. part.* 5. §. 2. 5. *&* 6. Bolaños *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 2. §. 24. *num.* 5. Trentacinq. *var. lib.* 3. *de depósito resol.* 1. *num.* 8. Azevedo *l.* 1. *sub nu.* 70. *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.* Salgado multis citatis *de reg. protect. part.* 4. *cap.* 11. *num.* 50. *&* 51. *& in labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 41. *num.* 39. Cuenca *de comanda gloss.* 6. *num.* 20. Vela *disser.* 27. *nu.* 15. *vers. Quinimo tom.* 2. Olea *de ces. jur. tit.* 5. *quæst.* 8. *nu.* 8. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 22. de jure Cathaloniæ *constituto* 2. 3. *&* 7. *tit. de accions, y obligacions*, Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 19. *vers. Et sic, & num.* 140. *&* 141. *& part.* 3. *cap.* 8. *à nu.* 34. Fontanella *dec.* 252. *nu.* 16. *part.* 1. de Regno Aragonum *forus unicus tit. de la execution privilegiada de la carta de encomienda*, Sesse *de inhibit. cap.* 2. §. 1. *num.* 37. Cuenca *de comanda gloss.* 6. *nu.* 8. ubi Niño in addit. *nu.* 5. 6. *&* 7.

10 Et adeò depositum sui natura celerem restitutionem exposcit, Menoch. *de arb. jud. casu* 284. *numer.* 6. Castillo *contr. jur. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 10. ut depositarius antequam illud reddat, nullam causam allegare possit, nec alius tertius admittendus ad restitutionem impediendam, probat Cardoso *in praxi jud. verbo Depositum nu.* 13. super quo vide Carocium *de depósito par.* 1. *tit. de casu quæst.* 21. *num.* 76. Pet. Barbosa *in l. divortio*, §. *ob donationes nu.* 17. *ff. sol. matrim.* August. Barbosa *in l. si quis* 11. *nu.* 2. 3. 4. *&* 5. *C. depositi*, Hermosilla *l.* 5. *gloss.* 1. *à num.* 2. *fol.* 197. *pag.* 2. *tom.* 1. Nec exceptionem † com-

11 pensationis quantumcumque liquidæ, *l. ult.* ubi Barbosa innumeris citatis *n.* 24. *&* 25. *C. de compens. at. l. si quis* 11. ubi Barbosa cum ampliationibus, & limitationibus *à nu.* 5. *C. depositi, cap. bona fides* 2. ubi Barbosa plures laudat *nu.* 5. *de depósito*, Gomez *tom.* 2. *var. c.* 7. *numer.* 2. *vers. Item non habet*, ubi Ayllon Laynez *num.* 3. *versic. Compensationem*, Mantica *de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 4. Castillo *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 11. Riccius *collect.* 1054. *versic. Et propterea*, Lucas ad Franchis *decis.* 151. *sub num.* 1. Cardoso *in praxi jud. verbo compensatio num.* 6. *& verbo depositum num.* 13. *in fine*, Maresca *de reconven. enarrat.* 5. *num.* 101. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 8. *num.* 45. Pet. Barbosa *in l. divortio*, §. *ob donationes num.* 5. 13. *&* 14. *ff. sol. matrim.* Gratian. *discep. foren. cap.* 263. *num.* 14. Cuenca *de comanda gloss.* 6. *n.* 19. ubi Niño *in addit nu.* 8. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 21. Covar. *in cap. quamvis pactum part.* 1. §. 4. *nu.* 9. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 5. *gloss.* 5. *à n.* 1. *fol.* 100. *col.* 2. *tom.* 1. Guttier. *de juramen. confirmat. part.* 3. *cap.* 6. *nu.* 4. Carol de Gras. *de exceptionib. excep.* 16. *à num.* 7. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 10.

12 Nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, *l. in contractibus* 14. §. *sed quoniam*, ubi Barbosa *num.* 25. *C. de numerata pecunia*, Carocius *de depósito part.* 1. *qu.* 2. *nu.* 19. *& tit. de casu à nu.* 32. *fol.* 44. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 8. *in prælud. nu.* 26. Pet. Barbosa *in l. divortio* 8. §. *ob donationes nu.* 14. *in prin. ff. solut. matrim.* Fachineus *controver. jur. lib.* 2. 93. *vers. Præterea probatur hæc sententia*, Trentacinq. *var. lib.* 3. *de solutionib. resol.* 20. *nu.* 25. Riccius *collect.* 1054. *vers. Infertur tertio*, Carol. de Gras. *de excep. excep.* 43. *nu.* 23. Maresca *de reconven. enarrat.* 5. *nu.* 99. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 8. *n.* 46. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 5. *gloss.* 5. *nu.* 6. *fol.* 201. *nu.* 1. Cuenca *de comanda clauſ.* 12. *gloss.* 13. Nec exceptionem † quinquennalis 13
dilationis, Boer. *dec.* 296. Franchis *decis.* 151. ubi Luca *nu.* 1. *&* 3. Riccius *collect.* 1054. *vers. Infertur secundo.* Pascal. *de pat. potest. part.* 2. *c.* 9. *nu.* 66. Thoro *par.* 1. *verbo exceptio quinquennalis fol.* 184. Faber. *in C. lib.* 1. *tit.* 9. *de præcib. Imperat. offeren. def.* 20. *nu.* 10. Carol. de Gras. *de exceptionib. excep.* 32. *nu.* 181. Carocius *de depósito par.* 1. *in repet. l. si quis C. depositi quæst.* 12. *nu.* 57. *fol. mihi* 47. *& de excep. excep.* 168. *nu.* 33. Mastrill. *in commentar. ad indultum quæst.* 46. *nu.* 9. Maresca *de reconven. enarrat.* 5. *nu.* 101. Barbosa *in l.* 14. *Cod. de præcib. Imperat. offerend.*
Nec reconventionem † admitti, Carol. de Gras. *de ef-* 14
fect. Cler. effectu 1. *nu.* 770. Barbosa *in c.* 2. *nu.* 5. *in fine de depósito*, notat Laynes ad Gomez *tom.* 2. *var. c.* 7. *nu.* 3. *vers. Compensationem*, super quo vide Carocium *de depósito par.* 2. *quæst.* 53. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 11. *nu.* 53. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 10. *gloss.* 1. *&* 2. *nu.* 4. *fol.* 213. *tom.* 1.

Amplia 1. ut procedat, sive pretium frumenti, 15
vini, olei, & aliorum fructuum sit taxatum per superiorem, sive non taxatum, sed naturale, quod civium prudentia, & arbitrio communiter inducitur, non possunt Clerici venditores dictarum rerum penes se retinere illud, quod plus vendunt prædictas res ratione gabellæ ab emptoribus laicis debitæ, & solutæ, quia semper gabella includitur in pretio, & in rigore velle totum illud, est velle pretium & gabellam, quod Clericis non licet, cum locupletarentur cum aliena jactura, & ultra legitimum pretium ita Glorit. *respon.* 5. *n.* 64. Fontanella latè *dec.* 306. *n.* 14. *&* 15. *par.* 2. notat Noguerol. *alleg.* 39. *n.* 35. *vers.* 2. Et declaravit noster Senatus referente Egregio Senatore Don Raymundo Rubi de Marimon inter Capitulum, & Civitatem Dertuzæ die 1. Julii 1632. scriba Joanne Payssa, refert extensè Fontanella *dec.* 306. *n.* 23. *par.* 2. & in motivis posuit Frater Magister Vincentius Maymò Procancellarius Regni Majoricarum, Consultoribus Mir, Guells, Armella, & Descals, & Zalsedo sententia lata 6. Martii 1657. in favorem Civitatis Majoricarum contra Curiam Ecclesiasticam, super gabella quinti vini, his verbis: neque obstat, quòd in hoc Regno vinum non habeat pretium taxatum à lege, vel statuto, ut sciri possit, an gabella sit intra, vel ultra justum pretium; non enim obstat, quia aliundè hoc liquidò constat, & amplius in propriis terminis extat decisio Senatus Cathaloniæ in causa Dertuzensi sub die 1. Julii 1632. quam venerari plurimum docet.

Amplia 2. sive venditio celebretur minutatim, aut 16
amphoratim, hoc est ad grossum, sive ad minutum, latè Glorit *respons.* 5. *à n.* 67. *cum seq. & nu.* 78. Noguerol. *alleg.* 38. *nu.* 17. *&* 18.

Amplia 3. ut illud plus ratione gabellæ Clerici re- 17
stituere teneantur, etiam si à Civitatibus, Villis, & Oppidis non petatur, Villalobos *in sum. morali par.* 2. *tract.* 8. *dif.* 15. *nu.* 7. Aliàs † peccant mortaliter, ut 18
tradit juxta sensum, de quo Doctores loquuntur Fermosinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ q.* 4. *n.* 52. *de constit.*
Et furtum † committunt, Cardinal. Lugo *de instit. &* 19
jure disput. 36. *sect.* 4. *nu.* 49. idem Fermosinus *in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 14. *nu.* 32. *& de constit.*

Siquidem depositarius non restituens depositum, 20
4 Idemque est in familiari tutore, curatore, seu administratore bonorum laici, qui pro reddendis computis administrationis tutelæ, & curæ potest conveniri coram Judice sæculari, Escobar. *de ratiocin. c. 7. num. 10.* Cancer. *part. 1. var. resol. c. 7. num. 159.* alter Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdic. in Istud. general. c. 50. §. 4. num. 45.*

5 Idem in studioso tradit Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdic. in stud. general. c. 50. §. à nu. 41.*

6 Similiter Clericus executor testamenti cujusdam laici, etiam si sit Episcopus pro reddendis computis manumissoriæ conveniri potest coram Judice sæculari, Socinus *in c. 1. num. 52. de foro compet.* Molina *de just. & jure tom. 1. tract. 2. disp. 247.* Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdic. in stud. general. c. 50. §. 4. num. 44.* Berart. *in spec. visit. c. 23. numer. 20.* Larrea *alleg. Fiscal. 27. num. 20.* alter Escobar. *de ratiocin. c. 7. nu. 13.* plures alios cumulant Bolero *de decoctorib. tit. 2. quæst. 5. num. 6.*

7 Secunda est opinio, quòd Clericus tutor, curator, vel administrator laici, qui tutelæ, curæ, vel administrationis onus spontè à judice sæculari suscepit, pro reddenda ratione administrationis, tutelæ, seu curæ, & reliquorum restitutione conveniri debet coram Judice Ecclesiastico, latè probat Escobar. *de ratiocin. c. 7. à num. 14. ad 23.* idemque docent Manfrella ad Capi. Latro *dec. 123. num. 25.* Notavit Bobad. *in polit. lib. 2. c. 18. num. 184. in fine*, alios plures addit. ad Rovit. *dec. 20. in prin.* & secundùm hanc opinionem judicavit Concilium Regni Neapolis, testantur Rovit. *dec. 20. tota*, Novarius *in praxi misserab. person. privil. 84. numer. 5.* Fermosin. *in c. unico quæst. 4. à num. 8. ad 13. de obligatis ad ratiocinia*, Thoro *in compend. decis. part. 2. verbo remissio causæ computorum fol. 579. & part. 3. sect. 1. verbo Clericus administrator fol. 166. & in supplemen. verbo Clericus qui tutelam fol. 89.* Capicius Latro *Consult. 103. num. 17.* Baron. *de citat. tom. 3. in addit. ad quæst. 27. num. 26. ad versic. An Clericus fol. 349.* Marinis *lib. 1. res. jur. c. 53. à n. 58.*

8 Et generaliter, quòd Clericus tutor, seu curator laici ad reddendum computa administrationis tutelæ, vel curæ non possit conveniri coram Judice sæculari, sed sit conveniendus coram judice Ecclesiastico, probat latè Martha *de jurisdic. part. 4. casu 148. toto signanter à n. 7.* idemque docent Ansaldus *de jurisdic. part. 2. tit. 11. c. 28. num. 59.* Bonacina *in Bulla cœnæ disp. 1. quæst. 16. punct. 5. sub num. 27.* Diana *resol. mor. part. 4. tract. 1. resol. 39. & in coordinat. part. 9. tract. 2. res. 69. num. 2. versic. Quamobrem*, Thomas del Bene *de Immun. Eccl. tom. 2. c. 9. dub. 35. sect. 8. num. 23.* Squillante *de privileg. Clericor. c. 14. in prin.* Barbosa *de jure Eccl. uni. lib. 1. c. 39. §. 5. num. 74.* Riccius *in praxi part. 3. resol. 505.* Scialoja *de foro compet. c. 29. n. 7.*

9 Idemque est si Clericus sit datus executor testamenti laici pro reddenda ratione manumissoriæ conveniri debet coram Judice Ecclesiastico, Martha *de jurisd. par. 4. casu 148. à num. 7.* Barbosa *de jure Eccl. uni. lib. 1. c. 39. §. 5. num. 74.* Bonacina *de censur. in Bulla Cœnæ disp. 1. quæst. 16. punct. 5. num. 17.* Ambrosin. *de Immun. Eccles. c. 20. num. 54. & seq.* Ansaldus *de jurisdict. part. 2. tit. 11. c. 22. à num. 16.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu 1. num. 493. & seq.* Scialoja *de foro compet. c. 29. numero 7. ante finem;* Carpio *de executor. lib. 3. c. 10. nu. 40. lib. 4. c. 2. num. 8.* Altimarus ad Rovit. *dec. 20. num. 25.* Diana *res. mor. par. 8. tract. 5. res. 43. & in coordinat. par. 6 tract. 9. res. 73.* Amostazo *de causis piis lib. 1. c. 12. n. 32. in fine.*

10 Et à fortiori Episcopus executor testamenti laici pro reddenda ratione non coram Judice sæculari, sed coram Metropolitano conveniri debet, *l. nulli 28. C. de Episcop. & Cler. l. 5. tit. 10. part. 6.* ubi Gregor. Lopez *glos. verbo al Juez ordinario*, Escobar. *de ratiocin. c. 7. n. 19. vers. Quinimo*, Spinus *in spec. testa. gloss. 28. num. 42.* Rovit. *dec. 20. numer. 12.* Fermosin. *in c. qualiter, & quando quæst. 7. num. 5. de Judic.* Diana *resol. mor. part. 8. tract. 5. resol. 42. & in coordinat. par. 6. tract. 9. resol. 72.* Amostazo *de causis piis lib. 1. c. 12. numer. 32. vers. Si verò.*

11 Sic Clericus factus Syndicus alicujus Universitatis sæcularis ad reddendum computa suæ administrationis conveniri debet coram Judice Ecclesiastico, Riccius *in prax. part. 1. res. 413.* Scialoja *de foro compet. c. 29. n. 7. vers. nam si Clericus.*

12 In jure enim æquiparantur tutor pupilli, & executor testamenti, *gloss. in l. ante penultima, ff. de tutel. gloss. in l. uxor. §. 1. ff. de falsis*, Spinus *in spec. testa. gloss. 28. num. 78. vers. Præterea facit*, Baeca *de decima tutor. c. 20. numer. 22. vers. Sed quod tutores*, Guttier. *de tutel. part. 3. c. 45. numero 3.* notant idem Baeca *de decima tutor. c. 10. numer. 20.* Escobar. *de ratiocin. c. 27. numer. 47.* Et etiam † tutor, & Prælatus æquiparantur, & de tutore ad Prælatum, 13

latum, & è contra, valet argumentum in favorabilibus, ut probat Guttier. *de tutel. part.* 3. *c.*8. *num.*8. Gratian. *discep. foren. c.*617. *num.*6. alios addit Barbosa *loc. com. argument. jur. loco* 117. *num.*3. Sicut † valet
14 argumentum de tutore ad Syndicum, Monter *decis.* 29. *num.*3. Menochius *cons.* 228. *num.*22. *in fine*, & alii apud Barbosam *loc. com. argum. jur. loco* 117. *num.*1.

15 Ampliatur hæc 3. opinio, ut procedat, etiam si Clericus sit tutor laici relictus in testamento, fuerit confirmatus à Judice sæculari, concurrente illius voluntate, & Episcopi licentia, pro reddenda ratione administrationis tutelæ conveniendus est coram Judice Ecclesiastico, Thoro *in compen. decis. par.*2. *verbo remissio causæ computorum, vers. Sed quia, juncto vers. Quare fol.*579.

16 Tertia est opinio Escobar. *de ratiociniis c.*7. *numero* 23. *versic. Hæ tamen cum seq.* qui deterritus ob Doctorum varietates, & Jurisconsultorum controversias, conatus est, fœderis distinctione conciliare, dicens. Quòd, aut Clericus tutelam, vel curam alicujus miserabilis personæ misericordia motus acceptavit, & hoc casu nullatenus amittit privilegium fori, cum ex permissione juris Canonici tutelam legitimam, vel miserabilium personarum licitè accipere possit, *can. pervenit*, 87. *dist. can.*1. *&* 2. *distinct.* 88. *l. Orphanotrophos*, *Cod. de Episcop. & Cleric.* & latè exornavi *dec.*157. *num.*28. *&* 29. *part.*3. Altimarus in addit. ad Rovit, *dec.*20. *num.*16. aut verò Clericus tutelam, vel curam acceptavit lucri faciendi causa, tunc cum illam possit renuere, & non renuit, omnino fori privilegium amittit, ad hoc ut sæculari judici, de cujus manu tutelam, vel curam accepit rationem reddat. Eo quia Clericus, vel Episcopus sæcularem administrationem ultro recipiens ab Ecclesiæ gremio dejicitur, *can. Episcopus* 88. *distinct.*§. *Deo autem amabiles in authent. de Sanctissim. Episcopo* & subdit Escobar. *numer.* 27. *&* 28. quòd licèt Clericus expressè, & per pactum jurisdictionem judicis sæcularis prorogare non possit adversùs ejus personam, *c. si diligenti de foro compet.* ut pluribus probavi *decis.*169. *numero* 15. *part.*3. tamen delinquendo coram eo contra canonum statuta, multis ex causis judicis sæcularis jurisdictionem quoad bona prorogare potest, ut per Paul. de Castro *in l. ad dictos numero* 6. *C. de Episc. Audien.* & addit Escobar. ita videri in Clerico, qui falso coram Judice sæculari deposuit, qui ab eodem Judice sæculari puniri potest, vel saltem captis pignoribus in bonis mulctari, *juxta gloss. in l. nullum verbo præscriptionem C. de testibus*, de qua Escobar. cum distinctione latè Vela *dissert.*43. *à num.*20. *tom.*2. Fermosinus *in c. unico, q.*4. *à n.*13. *ad* 16. *de obligatis ad ratiocinia*.

17 Cæterùm hanc distinctionem Escobar. referunt, sed eam reprobant Doctores, ut Rovit. omninò videndus *dec.*20. *à num.* 16. *usque ad finem*, Marinis *lib.*1. *res. jur. c.*53. *num.* 2. *junctis num.*18. 19. 20. 21. *&* 22. *lib.*2. *res.* 177. *à numer.* 8. *usque ad finem*, Thoro *in compend. decis. part.*2. *verbo remissio causæ computorum fol.*579. Vela latissimè *dissert.* 44. *à num.* 1. *&* *dissert.*45. *n.*85. 86. *&* 87. *tom.*2.

18 Et sic Rovit. *dicta decis.* 20. *numer.*18. exordium faciens ab ultimo dicto Escobar. fundato in opinione *gloss. in l. nullum verbo præscriptionem*, *Cod. de testibus*, inquit, omnibus esse notum esse communiter reprobatam quoad Clericum, qui quamtumvis falsum deposuerit coram Judice sæculari, non potest ab eo puniri, neque in persona, neque in bonis, ut innumeris probavi *decis.* 21. *numero* 52. *&* *latè decis.* 35. *à numero* 38. quibus addendi sunt Trevisan. *decis.* 8. *part.* 2. Magon *decis. Florent.* 12. Parlador. *rer. quotid. tom.*2. *dif.*9. §.1. *numero* 3. Ciarlin. *controver. jur. lib.* 1. *c.*48. *numer.* 10. Marinis *resol. jur. lib.*1. *c.* 50. *num.* 1. ubi Rodoer. *à num.*22. Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæst.* 18. *numero* 17. *&* 18. idem Marinis *lib.*2. *resol. jur. c.*177. *num.*12. Altimarus ad Rovit. *dec.*20. *num.*18. Riccius *decis.*81. *parte* 4. *&* *collect.* 597. *in fine*, Ambrosin. *de Immun. Eccl. c.*18. *numer.*19. 20. *&* 21. Ansaldus *de jurisdict. part.*2. *tit.*11. *c.*25. *numero à* 1. *ad* 58. Guazzin. *defen. reor. defen.* 1. *c.*11. *num.*15. Episcopus Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.*64. *num.*4. Episcopus Fermosinus *in c. de cætero* 14. *num.* 33. *de testibus*, Mastrill. *decis.*159. *tom.*2. Scialoja *de foro compet. c.*41. *num.*15. remissive Bucaron. *de dif. int. jus civi. & crim. dif.* 96. *num.*9.

Quarta est opinio, quòd Clericus tutor, curator, 19
seu administrator laici potest conveniri coram Judice sæculari pro reddenda ratione, & reliquorum restitutione, ubi est consuetudo pro ut in Regno Franciæ fieri consuevit, secus ubi talis consuetudo non viget, ita explicant Escobar. *de ratiocin. c.*7. *nu.*21. *vers. Vel secundo*, *&* *numero* 23. Rovit. *decis.*20. *à numer.* 9. *ad* 13.

Ex his quatuor opinionibus prima arridet, de qua 20
num. 2. quòd Clericus tutor, curator, vel administrator laici, qui onus tutelæ, curæ, vel administrationis à Judice sæculari spontè acceptavit pro reddenda ratione administrationis, tutelæ, vel curæ, & reliquorum restitutione potest conveniri coram Judice sæculari, sic fuit in Cathalonia declaratum contra Clericum tutorem testamentarium laici per Cancellarium Casador, Consultore Torca 9. Junii 1567. in favorem Margaretæ Cornet viduæ relictæ Joannis Cornet Chirurgi Villæ Perpiniani, contra Andræam Vernet Presbyterum, Beneficiatum in Ecclesia Villæ de Insula tutorem, & curatorem filiorum Joannis Vernet in ejus testamento assignatum.

Et per Cancellarium Puigmari 16. Aprilis 1630. 21
occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ per Arnoldum Cerdà Presbyterum procedimentis contra eum in Regia Audientia factis ad instantiam Annæ Bordes viduæ Villæ Podii Ceritani ad cujus instantiam fuit dictus Cerdà citatus in dicta Regia Audientia, ut tamquam possessor cujusdam domus sitæ in dicta Villa Padii Ceritani, quæ fuit Bartholomæi Cases quondam Presbyteri tutoris, & curatoris Joannis Vilarasa ejusdem Villæ, Regia sententia condemnati ad solvendum ad dict. Bordes 400. fl. una cum interesse, & expensis, aut ad dictam domum dictæ tutelæ obligatam, & obnoxiam deserendum, cujus Regiæ sententiæ fuit decretum executionis provisum, fuit declaratum: firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ per dictum Arnaldum Cerdà Presbyterum locum non fuisse, nec esse.

Et per nostram Regiam Audientiam, me relatore, provisione facto verbo facta 4. Maii 1676. in causa N. Fabrega Civis Honorati Barcinonæ, uti patris, & legitimi administratoris Francisci Fabrega, & hæres ejus filii contra Isidorum Mach, & Antonium Ferrer, Actuario Cortes, & Mercer, fuit declaratum, & provisum, Militem actu servientem in militia, & quemlibet alium privilegiatum, & exemptum tutorem, & curatorem laici, ac etiam hæredem, & bona tenentem dicti tutoris, & curatoris, quamtumvis militem, privilegiatum, & exemptum, posse conveniri in Regia Audientia pro redditione computorum administrationis tutelæ; & curæ personæ laicæ. 22

Limita 1. si Clericus tutor, curator, seu admini- 23
strator laici pro reddendis computis administrationis, tutelæ, vel curæ laici, & reliquorum restitutione convenitur civiliter coram Judice sæculari, ut docent citati *num.*2. notat Barbosa *de jure Eccl. uni. lib.*1. *cap.*39. §.2. *num.* 126. Secus si criminaliter, Mascard. *de gener. stat. interpret. concl.*1. *num.*233. adde supra *decis.*220. *nu.*32. Adeò † ut hujusmodi Clericus non pos- 24
sit capi, nec carcerari, nisi esset suspectus de fuga, nam tali casu capi etiam potest per Judicem sæcularem ad effectum ducendi illum ad suum Episcopum, ita post alios Escobar. *de ratiocin. cap.*7. *num.*11. 12. *&* 21. Ambrosin. *de Immun. Eccl. cap.* 20. *numer.* 55. Fermosin. *in cap. qualiter*, *&* *quando* 17. *quæst.* 7. *num.*7. *de judiciis*.

Limita 2. ut procedat, quando agitur coram Judice 25
sæculari contra Clericum tutorem, curatorem, seu administratorem laici pro reddenda ratione administrationis tutelæ, vel curæ, & reliquorum restitutione,

& ita loquuntur citati *num.* 2. sed non potest Judex sæcularis procedere ad executionem sententiæ latæ contra Clericum tutorem, curatorem, seu Administratorem laici condemnatum ad reliquorum restitutionem, sed debet executionem suæ sententiæ remittere Judici Ecclesiastico, implorando per litteras requisitorias ejus auxilium, ut docent citati *decis.* 10. *num.* 114. *in fine part.* 1. *& decis.* 220. *num.* 34. *hac part.* 4. & ex Oliva *ritu* 37. *Curiæ Archiep. Neapol. num.* 7. citans Squillante *de privileg. Cler. cap.* 7. *numer.* 87. tradit Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 9. §. 2. *num.* 126. Marinis *libr.* 1. *resol. jur. cap.* 53. *sub num.* 2. *& num.* 15. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 39. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 69. *num.* 3. Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 35. *sect.* 8. *num.* 26. *&* 27. Vela *dissert.* 45. *num.* 88. *vers. Sunt enim tom.* 2. Fermosinus *in cap. unico quæst.* 4. *numer.* 19. *de obligatis ad ratiocinia, in cap. qualiter, & quando* 17. *quæst.* 7. *num.* 8. *&* 10. *de judiciis.*

26 Unde infero, perperam dixisse Escobar *de ratiocin. cap.* 7. *num.* 35. quòd si Judex Ecclesiasticus procederet per censuras adversùs Judicem sæcularem, ex eo quòd Judex sæcularis adversùs Clericum tutorem via executiva procederet ejus temporalia bona capiens, vim illi inferre diceretur. Tamen ipse Escobar *num.* 36. *in fine*, ut opinionum sibi adversantium conflictus evitet, agnoscit, securius esse, ut Judex sæcularis requirat judicem Ecclesiasticum pro hac executione facienda, vel pignoribus capiendis pro Clericis in quibus fuit condemnatus in redditione computorum administrationis tutelæ, & curæ laici, & citat Guttierr. *de tutel. part.* 3. *capit.* 1. *num.* 9. idemque tradunt Marinis *libr.* 1. *resol. jur. cap.* 53. *sub num.* 2. *vers. Subdens*, Vela *dissert.* 45. *num.* 88. *vers. Sunt enim tom.* 2.

27 Sic administrator officii sæcularis si efficiatur Clericus non redditis rationibus, tenetur rationem reddere coram Judice sæculari: sed deinde illud, in quo fuit declaratus debitor per Judicem sæcularem, compellitur ad solvendum per Judicem Ecclesiasticum, Marinis *resol. jur. libr.* 1. *cap.* 53. ubi Rodoer. *num.* 1. *juncto n.* 3. *vers. Istorum*, Scialoja *de foro compet. cap.* 29. *num.* 33. Altimar. ad Rovit. *dec.* 20. *num.* 13. *toto.*

28 Et è converso, laicus datus tutor, seu curator Clerico minori per Judicem Ecclesiasticum potest conveniri coram Judice Ecclesiastico pro reddenda ratione administrationis tutelæ, seu curæ, & reliquorum restitutione; sed non potest Judex Ecclesiasticus procedere ad executionem sententiæ per eum latæ, sed debet executionem remittere Judici sæculari, Rovit. *decis.* 58. Baron. *de citat. tom.* 1. *quæst.* 9. *num.* 2. 23. *versic. Sed si Clerico in fine*, Scialoja *de foro compet. cap.* 18. *num.* 37. *& cap.* 29. *num.* 8. ad quos me remisi *decis.* 157. *num.* 24. *part.* 3. addo Altimarum in addit. ad Rovitum *decis.* 58. *vers. Secundus casus, & vers. Aut non tubens.*

29 Sed utrùm Clericus tutor, curator, seu procurator laici pro debito pupilli, vel sui principalis fit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, aut sæculari? Quidam tenent quòd est conveniendus coram Judice Ecclesiastico, ita Ambrosin. *de Immunit. Eccles. cap.* 20. *num.* 54. *vers. Et semper Clericus*, Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 7. *num.* 156. Et in executore testamenti Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *cap.* 7. *num.* 36. *& in politica libr.* 5. *cap.* 7. *vers. En lo qual fol.* 804. Sperell. *decis.* 19. *num.* 24. *libr.* 1.

30 Sed contrarium est verius, quòd debet conveniri coram Judice sæculari, quia tunc non consideratur persona Clerici, sed pupilli, vel sui principalis laici, ex cujus persona convenitur, ut docent Socin. Gall. Scaccia, Farinac. Squillante, Vela, & Cevallos, quos laudavi, reprobatis Ambrosino, & Cancer. cum pluribus declarationibus Cancellarii Cathaloniæ *decis.* 10. *num.* 114. *vers. Ubi autem part.* 1. Baron. Carol. de Grass. & Thoro, quos reprobant Solorzano, & Sperell. addidi *in addit. positis ad decis.* 10. *num.* 114. *versic. Ubi autem, post part.* 2. *decis.* quibus addendi sunt Ursil. ad Afflict. *decis.* 24. *numer.* 4. Stayban. senior *cons.* 41. *num.* 5. ubi Sebastian. Junior *in addit.* Caracciolus *de foro privileg. quæst.* 24. *num.* 14. *&* 15. Marcel. Vulpe *in prax. fori Ecclesiast. cap.* 45. *num.* 26. Golinus *de procurator, part.* 1. *cap.* 5. *num.* 12. Anna in addit. ad ejus Genitor. *singul.* 127. Scialoja *de foro compet. cap.* 29. *numer.* 9. Altimarus in addit. ad Rovit. *decis.* 20. *num.* 11. Barbosa *in repertor. verbo Clericus vers. Clericus si per Regem, ibi, & Clericus tutor. fol.* 57. me citato Villaplana in addit. ad Pegueram *in constitut. Item ne super laudimio vers.* 8. *num.* 292. Et adde sic fuisse in Cathalonia declaratum per Cancellarium Cassador 22. Augusti 1570. in favorem Bernardi Ferrer tutoris, & curatoris filiorum Joannis Canals Villæ Sancti Petri Deauro, & Sperantiæ ejus primæ uxoris contra Petrum Canals Presbyterum tutorem, & curatorem filiorum dicti Joannis Canals, & Magdalenæ ejus secundæ uxoris. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Puigmija, Jover, & Sala 30. Maji 1607. in favorem Joannis Utger, & Angelæ conjugum contra Petrum Joannem Vila Presbyterum in Ecclesia Parochiali Sancti Michaelis Civitatis Barcinonæ Beneficiatum administratorem bonorum hæreditatis Angelæ Lirana.

Et quamvis dicat Squillante *de privil. Cler. cap.* 7. *num.* 82. executionem contra hunc Clericum faciendam esse per judicem Ecclesiasticum, quem refert, & sequitur Golinus *de procurator, part.* 1. *cap.* 5. *num.* 13. Et ambos citat Altimarus in addit. ad Rovit. *decis.* 20. *num.* 22. *vers. Verum.* Quod verum non existimo, nec sequendum ex dicta ratione, quia non consideratur persona Clerici, sed pupilli, vel sui principalis laici, cujus nomine convenitur, de quo latissimè Vela *dissert.* 40. *tota signanter* 4. *num.* 6. *tom.* 2. 31

ARGUMENTUM.

An Clerici ad officia sæcularia admissi, si in eis deliquerint, gaudeant vel non privilegio fori Ecclesiastici, & sic puniendi per Judices Ecclesiasticos, vel sæculares.

SUMMARIUM.

1 *Clerici non possunt esse officiales, neque Judices inter laicos, num.* 1. *rationes remissivè, num.* 2. *etiam in minoribus ordinibus constituti, num.* 3. 4. *&* 5.

6 *Equites Sancti Joannis Hierosolymitani non possunt esse officiales, neque Judices inter laicos.*

7 *Equites Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Montesiæ non possunt esse officiales, & Judices inter laicos.*

8 *Familiares Sanctæ Inquisitionis non possunt esse officiales & Judices inter laicos.*

9 *Clerici tam simplices, quàm Beneficiati, etiam Episcopi, & Cardinales possunt esse Consiliarii Principum sæcularium, non solùm circa prudens Reipublicæ Regimen sine administratione, num.* 9. *sed etiam cum administratione in causis civilibus, num.* 11.

10 *Archiepiscopi, & Episcopi in Cathalonia, & aliis Regnis Hispaniæ sunt Regii Consiliarii, & de Regio Concilio Domini Regis dicuntur.*

12 *Clerici an de jure possint esse Proreges, & Locum Tenentes Principum sæcularium in sæculari jurisdictione exercenda, aut Gubernatores Regni, vel Administratores Provinciæ tamquam Officiales Principum sæcularium, & quid in practica servetur.*

13 *Clerici non possunt esse Assessores generales in omnibus causis civilibus judicis laici, secus in una causa, num.* 13. *admittuntur tamen in Cathalonia ad officia Assessorum Domus Deputationis, num.* 14.

15 *Cancellarii Regii, Regentes Regiam Cancellariam Doctores Regiæ Audientiæ, & alii officiales perpetui sunt obnoxii in Cathalonia Visitationi Regiæ.*

16 *Cancellarii Regii, Doctores Regiæ Audientiæ Eccle-*

cleſiaſtici, & alii Clerici aſſumpti ad officia ſæcularia, ſi in eis deliquerint, gaudeant, vel non privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſi puniendi coram judicibus Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, num. 16. reſolvitur, numer. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. & 34. Et quid ſi delicta ſint in omittendo, num. 40.

17 *Clerici ratione artis, vel officii, puta Medici, Pharmacopolæ, Artificis, & ſimilium conveniri poſſint coram judice ſæculari. Et an Rector ſtudii laicus ſit judex competens Clericorum in rebus ad ſtudium concernentibus & an Clerici Advocati in officio delinquentes apud Judicem ſæcularem, poſſint ab eo puniri. Et an Clerici Tabellionis officium exercentes, & in eo falſitatem committentes poſſint à Judice ſæculari puniri. Et an Milites exiſtentes in collegio poſſint declinare juriſdictionem Rectoris, vel præpoſiti illius collegii prætextu militiæ, aut exemptionis, aut dignitatis, num. 17. reſolvitur, num. 18. cum ſeq.*

26 *Doctores Regiæ Audientiæ in criminalibus ſunt exempti à juriſdictione Proregum.*

35 *Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani, Sancti Jacobi de Spata, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ admiſſi ad officia ſæcularia, ſi in eis deliquerint, an gaudeant, vel non privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſic puniendi per Judices Eccleſiaſticos vel ſæculares, num. 35. & quid in delictis omiſſionis, num. 40.*

36 *Officiales, Miniſtri, & familiares Sanctæ Inquiſitionis delinquentes in officiis ſæcularibus in quibus fuerunt admiſſi, an gaudeant vel non privilegio fori Sancti Officii, & ſic puniendi per Venerabiles Patres Inquiſitores, vel Judices ſæculares, 36. & quid in delictis in omittendo, n. 40.*

37 *Doctores Regiæ Audientiæ, & alii officiales perpetui quando aſſumuntur laici, non poſſunt ſic Clericari abſque licentia ſuperioris, benè tamen poſſunt Religionem ingredi abſque licentia ſuperioris.*

38 *Doctores Regiæ Audientiæ, & alii officiales perpetui, ſi Clericantur abſque licentia Domini Regis, nedum officiis privantur, ſed tamquam vacantia aliis per Principem conceduntur.*

39 *Doctores Regiæ Audientiæ matrimonium contrahere non poſſunt abſque ſuperioris licentia, ſub pœna privationis officiorum, & aliis pecuniariis.*

DECISIO CCXXIV.

1 CLerici non poſſunt eſſe officiales Magiſtratus, neque Judices inter laicos, ut latè probavi tam de jure Cathaloniæ, quàm Regnorum Aragonum, Caſtellæ, Neapolis, Sardiniæ, & de jure communi, *dec. 9. num. 9. part. 1.* addo *l. placet 17. Cod. de Epiſcop. & Clericis, Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. de reformat. cap. 1. verſ. Ac nihilominus*, Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effectu 13. toto*, Scialoja *de foro compet. cap. 33. num. 286.* Pratus *diſcept. forenſ. cap. 35.* Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. libr. 1. cap. 40. a num. 109. ad 113.* Luca ad Franchis *deciſ. 479. num. 2. & 3.* Daniel de Nobilibus *diſput. 12. num. 6. & in addit. num. 3. verſ. Excluduntur.*

2 Rationes hujus regulæ, duas tradunt Luca ad Franchis *deciſ. 4. 9. num. 2.* Daniel de Nobilibus *diſput. 12. num. 7.* Novarius *gravamine 144. num. 3. tom. 1.* tres, Fontanella *deciſ. 190. n. 4. & 18. part. 1.* quatuor, Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effectu 13. num. 2.* latè Maſtrill. *de Magiſtrat. libr. 4. cap. 6. à num. 2.*

3 Adeò quòd Clerici in minoribus conſtituti habentes beneficium Eccleſiaſticum, aut requiſita Concilii Tridentini *ſeſſ. 21. de reform. cap. 6.* non poſſunt eſſe Officiales Magiſtratus, & judices inter laicos, Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effectu 13. numer. 4.* Scialoja *de foro compet. cap. 33. num. 286. in fine*, Bugos de Paz *in l. 2. tauri num. 77.* Portoles ad Molin. §. *Clericus numer. 3.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 2. cap. 6. num. 27.* Pereyra *deciſ. 58. num. 51.*

4 Imò ſi Officiales electi, qui cœperunt poſſeſſionem officii, reperiantur Clerici, etiam quòd deinde renuntient Clericatui, ſunt ab officio removendi, quia electio, & poſſeſſio eis data nulla eſt, *ex traditis n. 1.* Et conſequenter non poteſt reconvalidari per renuntiationem Clericatus, *argumento l. quæ ab initio, ff. de regul. jur.* ut latè probat Scialoja cum deciſione Regii Collateralis Concilii Regni Neapolis *de foro compet. cap. 33. num. 287.* Motus inter alia *ex l. ſed, & ſi 9. ubi gloſſ. ff. de recept. arbit. cap. dudum gloſſ. verbo electionis tempore de electione, cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* Riccius *dec. 343. num. 3. part. 4.* Anna *ſingul. 232.* Rovit. *deciſ. 82. num. 10.* addo Fontanell. cum deciſ. Noſtri Senatus *deciſ. 190. num. 3. part. 1.*

Notanter dixi, qui cœperunt poſſeſſionem officii. 5
Nam ſi ante cœptam poſſeſſionem officii renuntiant Clericatum, (loquor de Clericis in minoribus) tunc poſſunt eſſe officiales inter laicos, latè Scialoja *de foro compet. cap. 33. num. 288.* ubi ſic intelligit Muſcatel. *in praxi Civi Sacri Concilii part. 2. gloſſ. competens in addit. ad litteram C.* Franchis *dec. 479.* ubi Riccius *in addit.* Thoro *in ſupplem. verbo Nullitates fol. 451.* Rovit. *in pragm. 2. num. 43. de adminiſtr. Univerſit.* Sanfelic. *deciſ. 63. num. 41. & ſeq. & deciſ. 316. à num. 7.* Capiblanc. *de Baronib. pragm. 10. num. 120.* addo Thoro *in compend. deciſ. part. 1. verbo Clerici, & cæteri fol. 93.* Luca ad Franchis *deciſ. 479. num. 3.*

Similiter Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani, 6
cum fiant verè, propriè, & ſtrictè Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, *ut latè cum multis tradidi deciſ. 8. à num. 59. ſignanter à num. 63. part. 1. Et in addit. ad dictum num. 59. poſitis poſt part. 2. deciſ. & dec. 138. num. 1. part. 3.* non poſſunt eſſe Officiales, Magiſtratus, & judices inter laicos, *ut cum pluribus dixi deciſ. 8. n. 71. part. 1. & deciſ. 138. n. 7. part. 3.* Quibus addendi ſunt Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effectu 13. num. 5.* Novarius *in praxi elect. fori tom. 1. ſect. 2. quæſt. 69. num. 25. & in pragmat. 1. collect. 2. de Eccleſiaſt. perſonis*, Scialoja *de foro compet. cap. 33. n. 294. verſ. Sic etiam*, Eſcaño *in propugnaculo Sacræ Religionis Militaris Sancti Joannis diſcept. 13. cap. 5. à num. 1.*

Equites etiam Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcanta- 7
ræ, & Monteſiæ cum verè propriè, & ſtrictè ſecundùm veriorem ſententiam ſint Religioſi, *ut cum multis dixi deciſ. 8. à num. 81. præcipuè num. 88. part. 1. & dec. 139. à num. 4. præcipuè n. 5. part. 3.* vel ſaltem ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, *plures citavi dec. 8. n. 89. part. 1. & dec. 139. num. 6. part. 3.* non poſſunt eſſe Officiales, Magiſtratus, & judices inter laicos, Novar. *in pragmat. 1. collect. 2. n. 2. de Eccleſ. perſon.* Scialoja *de foro compet. cap. 3. num. 294. verſ. Sic etiam*, Quidquid ipſe *num. 298.* contrarium dicat de Equitibus Sancti Jacobi ex Danza *de pugna Doctorum tom. 1. tit. de qualitate officialium cap. 1. num. 83.* Videndus Xammar. *de privileg. Barcin. §. 26. num. 6.* ubi Monras *num. 9.* Maſtrill. *de Magiſtrat. libr. 2. capit. 6. num. 35.* Et alii referendi *num. 35.*

Familiares Sanctæ Inquiſitionis nec etiam poſſunt 8
eſſe officiales, Magiſtratus, & judices inter laicos, *Conſtit. mes encara 15. Conſtit. attes que 16. tit. de perſones prohibides tenir officis*, Xammar. cum deciſione Noſtri Senatus *de privileg. Barcin. §. 22. numer. 46.* ubi Monras *num. 75.* Portoles ad Molin. §. *Clericus num. 4.* Et alii citandi *num. 36.*

Benè tamen Clerici, tam ſimplices, quàm Benefi- 9
ciati, & in Sacris ordinibus conſtituti, etiam Epiſcopi, & Cardinales poſſunt eſſe Conſiliarii Principum ſæcularium, non ſolum circa prudens Reipublicæ regimen ſine adminiſtratione, Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effectu 13. num. 8.* Daniel de Nobilibus *diſp. 12. num. 7. in fine*, Xammar. *de offic. judic. part. 1. quæſt. 12. num. 67.* Cardoſo *in praxi judic. verbo Clericus num. 27.* Scialoja *de foro compet. cap. 33. num. 297.* Maſtrill. *de Magiſtr. libr. 2. cap. 6. n. 46.* Villalobos *in ſum. moral. tom. 1. tract. 21. dif. 37. num. 3.* (pro ut † in Cathalonia, & 10
aliis Regnis Hiſpaniæ omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſunt Regii Conſiliarii, & de Regio Concilio Domini Regis dicuntur, & pro occurrentibus neceſſitatibus, & negotiis Regnorum à Domino Rege vocantur, *ut pluribus probavi dec. 28. n. 31. part. 1. & dec. 94. num. 38.*

num. 38. *part.* 2. Quibus addendi sunt Fab. de Anna *cons.* 122. *num.* 30. *libr.* 2. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effectu* 13. *num.* 7. Mastrill. *de Magistrat. libr.* 2. *capit.* 6. *num.* 46. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 7. *num.* 71. *& in polit. libr.* 5. *cap.* 7. *vers. El qual cuydado in fine fol.* 549. *& in tract. de las placas honorarias num.* 402. Barbosa *de potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *numer.* 12. *in fine*, *& num.* 18. *vers. Dicuntur*, *ibi: Ideo*, *& de jure Eccles. universs. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 39. *in fine*, Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 3. *numer.* 16. *in fine*, Tasson *de antefato vers. Tertio observ.* 1. *num.* 33. Salzedo *in theat. honor. gloss.* 22. *num.* 15. me citato Regens Mattheu *de re crim. controv.* 78. *num.* 15. *in fine*, notat Bosch. *dels titols de honor*, *l.* 2. *cap.* 40. *vers. Los al-*
11 *tras titols fol.* 292.) Sed etiam † in Cathalonia cum administratione, & jurisdictione in causis civilibus, ex quo à prohibitione generali excipiat Regios Cancellarios, & Regios Consiliarios *constit.* 2. *tit. de cosas prohibides als Clergues*, consequenterque in Cathalonia Clerici sunt habiles ad officia Regiorum Cancellariorum, & Doctorum Regiæ Audientiæ, Fontanella *decis.* 190. *num.* 7. *&* 8. *part.* 1. idemque in Regnis Hispaniæ, & aliis Regnis, Navar. *in manu. cap.* 27. *num.* 14. Bobad. *in polit. libr.* 1. *cap.* 17. *num.* 31. *&* 32. Menchaca *de succes. creat. libr.* 3. §. 30. *num.* 312. Navarretus *in discursu polit.* 29. *toto*, Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 68. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 5. *resol.* 98. Ferrer. *in constit. hac nostra eviden.* 2. *num.* 102. Suarez *de censur. tom.* 5. *disput.* 51. *sect. ult.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 42. *& in polit. lib.* 5. *cap.* 4. *vers. Quinto adverto fol.* 782. Salzedo *de lege polit. libro* 2. *cap.* 2. *num.* 48. *&* 49. Barbosa *voto* 89. *num.* 67. *&* 73. *tom.* 3. Vela *dissert.* 44. *num.* 4. 5. *&* 6. *tom.* 2.

12 Apud quos invenies tractatum. An de jure Clerici possint esse Proreges, vel Locumtenentes Principum in sæculari jurisdictione exercendi, vel Gubernatores Regni, aut Administratores Provinciæ, tamquam Officiales principum sæcularium? Et quid in practica servetur? Videndi sunt Morlanes *in allegat. Proreg. extran. num.* 1132. Cenedo *collect. ad decretal.* 61. *numer.* 4. Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effectu* 13. *numer.* 6. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 38. 39. *&* 40. Daniel de Nobilibus *disp.* 12. *num.* 6. *vers. Unde*, Barbosa *de jure Eccles. universs. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 111. *&* 112. *& in cap. Clericis* 5. *num.* 6. *ne Clerici vel Monachi*, Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 5. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 27. Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 27. *sect. fol.* 47. Riccius ad Franchis *dec.* 479. *vers. Hinc idem*, Novarius *in pragmat.* 1. *collect.* 2. *num.* 8. *&* 9. *de Ecclesiast. personis*, Scialoja *de foro compet. cap.* 33. *num.* 299. Fontan. *dec.* 90. *num.* 7. *&* 8. *part.* 1. Portoles §. *Clericus num.* 2. Ferrer. *in constitut. hac nostra eviden.* 2. *num.* 103. Cardoso *in praxi judic. verbo Clericus num.* 26.

13 Sic licèt Clerici non possint esse Assessores Generales in omnibus causis civilibus Judicis laici, secus in una causa, Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effectu* 13. *n.* 8. *&* 9. Mastrill. *de Magistrat. libr.* 2. *cap.* 6. *à num.* 41. Marcel. *de vulpe in praxi fori Ecclesiast. c.* 33. *num.* 5. Scialoja *de foro compet. cap.* 33. *num.* 295. de jure nostro *constit.* 1. *&* 2. *de coses prohibides als Clergues*, *pragmat.* 4. *&* 8. *eodem titulo*, Xammar. *de offic. judic. part.* 1. *quæst.* 11. *n.* 66. Despujol ad Mieres *verbo Cle-*
14 *rici non possunt fol.* 43. Tamen † admittuntur ad officia Assessorum Domus Deputationis, & Generalis Cathaloniæ, *cap. Curiæ* 35. *anni* 1599. *in nova reformat.* Fontanella *dec.* 100. *num.* 7. *&* 8. *part.* 1.

15 Verum autem est, quòd in Cathalonia Regii Cancellarii, Regentes Regiam Cancellariam, Doctores Regiæ Audientiæ, & alii officiales perpetui sunt obnoxii Regiæ visitationi, *cap. Curiæ* 5. *anni* 1599. Berart. *in specul. visit. cap.* 1. *num.* 68. *vers. Ex aliis*, *& cap.* 10. *num.* 24. Fontanella *dec.* 499. *cum seq. part.* 2. *& de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *numer.* 49. Xammar. *de privileg. Barcin.* §. 6. *num.* 36. de aliis Regnis, Scialoja *de foro compet. cap.* 33. *numer.* 114. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 1. *cum seq.* Suelves *cons.* 5. *sub numer.* 10. *vers. Et quia libr.* 3. Dominus Vice-Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 6.

num. 10. *& observ.* 89. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. *à n.* 11. *& in polit. libr.* 5. *c.* 10. *vers. Y passando*, Larrea *alleg. fiscal.* 98. Reg. Mattheu *de re crim. controvers.* 71. *à num.* 6. *& controvers.* 74. *à num.* 22.

Sed utrùm Regii Cancellarii, Doctores Regiæ Au- 16
dientiæ Ecclesiastici, & alii Clerici ad officia sæcularia assumpti, si in eis deliquerint, gaudeant, vel non privilegio fori Ecclesiastici, & sic puniendi sint per judices Ecclesiasticos, vel Regios Visitatores? Quæstio est anceps, & usquequaque non comperta, ut Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *cap.* 4. *num.* 47. *in summario & in Codice*, ardua, subtilis, & nimis agitata, ut dicit Escobar *de ratiocin. cap.* 7. *num.* 7. articulusque difficilis, ut refert Pereyra *decis.* 58. *sub num.* 25. de cujus resolutione, hi qui clavum Reipublicæ tenent, maturius deliberabunt, ut inquit idem Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 16. *in fine*. Variæ sunt opiniones. Prima, quòd gaudent privilegio fori Ecclesiastici, & sic puniendi per Judices Ecclesiasticos. Secunda, quòd non gaudent privilegio fori Ecclesiastici, sed possunt puniri per Judices sæculares Regios Visitatores. Tertia, quòd Judices sæculares possunt eos punire privatione officiorum, sed non possunt illos punire alia pœna, etiam pecuniaria. Quarta, quòd Judices sæculares ultra privationem officiorum, eos punire possunt pœna pecuniaria, si talis in regione extat consuetudo; secus ea non stante. Quinta, quòd si ultra dispositionem juris canonici adesset Synodalis constitutio prohibens Clericis exercere officia sæcularia sub pœna privationis suorum beneficiorum, tunc Judices sæculares illos punire possunt; secus nulla stante constitutione Synodali, quo casu gaudent privilegio fori Ecclesiastici, & veniunt puniendi per Judices Ecclesiasticos. Sexta, quòd si Clerici essent ter moniti, ut desisterent ab officiis sæcularibus, si non desistunt, per Judices sæculares puniri possunt; secus si non essent aliquo modo moniti, nam tunc gaudent privilegio fori Ecclesiastici, & puniri debent per Judices Ecclesiasticos. De quibus opinionibus videndi sunt Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effectu* 1. *à num.* 848. *ad* 855. *& effectu* 13. *num.* 2. *in fine*. Portoles ad Molin. §. *Clericus à num.* 3. *ad* 8. Martha *de jurisd. part.* 4. *casu* 127. Giurba *cons.* 96. *num.* 11. *& à num.* 22. Jul. Clarus §. *fin. quæst.* 36 *à num.* 25. Surdus *cons.* 396. *à num.* 32. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *cap.* 8. *n.* 16. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 127. *& in cap.* 2. *num.* 4. *ne Clerici*, *vel Monachi*, Narbona *l.* 20. *gloss.* 20. *à n.* 25. *tit* 1. *lib.* 4. *recop.* Ferrer. *in constit. hac nostra eviden.* 2. *num.* 101. Borrell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 71. *à numer.* 43. Carleval *de judic. libr.* 1. *disp.* 2. *num.* 453. *&* 454. Vela *dissert.* 45. *à num.* 11. *& dissert.* 41. *à num.* 27. *tom.* 2. Diana *resol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 19. *aliàs* 8. *& part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 49. *& part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 44. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 9. *resol.* 74. *n.* 2. *&* 7. *& part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 68. *&* 69. Berart. *in specul. visitat. cap.* 3. *à n.* 34. *ad* 46. Mastrill. *de Magistrat. libr.* 2. *cap.* 6. *à num.* 10. Cancer. *part.* 3. *var. cap. à n.* 108. *signanter n.* 111. Thom. del Bene *de Immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 35. *sect.* 1. *&* 2. *& sect.* 8. *à n.* 13. *vers. Adverte tertio*, *usque ad finem*, *& cap.* 14. *dub.* 11. *à n.* 5. quos, & alios plures citavi *dec.* 9. *num.* 10. *part.* 1. quibus addendi sunt Garcia *de nobilitate gloss.* 9. *numer.* 33. Solorzano *in polit. libr.* 5. *cap.* 10. *vers. Y lò que mas es*, *fol.* 840. Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *c.* 27. Bardaxi *foro unico num.* 5. *tit. quod Prælati in causa criminali ratione temporalitatis citati personaliter non tenentur comparere*, Amendola ad Franchis *dec.* 479. *à n.* 1. Vega *in cap. decernimus à num.* 109. *de judiciis*, Lezana *in sum. quæst. regul. part.* 3. *verbo Clericus num.* 30. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 897. *à num.* 60. *& de cognit. per viam violent. libr.* 2. *quæst.* 64. *num.* 12. *&* 14. *vers. El segundo caso es*, *usque ad num.* 17. Bonacina *de legib. disp.* 10. *qu.* 2. *punct.* 1. §. 1. *& de censur. in Bulla Cœnæ disp.* 1. *quæst.* 16. *punct.* 5. *num.* 17. Suarez *contra Reg. Angliæ libr.* 4. *cap.* 30. *num.* 36. Duardus *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 21. *num.* 273. Layman *in Theologia moral. libr.* 4. *tit.* 9. *cap.* 4. *n.* 3. Xammar. *de privileg. Barcin.* §. 14. *numer.* 19. Rovit. *decis.* 20. *num.* 21. ubi Altimarus *in addit. sub num.* 3. *&* 4. Leander *in quæst.*

moralib. part. 4. de censuris tract. 3. disp. 15. quæst. 19. Oliba *de jure fisci cap. 14. num. 129. & 130.* Bolaños *in Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 3. num. 5. & 8.* Sanchez *in conciliis tom. 1. lib. 3. cap. unico dub. 20.* Pereyra *de manu Reg. part. 1. in coordinatis num. 44. fol. 222. & part. 2. cap. 48. num. 4.* Laynez ad Gomez *tom. 3. var. c. 10. num. 8.* Thom. Valaſcus *allegat. 21. num. 17. tom. 1.* Urſellius *concluſ. 147. num. 23. verſ. Extende*, Barboſa *in repertor. verbo Clericus, verſ. Clericus ſi per Regem fol. 57. & in l. fin. num. 5. & 6. Cod. de juriſdict. omn. judic.* Prato *tom. 2. diſcept. 35. num. 2.* Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap. 50. §. 4. à numer. 41.* Danza *de pugn. Doctor. tom. 1. tit. de qualit. official. cap. 3. à num. 10.* Fragoſo *de regim. Reipubl. tom. 1. libr. 2. diſput. 4. num. 376.* Marcel. de Vulpe *in prax. fori Eccleſ. cap. 44. numer. 25.* Scialoja *de foro compet. cap. 33. num. 122. & 223.* Cutel. *de Immun. Eccleſ. libr. 2. quæſt. 19.* Larrea *deciſ. 98. num. 15. in fine verſ. Et an Clerici*, Queſada Pilo *controv. forenſ. cap. 29. num. 41. verſ. A privilegio, & num. 42.* Fermoſinus *in cap. unico quæſt. 4. à num. 2. ad 21. de obligat. ad ratiocin. & allegat. Fiſcal. 16. num. 12. in fine part. 2.* Piaſec. *in praxi part. 2. c. 4. de perſona rei num. 25. verſ. Item ſi Clerici*, Daniel de Nobilibus *diſput. 56. num. 13.* Eſcaño *in propug. Sacræ Relig. Militar. Sancti Joannis diſcept. 13. cap. 5. n. 16.* Bolero *de decoctorib. tit. 1. quæſt. 14. num. 10.* Dominus Vice-Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv. 55. num. 52.* & alii allegandi *num. 35. & 36.*

17 Similes ſunt inſtantiæ. An Clerici ratione artis, vel officii, puta Medici, Pharmacopolæ, Artificis, & ſimilium poſſint conveniri, coram Judicibus ? Marinis *libr. 1. reſol. jur. cap. 53. num. 9.* ubi Rodoer. *numer. 1.* Cevallos *de cognit. per viam violen. libr. 2. qu. 64. num. 14. verſ. El ſegundo*, Diana *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 19. alias 18. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 68.* Xammar. *de privileg. Barcin. §. 14. n. 18.* Cancer. *part. 3. var. c. 8. n. 110.* Narbona *loco ſtatim allegando*, Leander *in quæſt. moral. part. 4. tractat. 3. de cenſuris diſp. 15. quæſt. 29. in princ.* & alii infrà *num. 33.* Et an Rector Studii laicus ſit Judex competens Clericorum in rebus ad ſtudium concernentibus ? Marinis *libr. 1. reſol. jur. cap. 53. numer. 10.* Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap. 6. à num. 100. & cap. 34. à num. 2. cum plurib. ſeq.* Et an Clerici Advocati apud Judicem ſæcularem in officio delinquentes poſſint ab eo puniri ? Cenedo *collect. ad decretal. 39. num. 4. verſ. An Clericus*, Portoles ad Molin. §. *Advocatus num. 2.* Vela *diſſert. 44. num. 57. tom. 2.* Xammar. *de offic. judic. part. 2. quæſt. 3. num. 42.* latiſſimè Narbona *l. 20. gloſſ. 20. à num. 96. ad 108. tit. 1. libr. 4. recop.* Et an Clerici Tabellionis officium exercentes, & in eis falſitatem committentes poſſint à Judice ſæculari puniri ? Maſtrill. *deciſ. 159. à num. 16. libr. 2.* Bovad. *in polit. libr. 2. cap. 6. num. 229.* Vela *diſſert. 44. num. 56. tom. 2.* Et an milites exiſtentes in Collegio poſſint declinare juriſdictionem Rectoris, vel Præpoſiti illius Collegii prætextu alicujus militiæ, exemptionis, aut dignitatis ? Cancer. *part. 1. var. cap. 8. num. 112.* Xammar. *de privileg. Barcin. §. 14. num. 17.* & alii plures in his omnibus ex allegatis *num. 16.*

18 Sed verior eſt ſententia, quòd Cancellarii Regii, Doctores Regiæ Audientiæ Eccleſiaſtici, & alii Clerici ad officia ſæcularia aſſumpti, ſi in eis deliquerint, quoad coercitionem, punitionem, & diſtrictionem perſonarum gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſic cognitionem ad Judices Eccleſiaſticos pertinere, & ſpectare, & ad iſtos remittendos fore, & eſſe ; ſed non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, quoad privationem officiorum, & aliorum eiſdem concernentium, nec quoad redditionem rationum dictorum officiorum, & alia inde dependentia, etiam nulla præcedente monitione, nec trina, nec Canonica, nec Synodali, nec ſtante aliqua conſuetudine. Quod eſt unico verbo dicere, aut per Regios Viſitatores, ſeu alios Judices ſæculares agitur contra Clericos delinquentes in officiis ſæcularibus criminaliter, aut civiliter. Si criminaliter gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi civiliter non gaudent. Sic Jul. Clarus, Portoles, Cevallos, Berart, Garcia, Fermoſinus, & alii plures ex citatis *num. 17.* ita invenio in Cathalonia antiquitus ter deciſum. Primò per Tertium contentionum in favorem Doctoris Michaelis Hoſpital. Secundò per Regium Cancellarium in favorem Gaſparis Amat. Tertiò per Regium Cancellarium in favorem Joannis Matali. Ut habetur in concluſionibus Regii Concilii Cathaloniæ ſtatim referendis.

Et primò quoad perſonam Doctoris Michaelis Hoſ- 19
pital, qui fuit de Regio Concilio Cathaloniæ uſque ad diem 26. Auguſti 1529. ut legitur in libro concluſionum illius anni *fol. 62.* cùm ipſe detineretur captus in Regiis Carceribus, repetitus fuit per officialem Eccleſiaſticum Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ, & declarata competentia per Tertium contentionum in illius favorem, fuit facta in Regio Concilio concluſio ſequens quæ legitur in libro concluſionum Criminalium anni 1529. *fol. 66.*

Die Martis 26. menſis Octobris anno à Nativi- 20
tate Domini 1529. Barcinonæ in Regio Concilio ibidem celebrato, Præſidente admodum Illuſtri, & Reverendiſſimo Domino Locum Tenente Generali, interfuerunt ſequentes. Magnificus Franciſcus Franch Regens Cancellariam, Joannes Paſqual, Franciſcus de Valleſica, Michael Joannes Paſtor, Martinus Joannes Sunyer, Hieronymus Dalmau, Franciſcus Caſtellò Fiſci Advocatus, Bartholomæus Marti, Petrus Arnaldus Gort, Franciſcus Montaner, Franciſcus C'avilla, Joannes Andræas Riquer Judices Regiæ Curiæ. In facto inſtantiæ factæ per Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, contra Michaelem Hoſpital fuit concluſum, quòd publicetur præconizatio tenoris ſequentis.

Ara ojats totom generalment queus notifiquem, y fahem à ſaber de part del molt Illuſtre, y Reverendiſſim Senyor Don Federich de Portugal, per la gracia de Deu Biſbe de Siguenca, Conſeller, y Llochtinent General de la Sacra Ceſarea, y Catholica Real Mageſtat en los Principat de Cathalunia, y Comtats de Roſſellò y Cerdanya, que com Miſer Miquel Hoſpital, Doctor, Ciutadà de Barcellona, exigint ho ſes culpes, y demerits ha eſtat pres, poſat en les carces communs de la Ciutat de Barcellona, per haver delinquit en lo exercici del offici de Conſeller de ſa Mageſtat en lo predit Principat de Cathalunya, y Comptats de Roſſellò, Cerdanya, lo qual ſolia tenir, y exercir, y altrament ; y apres de la captura per lo Official Eccleſiaſtich de la Ciutat de Barcellona, com à Clergue conjugat ſie eſtat repetit, è per lo Tercer, per abſentia del Canceller, y Conſeller per la Illuſtriſſima, y Reverendiſſima Senyoria nomenat, ha eſtat entre altres coſes declarat la cohercio, punicio, y diſtriccio de la perſona del Doctor Miſer Miquel Hoſpital à la dita Cort Eccleſiaſtica per tanyer, y eſguardarſer, y en aquella diures remetrer. Per hont dit Miſer Miquel Hoſpital es incidit en les penes de les Reals pragmatiques, è per conſeguent no pot tenir, ni exercir dit offici de Conſeller Real, ni offici Advocat, Aſſeſſor. Jutge ordinari, Conſeller, Conſul, Procurador, ni altres qualſevols officis, publichs, majors, ò menors, aixi de juriſdiccio, com ſens juriſdicio, ſegons mes llargament en dites Reals pragmatiques à les quals es referit, ſe conte. Per tant ſa Illuſtriſſima, y Reverendiſſima Senyoria à humil ſuplicacio del Procurado Fiſcal de la Regia Cort per obſervanca de les dites Reals pragmatiques, ſtil y practica de aquelles inſeguint la deliberacio y concluſio en lo Sacre Real Conſell ſobre aco feta, ab tenor de la preſent publica crida mane à tots, y ſengles Officials, y perſones de qualſevol eſtament, ò condicio ſien, aqui pertanga, que les dites coſes, totes, y ſengles tinguen, y obſerven tenir, y inviolablement obſervar faſſen, è no contrafaſſen, ni contravinguen, contravenir, ò contrafer permeten per alguna cauſa, via, ò rabo, ſi la gracia de ſa Mageſtat tenen chara, y en la pena de dos mil florins de or de Arago als Reals cofres aplicadors, è dels bens dels contrafaents irremiſſiblement exigidors deſijen no incorrer, ſalvat encara dret al dit Procurador Fiſcal contra lo dit Miſer Miquel Hoſpital, y los bens aquell, que de juſticia li pertanga, è mane ſa Illuſtriſſima Senyoria eſſer feta, y publicada la preſent crida perque alguno pugue ignorancia allegar, è guart ſi qui guardar ſi ha.

21 Facta

21 Facta dicta præconizatione, fuit facta in Regio Concilio Cathaloniæ conclusio sequens, quæ reperitur in libro conclusionum anni 1529. tenoris sequentis. Die Mercurii 29. Decembris 1530. Barcinonæ in Regio Concilio, Præsidente admodum Illustri, & Reverendissimo Domino Locum Tenente Generali interfuerunt sequentes. Magnificus Franciscus Franch Regens Cancellariam, Franciscus de Vallesica, Martinus Joannes Sunyer, Vincentius Gibert, Hieronymus Dalmau, Franciscus Castellò Fisci Advocatus, Bartholomæus Marti, Petrus Arnaldus Gort, Petrus Clariana de Seva, Franciscus C'avilla, Joannes Andræas Riquer Judices Regiæ Curiæ.

In facto Fisci Procuratoris, & partium instantium contra Michaelem Hospital delatum de pluribus excessibus, delictis per eum commissis in exercitio Regii Conciliarii Principatus Cathaloniæ, tàm in faciendo quàm in omittendo, & aliàs, facta relatione per Riquer, & C'avilla, Judices Regiæ Curiæ, meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, quòd dictus Hospital privetur dicto officio, & loco Regii Conciliarii, & Regiæ Audientiæ dicti Principatus Cathaloniæ, & omnibus honoribus, emolumentis, præeminentiis, & prærogativis, & aliis ad dictum officium quomodòlibet pertinentibus, & spectantibus. Super gestis verò, seu commissis per dictum Hospital in dicto officio, & aliis per Procuratorem Fiscalem petitis, & quoad interesse partium privatarum, quod reservetur major deliberatio.

22 Et cum prætenderetur sententiam in vim dictæ conclusionis ferendam publicandam non esse, fuit facta conclusio in Regio Concilio Cathaloniæ, quæ legitur in libro conclusionum criminalium anni 1529. *fol.* 77. *pag.* 2. *& fol.* 78. tenoris sequentis. Die Jovis 30. Decembris 1630. Barcinonæ in Regio Concilio ibidem manè celebrato, Præsidente admodum Illustri, & Reverendissimo Domino Locum Tenente Generali interfuerunt sequentes. Magnificus Franciscus Franch Regens Cancellariam, Joannes Pasqual, Franciscus de Vallesica, Martinus Joannes Sunyer, Vincentius Gibert, Hieronymus Dalmau, Franciscus Castellò Fisci Advocatus, Bartholomæus Marti, Petrus Arnaldus Cort, Petrus Clariana de Seva, Franciscus C'avilla, Joannes Andræas Riquer Judices Regiæ Curiæ.

ſiam, poſſunt Judices ſæculares in Eccleſia auferre à monetario, ut illa Regio Fiſco tradatur, deciſum in Cathalonia per Cancellarium Agullana 27. Aprilis 1610. Teſtatur Peguera *deciſ. 60. par. 2.* refert, & ſequitur Ripoll. *de regul. c. 15. num. 56. & 57.* Quos ſecutus fui *deciſ. 72. num. 9. & deciſ. 87. num. 7. par. 2.* Don Michael de Calderò *deciſ. 9. num. 54. par. 2.* Quidquid dicat Sperell. *deciſ. 127. num. 10. juncto num. 37. cum ſeq. lib. 2.*

Confirmatur 6. Nam teſtis exiſtens in Eccleſia poteſt 19
ab ea extrahi per Judicem ſæcularem pro ferendo teſtimonio, vel ob aliam ſimilem cauſam, ut ex Mario Andrienſis tradit Marinis *lib. 2. reſol. jur. allegat. 78. nu. 1.* Ego *dec. 98. nu. 18. par. 2.* me citato Don Michael de Caldero *deciſ. 9. num. 75. par. 2.*

Sed utrùm Judices ſæculares ſine licentia Judicum Ec- 20
cleſiaſticorum poſſint in Eccleſia ſpoliare reum armis prohibitis, bonis, & rebus alienis, ſive furtivis, falſa moneta, & extrahere teſtem pro ferendo teſtimonio, vel ob aliam ſimilem cauſam? Sunt plures, qui tenent licentiam pro prædictis neceſſariam eſſe judicum Eccleſiaſticorum, à me citati *deciſ. 72. numero 10. part. 2.* Quibus addendi ſunt Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de compet. Juriſdiction. quæſt. 79. num. 19. in fine*, Sperell. *deciſ. 127. lib. 2.* Bolero *de decoctor. tit. 1. quæſt. 12. nu. 9.* Ybañez de Faria in addit. ad Covar. *lib. 2. var. c. 20. num. 222.* Niſi Judice Eccleſiaſtico renuente, Cutel. & Thom. del Bene à me citati *deciſ. 72. num. 12. verſi. Et putant par. 2.* Ybañez de Faria in addit. ad Covar. *lib. 2. var. c. 20. num. 204. in fine*. Sed apud nos in Cathalonia non eſt expectandus aſſenſus, licentia, vel auctoritas Judicis Eccleſiaſtici, ut pro falſa moneta deciſum teſtatur Peguera *deciſ. 60. par. 2.* & pro bonis furtivis, armis per Regia edicta prohibitis, vel falſa moneta Don Michael de Calderò

deciſ. 9.

decis.9. num.45. part.2. Ego *dec.72. num.3. & 4.5.6. 9. juncto num.12. par.2.* & in teste pro ferendo testimonio idem Don Michael de Calderò observatum per nostrum Regium Concilium insequendo resolutionem verbo factam 14. Februarii 1671. testatur, *dec.9.num.75.versic.Et fuit part.1.*

ARGUMENTUM.

An Clerici reperti prohibitam venationem, aucupationem, vel piscationem exercentes avibus vel canibus, aut aliis prohibitis instrumentis à Judicibus, & Officialibus sæcularibus spoliari possint.

SUMMARIUM.

1 *Venatio quid sit.*
2 *Venatio, & aucupium inter se differunt.*
3 *Venationis quot sint species.*
4 *Venationis quis fuit inventor.*
5 *Piscatio quid sit.*
6 *Argumentum valet de venatione, & aucupatione ad piscationem, & è contra.*
7 *Venatio, aucupatio, & piscatio quo jure sit introducta, & permissa, num.7.& 8.*
9 *Princeps supremus an possit prohibere venationem, aucupium, & piscationem, numer. 9. alii negant, nu.10. alii affirmant, num. 11. sed verius est, quòd potest cum justa causa; secus sine ea, num.12.*
13 *Civitates ex justa causa venationem, & aucupium prohibere possunt.*
14 *Barones non possunt prohibere vassallis venationem, aucupium, & piscationem, nu.14.nisi ex justa causa, num.15.*
16 *Venationem, aucupium, & piscationem prohibendi justa causa est bonum commune, & utilitas publica, num.16. hæcque publica utilitas consideratur tam circa tempus, quàm circa modum, & formam venandi, aucupandi & piscandi, num. 17. circa tempus, ut in certo anni tempore, vel certis mensibus, num. 18. in Cathalonia, & aliis Regnis, numer. 19. 20. 21. 22. & 23. Circa modum, & formam, nu. 24. 25. 26. & 27.*
28 *Princeps potest sibi reservare quædam loca, in quibus venationem, & piscationem exerceat, nu.28. an venantes peccent, & teneantur ad restitutionem, num.40.*
29 *Piscandi jus an sit de regalibus, an verò tantùm redditus piscationum.*
30 *Princeps potest privato concedere privilegium, ut ipse solus in aliqua parte maris, aut fluminis publici, aut agri privati possit venari, & piscari, numer. 30. & 31. ubi de piscatione thiinnaria.*
32 *Venationem, aucupium, & piscationem prohibitam exercentes an peccent, & ad restitutionem teneantur.*
33 *Clericis venatio est interdicta, & de qua venatione intelligatur, num.33. & 37.*
34 *Clerici venatores, & si illicitè faciant, capta sibi acquirunt, & restituere non tenentur.*
35 *Clericis permissa est piscatio, num.35. & 36.*
38 *Venatio prohibita est diebus festis, jejunii, & quadragesimæ, quomodo hoc intelligatur.*
39 *Venatio prohibita est in prædiis alienis contra domini voluntatem, & an obliget ad restitutionem & peccatum mortale.*
41 *Venatio, & piscatio est illicita, quando animalia sunt gravida, vel sit retibus minutissimis, & an obliget ad peccatum, & restitutionem.*
42 *Venantes contra prohibitionem quibus pœnis puniantur.*
43 *Venatio, & piscatio est in fructu, & pertinet ad usum fructuarium.*
44 *Statutum seu edictum Principis sæcularis prohibens venationem, seu piscationem tali loco, aut certis anni temporibus, aut cum aliquibus instrumentis comprehendit Clericos, num.44.vi directiva sed non coactiva, num.45. Et quid respectu pœnæ, n.46.*
47 *Clerici prohibitam venationem, vel piscationem exercentes à Judicibus, & Ministris sæcularibus possunt spoliari avibus, vel canibus, vel aliis instrumentis prohibitis.*

DECISIO CCXXVII.

ANtequam ad institutum deveniam. Quæro 1. Quid sit venatio? Resp. Quòd est ferarum persecutio, vel exercitium ordinatum ad captionem animalium terrestrium, sicuti aucupium ad captionem avium, & piscatio piscium, ut inquit Sylvest. *in sum. Verbo venatio num. 1. in prin.* refert Azevedo *in rub. n.1.tit.8. lib.7.recop.* 1

Unde habes lector, quòd venatio, & aucupium inter se differunt, Ursellius *Verbo aucupium concl. 166. n.71.* Gaal. *de pignorib. obser.24. nu.4.* Melæ ad Gizarel. *dec. 34. ante num. 17.* nam aucupium ad volatilia refertur, venatio verò ad cæterorum animalium quadrupedum species, *gl. in Clement. 1. §. porro verbo venationibus de statu monachor.* Novarius *in rub. collect. 1. num.1. de aucupibus, seu venatoribus,* Rovit. *in prag. canonica c.1. n.2. de aucupio, & venatione,* Barbat. *de divis.fruct. part.1.c.5. à num.3, de aucupio* loquitur textus *in l.si fundi §. aucupium ff. de usufruct.* de venatione loquuntur jura *in l. venationem 26. ff. de usuris l. usufruct.68.ff.de usufructu* Balmaseda *de collect.q.124. n.10.* 2

Quæro 2. Quot sint species venationum? Resp. Quòd quidam dicunt quòd tres. Alii quatuor. Et aliqui quinque. Quædam clamorosa, & laboriosa, veluti ad apros, ursos, leones, & similes bestias feras. Quædam arenosa, veluti quando unus homo cum aliqua fera bestia damnosa sive etiam cornuta debellare vellet, ad experiendas, sive exercendas proprias vires. Quædam saltuosa, quæ exercetur in sylvis, saltibus, & nemoribus. Quædam spatiosa, seu recreativa ad excitandum calorem naturæ. Quædam oppressiva hominum, de quibus speciebus *gloss. 1. in can. qui venatoribus 86. dist. gloss.verbo voluptate in c.1. de Clerico venatore,* Mattheus *dec. 530. num. 1. 2. 3. 4. & 5. par. 1.* Azevedo *in rub. num.3. tit.8. lib.7. recop.* Menochius *de arb. jud. casu 413. à num.3.* Ursellius *verbo, aucupium concl.166. num.48.49.50.52. & 53.* Cenedo *collect.ad decretum 56. num.1.* remissivè Barbosa *in c. 2. nu. 9. de Clerico venatore.* Bardaxi *foro 1. numer.1. de venatoribus.* Fermosin. *in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. qu. 23. sub nu. 47.de constitut.* Riccius *collect.2096. in prin.* 3

Quæro 3. Venationis quis fuerit inventor? tradunt Tiraquel. *de nobilitate c.37. num.142.* Amaja *in l. unica nu.66. in fine vers. Quare C.de venatione ferarum lib.11.* remissivè Balmaseda *de collect.q.124.n.2.* 4

Qæro 4. Quid sit piscatio? Resp. Quòd est piscium captio, & potest definiri sicut venatio. Ut sit piscatio quasi piscium persecutio, vel exercitium ordinatum ad piscium captionem. Azevedo *in rub. nu.3. versic.* ibi: *Ypesca, tit.8. recop.* Qui *n.4.* inquit, quòd genus piscandi duplex est, & dupliciter exercetur, scilicet retibus, & hamo, ut ibi: per eum ad quem me remitto. 5

Ex dictis colligo, venationem, aucupationem, & 6 piscationem in jure æquiparari, §. *flumina, de rer.divis. l. item si fundi §. aucupiorum quoque, ff.de usufruct.* Et de uno ad aliud procedere argumentum, *l. injuriarum §. fin. ff. de injuriis,* cum doctores indistinctè de venatione, aucupatione, & piscatione loquantur, & propterea, quæ de venatione, & aucupatione dicuntur, procedunt in piscatione, Decius *consil.270. ante, nu.1. vers. Nam jus,* Martha *de jurisdict. part.4. casu 57.n.15.* Cancer. *par.2.var.c.2. num.89.* Fagundez *de just. & jure lib.2. c.20. num.1.* Amaja *in l. unica num.57. C. de venatione ferarum lib.11.* Ramirez *de lege Regia §. 30. sub numer. 18.* Fermosin. *in c. Eccle-*

Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. *quæst.* 23. *numer.*42. & quomodo hoc intelligatur, explicat *numer.*44. *de constit.* Thoro *in supplem. decis. verbo piscari col.*4. *in prin. fol.*469.

7 Quæro 5. Quo jure venatio, aucupatio, & piscatio sit introducta, & permissa? Resp. Quòd nedum de jure naturali, & gentium, *ut habetur in can. jus naturale*, ibi: *Acquisitio eorum, quæ in Cœlo, Terra, Marique capiuntur* 1. *distinct. can. Esau* 86. *distinct. can. numquam de consecrat. dist.* 5. *l.* 1. *in prin. &* §. *omnia*, *l.*3. *l. quod in littore* 14. *l. in laqueum* 55. *ff. de acquir. rer. dominio*, *l.*1, *ff. de acquir. possess. l. qui foveas* 28. *ff. ad leg. Aquiliam*, §. *feræ* 11. ubi Pichard. *numer.* 5. *de rer. divisione*, & tradit Aristoteles *lib.*1. *polit. cap.* 5. sic docent Marcus *dec.*530. *num.*1.4. *part.*1. Tiraquel. *de nobilit. cap.*37. *num.*150. Azevedo *in rub. num.*5, *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Covar. *in regula peccatum part.*2. §.8. *num.*1. Fachineus *controv. juris lib.*1. *capit.*1. *versic. Secundum*, Bardaxi *foro* 1. *num.*1. *in fine prin. de venatoribus*, *& foro* 1. *num.* 2. *&* 3. *tit. de la prohibicion*, *y vieda de las cacas*, Ramirez *de lege Reg.* §. 30. *num.* 17. Fagundez *de justitia*, *& jure lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 21. *& cap.* 9. *num.*2. *& cap.*10. *num.*1. Riccius *collect.* 1074. *in prin.* Novarius *de gravam. vassal. gravam.* 71. *num.*1. *tom.* 1. *& in rub. collect.* 1. *numero secundo de aucupibus*, Ursellius *verbo aucupium concl.* 166. *num.* 17. Balmaseda *de collect. quæst.* 124. *num.* 3. Amaja *in l. unica nu.*39. *&* 43. *Cod. de venatione ferarum lib.*11. Fermosinus *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *qu.*23. *numero* 41. *in prin. & in fine de constitut.* Thoro *in supplem. decis. verbo piscari col.* 3. *post prin. vers. Ex regula generali fol.* 469. Conciolus *ad stat. Eugubii lib.*4. *rub.*68. *num.*1. ubi noster Romaguera *nu.*4. Cancer. *part.*2. *ver. capit.*2. *num.*81. Et passim admittere omnes testatur Menochius *constit.*901. *num.*17. *& cons.*653. *n.*41. *&* 42. *lib.*2.

8 Sed etiam à jure Divino, ut habetur Genesis 1. Versi. 26. ubi ait, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus Cœli, & bestiis universæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra. Et Genesis 9. ibi: Crescite, & multiplicamini, &c. Terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres Cœli. Psalm. 8. *vers.* 5. Quid est homo, &c. Juncto *vers.*8. *&* 9. Omnia subjecisti sub pedibus ejus: oves, & boves universas: insuper, & pecora campi, volucres Cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Fachin. *controv. jur. lib.*1. *capit.*1. *in prin.* Thoro *in supplem. decis. verbo piscari col.* 3. *versic. Et quod potestas prædicto fol.*369. Azevedo *in rub. numer.*5. *tit.*8. *lib.*7. *recop.*

9 Quæro 6. An principes supremi superiorem non recognscentes possint prohibere venationem, aucupationem, & piscationem? Tractant remissivè Alfaro *de offic. fiscal. gloss.*20. §.5. *num.*98. *versic. Sed an Princeps*, Farinac. infinitis citatis *de furtis quæst.*174. *nu.*92. *vers. Et numquid* In qua diversæ sunt opiniones.

10 Prima negat, ea ratione, Quia venatio, aucupatio, piscatio est permissa à jure naturali, & gentium, *ut dictum est num.* 7. Et Principes non possunt tollere ea, quæ sunt juris naturalis, & gentium, §. *sed naturalia de jure naturali gent. & civili.* sic Jason *cons.*119. *lib.*4. Decius *cons.*197. *&* 271. Roldan. *cons.*9. *lib.*1. Alios multos citant Covar. *in regula peccatum part.*2. §.8. *n.*1. *in prin.* Fachineus *controv. jur. lib.* 1. *capit.*1. *à prin. usque ad versic. Quibus tamen*, Bardaxi *foro* 1. *numer.* 1. *versic. Ex quo sequitur de venatoribus*, *& foro* 1. *numer.*3. *de la prohibicion*, *y viedas de las cacas*, Riccius *collectan.* 2096. *versic. Venationes*, Martha *de jurisdic. part.* 4. *casu* 57. *num.* 10. Novarius *Gravam.*70. *num.*1. *&* *gravam.* 71. *numer.* 1. *tom.*1. Ursellius *verbo aucupium concl.* 166. *à num.* 16. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *cap.*10. *num.* 2. Thesaurus *quæst. foren.* 22. *num.*1. *lib.*2. Balmaseda *de collect. q.* 124. *num.*4. Cancer. *part.* 2. *var. resol. cap.*2. *numer.*81. Azevedo *in rub. num.*6. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Cenedo *collect. ad decretum* 56. *num.*2. Thoro *in supplem. decis. verbo piscari col.* 3. *versic. Et ad eo quod neque fol.* 469. & alii ex citandis *num.*12.

Secunda affirmat, eo quia venatio, & aucupatio 11
est de regalibus, Peregrin. *de jure fisci lib.* 1. *tit.*1. *num.* 21. Menochius *cons.*901. *num.*18. *& cons.*943. *nu* 44. Morla *in emp. jur. part.*1. *tit.*1. *quæst.*16. *num.*16. *versic. Et ideo*, Mastrill. *de Magistrat. lib.*3. *cap.*10. *à num.*173. *ad* 176. Castillo *de tertiis tom.*7. *cap.*41. *num.*118. Et hisce temporibus indifferenter per Principes fieri hujusmodi prohibitiones sub pœna, tradunt aliquibus citatis Novarius *de gravam. vassal. grava.*71. *sub num.* 2. *tom.* Bossius *in praxi crim. tit. de Regaliis nu.*42. Thesaur. *quæst. foren.* 22. *num.*1. *versic. Praxis tamen*, Luca ad Franchis *dec.*158. *num.*1. Fajardo *allegat. fiscal.* 37. *à num.*16. *ad* 21.

Tertia conciliatrix, quòd Principes sine justa cau- 12
sa non possint prohibere venationem, aucupationem, & piscationem, & ita procedit opinio negativa, de qua *num.*10. At Principes cum justa causa venationem, aucupationem, & piscationem prohibere possunt, & sic procedit opinio affirmativa, de qua *n.* 11. Et quòd Principes venationem, aucupationem, & piscationem possint prohibere cum justa causa, docent Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 37. *num.*150. *versic. quod nesciat*, Menoch. *cons.*901. *num.*16. *versic. Verum respondetur*, Covar. *in Regula peccatum part.* 2. §.8. *numer.* 1. *versic. Nihilominus*, Bardaxi *in foro* 1. *num.*3. *de la prohibicion*, *y vieda de las cacas*, Mastrill, *de Magistrat. lib.*3. *capite decimo num.*312. Ansaldus *de jurisdic. part.*2. *tit.*11. *capit.*22. *num.*55. *&* 56. Fachineus *controv. juris lib.*1. *capit.* 1. *versic. Quibus tamen*, Guttier. *canonicar. lib.*2, *capit.*28. Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *num.*82. Bobad. *in polit. libro secundo capit.*16. *num.*138. Azevedo *in rub. num.*9. *tit.*8. *lib. septimo recop.* Cenedo *collect. ad decretum* 56. *num.* 3. Ramirez *de leg. Regia* §.30. *num.*18. *versic. Nisi is Princeps*, Martha *de jurisdic. part.*4. *casu* 57. *nu.* 11. Solorzano *de jure indiar. tom.*1. *libro* 3. *capit.*3. *num.*69. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *cap.*10. *nu.* 3. Cast. Palaus *de just. jure part.* 7. *tract.* 31. *disp. unica punct.*13. *num.*1. Villalobos *in sum. moral. part.* 2. *tract.* 10. *dif.* 16. *num.* 1. Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.*6. *& miscel.*2. *resol.*18. *& in coordinat. par.* 6. *tract.*2. *resol.*43. Balmaseda *de collect. quæst.* 124. *num.*5. Fermosin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ q.* 23. *numer.*36. *versic. Super quo*, *& num.*41. *versic. Poso sit que Princeps de constitut.* Thoro *in supplem. decis. verbo piscari col.*3. *vers. Sed si bene fol.* 469. alios permultos Theologos, & Jurisconsultos referunt, & sequuntur Barbosa *in capit.* 1. *num. septimo de Clerico venatore*, Amaja *in l. unica à numer.*42. *Cod. de venatione ferarum lib.* 11. Romag. *ad statuta Eugubii in addit. ad Conciolum lib.*4. *rub.*68. *num.* 8. Pichard. *in* §. *feræ num.*5. *versic. Justis tamen ex causis de rerum divis.* Molina *de just. & jure tom.* 1. *tract.*2. *disp.*43.

Sic Civitates, Villæ, & oppida ex justa causa ve- 13
nationem, & aucupationem prohibere possunt, Covar. *in regula peccatum par.*2. §.8. *sub num.*8. Azevedo *l.*1. *nu.* 1. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Molina *de just. & jure tom.* 1. *tract.* 2. *disp.*43. *in fine*, Cast. Palaus *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disp. unica punct.*13. *num.*1. Amaya *in l. unica num.*47. *Cod. de venatione ferarum lib.*11. & alii allegati *n.*13.

Sic etiam licèt Barones, & Domini vassallorum, etiam 14
magnates, qui superiorem recognoscunt, non possint prohibere vassallis venationem, aucupium, & piscationem, Marchus *dec.*530. *à nu.* 14. *part.*1. Guido Papa *dec.*514. Thesaur. *qu. forens.*22. *n.*2. Ursellius *verbo aucupium concl.*166. *à n.*16. Franchis *dec.*158. ubi Amendola *n.*2. Luca *n.*2. Martha *de jurisdic. part.*4. *casu* 57. *à num.* 3. Menochius *cons.* 943. *n.*44. *&* 45. *lib.*10. Novarius *de gravam. vassal. grava.*70. *&* 71. *tom.*1. *&* *grava.*17. *tom.*3. *& in rub. collect.*1. *num.*3. *de aucupibus* Villalobos *in sum. part.*2. *tract.*10. *dif.*16. *numer.*5. Covar. *in Reg. peccatum part.*2. §.8. *num.*1. *versic. Princeps*, Guttier. *canonicar. lib.*2. *cap.*28. *n.*4. *&* 5. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.*16. *n.*138. Mastrill. *de Magistrat. lib.*3. *c.*10. *num.* 176. *&* 177. Balmaseda *de collect. q.*124. *n.*7. Riccius *collect.*1074. Amaya *in l. unica n.*48. *&* 49. *Cod. de venatione ferarum lib.* 11. Azevedo *in rub. num.*6. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Castillo *de*

ter-

tertiis tom.7. cap.41. num.118. Cancer. *part.2.var.2. numer.83.* Possunt tamen venationem, aucupium, & pis-
15 cationem prohibere ex juxta causa ad tempus, & non in perpetuum, Covar. *in Reg. peccatum par.2. §.8.nu.1. vers. Igitur Princeps*, Azevedo *in rub. num.9. tit.8. lib.7. recop.* Cancer. *part.2. var.cap.2. num.87.* Diana *resol. moral. par.3. tract.6. & miscel.2. resol.18, & in coordin. part.6.tract.2. resol.43.* Novarius *de gravam.vassal. gravam.71. num.11.tom.1.* Balmasoda *de collectis quæst.124. num.8.* & alii.

16 Quæro 7. quæ sit justa causa prohibendi venationem, aucupium, & piscationem? Resp. quòd bonum commune, & utilitas publica, Villalobos *in sum. mor. part.2. tract.10. dif.16. num.3. in prin.* Martha *de jurisd. part.4. casu 57. n.14. in prin.*

17 Hæc publica utilitas cum justa causa prohibendi venationem, aucupium, & piscationem consideratur, tam circa tempus, quàm circa modum, & formam venandi, aucupandi, & piscandi. Azevedo *in rub. nu.10. vers. Imo tit.8. lib.7. recop.* Menochius *cons.943. num.47. lib.9.* Thesaurus *quæst. foren.22. num.10. lib.2.* Villalobos *in sum.part.2.tract.1. dif.16.num.3.*

18 Circa tempus, puta, si prohibeatur venatio, & aucupium certo anni tempore, vel certis mensibus, in quibus animalia solent esse pregnantia, pariunt, aut creant, nam hoc tendit ad publicam utilitatem, Padilla *in l. per agrum num.8. Cod. de servitutibus, & aqua*, Martha *de jurisdic. part.4. casu 57. numer. 14. post prin.* Villalobos *in sum. mor. part.2. tract. 10. dif.16. numer.3. post prin. vers. Y tambien*, Fagundez *de just. & jure lib.2. cap.10. num.10.* Cast.Palaus *de just. & jure part.7. tract. 31. disp. unica punct. 14.num.5.* quidquid contrarium dicant Franchis *dec.158. nu.5. & seq.* Novarius *grav. 71. num. 6.7. & 8. to.1.* quia loquuntur de stylo Regni Neapolis, Thesaur. *quæst. foren.22. num.10.vers.ic. Quemadmodum*, Ursellius *verbo aucupium concl.166.nu.19.vers. Contrarium, ibi :* Quemadmodum etiam qui *num. 42.* idem possunt prohibere Barones, dicit ex Capiblanc & Capano, quos citat. Et de Civitatibus Amaya *in l.unica n.47. Cod. de venatione ferarum lib. 11.* Azevedo *l.1.in prin. tit.8. lib.7. recop.* non interdicere certo tempore venationem est publicæ utilitatis, Cancer. *part. 2. var. cap.2. nu.88.* Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 23.num.37. de constitut.*

19 Sicque in Cathalonia in mensibus Martii, Aprilis, Maii, Junii, & Julii prohibentur venari, & aucupari perdices, franculini, fasiani, anades, lepores, cuniculi, & alia animalia venatoria sub pœna viginti quinque librarum, & perditionis armorum, & machinarum, seu instrumentorum, & in defectum viginti quinque librarum sub pœna quinquaginta dierum carceris, *ut habetur in constit. 1. & 2. tit. de cassar, y pescar, cap. 53. Regiar. preconizationum.* Eadem prohibi-
20 tio † viget in Regno Aragonum *forus unicus*, ubi Bardaxi *in prin.tit. de venatione leporum, & perdicum, forus 2.* ubi Bardaxi *in prin. & num.1.tit.de la prohibicion, y vieda de las cacas*, Ramirez *de lege Regia §.30. num. 18. versic. Ut in Aragonia*, Cenedo *collect. ad decretum*
21 *56. num. 3. in fine.* Et in Regnis Castellæ, Padilla *in l. per. agrum numer. 8. Cod. de servit. & aqua*, Covar. *in Reg. peccatum part. 2. §.8. num.2. vers. Secundo*, Azevedo *in rub. num.11. tit.8. lib.7. recop.* Villalobos *in sum. part.2. tract.10. dif.16. num.3.* Cast. Palaus *de just. & jure part.7. tract.31. disp.unica punct.14.num.5.* Balmaseda
22 *de collect. quæst.124. num.10.* Verùm inquit Bardaxi hanc prohibitionem, seu jura ista non esse in viridi observantia, *in foro 1. num.3. vers. Et sic, & in foro 2. n.1. in fine tit. de la prohibicion, y vieda de las cacas.*

23 Quemadmodum in Cathalonia in tempore procreationis, hoc est à die prima Decembris ad diem carnisprivii prohibentur piscari in fluminibus, & torrentibus pisces vulgò dicti *truytes, ut habetur in constitut. 3. & 4. tit. de cassar, y pescar*, Romaguera in addit ad Conciolum *ad stat. Eugubii lib.4. rub.68. n.7.*

24 Circa modum, & formam prohibetur venatio, aucupium, & piscatio, cum instrumentis, seu retibus minutissimis, quibus aliqui utuntur in grave præjudicium animalium, avium, & piscium, & damnum Reipublicæ, Menochius *cons. 943. numer.47. lib.10.* Martha *de*

jurisdic. part.4. casu 57. num.14. vers. Item quando, Thesaur. *quæst. foren.22. n.10. in prin. lib.2.* Thoro *in supplem. decision. verbo piscari in fine vers. Sed veritas ex allegatis fol.469.*

Et in Cathalonia respectu piscationis piscium, vulgò 25
Truytes in aliis temporibus, *sic statuit constitut.4. tit. de cassar, y pescar*, Romaguera in addit. ad Conciolum *ad stat. Eugubii lib.4. rub. 68. num.7: de regno Aragonum*, & in Regno Aragonum, tam respectu piscationis, aucupii, & venationis, probant fori illius Regni, quos citat Ramires *de lege Regia §.30.num.18.vers.Ut in Aragonia;* & de Regno Castellæ respectu venationis, Covar. *in regula peccatum part.2, §.8. num.2.vers.Secundò*, Villalobos *in sum. part.2. tract.10. dif.16.nu.3. versic. La secunda causa es*, Cast.Palaus *de just. & jure part. 7.tract.21. disp.unica punct.14. num.5.* Balmaseda *de collect.quæst.124. num.6.* de Regno Luzitaniæ Fagundez *de just. & jure lib.2. cap.10. n.10.*

Prohibetur etiam in Cathalonia, & de jure com- 26
muni in omni tempore uti calce, aut aliquo veneno pro capiendis piscibus vulgò *Truytes* in fluminibus, ac torrentibus, de jure Cathaloniæ *constit. 3. vers. E mes sic prohibit tit. de cassar, y pescar*, de jure communi, & de aliis Regnis Menochius *cons. 493. sub numer.47.* Thesaur. *quæst.foren.22.nu.10. lib.2.* Fragozo *de regim. Reipub. par.1. lib.3. disp.7.1. n.29.* Cast.Palaus *de just. & jure part.7. tract.31. disp. unica punct. 14. num.5. versic. Excipio*, Fagundez *de just, & jure lib.2.c.10. numer.10.* Ursellius *verbo aucupium concl.196. num.16. versic. Contrarium* Reg.Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tom.2.tit.25. c.3. num.2.* Conciolus *ad stat. Eugub. lib.4.rub.68.num.2.* ubi Romaguera *nu.10.* ubi dolendum esse dicit, ex quo ab officialibus non servatur.

Fuit etiam in Cathalonia Regia Sententia lata 6. 27
Octobris 1594. referente Egregio Senatore Joanne Castello prohibitum piscari reribus vulgo gangils, ex quo esset piscandi modus Reipublicæ damnosus, cum eo caperentur omnes pisces, & minuti, refert Cancer. *part.2. var. c.2. sub num.82. versic. Facit quod censuit Senatus.* Plus fuit determinatum 16. Novembris 1594. referente dicto Magnifico Relatore Joanne Castello Sententiam prolatam contra duos piscatores Barcinonæ prohibentem piscari cum retibus vulgò *gangils* Reipublicæ damnosis exequendam esse contra alios non nominatos, testatur Despujol ad Mieres *verbo sententia Regia fol.* 192. Provisionem modernam Regiæ Audientiæ facto verbo factam in Aula Reverendi Cancellarii referente Magnifico Joanne de Colomer die 5. Martii 1678. In causa possessorii summarissimi interim, confirmatam in causa supplicationis in Aula Nobilis Regentis Regiam Cancellariam ad relationem Magnifici Joannis Baptistæ Roca, & julia die 7. Februarii 1679. Scriba Melchior Cortes. Refert Romaguera *ad Conciol. ad stat. Eugubii lib. 4. rub.68. sub numer.8.* Et in confirmationem videantur Thoro *in supplem. decis. verbo Piscari fol.* 169. Novarius *gravam. 422. tom. 1.* sed his non obstantibus videmus piscari cum tartanis, vulgò *ganguils*, quia de novo fuit mota lis per Regium Fiscum in Bajulia Generali, pretendentem dictas Regias sententias sibi non obstare, ex quo habebat interesse, & fiscus non fuit auditus, & interposita consultatione per Bajuliam Generalem 16. Maii 1680. Fuerunt bina Epistolica rescripta expedita per S. R. Coronæ Aragonum Concilium diebus 27. Decembris 1680. & 11. Junii 1681. Quibus in prædictis fuit provisum, & secundùm ea executum, quæ si quis voluerit videre, adeat Bajuliam Generalem Cathaloniæ.

Alia justa causa prohibendi venationem, & piscatio- 28
nem est. Si Principes quædam loca sibi eligunt, & reservant, in quibus venationem, & piscationem exerceant, cæteris eam interdicendo, ut se recreare possint, nam ad Regium statum, & splendorem decet, ne aliis pateant, communiaque sint loca Regiæ venationi, & piscationi destinata, sic tradunt Tiraquel Sotus, & Medice quos refert, & sequitur Fachineus *lib. 1. controv. jur. c. 1. versic. Quinta est causa*, Azevedo *in rub. num.10. vers. Se-*

cunão, tit.8. lib.7. recopil. & explicant Molina *de just. & jure tom.1. tract.2. disp.* 46. Villalobos *in sum. part.* 2. *tract.*10. *dif.*19. *numero* 3. *versic. La tercera, & numero* 4. Castr. Palaus *de justitia, & jure part.*7. *tractat.* 31. *disp. unica puncto* 13. *à num.* 3. *& punct.*14. *nu.* 3. *vers. idem est dicendum*.

29 Sed ego addo an jus piscandi sit de regalibus, an verò tantùm redditus piscationum? Videantur Suarez *allegat.* 17. *à numero* 11. Ramirez *de lege Reg.* §. 26. *nu.* 36.37. *&* 38. Carena *resol.* 8. *num.* 6. *&* 7. Mastrill. *de magistrat. lib.*3. *c.*10. *à numer.* 306. Fajardo *allegat. fiscal.*37. *num.* 19. Romaguera in addit. ad Conciolum *ad stat. Eugubii lib.*4. *rub.*68. *numer.*11. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.*20. *à num.*91. Castillo *de tertiis par.* 7. *c.*41. *num.*117. Montanus *de regalibus verbo piscationum redditus num.*1.

30 Et illud est certum, quòd Princeps potest privato concedere privilegium, ut ipse solus in aliqua parte maris aut fluminis publici, vel agri privati possit venari, & piscari, aliosque ne id faciant prohibere, quo casu licebit tali privilegiato alios prohibere, *gl. in l. si quisquam, ff. de diver. & tempor. præscrip. gl. in l. sane si maris, ff. de injuriis*, Covar. *in Reg. peccatum par.*2. §.8. *numer.*10. *versic. Sic, & Princeps*, Guttier. *canonicar. lib.*2. *c.*28. *numero* 46. Molina *de justit. & jure tom.*1. *tract.*2. *disp.*46. Amaja *in l. unica numer.* 64. *C. de venatione ferarum lib.*11. Ramirez *de lege Reg.*§.26. *num.*49. *versic. Tertio*, Peregrin. *de jure fisci lib.*8. *num.* 37. *vers. In mari;* Solorzano *de jure Ind. tom.*1. *lib.*3. *c.*3. *num.*69. Gironda *de privileg. num.*620. *& seq.* Carena *resol.*8. *numer.*6. *vers. Et ex hoc*, sic fuit observatum in tartanis, vulgò *Gangils*, per Dominum nostrum Regem in binis Epistolis, supra memoratis *num.*27.

31 Hinc fit, quòd Dominus Rex potest concedere privato, ut ipse in aliqua parte maris, & non alius possit habere thynnaria, & cetaria, Hispanè *la pesca de los atunes, ò almadravas*, prout concessit Duci Methinæ, quòd nemo possit capturam thynorum parare à flumine Adiana per totum littus usque ad Regnum Granatæ, pro quo contra Marchionem de Tarifa scripsit in duobus Consiliis Decius *cons.*270. & de thynnaria piscatione agit *text. in l. venditor* 13. *ff. communia prædiorum* & notant Covar. Molina, Guttier. & Amaya *num.*64. *citati numer.*31. Et Cast. Palaus, ait in Castella Principem sibi reservasse piscationem Thynnorum in ejus competentem sustentationem *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disp. unica punct.*13. *num.*4. & Fagundez inquit, Reges Hispaniæ, & Luzitaniæ sibi appropriasse piscationem thynorum ad onera sustinenda Reipublicæ, & Regni *de just. & jure lib.*2. *c.*8. *nu.*22. *&* 23.

32 Quæro 8. an peccent, & ad restitutionem teneantur, qui piscationem, venationem, & aucupium prohibitum exercent? Resp. quòd ex quatuor respectibus piscatio, venatio, & aucupium illicitum esse potest. Primò, ex persona venantis. Secundò, ex tempore quo fit. Tertiò, ex loco. Quartò, ex detrimento boni communis, vel particularis. Sic. Cast. Palaus *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disp. unica punct.*14. *nu.*1. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *c.*10. *numer.*4. Villalobos *in sum. par.*2. *tract.*10. *dif.*17.

33 Quo ad primum ex persona venantis. Certum est, quòd Clericis venatio est interdicta, *c.*1. *&* 2. *de Clerico venatore, can. quorumdam* 34. *dist. can. qui venationibus* 86. *dist.* & multò magis Religiosis *Clement.* 1. §. *porro de statu Monachor.* Intellige, si venatio cum strepitu, & clamore causa voluptatis frequenter fiat; secus si occasione necessitatis, vel honestæ recreationis instituitur, vel sit absque clamore, & strepitu, tametsi cum retibus, & aliquibus canibus, dummodo domi non alantur, à culpa mortali immunes sunt Clerici, & Religiosi, & in dubio venationem præsumi factam causa recreationis, sic declarant Abbas, Sylvester, Covar. Lessius, Medina, & Valerus, quos refert, & sequitur Thom. del Bene *de Immun. Eccl. to.* 1. *c.*5. *dub.*3. *sect.*3. *num.*9. *&* 10. Medina, Molina, Lessius, Sà, Rebellus, & Layman, quos citat, & sequitur Castr. Palaus *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disput. unica punct.* 14. *numer.* 1. quibus addendi sunt Menochius *de arb jud. casu* 413. *à numer.*14. Novarius *de grava. vassal. gravam.* 17. *à num.*2. *tom.*3. *& in rub. collect.* 1. *num.*5. *de aucupibus, & venationibus*, Ursellius *verbo Aucupium concluf.* 166. *à numer.* 54. Marcus *dec.*530. *num.*5. *&* 9. *part.*1. Martha *de jurisdict. part.*4. *casu* 57. *à num.*17. Cenedo *collect. ad decretum* 56. *num.*8. *&* 9. Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *tit. de disciplina Cler.* §.19. Squillante *de privileg. Cler. c.*2. *num.*47. Villalobos *in sum. mor. part.*2. *tract.* 10. *dif.*16. *num.*1. *versic. Y adviertesse, & dif.*17. *num.*1. Lezana *in sum. quæst. regul. part.*1. *c.*9. *num.*20. Daniel de Nobilibus *disp.*16. *à num.* 40. Riccius *collect.* 2096. Fagundez *de just. & jure lib.* 2. *c.*10. *num.*4. *& c.*11. *num.*1. Mieres noster *in Curia Montisalbi Regis Alfonsi* 3. *tom.*1. *collat.*5. *c.*34. *num.*6. *&* 10. *fol.* 287. *in novis*, Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 23. *num.* 39. *&* 40. *de constitut.* Azevedo *in rub. sub num.* 3. *tit.* 8. *lib.*7. *recop.* latissimè Carol. de Grassis *de effect. Cler. effect.*33. *toto*, Ansaldus *de jurisdic. part.*6. *tit.*11. *c.*22. *à num.* 30. *ad* 48. Multos alios addunt Amaja *in l. unica à numer.*65. *ad* 71. *C. de venatione ferarum lib.*11. Barbosa *in c.*1. *num.*1. 2. 3. *&* 4. *in c.*2. *num.*2. *&* 3. *de Clerico venatore, & de jure Eccles. uni. lib.*1. *c.*40. *num.* 79. *&* 80. *& c.*43. *num.* 27. *& in Clement.* 1. §. *porrò nu.* 3. *de statu Monachor. & in addit. ad c.*1. *num.*1. *de Clerico venatore*, Borell. *de Magist. adic. lib.*4. *c.*3. *num.*58. Sperell. *dec.* 124. *à num.*28. *lib.* 2. renovata fuit hæc prohibitio *per Concilium Trident. sess.* 24. *de reform. capite* 12.

Unde patet, quòd Clerici, & Religiosi venatores, 34
& si illicitè faciant, capta ex venationibus sibi acquirunt, & restituere non tenentur, Covarruv. *in Reg. peccatum part.*2. §.8. *num.*3. Menochius *de arb. jud. casu* 413. *num.*19. Cenedo *collect.*56. *ad decretum num.* 10. Azevedo *l.*1. *numer.*4. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Guttier. *canonicar. lib.*2. *quæst.* 28. *numer.*47. Amaja *in l. unica num.*71. *vers. Ex quibus C. de venatione ferarum lib.* 11. Villalobos *in sum. mor. part.*2. *tract.*10. *dif.*17. *num.*1. Ursellius *verbo Aucupium concl.*166. *numer.*58. Gratian. *discep. forens. c.*139. *numer.*18. *&* 19. Castr. Palaus *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disput. unica punct.* 14. *num.*1. *juncto num.*2. *in fine*, Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.*33. *num.*21. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *c.*11. *numer.*1. alios plures addit Barbosa *in addit. ad c.*1. *n. vers. Illud tamen de Clerico venatore*.

Piscatio autem est Clericis, & Religiosis permissa. 35
Tum quia rationes, quibus Clericis, & Religiosis est prohibita venatio, cessant in piscatione. Tum quia piscatio habet exempla virorum Sanctorum, nempè Apostolorum, quos piscatores Salvator Noster ad se vocavit, Matthæi 4. Marci 1. & Lucæ 5. Intellige, dummodo non fiat in solemnitatibus majoribus, nec assiduè animo negociandi, Menochius *de arb. jud. casu* 413. *num.*20. *&* 21. Azevedo *in rub. num.* 4. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Martha *de jurisdic. par.* 4. *casu* 57. *numer.* 22. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 33. *numer.* 19. *&* 20. Bellet. *disq. Cler. part.*1. *tit. de disciplina Cler.* §. 19. *num.*8. Ursellius *verbo Aucupium concl.* 166. *num.* 60. 61. *&* 62. Villalobos *in sum. moral. part.*2. *tract.* 10. *dif.* 16. *numer.* 1. *in fine, versic. Y no les està vedada*. Cast. Palaus *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disp. unica punct.* 14. *numer.* 1. *versic. Quæ dicta in fine*, Daniel de Nobilibus *disput.*61. *numer.* 50. *versic. Permittitur*. Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 23. *num.*43. *&* 44. *sub numer.*47. *de constitut.* Marcus *dec.*530. *num.*8. *&* 10. Cenedo *collect.*56. *ad decretum nu.* 7. *&* 12. Fagundez *de just. & jure lib.* 2. *c.* 10. *numer.*7. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.*1. *c.*40. *num.*82. *& in can. Esau* 11. *num.*5. *dist.*86. *& in c.*1. *num.*5. *de Clerico venatore*, Mieres noster *in Curia Montisalbi Regis Alfonsi* 3. *col.*5. *c.*34. *nu.*7. *&* 8. *fol.* 287. *in novis*, Sperell. *dec.* 124. *n.*34. *&* 35. *lib.*2.

Nec mirandum est, quia ut dicit Divus Hieronymus in Psalmo 90. *ad versic.* Sperabo in Domino, *relatus in can. Esau* 86. *dist.* Esau venator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non invenimus in scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem: piscatores invenimus Sanctos, intellige dum venator in 36

vena-

venatione permanet at qui venator fuit, potest postea, peracta jam pœnitentia, effici Sanctus, ut Sanctus Eustachius, & Sanctus Julianus *sic. gloss. in quorundam* 1. *Verbo venatorum* ubi Barbosa *num.*1. *versic. Non obstat.* 34. *dist. gloss. in can. Esau* 11. ubi Barbosa *nu.* 186. *dist.* Marcus *decis.*530. *à n.*7. Mieres noster *in Curia Montisalbi Regis Alfonsi* 3. *col.*5. *c.*34. *num.*7. *&* 9. Cenedo *collect.* 56. *ad decretum num.*7. Ursellius *verbo Aucupium concl.* 166. *num.* 54. idem Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.*1. *c.*40. *num.*82. *vers. Nec obstat*, Daniel de Nobilibus *disp.*61. *num.*47. *&* 48.

37 Si advertant Clerici, & Religiosi, quod dicit Divus Augustinus super Psalmum 147. *Relatus in can. vident* 86. *dist.* Vident homines venatorem, & delectantur: væ miseris, si non se correxerint. Qui enim vident venatorem, & delectantur, videbunt salvatorem, & contristabuntur. Ex quo concludit noster Mieres, quòd non solùm quis prohibetur venari, sed etiam inspicere, *in Curia Montisalbi Regis Alfonsi* 3. *col.*5. *c.*34. *num.*7. *in fine fol.*287. *tom.*1. *in novis.* Sed Molina, & Rebell. notant, quòd si ipsi Clerici non per se venentur, sed venatores aspiciant, facilius à culpa excusari possunt: quia non venationis aspectus, sed venatio eis interdicitur, refert, & sequitur Cast. Palaus *de just. & jure part.* 7. *tract.* 31. *disp. unica punct.*14. *num.*1. *vers. quoad primum in fine*, *vers. Quod si.* Æquum tamen est, ut Clerici, & Religiosi ab hoc aspectu abstineant, Fagundez *de just. & jure lib.*2. *c.*10. *num.*6.

38 Quoad secundum ex tempore, quo venatio fit laicis prohibita, est diebus festis, jejunii, & quadragesimæ, *gloss. in can. qui venatoribus vers. tamen est illicita*, *per tex. in can. an putatis* 86. *dist.* intelligе; quando quis ob venationem omitteret Missam, aut jejunium de præcepto, vel esset in causa, ut alii Missam, vel jejunium omitterent; aliàs enim per se, cum venatio opus servile non sit in diebus festis, vel jejunii non prohibetur, nec tenetur ad restitutionem eorum, quæ per venationem habuerit, Covar. *in Reg. peccatum part.*2. §.8. *num.*3. *vers. Quibus etiam*, Azevedo *l.*1. *sub num.*4. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 33. *num.*10. alios plures cumulant Cenedo *collect.* 56. *ad decretum numer.* 11. Cast. Palaus *de just. & jure parte* 7. *tract.*31. *disp. unica*, *punct.*14. *num.*2. latè Fagundez *de præcept. Eccles. præcepto* 1. *lib.* 1. *cap.*11. *à numer.*14. *ad* 19. qui *nu.* 17. excusat à peccato mortali, *& de just. & jure lib.* 2. *cap.*10. *num.*9. *& cap.*11. *num.* 1. Villalobos *in sum. morali part.* 2. *tract.*32. *dif.*2. *numer.*8. Diana *resol. moral. part.*4. *tract.*4. *resol.*222. *& in coordinat. par.* 7. *tract.* 5. *resol.* 18. latè Leander *quæst. mor. part.* 3. *tract.* 1. *disp.* 4. *quæst.* 28. 29. 30. 31. 32. *&* 33. ubi innumeros citat.

39 Quoad tertium ex loco, quo venatio fit, illicita est, si in saltu, lacu, prædiovè alieno contra Domini voluntatem fiat, ex quo quilibet habet jus in suo prædio utendi, & illius usum omnibus aliis impediendi, §. *Feræ de rer. divis. l. Item fundi*, §. *Aucupiorum*, *ff. de usufructu*, Menochius *consil.*901. *nu.* 19. Rationem quæ assignat, *dicto num.*19. *versic. Verum*, *ibi quod vero dicitur lib.* 10. Et an venator in prædio alieno Domino prohibente, teneatur ad restitutionem, tam in foro exteriori, quàm interiori, & an peccent mortaliter, aut venialiter, videndi sunt Marcus *decis.*530. *à numer.*15. Covar. *in reg. peccatum*, *part.*2. §.8. *num.*14. Molina *de just. & jure tomo* 1. *tract.*2. *resol.*51. Cenedo *collect.* 56. *ad decretum num.*6. Guttier. *Canonicar. lib.* 2. *quæst.* 18. *à num.*18. Cast. Palaus *de just. & jure part.* 7. *tract.* 31. *disp. unica punct.*14. *num.*1.3. *&* 4. Villalobos *in sum. moral. part.*2. *tract.*10. *dif.*17. *num.* 3. Amaya *in l. unica à num.*50. *ad* 56. *C. de venatione ferarum lib.*11. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *cap.*10. *num.*11. Azevedo *in rub. num.*16. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Martha *de jurisdic. par.*4. *casu* 57. *numer.*24. Thesaurus *quæst. foren.*22. *num.*6. *lib.*2. latissimè Ursellius *verbo Aucupium concluf.*166. *à num.*1.

40 Venantes verò in locis Principibus reservatis ad venandum, *de quibus egi num.*29. non peccant mortaliter nec tenentur ad restitutionem, quia Principes de hac restitutione non curant contenti tantùm, ut transgressores deprehensi pœnas legibus impositas luant, Molina *de just. & jure tom.*1. *tractat.*2. *disput.*51. *versic. Cæterum*, alios addunt Castr. Palaus *de just. & jure part.*7. *tract.*31. *disput. unica punct.*14. *numer.*4. *versic. Quinimo*, Villalobos *in sum. mor. part.*2. *tract.* 10. *dif.*17. *num.*5. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *cap.* 11. *num.*4.

Quoad quartum ex detrimento boni communis, vel 41
particularis nam ex detrimento boni communis illicita est venatio, ut quando animalia gravida sunt, vel retibus minutissimis venatio, seu piscatio fit. *De quibus dixi à num.*18. *ad* 28. quæ pro qualitate damni est peccatum, sed rarò erit mortale, sic Cast. Palaus *de just. & jure part.* 7. *tract.*31. *disp. unica punct.* 14. *num.*5. quidquid peccatum mortale esse dicat Padilla *in l. per agrum num.*8. *C. de servit. & aqua*, nam eum impugnat Azevedo, ex quo lex contentatur pœna imposita *in l.*1. *numer.*4. *in fine tit.*8. *lib.*7. *recop.* sed non obligat ad restitutionem Covar. *in reg. peccatum part.* 2. §.8. *num.*3. Azevedo *l.*1. *num.*4. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* sed ad solutionem pœnæ, si in eam sequatur condemnatio, Fagundez *de just. & jure lib.*2. *cap.* 11. *numer.* 1. benè declarat Villalobos *in sum. moral. part.* 2. *tract.* 10. *dif.*17. *num.*2. & de detrimento boni particularis agit, idem Villalobos loco citato *num.* 3. *versic. Tassi serà.* Castr. Palaus *hic citatus numer.* 5. *vers. Hinc capiti.*

De pœnis contra venatores tractant Marcus *decis.* 42
530. *num.*9. *part.*1. Menochius *de arb. jud. casu* 413. *num.* 17. *&* 18. plures alios addit Cenedo *collect.* 56. *ad decretum num.*9. Azevedo *in rub. num.* 11. *&* 12. *tit.* 8. *lib.*7. *recop.* Villalobos *in sum. mor. part.*2. *tract.*10. *dif.* 16. *num.*6. Fagundez *de just. & jure lib.*2. *cap.*10. *numer.* 14. *in fine*, Barbosa *in cap.*1. *num.*9. *de Clerico venatore*, Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.* 3. Ursellius *verbo Aucupium concl.* 166. *numer.* 54. *&* 56. Ansaldus *de jurisdic. part.*2. *tit.*11. *cap.*22. *à numer.*52. *ad* 56. Molina *de just. & jure tom.* 1. *tract.* 2. *disp.*46. *in fine*, Daniel de Nobilibus *disp.* 61. *num.* 50. Sperell. *dec.*124. *num.*30. *&* 33. *lib.*2. latè Fachineus *controv. jur. lib.*1. *cap.* 1. *versic. Super est cum seq.* Castr. Palaus *part.* 7. *de just. & jure tractat.* 31. *disput. unica punct.* 14. *num.*6.

Quæro 9. An venatio, aucupium, & piscatio sint 43
in fructu? Resp. quòd sic, *ut probatur in l. venationem*, *ff. de usuris*, *l. item si*, §. *aucupium*, *l. usumfructuarium*, *ff. de usufructu*, Azevedo *l.*7. *num.* 3. *tit.*8. *lib.* 7. *recop.* Mele ad Gizarel. *decis.*34. *num.*18. & pertinet ad usufructuarium, Maynard. *decis.*39. *lib.*2. Riccius *collect.*396. *in fine*, Novarius *in rub. collect.*1. *num.*6. *de aucupibus & venatoribus*. Ursellius *verbo Aucupium concluf.* 166. *num.*65. & ideo usumfructuarium venari posse in fundo, in quo habet usumfructum, neque posse à proprietario prohiberi, ne ipse usufructuarius venetur, *l. usumfructum*, *ff. de usufructu l. item si*, §. *eod. tit.* notat Marcus *decis.*532. *part.*1. & tradit Azevedo *à. l.*7. *n.*4. *tit.*8. *lib.*7. *recop.*

Quæro 10. Deveniens ad institutum. An statutum, 44
seu edictum Principis sæcularis prohibens venationem, seu piscationem tali loco, aut certis anni temporibus, aut cum aliquibus instrumentis comprehendat Clericos? Remissivè proponit Barbosa *in cap.* 1. *sub num.*8. *de Clerico venatore*, negant Martha *de jurisdict. part.*4. *casu* 57. *num.*2. *juncto numer.*22. *vers. Non igitur*, *& nu.* 23. & alii loquentes de armis *citati decis.*226. *num.*24. Affirmant verius ratione publicæ utilitatis, Salzedo ad Bernard. Diaz *in prax. crim. cap.*67. *addit.*1. Azevedo *l.*1. *num.*2. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Morla *in emp. jur. part.*1. *tit.*1. *quæst.*16. *num.*16. Villalobos *in sum. moral. part.* 2. *tractat.*10. *dif.*16. *numer.*2. Bolañoz *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 3. §. 3. *numer.* 11. *versic. Y el estatuto*, Lezana *in sum. quæst. regul. part.*1. *cap.*11. *numer.*17. *versic. Ac proindè*, Azor. *inst. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *versic. Tertia quæritur.* ibi: *Si quæras*, Alterius *de censur. disput.* 16. *lib.* 5. *cap.* 5. *fol.* 698. *col.* 1. *in fine*, Oliba *de jure fisci capit.*14. *numer.*132. *&* 133. Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effectu* 2. *numero* 320. Fermosin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 23.

à num. 37. *de constitut.* Ledesma *in sum. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.*9. *concl.*33. Daniel de Nobilibus *disp.*8. *num.*33. *& disp.*61. *nu.*38. *&* 39. & plures de armis loquentes, *suprà decis.*226. *num.*25. Secundùm vim directivam, ex vi rationis naturalis, sed non vi coactiva ratione statuti, ut docent citati *dec.*226. *num.* 25. & in terminis Villalobos, & alii laudati *n.*45.

46 At Clerici qui prohibitam venationem, aucupium, seu piscationem exercuerint, non possunt à Judicibus sæcularibus puniri pœnis corporalibus, vel pecuniariis in edictis, & statutis Principum sæcularium impositis; sed pœnæ, tam corporales, quàm pecuniariæ, per statuta, & edicta Principum sæcularium impositæ, petendæ sunt à Clericis venationem, aucupium, seu piscationem exercentibus apud Judices Ecclesiasticos, sic Salzedo, Azevedo, Morla, Villalobos, Bolañoz, Lezana, Azor, Alterius, Ledesma, & Daniel de Nobilibus, *citati numer.*45. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 863. *versic. Et licet*, Parlador. *rer. quotid. tom.*2. *differ.* 9. §.4. *num.* 15. & alii permulti in terminis armorum allegati *decis.* 226. *num.* 27. Imò Judices Ecclesiastici exequi pœnas statuti, seu edicti Principis sæcularis contra Clericos prohibitam venationem, seu piscationem exercentes non tenentur, sed eorum arbitrio juxta Canonicas Sanctiones Clericos punire possunt, Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 863. *versic. Et licet*, Villalobos *in sum. moral. part.*2. *tractat.*10. *dif.*16. *num.* 2. *versic. Y que no está obligado*, Lezana *in summa part.*1. *capit.*11. *num.* 17. *in fine*, & cum multis tradidi *decis.* 226. *num.* 28. *hac parte* 4.

47 Unde clarè infertur ad quæstionem in argumento propositam, quòd Clerici prohibitam venationem, vel piscationem exercentes à Judicibus, seu Ministris sæcularibus possunt spoliari avibus, vel canibus, vel aliis instrumentis prohibitis, quia Reipublicæ nociva hæc omnia sunt, & solùm aufertur damnum, quod tunc Clerici agunt contra bonum commune, ita Salzedo ad Bernard. Diaz *in pract. cap.* 67. *in fine*. Morla *in emp. jur. part.*1. *tit.*1. *quæst.*16. *num.* 16. *in fine*, *& numero* 18. Cenedo *collect. ad decretum* 37. *num.* 19. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *numero* 863. Azevedo *l.* 1. *numero* 2. *versic. Inquit tamen*, *& num.* 3. *tit.*8. *lib.*7. *recop.* Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.*18. *num.*119. Daniel de Nobilibus *disput.*27. *num.*16. *disput.*63. *num.*2. *& in addit. ad disput.*62. *numero* 12. Bolañoz *in Curia Philip. tom.* 1. *part.*3. §.3. *numero* 11. *versic. Y el secular.* Gratian. *discep. foren. cap.*139. *numero* 24. Parlador. *rer. quotid. tom.*2. *differ.* 9. §.4. *numero* 15. Ledesma *in sum. tom.*2. *tract.*8. *cap.*9. *conclus.* 33. Villalobos *in sum. moral. part.*2. *tract.* 10. *dif.* 16. *numer.*2. *versi Solo queda que advertir.* Borrell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.*71. *numero* 351. Ansald *de jurisdict. part.*2. *tit.*11. *cap.*22. *num.*98. *&* 101. Ortiz *in sum. cap.*4. *num.* 9. Rendella *de pascuis part.*1. *cap.* 13. Villadiego *in polit. cap.*5. §.20. *num.* 86. Sperell. *deci.*124. *numer.*6. *lib.*2. Ursellius *verbo Arma concl.* 143. *num.* 43. *& verbo aucupium concl.* 166. *num.*57. Vela *dissert.* 44. *numer.* 47. *vers. Ex quibus tom.*2. Quidquid dicant Diana *resol. mor. parte* 1. *tract.*2. *resol.*10. *aliàs* 9. *& part.*3. *tract.*1. *resol.*28. *&* 41. *in coordinat. par.* 9. *tract.*2. *resol.* 101. *sub num.*1. *& res.*116. *num.*3. *& resol.*117. *num.*3. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 23. *num.*47. *ante finem de Constitut.* Barbosa *de jure Eccl. uni. lib.*1. *cap.*40. *numer.* 141. *vers. Et contra*, *& in addit. ad cap. Cleric.*2. *num.*3. *de vita*, *& honest. Cleric.* idem Sperell. *dec.* 124. *à num.*28. *lib.*2. Et vide latè dicta *in dec.* 226. *à num.*29. *hac part.*4.

ARGUMENTUM.

An cadaver defuncti occisi sepultum in Ecclesia, seu cœmeterio possit exhumare Judex sæcularis, inconsulto superiore Ecclesiastico, ut constet de corpore delicti.

SUMMARIUM.

1 *Judex ut procedere valeat contra aliquem super crimen, ante omnia constare debet de corpore delicti, num.*1. *intellige, numero* 2. *etiam si reus fateatur delictum, num.* 3. *declara, nu.*4. 33. *&* 34.

5 *Cadaver occisi ante recognitionem sepultum potest judex exhumari facere ad probationem corporis delicti.*

6 *Judex sæcularis cadaver occisi sepultum in Ecclesia, seu Cœmeterio an possit exhumari facere inconsulto Episcopo, seu ejus Vicario, ut constet de corpore delicti, num.*6. *quidam negant, num.* 7. *&* 8. *Et taliter faciens debet excommunicari, num.*11. *Sed alii affirmant, numer.* 18. 19. *&* 20. *& quid servetur in practica in Cathalonia, & aliis Regnis, num.* 22. 23. 24. 25. 26. 27. 29. 30. *&* 32.

9 *Corpora defunctorum perpetuæ sepulturæ tradita exhumari non possunt, nec transferri de loco ad locum sine Episcopi licentia, licèt secus si per modum depositi, num.* 9. *etiam si attentatè fuerint sepulta, n.*10.

12 *Episcopus, seu ejus Vicarius an teneatur impartiri licentiam Judici sæculari ad exhumandum cadaver occisi sepultum in Ecclesia ad probationem Corporis delicti, numer.* 12. *at si dederit hujusmodi licentiam, & delinquens pœna mortis puniatur, an sit irregularis, n.*13.

14 *Cadaveris exhumati recognitio non est facienda in Ecclesia, num.*14. *nec Episcopus talem licentiam concedere potest Judici sæculari, nu.* 15. *nec examinandi vulneratos, & testes in Ecclesia, seu alio loco immuni, nu.*16.

17 *Judex sæcularis vulneratos, & testes non potest examinare in Ecclesia, vel loco immuni, num.* 17. *& quid servetur in practica quoad vulneratos, num.*27.

28 *Ecclesia una est per totum mundum in multa membra divisa, quæ sunt singulares Ecclesiæ.*

31 *Corpus delicti potest probari per testes, saltem duos & quomodo.*

35 *Cadaver suspensi potest tradi Medicis & Chirurgis ad faciendam anatomiam, num.* 35. *non solum antequam sepeliatur, sed etiam postquam est sepultum exhumari potest ad faciendam anatomiam, num.*36. *arbitrio judicis, & Principe consulto, num.*37. *&* 38.

39 *Corpora mortuorum delata ad Ecclesiam, an Parochus sinere possit per Medicos aperire.*

40 *Cadaver debitoris an possit pro aliquo credito emparari, sequestrari, aut detineri insepultum, donec per hæredem solvatur debitum, numero* 40. *Et quid de cadavere Usurarii manifesti, num.* 41.

DECISIO CCXXVIII.

CORpus delicti dolosè, & ex scelere commissi primitus, & ante omnia Judici in actis plenè, & concludenter constare debet, antequam contra aliquem Clericum sive laicum procedatur, aliàs processus est nullus, etiam si delinquens per testes sit plenè convictus, ita ut non constito de corpore delicti, non possit deveniri ad Specialem Inquisitionem, nec ad capturam, nec ad torturam, neque ad condemnationem, *l.* 1. §. *Item* 1

illud,

illud, l. necessario §. 1. *l. si quis in gravi*, §. *si quis moriens ff. ad sillaniam*, Sic Clar. Farinac. Guazzin. Carena, Cabal. Vermigliol. Cyriac. Sperell. Conciol. Majorana, Peguera, Reg. Viñes, Reg. Vilosa, Roccus, Marinis, Gomez, Ayllon, Bobad. Pareja Paz. Prato, Azevedo, Reg. Mattheus, Guttier. Valenzuela Pichard. Vela, Bonden. Sesse, & Vargas Machuca, quos citat noster doctissimus Don Michael de Calderò *dec.9.num.1.2.3. & 4. par.1.* Quibus addendi sunt Boss. *in pract.crim.tit. de delicto à num.1.* Menochius *cons.283. num.17. lib.3.* Jannin. *de citat. Reali lib.1.cap.2. numer.42. & 43.* Cavalcan. *de brach. Reg. part.1. numer.88.* Amescua *de potest.in se ipsum lib.1. cap.23. à num.62.* Trivisan. *dec.13. num.12. & decis. 59. num.15. lib.2.* Pet. Barbosa *in l. si quis postea quam à num.74. ff. de jud.* Bolaños *in cur. Philip. tom.1.part.3.§. 10.n.9.* Jul. Chartar. *dec.29.n.2. & 3.* Giurba *cons.37.n.21. & cons.43. n.6.* Marian. Antonin. *var.lib.3.res.20. nu.1.* Sanchez *cons.mor.tom.2.lib.6.c.4. dub.6.* Suelves *cons.29. n.1.tom.1.* Burgius *de modo proced. ex ob rup. quæst. 22. à num.3.* Ciarlin. *contr. foren. lib.3.cap.229. à num.1.* Daniel de Nobilibus *disp.52. à num.5.* Scaccia *de jud. lib.1. c.71. num.3.* Danza *de pugna dector. tom.2.tit. de corpore delicti c.1. per totum*, Fontanella *de pact.nup.tom.2.clau. 5. gloss.5.par.2. nu.56.57. & 58.* Noster Ferrer. *in constit. hac nostra temp.1.declar.2.num.22. & 23.* idem Azevedo *in l.1. num.49. tit.1. lib.4. recop.* Carena *de offic. Sanctæ Inquis.part.3.tit.1.à nu.23.* Bobad. *in polit.lib.1. c.15.nu. 91. gloss.littera X*, Conciolus *verbo captura resol.6. n.10. & verbo Inquisitio res.2.tota, & verbo recognitio resol. 2.n.1. vers.De corpore & verbo tortura res.2.tota*, Farin. *cons.19.nu.4. & cons.26.n.9. tom.1. & cons.151.num.1.2. & 6. & cons.171. num.1. tom.2.* Reg. Mattheu *de regimine Reg. Valen. c.8. §.2. à num.2. ad 9.* plures modernos cumulat noster Romaguera in addit. ad Conciol. *ad statuta Eugubii lib.4. rub.6. n.8.* Mascard. *de probat. conclus. 829.* alios multos modernos post hæc scripta addit idem Don Michael de Calderò *in addit. ad part.1. dec.9. nu.1. positis post part.2.dec.*

2 Intellige si delicta sunt facti permanentis, quæ oculis subjici possunt, ac quorum remanent vestigia, atque signa, ut homicidium, vulnus, cicatrix, incendium, stuprum, furtum cum fractura, & similia, nam in his ad inquirendum, capturandum, torquendum, condemnandum, primitus, & ante omnia constare judici debet plenè, & concludenter corpus delicti dolosè, & ex scelere commissi per inspectionem, aut visitationem cadaveris, & vulnerum descriptionem; si verò delicta sunt facti transeuntis, quorum non remanent signa, atque vestigia, ut adulterium, & alii coitus, qui sine fractura committuntur, furtum sine fractura, percussiones ignominiosæ, quæ fiunt alapa, baculo, sine livore, injuria, & similia, & etiam delicta atrociora facti permanentis de sui natura difficilis probationis, non est necesse, ut judici constet plenè, & concludenter corpus delicti, sed sufficit probatio per indicia, & conjecturas, ita Guazzin. Carena, Vermigliolus, Conciolus, Majorana, Peguera, Pignatel. Roccus, Pareja, & Reg. Mattheu quos refert Don Michael de Calderò *dec.9.num.9. & 10. part.1.* quibus addendi sunt Bossius *in pract. crim. tit. de delicto à num.19.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.4. num.3. & 4.* Cavalcan. *de brachio Regio par. 1. num.188. & 189.* Farinac. *cons.23.num.10. in fine tom. 1. & cons.158. num.1. tom.2. & in praxi part.1. quæst.1. num.6. & quæst.2. à num.12.* Scaccia *de jud.lib.1.cap.71. num.2. & cap.83. à num.18.* Azevedo *in l.1. num.49. in fine, vers. Item intelligi, tit.1. lib.4. recop.* Vermigliol. *cons.59. à num.1.* Giurba *cons.37.num.21. vers.Et licet*, Sperell. *dec.136. num.18. lib.2.* plures modernos laudat noster Romaguera in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugubii lib.4. rub.6. nu.15. & 16.* novè post hæc scripta alios addit idem Don Michael Calderò *in addit. ad dec.9. n.9. positis post par.2.*

3 Adeò quòd si non constat de corpore delicti dolosè, & ex scelere commissi, quamvis reus fateatur delictum, ex hac confessione condemnari non potest, si quidem confessio delicti defectum probationis corporis delicti non supplet, sic Bossius, Clarus, Farinac. Giurba, Carena, Vermigliolus, Sperell. Reg. Mattheu, Majorana, Conciol. Guazzin. Bonden. Valenzuela, & alii citati per Don Michaelem Calderò *decis.9. num.5. & 6. part.1.* quibus addendi sunt Gramat. *decis.60.* Farinac. *consil.23. sub num.2. & cons.86. num.55. tom.3.* Amescua *de potest. in se ipsum part.1. cap.19. num.19.* Marian. Antonin. *var. lib.3. res. 20. num.1. & resol.44. num.2. versic.2.* Fachineus *contr. jur. lib.1. cap.28.* Bobad. *in polit. lib.3. cap.15. num.91.* Burgius *de modo proced. ex abrupto quæst. 22. numer. 12. & 13.* Cabal. *resol. crimin. casu 180. & casu 255. à numero 1.* Danza *de pug. Doctor. tom.2. tit. de corpore delicti cap. 1. numer.10. 11. & 12.* Pichar. *in manuduct. ad prax. part. 3. §. 3. numero 12.* Peguera *in prax. crimin. cap. 12. numero 4. versic. Et adeo*, noster Ferrer. *in Constit. hac nostra tom. 1. declar. 2. nu. 24.* Bobad. *in polit. lib.3. c.15. num.91. gloss. littera K, in fine*, alios post hæc scripta modernos cumulat, idem D. Michael de Calderò *in addit. ad n. 9. n. 5. positis post 2.par.decis.*

Quod procedit, etiam si reus fateatur occidisse ho- 4
minem ignotum in nemore, vel prope littus maris, fluminis, vel lacus, & illum in lacu, vel flumine, aut mari projecisse, nam si non constat de corpore delicti, dicta confessio nihil operatur; secus autem si fateatur occidisse hominem certum, & is non reperiatur, ita ut mortuus necessariò præsumatur, & aliquod concurrit adminiculum, puta fama, vel reperiatur sanguis in loco, ubi confitetur se occidisse, nam tunc confitens in pœnam pro delicto indictam condemnari potest, & si aliter non constet de corpore delicti, ita utrumque tradunt Bossius *in prax. crimin. tit. de delicto à num.* 15. Jul. Clar. §. *fin. qu. 55. num.11.* Janninius *de citat. reali lib.1. c.2. num.43. vers. Et prædicta*, Reg. Viñes *in discur. procedim. Villæ Mataronis §.7. vers.3.* ibi: *De manera que fol.50.* Ciarlin. *controv. foren. lib.3. c.229. num.3.* Farinac. *in praxi part.1. quæst.2. num.8. 9. & 10.* Cabal. *resol. crimin. casu 255. num.3.4. & 5.* Vermigliol. *cons.59. numin. 7.* Guazzin. *defen. 4. c.3. num.11.* Danza *de pug. Doctor. tom.2. tit. de corpore delicti c.1. à num.10. ad 16.* Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. part. 3. tit. 1. à num. 25. ad 32.* Conciolus *verbo Corpus delicti resol.2. num. 3.4. & 5.* alios plures laudat noster D. Michael de Calderò *dec.9. n.32. part.1.* quàm plures modernos addit noster Romaguera ad Conciol. *ad stat. Eugubii lib.4. rub.6. num.17.*

Quinimo si cadaver occisi, ante inspectionem, aut 5
visitationem sepultum fuerit, potest judex ex officio illud facere exhumari, & effodi ad inspiciendum, & videndum, si vulnera sint lætalia, vel extent vestigia vulnerum ad probationem corporis delicti, sic Baldus *in l. si quis testibus num.18. C. de testibus*, Marcus *decis.504. numero 11. part.1.* Jodoc. *in pract. tit. de inspect. occisi. c.75. num.1.* Conradus *in pract. tit. de Inquisit. num.24. fol.252.* Maranta *de ord. jud. part.6. tit. & pervenitur aliquando per viam Inquisitionis num.18. fol. mihi 240.* Paris. de Puteo *de Syndicat. verbo confessio c.1. numer.5. in fine & numer.6.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.55. numer.11. incipien. quomodo autem*, ibi: *Et cauti judices*. Farinac. *in praxi part. 1. quæst. 2. num. 5.* Bolañoz *in Curia Philip. tom. 1. part. 3. §.10. num. 7. versic. Y para en este caso*, Cavalcan. *de brachio Regio part. 1. num.190.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst. 4. nu. 4. versic. Et si cadaver*, Vermigliolus *cons.75. nu.20. vers. Neque in fine*, Guazzin. *defen.4. c.2. num.9.* Bobad. *in polit. lib.3. c.1. num.91. & 93. vers. Y aun, nu. 94. & 95.* Scaccia *de judiciis lib.1. c.83. numer.11. & seq.* Conciolus *verbo Recognitio resol.2. num.2.* Xammar. *de offic. jud. part.1. quæst.9. num. 296.* Don Michael Calderò *decis.9. num.7. & 8. part.1.* Janninius *de citat. reali lib.1. c.2. num.44. vers. in homicidio*, Montaner ad Olibam *de actionibus part.2. lib. 1. c.14. num. 66. versic. jubet.* Non solùm quando cadaver occisi est sepultum in Eremo, verùm etiam in sepultura Ecclesiastica, potest judex effodi, & exhumari, facere, Reg. Sesse *decis. 111. num. 2. versic. Bene potuit, & num.3. tom.1.*

Sed utrùm Judex sæcularis cadaver occisi, 6

ſepultum in Eccleſia, vel cæmeterio poſſit exhumari, & effodi facere, inconſulto Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, ut conſtet de corpore delicti? pulchrum eſt dubium. In quo duæ ſunt opiniones.

7 Prima eſt opinio negativa, quòd Judex ſæcularis non poteſt effodi, & exhumari facere cadaver occiſi ſepultum in Eccleſia, vel cœmeterio, inconſulto Epiſcopo, id eſt, ſine licentia Epiſcopi, ut docent Genuenſis *in prax. Archiep. Neapol. c.* 34. *num.* 10. Scaccia *de jud. l.* 1. *c.* 83. *num.* 11. Guazzin. *defen.* 4. *c.* 2. *num.* 10. Sperell. *dec.* 51. *num.* 4. *&* 16. *lib.* 1. Barboſa *dec. Apoſtol.* 76. *num.* 6. Diana *reſol. mor. part.* 9. *tract.* 7. *& miſcel. reſ.* 64. *& in coordin. part.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 129. *num.* 2. Vargas Machuca *dec.* 1. *n.* 403. quos & alios citat, & probat Don Michael de Calderò *dec.* 9. *à num.* 37. *part.* 1. quibus addo Ayllon Laynez ad Gomez *tom.* 3. *var. c.* 12. *numer.* 30. Antonelo *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 7. *à num.* 65.

8 Vel ſaltem inconſulto Vicario Epiſcopi, & ſine Vicarii Epiſcopi licentia, ut tradit Cabedo *dec.* 174. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. quem referunt, & ſequuntur Montaner ad Olibam *de actionibus part.* 2. *lib.* 1. *c.* 14. *num.* 66. *verſic. Jubet in fine*, Xammar. *de offic. jud part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 296. Calderò *deciſ.* 9. *ſub numer.* 37. *parte* 1.

9 Nam generale eſt, quòd corpora defunctorum perpetuæ ſepulturæ tradita non poſſunt exhumari, ad effectum viſitandi, & cognoſcendi, quia videtur agi de injuria Eccleſiæ, & ipſius ſepulti, & præſertim quando ex ea exhumatione ſcandalum oriri poteſt Riccius *collect.* 1000. *verſ. Limita ſecundo*, Urſellius *verbo Anatomia concl.* 117. *num.* 4. nec transferri de loco ad locum, ſine Epiſcopi licentia, licèt ſecus ſi per modum depoſiti, *can. corpora Sanctorum de conſecrat. diſt.* 1. *l. nemo humanum, C. de Religioſ. & ſumptib. funer.* Rodriguez *in compen. quæſt. regul. reſol.* 127. *num.* 25. Villalobos *in ſum. moral. part.* 2. *tract.* 31. *dif.* 6. *nu.* 4. Diana *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 2. *reſot.* 120. *& in coordinat. part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 22. Lezana *in ſumma quæſt. regul. part.* 4. *verbo Sepultura nu.* 21.

10 Et magis generaliter corpus mortuum non eſt exhumandum, ne ei vexatio detur, & ſcandalum afferatur, etiam ſi attentatè fuerit ſepultum, Ludoviſius *deciſ.* 276. *num.* 6. Menochius *de arb. jud. caſu* 387. Urſellius *verbo attentata concluſ.* 160. *num.* 132.

11 Plus dicunt Doctores citati, quòd Judex ſæcularis exhumare faciens cadaver occiſi ſepultum in Eccleſia, vel cœmeterio debet excommunicari, cum nullam in Eccleſia, aut cœmeterio poſſit exercere juriſdictionem, *cap. decet ubi omnes de Immun. Eccl. in* 6. ſic Genuen. *deciſ. Archiep. Neapol. c.* 34. *num.* 10. *in fine*, *verſic. Judex verò*, Guazzin. *defen.* 4. *capite* 2. *num.* 10. *verſic. Et ſi Judex*, Conciol. *verbo recognitio reſ.* 2. *num.* 2. *verſ. Judicem laicum*, Marian. Antonin. *var. lib.* 1. *reſol. ult. caſu* 23. *num.* 1. *in fine*, Riccius *in praxi fori Eccl. dec.* 130. Calderò *deciſ.* 9. *num.* 37. ibi: *Aliàs ſi Judex*.

12 Sed an Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius cum poſſit licentiam concedere Judici ſæculari ad exhumandum corpus occiſi ſepultum in Eccleſia; ſeu Monaſterio ad recognitionem faciendam, ut conſtet de corpore delicti, teneatur, & debeat illam impartiri? affirmant aliqui. Eo quia ſicut Judex ſæcularis tenetur Epiſcopi juriſdictionem adjuvare, & ſuum brachium illi præſtare, *cap.* 1. *de offic. ordinarii*, ubi latiſſimè Vela cum innumeris *par.* 2. *à num.* 1. Sic Epiſcopus tenetur brachium præſtare Judici ſæculari; aliàs ſi recuſet, poteſt Judex ſæcularis appellare ad Metropolitanum, juxta Innocent. & communem *in dicto cap.* 1. ubi quamplures citat Vela *part.* 2. *num.* 70. *de offic. ordin.* & male faceret Epiſcopus, ſi id denegaret, cum deſiderare debeat præ omnibus, delicta puniri, & Civitatem malis hominibus purgari, *cap. ut famæ de ſenten. excom.* ſic Genuen. *in praxi Archiepiſ. Neapol. cap.* 34. *numer.* 10. *verſic. Qua propter*, Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 2. *numer.* 10. *verſic. Et Epiſcopus*, Diana *reſol. moral. part.* 9. *tract.* 7. *& miſcel.* 2. *reſolut.* 64. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 129. *num.* 3. ſed alii dicunt, quòd Epiſcopus requiſitus pro conceſſione licentiæ exhumandi cadaver, non tenetur illam concedere, ſed id eſſe remiſſum ejus arbitrio extra Eccleſiam dare, cum ex ejus paſtorali ſollicitudine multoties cognoſcere poſſit, id minimè expedire, ita Sperell. *dec.* 51. *num.* 5. *junctо numer.* 17. *lib.* 1. Conciolus *verbo recognitio reſolut.* 2. *num.* 3. *&* 4. Don Michael. Calderò, *deciſ.* 9. *num.* 41. *part.* 1. & fuit reſolutum per Sacram Congregationem ſuper controverſiis juriſdictionalibus *de qua infra n.* 15.

Dubitant etiam. An Epiſcopus concedens licen- 13
tiam Judici ſæculari exhumandi cadaver occiſi ſepultum in Eccleſia, vel cœmeterio ad recognitionem faciendam, ſi delinquens pœna mortis puniretur, irregularitatem incurrat? Affirmant Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 15. *ſub num.* 95. Themudo *deciſ. Archiep. Ulyſſiponen.* 131. *num.* 6. *tom.* 2. ſed negant, benèque probant Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 34. *num.* 10. Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. *verſic. Quod Epiſcopus*, Lavorius *in ſuis var. elucubrat. tit.* 2. *capit.* 7. *num.* 31. Riccius *in praxi tom.* 1. *reſol.* 453. *in fine*, Venerus *in exam. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 19. Sperell. *deciſ.* 51. *num.* 4. *l.* 1. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 59. *& part.* 9. *tract.* 7. *& miſcel.* 2. *reſol.* 64. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 5. *reſ.* 11. *num.* 1. *& part.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 129. *num.* 3. Calderò *deciſ.* 9. *num.* 42. 48. *&* 58. *part.* 1.

Et addunt, quòd recognitio cadaveris exhumati 14
non eſt facienda in Eccleſia, nec in cœmeterio, ſed illud eſt aliò exportandum ad effectum prædictum recognitionis, cum ea quæ ad cædis cognitionem pertinent, à Sacris locis rejiciantur, Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 34. *ſub num.* 10. Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 2. *ſub num.* 10. *in fine verſ. Et conſequenter*, Conciolus *verbo recognitio reſol.* 2. *nu.* 5. *in prin.* Sperell. *dec.* 51. *num.* 16. *lib.* 1. Don Michael de Calderò *dec.* 9. *num.* 39. *in princ. part.* 1.

In tantum quòd, nec Epiſcopus poteſt concedere 15
licentiam Judici ſæculari ad faciendam recognitionem in Eccleſia, vel loco immuni cadaveris exhumari, ſed ſolum extra, & arbitrio ipſius Epiſcopi, Sperell. *deciſ.* 51. *num.* 17. *lib.* 1. Barboſa *deciſ. Apoſtol.* 76. *num.* 6. *& de jure Eccl. univ. lib.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 7. Conciolus *verbo recognitio reſol.* 12. *numer.* 5. Calderò *deciſ.* 9. *num.* 39. *verſ. Adeo quod part.* 1. quia teſtantur ita fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem ſuper controver. Juriſdict. 2. Maii 1529. quam ad litteram referunt extensè, idem Sperell. *dec.* 51. *num.* 18. *lib.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 3. *ſub. nu.* 7. Don Michael de Calderò *deciſ.* 9. *ſub num.* 40. qui *in verſ. Et poſtea*, aliam declarationem tradit in Maceraten. Ripana, & aliarum Civitatum 8. Auguſti 1645. *part.* 1.

Sicut non poteſt Epiſcopus, nec debet concede- 16
re licentiam Judici ſæculari examinandi vulneratos, vel teſtes in Eccleſia, vel alio loco immuni, Sperell. *dec.* 51. *num.* 5. *verſ. Contrarium, & num.* 19. etiam in caſu neceſſitatis Sperell. *deciſ.* 51. *num.* 11. *lib.* 1. Cum Judex ſæcularis † non poſſit vulneratos, teſtes, 17
vel reos examinare in Eccleſia, aut alio loco immuni, Guazzinus *defen.* 4. *capit.* 2. *numer.* 10. *in fine*, *& defen.* 20. *cap.* 9. *numer.* 59. Thomas del Bene *de Immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 3. *ſect.* 2. Sperell. *deciſ.* 51. *à num.* 6. *lib.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *capite* 3. *num.* 5. 6. *&* 7. Calderò *deciſ.* 9. *num.* 40. *part.* 1. Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 11. *diſput.* 1. *punct.* 3. *num.* 1. *&* 2. licèt juramentum in Eccleſia per teſtem præſtari poſſit, Guazzinus, duobus *locis hic citatis*, Sperell. *dec.* 51. *nu.* 2. *&* 3. Sed contrarium docet *n.* 15. *lib.* 1. & quid in practica quoad vulneratos, *infra n.* 27.

Secunda eſt opinio affirmativa, quòd Judex ſæcu- 18
laris cadaver occiſi ſepultum in Eccleſia, vel cæmeterio poteſt exhumari, & effodi facere, inconſulto Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, hoc eſt abſque ejus licentia, ita Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 93. *verſic. Y a un*, *&* *nu.* 94. *&* 95. Themudo *dec. Archiep. Ulyſſiponen.* 131. *n.* 6. *tom.* 2. quos refert pro hac opinione, ſed non ſequitur Diana *reſ. mor. par.* 9. *tract.* 7. *& miſcel.* 2. *reſ.* 64. *& in coordinat. part.* 9. *tract.*

1. *reſ.*

1. resol. 128. *nu.* 1. Vargas Machuca *decis.* 1. *nu.* 225. *& seq.* & si contrarium reciter *nu.* 493. Reg. Viñes *in disc. proced. Villæ Mataronis* §. 7. *vers. Otrarazon fol.* 53. *pag.* 2. latissimè, & si non sequatur Don Michael de Calderò *dec.* 9. *à nu.* 44. *par.* 1.

19 Fundatur 1. hæc opinio affirmativa. Quia reus licitè potest per Judicem sæcularem extrahi ab Ecclesia, in casibus exceptis, quibus ejus Immunitate non gaudet, nulla petita licentia à Judice Ecclesiastico, & ita observari in Cathalonia, Aragonia, Valentia, Castella, & in aliis Regnis, & de generali consuetudine, tam antè, quàm post Bullam Gregorii XIV. *latè tradidi dec.* 3. *à num.* 19. *parte* 1. Ergo similiter potest per Judicem sæcularem exhumari, & effodi facere corpus occisi sepultum in Ecclesia, vel cœmeterio ad recognitionem faciendam, sine licentia Judicis Ecclesiastici, ut constet de corpore delicti, sic Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 94.

20 Fundatur 2. quia testis existens in Ecclesia potest per Judicem sæcularem ab ea extrahi pro ferendo testimonio, vel ob aliam similem causam, *ut dixi decision.* 98. *nu.* 18. *part.* 2. *& supra dec.* 225. *nu.* 19. *hac par.* 4. Ergo pariter potest Judex sæcularis exhumari, & effodi facere corpus occisi in Ecclesia, vel cœmeterio sepultum, ut constet de corpore delicti.

21 Undè existimo advertendum Parochis, quòd si in via inveniant mortuum à loco non moveant, sed factum notificent Magistratui sæculari, quod ferè ubique cautum est non sepeliendum similem mortuum sine cognitione Curiæ, & hoc pro bono publico, ad quod non turbandum, seu impediendum Parochi tenentur, & est lex rationabilis, ut advertit Possevinus *de offi. Curati c.* 14. *nu.* 8.

22 Verùm dato, quòd opinio negativa in puncto juris sit verior. Videndum nunc est, quid servetur in practica, nam in Regno Castellæ practicatur opinio affirmativa, quòd Judex sæcularis cadaver occisi, sepultum in Ecclesia, vel cœmeterio potest exhumari, & effodi facere, sine licentia Judicis Ecclesiastici, ut testatur Bobad. *in polit. lib.* 3. *c.* 15. *nu.* 93. *vers. c. Tà un, & num.* 94. *&* 95. & similiter practicatur in Regno Luzitaniæ refert Themudo *dec. Archiepisc. Ulyssipon.* 131. *num.* 6. *tom.* 2. Et in Cathalonia sic frequenter practicari tradit Reg. Viñes *in discursu procedimentor. Villæ Mataronis* §. 7. *vers. Otra razon in fine fol.* 53. *pag.* 2. & consuetudine receptum affirmat Varg. Machuca *dec.* 1. *nu.* 225. *& seq.*

23 Et secundùm istam practicam Cathaloniæ sic fuit decisum per Sans Tertium, Consultoribus Puig & Mur 2. Aprilis 1593. contra Nobilem Galcerandum de Eril, & de Cardona detentum in Regiis carceribus Barcinonæ, prætendentem nullitatem, cassationem, & abolitionem procedimentorum factorum per Hieronymum Llosselles alterum ex Algutziriis extraordinariis Regiæ Curiæ in exhumatione, visura, & designatione quatuor cadaverum sepultorum in Ecclesia Parochiali, & cœmeterio loci del Albi scelere, ut prætendebatur interemptorum, his verbis: firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Tarraconæ pro parte dicti Nobilis Galcerandi de Eril, & de Cardona locum non fuisse, nec esse, & prædictam cognitionem nullitatis, seu validitatis procedimentorum facturum per dictum Llosselles circa exhumationem, visuram, & designationem dictorum cadaverum sepultorum in dictis Ecclesia Parochiali, & cœmeterio dicti loci del Abi ad Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ pertinere, & spectare, meminit de hac declaratione Reg. Viñes *in discurs. procedimen. Villæ Mataronis*, §. 7. *vers. Otra razon fol.* 53. *pag.* 2. & refert Don Michael de Calderò *dec.* 9. *n.* 49. *par.* 1.

24 Et quamvis dictus Don Michael de Calderò *nu.* 59. respondeat prædictæ declarationi contentionis factæ 2. Aprilis 1593. quòd articulus controversus non fuit in ea decisus, & solum in ea declaratum cognitionem validitatis, vel invaliditatis procedimentorum factorum per Curiam sæcularem, circa exhumationem, visuram, & designationem cadaverum in Ecclesia, & cœmeterio ad Curiam sæcularem regiæ Audientiæ pertinere. Et addit, quòd motivum debuit esse, quia cognitio causæ principalis, quod ad reum, qui opposuit de invaliditate procedimentorum ad Regiam Audientiam pertinebat, quæ per capturam rei ejus cognitionem prævenerat, & comprobat *numero* 60. *& 61.*

Sed non consequitur intentum cum bona venia 25
tanti Doctoris. Quia punctum contentionis fuit. An Hieronymus Llosselles alter ex Algutziriis extraordinariis Regiæ Curiæ potuisset exhumare, visurare, & disignare quatuor cadavera sepulta in Ecclesia Parochiali, & cœmeterio loci del Albi scelere interempta, & Curia Ecclessastica Tarraconæ, & Nobilis Galcerandus de Eril, & de Cardona prætendebant nullitatem, cassationem, & abolitionem procedimentorum factorum per dictum Hieronymum Llosselles Algutzirium extraordinarium Regiæ Curiæ in exhumatione, visura, & designatione dictorum quatuor cadaverum in dicta Ecclesia, & cœmeterio sepultorum. Et Tertius contentionum declaravit firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Tarraconæ pro parte dicti Nobilis Galcerandi de Eril, & de Cardona locum non fuisse, nec esse, & prædictam cognitionem nullitatis, seu validitatis, vel invaliditatis dictorum procedimentorum per dictum Llosselles factorum circa exhumationem, visuram, & designationem dictorum quatuor cadaverum sepultorum in Ecclesia, & cœmeterio dicti loci del Albi, ad Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ pertinere, & spectare. Ecce quomodo in hac contentione fuit declaratum potuisse dictum Algutzirium Llosselles exhumare, visurare, & designare dicta quatuor cadavera in Ecclesia, & cœmeterio loci del Albi sepulta, sine licentia Judicis Ecclesiastici; aliàs verò si hujusmodi licentia Judicis Ecclesiastici esset necessaria, fuisset declarata contentio in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ.

Et insequendo frequentem practicam Cathaloniæ, 26
& declarationem Tertii Contentionum, *de quibus supra nu.* 23. *&* 25. Die 11. Julii 1667. conclusione verbo facta in nostro Regio Cathaloniæ Consilio, referente Nobili Josepho Ferrer, & Viñals Judice Regiæ Curiæ, absque licentia Judicis Ecclesiastici fuit exhumatum, visuratum, & designatum cadaver Doctoris Antonii Marsillo sepultum in Ecclesia Parochiali Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barcinonæ, quia suspiciebatur veneno fuisse occisum. Scriba Famada.

Præterea ipse Don Michael de Calderò *dicta dec.* 27
9. *num.* 74. *par.* 1. inquit, esse frequentem observantiam memorias hominum excedentem, in Hospitali Generali Sanctæ Crucis hujus Civitatis Barcinonæ, auctoritate ordinarii Ecclesiastici fundato, Immunitateque Ecclesiæ gaudente, fieri à Ministris sæcularibus exhumationem, recognitionem, & visorium cadaveris scelere occisi, nullo implorato assensu Superioris Ecclesiastici, nec Administratorum illius domus, & exigi ab eisdem Ministris sæcularibus denuntiationem, depositionem, seu assertionem vulnerati, non petito beneplacito Judicis Ecclesiastici. Ergo idem dicendum est fieri posse in aliis Ecclesiis. Quia Sancta Ecclesia † Catholica una est 28
per totum mundum, *can. novatianus* 6. *can. scire debet* 7. *qu.* 1. *can. loquitur* 18. ubi Sanctus Cyprianus variis auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum testimoniis, docet 24. *qu.* 1. & duobus auctoritatibus Salomonis scilicet, & S. Augustini probat Gelasius Papa *in can. pudenda* 32. *vers. c. Etenim* 24. *qu.* 1. *c.* 1. §. *una verò de sum. Trinit. Constitut. Synodalis Archiepiscopatus Calaris cap.* 3. *nu.* 15. *de sum. Trinit.* notant Tusch. *prac. conclu. littera E, conclu.* 1. *sub nu.* 1. *&* 8. Cardoso *in praxi jud. verbo Ecclesia sub nu.* Barbosa *de potestate Episc. par.* 1. *tit.* 2. *glos.* 17. *nu.* 21. Et inde est, quòd vestis Domini nostri Jesu Christi, quæ unitatem significabat, remansit indivisa, *can. sicut Domini vestimentum* 19. 16. *qu.* 7. *can. schisma* 34. *glos. scissura esse non potest.* ubi Barbosa *n.* 1. *in fine* 24. *quæst.* 1. utrumque tradit Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de intrusione qu.* 15.

num.

num. 14. Hæcque Ecclesia universalis habet multa membra divisa, *can. quamvis* 3. *dist.* 21. *can. novatianus* 7. *qu.* 1. Daniel. *de Nobilibus disp.* 58. *nu.* 18. quæ membra sunt singulares Ecclesiæ, *cap. significasti, de electione*, Mascard. *de gener. stat. interp. concl.* 1. *nu.* 89. *&* 90. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 2. *num.* 71. Daniel. *de Nobilibus disp.* 58. *n.* 19. *&* 20.

29 Rursus idem Don Michael de Calberò *decision.* 9. *numero* 45. *parte Prima* testatur posse in Cathalonia Judicem sæcularem in Ecclesia spoliare reum armis prohibitis, bonis, & rebus alienis, vel furtivis, falsaque moneta absque licentia, auctoritate, & assensus Judicis Ecclesiastici, quæ, & Ego tradidi *dec.* 226. *nu.* 20. *hac par.* 3. Ergo idem dicendum est circa exhumationem, visorium & designationem cadaveris scelere occisi in Ecclesia, seu cœmeterio sepulti. Et quamvis ipse Don Michael de Calderò *nu.* 55. respondeat inter unum, & alterum casum dari diversitatis rationem, dicens quòd res furtiva, arma prohibita, & falsa moneta sunt in Ecclesia materialiter, & quasi per accidens; ac cadaver est in Ecclesia non per accidens, sed formaliter, ut sepulturæ traditur. Verùm non capio hujsmodi rationem diversitatis, quia si materialiter, & quasi per accidens non est contra reverentiam debitam loco sacro spoliare Judicem sæcularem in Ecclesia reum falsa moneta, armis prohibitis, & rebus furtivis, neque etiam formaliter, facientem Judicem sæcularem exhumare cadaver sæculare occisi in Ecclesia sepulti, ut constet de corpore delicti.

30 Verùm advertat Judex sæcularis, quòd facere exhumare cadaver scelere occisum sepultum in Ecclesia, seu alio loco immuni, debet esse in casu præciso, quo aliter de corpore delicti constare non possit, & tunc cum magna reverentia, & veneratione Ecclesiæ cum assistentia medicorum, seu Chirurgorum, & scriba, actuarius, seu Notarius debet omnia scribere, & facta exhumatione, visura, & designatione cadaveris, statim, & incontinenti cadaver sepeliatur sicut antea sepultum erat, ita Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 95. *versic. Poro advierta*.

31 Dixi in casu præciso quo aliter de corpore delicti constare non possit, nam si de corpore delicti potest constare per testes, bonum esset, quòd Judex sæcularis excuset diligentiam faciendi exhumare cadaver occisi in Ecclesia, vel cœmeterio sepultum. Siquidem probatio corporis delicti potest fieri per testes, non tantùm in subsidium, quando Episcopus, seu ejus Vicarius non vult concedere licentiam Judici sæculari exhumandi cadaver in Ecclesia, seu in loco immuni sepultum (si hæc practica in ea Regione servatur) vel quando cadaver esset ita labefactatum, ut occulari inspectione recognosci non posset, Scacia *de judi. lib.* 1. *cap.* 83. *nu.* 11. *vers. Quid dicendum*, Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 3. *nu.* 10. Conciolus *verbo corpus delicti resol.* 3. *nu.* 3. Calderò *dec.* 9. *nu.* 15. *in prin. par.* 1. Sed etiam in omnibus criminibus, in quibus post factum remanent vestigia, Bossi. *in prax. crim. tit. de delicto nu.* 18. Sanninius *de citat. reali l.* 1. *c.* 2. *nu.* 43. Bolaños *in cur. Philip. to.* 1. *par.* 3. §. 10. *nu.* 7. *in fine*, Farin. *in praxi par.* 1. *qu.* 2. *num.* 6. *versic. Liquide autem*, Danza *de pugna. Doctor. tom.* 2. *tit. de corpore delicti cap.* 1. *nu.* 9. Cavalcan. *de brachio Regio par.* 1. *nu.* 189. Carena *de Offi. Sanctæ Inquisit. par.* 2. *tit.* 12. *nu.* 174. Sperell. *dec.* 136. *nu.* 4. *lib.* 2. alios addit Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 2. *nu.* 17. dummodo testes sint saltem duo, idem Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 2. *nu.* 21. *vers. Et scias*, & deponant vidisse hominem mortuum cum descriptione vulnerum illatorum, vel vidisse locum incendii, fracturam, & similia, ut cum multis docent Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 2. *nu.* 11. Conciolus *verbo corpus delicti resol.* 3. *n.* 2. Don Michael de Calderò *dec.* 9. *sub. num.* 15. *par.* 1.

32 In Regno autem Valentiæ, si cadaver occisi sepultum in Ecclesia exhumandum sit ad probationem corporis delicti, Judex sæcularis petit licentiam, & assistentiam Judici Ecclesiastico ad illud exhumandum, exhumationeque facta, cadaver extrahitur ab Ecclesia ad locum profanum, & in eo fit recognitio per medicos, & chirurgos, & judicialiter exequitur quantum conducit ad probationem corporis delicti, & semper judex Ecclesiasticus scitè, & promptè concedit prædictam licentiam, & assistit, sicque observari per Judices Regiæ Curiæ illius Regiæ Audientiæ fides mihi facta fuit.

Quod autem dixi *nu.* 1. non posse per Judicem de- 33
venire ad specialem Inquisitionem, nisi constet de corpore delicti. Intellige ut procedat quando inquisitus comparet, & opponit de nullitate Inquisitionis; eo verò non opponente per Judicem deveniri, & procedi potest ad specialem inquisitionem, & si non constet de corpore delicti, valetque processus, Farinac. post alios *in praxi par.* 1. *quæst.* 1. *nu.* 49. *versic. Limita, & cons.* 111. *num.* 13. *lib.* 2. Burgius *de modo procedendi ex abrupto quæst.* 22. *num.* 10. Guazzin. *defen.* 4. *c.* 1. *nu.* 13. Conciolus *verbo Inquisitio resol.* 2. *n.* 3. Danza *de pugna Doctor. to.* 2. *tit. de corpore delicti c.* 11. *n.* 14.

Et quod dixi eodem *nu.* 1. Judicem devenire non pos- 34
se ad capturam, nisi constet de corpore delicti, limita si reus sit suspectus de fuga, nam tunc capi potest non constito de corpore delicti, Farinac. *in praxi par.* 1. *q.* 2. *nu.* 2. *versic. Sed quid, ubi refert ad quæst.* 27. *nu.* 125. quem sequitur Ayllon Laynez ad Gomez *par.* 3. *var. cap.* 9. *num.* 2. *in fine* & in aliis casibus arbitrio Judicis, Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 1. *nu.* 7. Conciolus *verbo captura resol.* 6. *numer.* 10. *&* 11. Calderò *decis.* 8. *numero* 2. *parte* 1.

Sed quæro An cadaver Rei suspensi possit tradi Me- 35
dicis, & Chirurgis ad faciendam anatomiam? Hæc quæstio de jure non reperitur decisa, & cogitandum reliquerunt Bartol. *in l. fin. de cadaver. punitor.* Annan. *in cap.* 2. *de furtis*. Sed veritas est quòd sic, idque ratione publicæ utilitatis, ut Medici, & Chirurgi in conservandis corporibus vivorum peritiores fiant, ita Decius *in l. Imperium num.* 18. Sapia *nu.* 11. Valascus *num.* 17. Curt. *nu.* 38. Bolognet. communem dicit, & si contrarium sentiat *num.* 37. *ff. de jurisdic. omni. Jud.* Ripa *de peste tit. de remed. præservat. num.* 142. *&* 143. Boer. *decis.* 287. *num.* 6. Menochius *de arb. jud. casu* 285. *num.* 10. Cavalcan. *de brac. Reg. par.* 4. *n.* 377. ita practicari tenet Bertachin *in suo repertor. verbo cadavera num.* 5. Et respondisse Universitatem Salmanticensem Domino Imperatori Carolo V. anno 1550. testatur Gomez *var. par.* 3. *cap.* 14. *num.* 10. ubi Ayllon Laynez 20. Bolaños *in Curia Philip. tomo* 1. *par.* 3. §. 17. *num.* 16. *versic. Y se puede dar à los Medicos*. Azevedo *l.* 6. *num.* 13. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* Et vidisse practicari refert Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 143. *vers. El cuerpo*, Cenedo *collect. ad decretum* 4. *num.* 4. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera C*, *verbo cadaver. nu.* 1. *&* 2. Follerius *in pract. crim. versic. Pœnis debitis ferient. num.* 80. Jul. Clar. §. *fin. qu.* 10. *n.* 2. ubi Bajar. *nu.* 4. Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 130. Guazzin. *defen.* 38. *c.* 8. *nu.* 1. Bardaxal. de Angel. in addit. ad Gizarel. *decis.* 15. *num.* 17. Gamma *de sacramen. præst. ulti. suppli. damnatis quæst.* 7. *à num.* 1. Sanchez *cons. mor. lib.* 3. *capit. unico dub.* 7. Ybañez de Faria in addit. ad Covar. *var. li.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *versic. Qua de causa*, Don Michael de Calderò *decis.* 9. *num.* 64. *par.* 1. maximè ubi publica Universitatis studia vigent, Cavalcan. & ex eo Guazzin. *hic citati*.

Non solùm antequam sepeliatur cadaver Rei sus- 36
pensi, Calderò, & alii citati *num.* 35. sed etiam sepultum exhumari potest cadaver condemnati ad faciendam anatomiam, Riccius *collect.* 1000. *in prin. juncto vers. Limita & intellige*, Ursellius *verbo Anatomia concl.* 117. *nu.* 1. *&* 2. *juncto nu.* 3.

Sed totum hoc arbitrio Judicis est relinquendum, 37
qui sua prudentia considerare debet familiam, conditionem, & dignitatem, nam si vilis, & deploratæ conditionis sit, tradi potest anatomiæ, & Principe consulto, inquit Menochius *de ard. jud. casu* 285. *nu.* 1. quem sequuntur Hieron. Giach. *in Additio littera A, ad Iuli. Clar.* §. *fin. quæst.* 100. ubi Bajard. *num.* 4. Riccius *decis.* 215. *num.* 3. *par.* 1. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *littera. C*, *verbo cadaver. num.* 2. *in fine*, Guazzin. *def.* 38. *c.* 8. *n.* 1. *vers. Quod ego*, Ybañez de Faria ad Covar. *var. l.* 2. *c.* 1. *n.* 78. *in fine*, & quamvis Gieron.

Giach.

Giach. *loco citato* concludat, quòd ipse inconsulto Principe ita observaret, nulla consideratione conditionis, ac dignitatis familiæ habita, & Menochius, & alii *hic citati* solùm dicant tutius esse Principis voluntatem perscrutari. Verùm existimo, quòd non fiat, nisi habita prius licentia à Principe Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 1000. *num.* 2. & de consuetudine ita servari tradit Ripa *de peste tit. de remed. præservat. numer.* 143. Gamma *de sacramen. præst. ulti. suppli. damnat. quæst.* 7. *num.* 1. *versic. Reperto*, Farinac. *frag. crim. part.* 1. *littera C, verbo cadaver. num.* 2. *in fine*, & quòd Judex inferior non possit illam concedere, Calderò *dec.* 9. *num.* 64. *par.* 1. omnia tradit Guazzin. *defen.* 38. *c.* 8. *num.* 1. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 297.

38 Et licèt idem Guazzin. *defen.* 38. *cap.* 8. *num.* 2. dicat, quòd cadaver condemnati pro Anatomia facienda solùm conceditur, quando damnatus esset solum suspensus, & non aliter mortuus, intelligendum est, Principe inconsulto, Gamma *de Sacramen. præst. ulti. suppli. damnat. quæst.* 7. *num.* 4. Secus cum Principis licentia idem Gamma *dicta qu.* 7. *n.* 5.

39 Quærit tamen Possevinus *de offi. curati cap.* 4. *num.* 11. An Curatus sinat Medicos aperire corpora mortuorum delata ad Ecclesiam. Resp. Quòd si in loco cognati defuncti malè habent corpora defunctorum aperiri, curatus non permittat, nisi primis habita licentia propinquorum, cum testibus, ut molestiam evitet, si quæstionem instituant: si verò propinqui in loco de hoc non curant, Curatus permittat, maximè si vagantur morbi Medicis ignoti, qui ideo cupiunt aperire mortuos, ut indè sit remedium sanis, in mortali casu expedit aperire, Ita Possevinus, & vide Marin. Antonin. *var. lib.* 1. *resol. ult. casu* 23. *num.* 1. *in fine*, Conciol. *verbo recognitio resol.* 2. *numer.* 2. *in fine*.

40 Quæro etiam. An cadaver debitoris possit pro aliquo credito emparari, sequestrari, aut detineri insepultum, donec per hæredem solvatur debitum? Resp. Quòd non, aliàs creditor petens ut cadaver propter debitum sequestretur, aut detineatur, pœna amissionis debiti, & pecuniaria plectitur, sive cadaver sit Clerici, sive alterius cujuscumque laici, adeò ut nec à Judice Ecclesiastico detineri possit, quamvis debitum sit liquidum, & de eo constet ex instrumento guarentigio, dicto apud nos scriptura tertii, imo cadaver est tradendum sepulturæ, non obstante appellatione creditoris, idemque procedit in debitore fiscali, *videantur ad hæc omnia, l. cum fit injustum, authent. item qui domum de sepul. violato*. Ripa *de peste tit. de remed. præser. num.* 101. *& in l. obligatione generali num.* 34. *versic. Viso ff. de pignorib.* Pechius *de jure sisten. cap.* 5. *numer.* 17. Suarez *in l. post rem judicatam ampliat.* 5. *ff. de re Judi.* Gramat. *decis.* 82. Boer. loquitur in pulcro casu *decis.* 287. Zerola *in praxi Episco. par.* 1. *verbo funus versic. Tertio*, Ramirez *de lege Reg.* §. 5. *num.* 18. Cuenca *de comenda* §. 26. *à num.* 71. *usque ad finem, ubi nino in addit. num.* 10. *&* 11. Martha *de Jurisdic. par.* 4. *casu* 153. Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 10. ubi Ybañez de Faria *num.* 73. 74. 75. 76. *&* 77. idem Covar. *in cap. Raynaldus* §. 3. *num.* 3. *de testamen.* Gomez *var. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 56. ubi Ayllon Laynez *n.* 57. Dueñas *regul.* 307. Baeza *de inope. debitore cap.* 1. *à num.* 19. Menochius *de arb. jud. casu* 387. *num.* 16. *&* 20 Garcia *de expen. cap.* 8. *num.* 9. Guttier. *de juramen. confirmat. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. *&* 18. Cenedo *collect. ad decretal.* 40. *num.* 3. Spin. *in specu. testament. glo. princ.* 2. *num.* 11. *&* 12. Ludovic. *decis. Perusina* 78. *num.* 24. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 5. §. 3. *num.* 6. Bolaños *in cur. Philip. tom.* 1. *par.* 2. §. 16. *num.* 20. Pichard. *in prin. art.* 5. *num.* 136. 137. *&* 138. *de interdictis* Carocius *de sequæstro par.* 1. *quæst.* 3. *fol. mihi* 207. *pag.* 2. Lara *de anniver. lib.* 1. *cap.* 25. *nu.* 9. *&* 20. Fejanus *de sequæstro parte* 2. *regul.* 18. Gratian. *discep. foren. cap.* 245. *à num.* 19. Rodriguez *de concursu art.* 3. *part.* 1. *num.* 6. *versic. Unde justè*, Azevedo *l.* 6. *num.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* Heringius *de fide jussor. cap.* 10. *à numer.* 42. Salgado *de Regia protec. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 72. 73. *&* 74. Medicis *in tract. mors omnia solvit par* 1. *concl.* 17. *n.* 52. 53. *&* 54. Medices *de sepultur. cap.* 14. *n.* 9. Farinac. *in praxi par.* 1. *qu.* 20. *à nu.* 139. Brunor. à Sole *qu. regul.* 29. *tota*, Barbosa *in c. ex par.* 5. *nu.* 2. 3. *&* 4. *de sepultu.* Cabal. *resol. crim.* 103. Bolero *de decoctione debit. fiscal. tit.* 3. *qu.* 4. *nu.* 6. *&* 7. Amostazo *de causis piis to.* 2. *lib.* 6 *c.* 5. *à n.* 94. *usque ad finem*, Ripoll. *in pract. vicar. Barc. rub.* 3. *de empara. nu.* 19. Regens Villosa *de fugitivis c.* 19. §. 2. *nu.* 96. Villalobos *in sum. mor. par.* 2. *tra.* 31. *dif.* 2. *numero* 19.

Limitant aliqui in cadavere usurarii manifesti, quod 41
potest à Judice Ecclesiastico sequestrari, donec hæredes satisfaciant creditoribus, aut dent cautionem de restitutione, *juxt. tex. in cap. quamquam de usur. in* 6. Ut ex multis firmat Zerola *in praxi Episc. par.* 1. *verbo Funus vers. Tertio cadaver*, quem referunt, & sequuntur Salgado *de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 75. Ayllon Laynez ad Gomez *var. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 57. *in fine*, Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 73. *versic. Quod limitatur*, Amostazo *de causis piis tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 98. *in prin.* intellige, & declara, ut procedat ad effectum, ne sepeliatur in terra Sacra, Menochius *de arb. jud. casu* 387. *num.* 29. in qua usurarius manifestus non est sepeliendus *cap. quia* 3. ubi Barbosa *num.* 4. *de usuris*, *cap. quamquam eod. tit. in* 6. idem Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 42. *&* *de offi. Parochi part.* 3. *cap.* 26. *numer.* 42. Ybañez de Faria ad Covar. *var. l.* 2. *cap.* 1. *num.* 85. Leorard. *de usuris quæst.* 100. *num.* 35. Villalobos *in sum. mor. par.* 2. *tract.* 22. *dif.* 22. *num.* 2. Cast. Palaus *in oper. mor. par.* 7. *de just. & jure tract.* 32. *disp.* 4. *punct.* 30. *num.* 8. Secus ad effectum sepeliendi in terra profana, Ripa *de peste tit. de remed. præservat. n.* 102. notant Boer. *dec.* 287. *n.* 2. Menochius *de arbit. jud. casu* 387. *n.* 18. Brunor. *a sole qu.* 29. *n.* 11.

ARGUMENTUM.

An empara in pecuniis, rebus, seu bonis mobilibus Clerici penes laicum existentibus, & è contra an empara in pecuniis, rebus, seu bonis mobilibus laici penes Clericum existentibus fieri debeat per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Empara duplex est, realis, & verbalis.*

2 *Empara realis quid sit, & quando locum habeat.*

3 *Empara verbalis duplex est, num.* 3. *una qua dominus directus uti potest contra suum vassallum, num.* 4. *quæ est per appositionem Crucum in fructibus fundi, & practicatur etiam in favorem cujuscumque creditoris num.* 5. *Alia, quæ præcepto injungitur possessori, seu detentori alicujus Rei, ne rem, seu pecuniam dimittat, seu solvat, nu.* 6. *& praticatur in Cathalonia, & aliis pluribus Regnis nu.* 7. *& est conformis juri communi, num.* 8.

9 *Empara verbalis similis est sequestrationis, sed in multis differunt, num.* 11.

10 *Sequestratio regulariter est utroque jure prohibita, num.* 10. *& quando fieri potest, partis citationem requirit, nu.* 12.

13 *Empara verbalis fit sine causæ cognitione, & partis citatione, nu.* 13. *quæ nec litis pendentiam, nec præventionem inducit num.* 14.

15 *Empara in bonis Clerici penes laicum existentibus fit facienda per judicem Ecclesiasticum vel sæcularem, nu.* 15. *Quòd fit facienda per judicem Ecclesiasticum, n.* 16. *Sed quòd fit facienda per judicem sæcularem n.* 17. *Quæ observatur in Cathalonia, nu* 18. *&* 19.

20 *Empara in bonis laici debitoris Clerici penes laicum existentibus fieri debet per Judicem sæcularem, nu.* 20. *Et multò magis in bonis laici debitoris alterius laici penes laicum existentibus, numer.* 21.

22 *Em-*

22 *Empara in bonis laici penes Clericum existentibus fieri debet per Judicem Ecclesiasticum, num. 22. quid in Aragonia, nu. 23.*

24 *Judex ad instantiam illius, qui fecit emparam, potest cogere illum, in cujus posse res, seu pecunia fuit emparata, ut juramento manifestet quod debitori debet, num. 24. Et præstito juramento non est locus probationi in contrarium, num. 25. Intellige, nu. 26.*

27 *Judex, facta empara, potest mandare, ut pecunia seu res emparata deponatur.*

28 *Empara tollitur per satisfactionem, nu. 28. sicut sequestrum, n. 29. Limitationes, n. 30.*

31 *Empara facta per Judicem sæcularem in bonis Clerici penes laicum existentibus cancellari debet per Judicem Ecclesiasticum, n. 31. & vide nu. 33. 34. & 35.*

32 *Empara facta per Judicem Ecclesiasticum in bonis laici penes Clericum existentibus cancellari debet per Judicem sæcularem.*

36 *Empara facta per Judicem sæcularem in bonis Clerici penes laicum existentibus justificanda coram Judice Ecclesiastico, n. 36. & contra, nu. 37.*

38 *Fidejussores dati pro tollenda empara ad quid teneantur, nu. 38. 39. & 40.*

41 *Fidejussores plures dati diversis vicibus pro cancellanda empara meliorari omnes tenentur.*

42 *Empara potest fieri quocumque die etiam feriato in honorem Dei, n. 42. & relaxari n. 43.*

44 *Fidejussor pro fidejussione an possit aliquid accipere*

45 *Empara qualiter fiat Regiis privilegiis in sigillo ponendo, quando locum habeat, n. 45. Sed tollitur per cautionem fidejussoriam, nu. 46.*

DECISIO CCXXIX.

1 EMpara duplex est. In nostra Cathaloniæ jurisprudentia, realis scilicet, & verbalis. Jacob. de Monte Judaico *in usat. Magnates nu. 1. fol. 62.* Socarrats *in consuet. Cathaloniæ cap. Si Castellanus num. 50. fol. 281.* Oliba *de jure fisci cap. 15. num. 62.* Ripoll. *in praxi Cur. Vicar. Barcin. rub. 3. nu. 10.* Peguera *in constitut. item ne super laudemio prælud. 5. nu. 1.*

2 Empara realis quid sit, quando locum habeat, qua forma fieri debeat, & de ejus effectibus, non est mei instituti, videantur Jacob. de Monte Judaico *in usat. magnates num. 1. & per totum fol. 62.* Socarrats *in consuetud. Cathal. cap. Si Castellanus num. 10. fol. 285. & à num. 53. usque ad finem fol. 293.* Despuiol ad Mieres *verbo Ampara Realis fol. 65.* Peguera latè *in constit. Item ne super laudemio prælud. 5. & versic. 8.* ubi Vilaplana *utrobique* Oliba *de jure fisci cap. 9. nu. 25. & 26. Et de actionib. par. 1. lib. 3. §. omnes à num. 14.* Ripoll. *var. cap. 2. à num. 382.* Cancer. *par. 1. var. ca. 22. num. 5. 6. 7. 8. & 9.* Fontanella *de pac. nup. toma 1. clau. 4. glo. 13. par. 4. nu. 74. 75. 76. & 77.*

3 Empara verbalis duplex etiam est in Cathalonia, Oliba *de jure fisci c. 15. n. 62.* Fontan. *de pac. nup. tom. 1. clau. 4. glo. 13. par. 4. nu. 72. juncto nu. 78.*

4 Una est empara verbalis, qua Dominus directus uti potest contra suum vassallum, & fit, quando possessori non aufertur, neque interdicitur possessio, vel exitus personalis, sed inhibetur ei, ne inde aliquid extrahat, *& de hac loquitur usaticus si desemparaverit 1. in tit. de penes corporals*, Jacob. de Monte Judaico *in usat. magnates num. 1. versic. Verbalis est*, Socorrats *in consuetud. Cathal. cap. Si Castellanus numer. 10. versic. Verbalis enim fol. 285.* Marquilles *in usat. magnates, verbo emparamentum fol. 90. col. 4. & in usat. rusticus in prin. fol. 290.* Oliba *de jure fisci c. 15. num. 62.* Peguera *in constit. Item ne super laudemio prælud. 5. nu. 2.* Fontanella *de pac. nup. tom. 1. clau. 4. glo. 3. parte 4. numero 8.*

5 Hæcque verbalis empara fit per appositionem Crucum in fructibus fundi. Et practicatur nedum in favorem Domini directi, sed etiam in favorem cujuscumque creditoris. Oliba *de jure fisci cap. 16. sub num. 65. & 66.* Fontanella *de pact. nup. to. 1. clau. 4. glo. 13. part. 4. nu. 79.* practicam refert Ripoll. *in praxi Vicarii Barc. rub. 3. de empara n. 4.* Sed hæc non est mei instituti.

Alia est empara verbalis, (de qua in hac decisione loquor) quæ sic deffinitur, est præceptum Cancellarii, Vice Cancellarii seu Regentis Cancellariam, aut alterius judicis competentis, quo injungitur possessori alicujus rei, seu detentori justo, vel injusto, tenutario, depositario, vel ratione officii, vel suo jure possidenti, aut aliàs, ne rem dimittat, pecuniam, vel rem penes se retineat, ex domo nihil extrahat, non tradat, non liberet, non expediat, & similiter in aliis casibus sic Oliba *de jure fisci cap. 15. à numer. 62.* Fontanella *decis. 463. num. 12. part. 2. & de pac. nup. to. 1. clau. 4. glo. 10. par. 1. num. 96. & glo. 13. part. 4. nu. 72.* late Cancer. *part. 2. var. cap. 4. numer. 6. 7. 8. & 9.* Ripoll. *in prax. Vicar. Barcinonæ rub. 3. de empara num. 1.* Et de hac loquuntur *constit. 1. & 2. tit. de sequestres, y empares prag. 1. tit. de empares, y sequestres.* 6

Et nedùm in Cathalonia practicatur, & est usu recepta ista empara verbalis, qua imperatur per Judicem competentem possessori, seu detentori pecuniæ, seu rei alicujus debitoris, ne ei solvat, vel tradat, quia per Judicem aliud pronuntietur, sed etiam in Regnis Valentiæ, Regens Mattheu *de Regim. Reg. Valen. cap. 11. §. 6. à nu. 88.* Reg. Leo *decis. 5. num. 11. & 12. lib. 1.* Aragoniæ, Portoles §. *emparamentum*, Cancel. *par. 2. var. cap. 4. num. 9. vers. Quam*, Sardiniæ, Quesada Pilo *dissert. 23. nu. 25. vers. Sed restringenda*, Hispaniæ, Italiæ, Franciæ, & multorum aliorum locorum, Rebuffus *in Constit. Reg. tit. de liter. oblig. art. 6. glo. 3. num. 41.* Cancer. *part. 2. var. cap. 4. num. 1.* Reg. Leo *decis. 5. nu. 7. lib. 1.* Et ubique, & præsertim in Mantua, Cyriac. *contro 116. num. 1. tom. 1.* 7

Estque conformis hæc practica juri communi, *l. nomen 4. C. quæ res pignor, l. fin. ff. de lege commissor. l. non abstulit. 4. C. de novat. l. utrum 27. ff. de Constit. pecun.* Felin. *in cap. cum M. num. 41. in fine de Constitut. & in c. cum contingat num. 10. de rescrip.* Cavalvan. *dec. 3. per totam par. 1. Paris. cons. 107. à numer. 66. libr. 3.* alios addunt Portoles ad Molin. *verbo emparamentum n. 8.* Cyriac. *controver. 116. à num. 1. tom. 1.* alios plures cumulat. Regens Mattheu *de Regi. Reg. Valen. cap. 11. §. 6. num. 94. 95. 96.* 8

Dices, empara verbalis valdè similis est sequestrationi, Oliba *de jure fisci c. 15. num. 65. versic. Est enim*, Rippol. *in pract. Cur. Vicarii Barcinonæ, rub. 3. num. 28.* Vilaplana in addit. ad Pegueram *in constit. Item ne super laudemio versic. 8. num. 3.* Sed sequestratio regulariter est utroque jure prohibita, nisi in casibus à jure expressis, vel aliis, illis similibus, & eamdem rationem habentibus, *l. 1. C. de prohibita sequest. l. 2. C. de reprobat. l. sciendum §. fin. ff. qui satisdare cogantur, caput 1. & 2. de sequrst. posse & fract. c. 1. ut lite pendente, can. non ne 8. quæst. 4. can. volumus 16. quæst. 4.* Latissimè tradit, innumerosque citat Castillo *de aliment. c. 13. à num. 2.* aliosque quam plures cumulat Cuenca *de comanda clau. 26. à num. 30.* ubi Niño *à num. 3.* quibus addendi sunt alii permulti quos laudant Barbosa *in l. 1. C. de prohib. sequest. & in cap. 2. à nu. 2. & in addit. n. 2. de sequest. posse & fruct.* Bolero *de decoctorib. debit. fiscal. tit. 3. quæst. 3. nu. 8. 9. & 30.* Reg. Leo *decis. 5. à n. 2. lib. 1.* Capi Latro *decis. 197. nu. 1.* ubi Manfrella *nu. 1. & 2.* Cast. Palaus *in opere mor. par. 6. tract. 29. disp. 3. puncto 18. nam. 5. & 6.* Paz *de tenuta par. 1. c. 10. toto* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 1. glo. 3. num. 4. fol. 178. tomo 1.* Larrea *decis. 58. num. 1.* Conciliol. *ad stat. Eugubii lib. 2. rub. 42. num. 1.* Fermosin. *in rub. à num. 2. de sequest. posse & fruct de jure nostro const. 1. & 4. de sequestres, y empares*, Mieres *in Cur. Barcinonæ, Reg. Jacobi 2. tom. 1. collat. 4. c. 20. num. 3. & 4. fol. 216. in novit*, Ferrer *par. 3. observan. c. 122. versic. Dicta provisio*, Despuiol ad Mieres *verbo sequestrum fol. 192.* Peguera *decis. 36. nu. 11. versic. Nec. refragatur*, Cancer. *parte 2. var. cap. 4. à num. 1.* Villaplana ad Peguera *in constit. Item ne super laudemio versic. 8. nu. 4.* Ergo empara est prohibita. 9 10

Quia respondetur, quòd licèt empara verbalis similis sit sequestrationi, tamen inter se differunt Parrisius *cons. 107. n. 71. & 75. in fine, l. 3.* Reg. Leo *dec. 5. num.* 11

5, *num.* 10. *versic. Secundo lib.* 1. Villaplana ad Peguer-
ram *in constit. Item ne super laudemio versic.* 8. *numer.* 8.
differentias multas tradit Colerus *de proces. execut. part.*
3. *c.* 11. *à numer.* 51. *ad* 94. refert, & sequitur Reg. Leo
decis. 5. *num.* 13. *lib.* 1. Præcipua in proposito est, quòd
12 sequestratio † ut procedat, & legitimè provideatur,
requirit regulariter citationem partis, aliàs nulla est,
ut cum multis docent Castillo *tom.* 8. *de alimentis c.* 13.
num. 15. Cuenca *de comanda clauf.* 6. *num.* 49. 50. 51. &
52. Baron. *de citat. tom.* 1. *quæst.* 17. *num.* 96. Manfrella
ad Capi. Latro *decis.* 197. *numer.* 10. & 11. *juncto numer.*
12. Salgado *de Reg. protec. part.* 2. *c.* 16. *num.* 29. Que-
sada Pilo *differt.* 23. *num.* 25. Villaplana ad Peguera *in*
cont. tit. Item ne super laudemio versic. 8. *num.* 6. & 7. Ca-
13 rocius *de sequest. part.* 3. *quæst.* 3. ubi Quòd hodie seque-
stratio indifferenter fit, benè tamen in relaxatione ju-
stificatur creditum, & adhibetur citatio partis, sequi-
tur Romaguera ad Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 43.
14 *numer.* 2. At empara † verbalis fit sine causæ cogni-
tione, & partis citatione, Cancer. *part.* 2. *var. c.* 4.
num. 18. & *num.* 51. *versic. Ex his*, Reg. Leo *dec.* 5.
num. 13. & 14. *lib.* 1. Quesada Pilo *differt.* 23. *numer.* 25.
vers. Sed restringenda, Ideoque empara verbalis absque
causæ cognitione impetrata, nec litis pendentiam,
nec præventionem inducit, imò ea non obstante licita
est variatio judicis, quia solùm est præparatoria judi-
cii, ut facilius solutio consequatur, Rebuff. *in constit.*
Reg. tom. 1. *tit. de litter. oblig. art.* 6. *glos.* 3. *num.* 64. &
65. Cavalcan. *decis.* 3. *num.* 2. *part.* 1. quos citat Caro-
cius *de locato part.* 3. *quæst.* 37. Lancellot. *de attentat.*
part. 1. *c.* 4. *de attentat. lite pendente in præfat. num.* 246.
& 247. quos laudat Tondut. *præven. jud. part.* 1. *c.* 32.
num. 25. & 26. Coler. *de proces. execut. part.* 1. *c.* 2. *num.*
96. & *part.* 3. *c.* 11. *num.* 76. Cyriacus *controver.* 237. *nu.*
51. 52. & 53. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. c.* 11. §. 6.
num. 88. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *c.* 44. *num.* 13. &
lib. 2. *c.* 171. *num.* 6. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 4. *numer.* 50. &
51. Cuenca *de comanda clauf.* 26. *num.* 59. & 60. Que-
sada Pilo *differt.* 23. *numer.* 25. *versic. Quæ empara*,
consequenterque empara verbalis non est prohibita, sed
jure, tam communi, quàm municipali, & consuetu-
dine valida, *ex traditis num.* 6. 7. & 8.
15 Sed ad institutum, circa primam quæstionis partem,
An empara in pecuniis, rebus, seu bonis mobilibus Cle-
rici penes laicum existentibus fieri debeat per Judicem
Ecclesiasticum, vel sæcularem? Quæstio est frequen-
tissima, & valdè controversa, ac pro utraque parte sen-
tentiæ, ut testatur Ripoll. *in prax. Curiæ Vicar. Barcin.*
rub. 3. *num.* 15. & 16. & sæpe dubitari vidisse, refert Can-
cer. *part.* 2. *var. c.* 4. *num.* 12.
16 Prima est opinio, quòd empara in pecuniis, rebus,
seu bonis mobilibus Clerici penes laicum existentibus
fieri debet per Judicem Ecclesiasticum, & non per Ju-
dicem sæcularem, quia empara, seu sequestrum debet
fieri à judice competente, Giurba post alios *decis.* 25.
num. 8. & si fieret per Judicem sæcularem in bonis Cle-
rici penes laicum existentibus, non fieret per Judicem
competentem, cum in hac materia emparæ non con-
sideretur persona, in cujus posse bona reperiuntur,
sed illius, cujus bona sunt, sic Martha *de jurisdic. par.*
4. *casu* 101. *num.* 5. & 6. & *casu* 165. plures alios addit
Ripoll. *in prax. Curiæ Vicar. Barcin. rub.* 3. *num.* 16. Me-
li ad Castillo *tom.* 8. *de aliment. c.* 13. *num.* 7. Luca ad Gra-
tian. *discep. foren. c.* 149. *numer.* 17. Oliba *de foro Eccle-*
siast. quæst. 29. *part.* 2. *tota*, Romaguera ad Conciol. *ad*
stat. Eug. lib. 1. *rub.* 42. *num.* 31. latè Ciarlin. *controv. fo-*
ren. lib. 1. *c.* 44. & *lib.* 2. *c.* 171. nisi periculum esset in mo-
ra, & non posset haberi copia Judicis Ecclesiastici,
nam tunc Judex sæcularis posset emparam facere in
bonis Clerici penes laicum existentibus, Carocius *de*
sequestro part. 3. *quæst.* 7. *in fine*, & ex Borguino tradit
Ciarl. *contr. foren. lib.* 1. *c.* 44. *n.* 12. & *lib.* 2. *c.* 171. *sub n.* 1.
aliàs Judex sæcularis diceretur Clericum bonis spoliare
Corol. de Graf. *de effect. Cler. effectu* 1. *nu.* 222. & 223.
17 Secunda est opinio, quòd empara in pecuniis, rebus,
seu bonis mobilibus Clerici penes laicum existentibus
fieri debet per Judicem sæcularem, & non per Judi-
cem Ecclesiasticum, quia empara, seu sequestrum à
judice competente fieri debet, & si fieret per judicem
Ecclesiasticum in bonis Clerici penes laicum exis-
tentibus, per Judicem competentem non fieret, cum in
hac materia emparæ non consideretur persona, cujus
bona sunt, sed illius, in cujus posse bona reperiuntur,
ita Cavalcan. *decis.* 3. *num.* 26. *part.* 1. Reg. Leo *decis.*
89. *num.* 16. *lib.* 1. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 4. *num.* 12. quos
citat Fontanella *decis.* 495. *num.* 11. *par.* 2. Noguerol. *al-*
leg. 19. *num.* 132. Pegas *resol. foren. c.* 11. *num.* 144. Meli
obser. foren. 77. *num.* 3. Romaguera ad Conciol. *lib.* 2. *rub.*
42. *num.* 31. *versic. Tamen*, & Cancer citat pro hac par-
te Portoles ad Molin. *verbo emparamentum num.* 5. Cabe-
do *decis.* 86. *lib.* 1. Reg. Sesse *de inhibit. c.* 4. §. 9. *num.* 13.
alios addit, sed non sequitur Peguera *in prax. Cur. Vi-*
car. Barcin. rub. 3. *numer.* 15. & pro hac opinione Fonta-
nella citat Navarrum *cons.* 38. *de senten. excom.* ubi te-
net, quòd excommunicationem Bullæ Cœnæ non in-
currit, qui fructus Clerici debitoris sui penes laicum
existentes per Judicem sæcularem sequestrari facit. Id
ipsum post alios docet Leander *quæst. moral. tom.* 4. *tract.*
4. *disp.* 17. *quæst.* 16.

Hæc secunda opinio servatur in praxi in Cathalo- 18
nia, & secundùm eam fuit declaratum per Cancel-
larium Puigmari, Consultoribus Carreres, Mir, &
Pexò 22. Maii 1629. in favorem Joannis Amat Me-
dicinæ Doctoris Ædilis Civitatis Barcinonæ contra
Monasterium Monialium Sanctæ Claræ ejusdem Ci-
vitatis, ex quo dictus Ædilis sequestravit, seu empa-
ravit penes Antonium Blanch Sombrererium pecunias
processas ex venditione lignorum per Economum dicti
Monasterii facta majori pretio, & ultra taxam impo-
sitam per præconia in Civitate Barcinonæ publicata.
De qua latè Fontanella *decis.* 495. *tota*, *eam quæ tradit*
num. 14. *part.* 2. hanc, & aliam declarationem refert
Ripoll. *in prax. Cur. Vicar. Barcin. rub.* 3. *num.* 15. binas
declarationes super hoc puncto factas testatur Cancer.
var. part. 2. *c.* 4. *num.* 12. *in fine*, decisiones nostri Senatus
refert Romaguera ad Conciol. *ad statut. Eugubii libr.* 2.
rub. 42. *n.* 31. *vers. Tamen.*

Adeò quòd si agatur de validitate, seu invaliditate 19
emparæ per Judicem sæcularem factæ in bonis Cleri-
ci penes laicum existentibus cognitio pertinet ad Ju-
dicem sæcularem, & non ad Judicem Ecclesiasticum.
Ita fuit in Cathalonia declaratum per eumdem Can-
cellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, & Car-
reres 21. Januarii 1627. in favorem Hieronymæ Pinel-
la viduæ contra Priorem, & Conventum Beatæ Mariæ
de Mercede Civitatis Barcinonæ, his verbis: quoad
validitatem empararum penes Petrum Paulum Amat
Droguerium & alios laicos Arrendatores Molendino-
rum Regalium ad instantiam dictæ Pinella per Consi-
storium verbale suæ Excellentiæ factarum, firmæ juris
in Curia Ecclesiastica, Barcinonæ per Economum di-
cti Monasterii factæ locum non esse.

Et quòd Judex Ecclesiasticus non possit emparare, seu 20
arrestare pecunias, res, seu bona laici debitoris Cle-
rici penes laicum existentes, seu existentia, sed hu-
jusmodi empara fieri debeat per Judicem sæcularem,
quia sequendum est forum ejus, penes quem est fa-
ciendum arrestum, seu empara, docent Cancer. *par.*
2. *var. c.* 4. *num.* 10. Fontanella *decis.* 495. *num.* 13. *versic.*
Sicut nec, *part.* 2. Cabedo *decis.* 86. *part.* 1. Sic fuit in Ca-
thalonia declaratum per Cancellarium Erill, Consulto-
ribus Josa, & Hortola 14. Junii 1634. occasione fir-
mæ juris in Curia sæculari Regiæ Audientiæ factæ per
Nobilem Don Josephum Calvò, & Nobilem Hieron y-
mam conjuges emparis per Curiam Ecclesiasticam Ge-
runden. de bonis dictorum Nobilium Calvons in posse
aliquorum arrendatorum, & aliorum sæcularium reper-
tis, factis ad instantiam Salvatoris Torres Presbyteri,
& Beneficiati in Ecclesia Collegiata Sancti Felicis Ge-
rundæ, his verbis: firmæ juris factæ in Curia sæcula-
ri locum esse.

Et multò minus Judex Ecclesiasticus potest emparare 21
pecunias, res, seu bona laici debitoris alterius laici pe-
nes laicum existentes, seu existentia, sed facienda est
empara per judicem sæcularem. Ita fuit in Cathalonia
declaratum per Cancellarium Loris, Consultoribus Sa-
la, & Tamarit 23. Novembris 1577. *quam tradidi supra*
hac part. 4. *dec.* 111. *num.* 22.

Circa

22 Circa ſecundam quæſtionis partem. An empara in pecuniis, rebus, ſeu bonis mobilibus laici penes Clericum exiſtentibus fieri debeat per Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem? Proponit remiſſivè Cancer. *var. par. 2. cap. 4. num. 11.* ad Reg. Seſſe *de hibit. cap. 8. §. 3. numer. 16.* Sed veritas eſt, quòd fieri debet per Judicem Eccleſiaſticum, & non per ſæcularem, ex eadem ratione, quia ſequendum eſt forum ejus, penes quem facienda eſt empara. Fontanella *dec. 495. num. 13. in prin. par. 2.* & ita obſervatur in Cathalonia, Baron. *de citat. in addit. ad quæſt. 8. à num. 9. tom. 3.*

23 Sed in Aragonia, Empara in pecuniis, rebus, ſeu bonis laici penes Clericum exiſtentibus poteſt fieri per judicem ſæcularem, quia in eo Regno ſervatur poſſe fieri emparamentum validè in poſſe Clerici, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, cum ad validitatem emparamenti ſufficiat, quòd vel perſona, cujus bona emparantur, vel perſona, ad cujus inſtantiam fit emparamentum, vel perſona, in cujus poſſe fit, ſit de jurisdictione judicis emparamentum providentis, notat Seſſe *de inhibit. cap. 4. §. 8. num. 13. verſic. Licet, & latius cap. 8. §. 2. à num. 16.*

24 Quæro 1. An Judex ad inſtantiam illius, qui fecit emparam, poſſit cogere illum in cujus poſſe pecuniæ, ſeu res emparatæ fuerunt, ut juramento manifeſtet, quod debitori debet, & quales res, ſeu pecunias illius habeat? Quod Reſp. quòd ſic, quia licèt quis non poſſit cogi, ut propalet res proprias ad tertii utilitatem, tamen tenetur propalare res alienas, ut tertius jus ſuum conſequi poſſit, ita Cavalcan. *deciſ. 3. numer. 1. par. 1.* Stracha *de mercatura tit. de decoctorib. par. 7. numer. 15.* ita practicari vidiſſe teſtatur Cancer. *var. reſol. par. 2. cap. 4. num. 19. verſic. Circa iſtas emparas & par. 3. cap. 17. num. 523.* Ripoll. *in prax. Cur. Vicar. Barcin. rub. 3. num. 14.* Rebuffus *in conſtit. Reg. tit. de litter. obligat. art. 6. gloſ. 3. numer. 64.* Fojanus *de ſequeſtro regul. 19. ſub num. 3.* Cyriacus *controv. 116. nu. 1. verſ. Quo præcepto & nu. 2. 3. & 4.*

25 Sed adverte, quòd ſi inſtantiam partis, quæ fecit emparam, ille penes quem pecuniæ, ſeu res emparatæ fuerunt, juraverit ſe non eſſe debitorem, aut pecunias, ſeu res aliquas habere, tam tempore emparæ, quàm tempore declarationis, cum iſtud juramentum ſit deciſivum, ex quo per ipſum deciditur lis emparæ, ſicut per ſententiam, non admittitur amplius aliqua probatio civiliter pro demonſtrando contrarium ejus, quod juratum eſt, *argu. l. non erit 5. §. dato juramento, l. nam, & poſtea 9. in prin. ff. de jure jurando, l. 1. & 2. Cod. de reb. cred. cop. fin. & ibi per ſcribentes de his quæ vi*, Maranta *de ord. jud. par. 6. de Juramento actu 9. num. 22. in fine verſ. Dicitur autem* Maſcard. *de probat. conclu. 554. num. 17. & 18.* doctè Cardoſo *in prax. jud. verbo juramentum num. 11.* Heringius *de fide juſſor. cap. 20. §. 2.* Carocius *de juramen. litis deciſivè quæſt. 2. novæ quæſt. princ. ſub num. 5.* Barboſa *in l. 1. num. 2. & 3. & in l. 2. nu. 4. verſ. Unde C. de reb. cred.* latè probat in noſtris terminis empatę Cyriacus *controv. 116. à n. 4. uſque ad finem.*

26 Adverte etiam, quòd dicta *num. 24.* procedunt, quando judex habet jurisdictionem in illum, in cujus poſſe pecuniæ, ſeu res emparatæ fuerunt; ſecus ſi in eo non habeat jurisdictionem, ut deciſum teſtantur Portoles ad Molin. *verbo emparamentum num. 5. & 6.* Reg. Seſſe *de inhibit. cap. 4. §. 9. num. 13. & cap. 8. §. 2. à numero 16.*

27 Quæro 2. An facta empara per Judicem ſæcularem in pecuniis, ſeu rebus Clerici penes laicum exiſtentibus poſſit judex ſæcularis mandare laico in cujus poſſe pecuniæ, ſeu res Clerici ſunt emparatæ, ut pecuniæ, ſeu res deponantur? Et è contra. An empara facta per Judicem Eccleſiaſticum in pecuniis, ſeu rebus laici penes Clericum exiſtentibus poſſit Judex Eccleſiaſticus mandare Clerico, in cujus poſſe pecuniæ, ſeu res laici ſunt emparatæ, ut eas deponat? Reſp. quòd ſic ut fuit obſervatum per Regiam Audientiam Regni Valentiæ in caſu relato per Regen. Leo *deciſ. 89. num. 1. verſic. Quibus lib. 1.* notat Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 11. §. 6. num. 97. verſic. Vel ſi exploratum ſit.*

Quæro 3. An empara tollatur per ſatiſdationem? 28
Reſp. quòd ſic, de jure noſtro *Conſtitut. 1. tit. de ſequeſtres, y empares, pragmat. 1. tit. de empares, y ſequeſtres*, Cancer. *par. 2. var. cap. 4. num. 20.* de Valentia, *forus 22. de pignorib.* Reg. Leo cum deciſionibus Senatus Valentini *dec. 5. nu. 15. & dec. 89. nu. 18. & 20. lib. 1.* De Regno Aragonum, & de jure communi Portoles ad Molin. §. *emparamentum n. 9. & 13.*

Sicut ſequeſtrum regulariter per ſatiſdationem tollitur, dicitur enim ſatiſdatio Medicina ſequeſtri, quæ loco ſequeſtri ſubrogatur *l. Senatus in fine, ff. de offi. Præſid. l. ſi fidejuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. litibus, Cod. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Azevedo *l. 1. num. 4. & 5. tit. 12. lib. 4. recop.* Mareſcot. *var. lib. 2. c. 77. num. 16.* Salgado *de reg. protect. pvr. 2. cap. 16. num. 21.* Carocius *de ſequeſtro par. 2. quæſt. 2. num. 18. & par. 4. quæſt. 2 num. 1.* Foianus *de ſequeſtr. regul. 4. à num. 1.* Caſtillo *tom. 8. de aliment. cap. 13. num. 26.* Cirocchus *diſcep. 27. numer. 36.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 94.* Maurus *de fidejuſſor. par. 1. ſect. 2. cap. 8. à nnmer. 1.* Capici. Latro *deciſ. 197. numer. 30.* Conciol. *ad ſtat. Eugubii lib. 2. rub. 42. num. 11.* ubi Romaguera *num. 28.* Pekio *de jure ſiſten. cap. 31. nu. 2.* Larrea *deciſ. 58. numer. 10. 11. & 12.* Ferentil. ad Burat. *deciſ. 595. num 9.* Trentacinq. *var. lib. 3. de ſolutionib. reſol. 12. num. 7.* Barboſa *in cap. 1. num. 4.* ubi Fermoſin. *qu. 3. num. 4. & 5. de ſequeſt. poſſe & fruct.* Cancer. *parte 2. var. cap. 4. num. 20.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 11. §. 6. num. 9. verſic. Et differentia*, Borell. *in ſum. deciſ. part. 2. tit. 37. à nu. 127.* Riccius *collectam. 2536. par. 7.* Cuenca *de comanda clauſ. 26. à num. 53.*

Hucuſque dicta *num. 28. & 29.* quòd empara, & 30
ſequeſtrum tollitur per ſatiſdationem, plures recipiunt limitationes, unam notabilem tradit Cancer. *par. 2. var. cap. 4. nu. 21. & 22.* aliam Queſada Pilo *diſſert. 23. numer. 25. verſ. Sed reſtringenda*, Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. à num. 95.* Mareſcot. var. *lib. 2. cap. 77. num. 17.* Salgado *de reg. protec. par. 2. cap. 16. num. 22.* Duas Ripoll. *in prax. Cur. Vicar. Barcin. rub. 3. nu. 13.* Cuenca *de Comanda clauſ. 26. num. 57. & 58.* ſeptem Trentacinq. *var. lib. 3. de ſolutionib. reſol. 12. numer. 7.* octo Carocius *de ſequeſtro par. 4. quæſt. 2.* Ferentil. ad Burat. *deciſ. 595. num. 9.* viginti, & duas Faianus *de ſequeſtrat. regul. 4.* remiſſivè una relata Caſtillo *tom. 8. de alimen. cap. 13. numer. 26.* addendi Altimar. ad Rovit. *conſt. 34. à nu. 23.* Conciol. *ad ſtat. Eugubii lib. 2. rub. 42. num. 14. 15. & 16.* ubi Romaguera *nu. 29.*

Quæro 4. An empara per Judicem ſæcularem facta 31
in pecuniis, rebus, ſeu bonis mobilibus Clerici penes laicum exiſtentibus debeat cancellari, ac tolli per ſatiſdationem, & cautionem per Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem? Reſp. quòd per Judicem Eccleſiaſticum, ita fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Puigmiia, & Miiavila Franqueſa 6. Septembris 1612. In favorem Joachimi Talara Presbyteri Civitatis Dertuzæ contra Dionyſium de Belli, ratione empàræ factæ in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ inſtante dicto Dionyſio de Belli in bonis, & rebus dicti Talara exiſtentibus penes N. Marti ſtabularium Barcinonæ.

Sic è contra Empara per Judicem Eccleſiaſticum 32
facta in pecuniis, rebut, ſeu bonis mobilibus laici penes Clericum exiſtentibus debet per ſatiſdationem tolli, ac cancellari per Judicem ſæcularem, qui emparam fieri proviſit, ſic fuit facto verbo obſervatum in noſtra Regia Audientia in favorem Franciſci Olmera, & Puigpardina Civitatis Gerundæ contra Mariam Camps, & alios creditores ejuſdem Civitatis 22. Februarii 1657. Referente Magnifico Ludovico Ferrer, Aulæ Regentis Cancellariam. Cum enim bona dicti Franciſci Olmera, & Puigpardina laici penes quemdam Eccleſiaſticum exiſtentia, ad inſtantiam dictæ Mariæ Camps, & aliorum creditorum fuiſſent emparata per Curiam Eccleſiaſticam Gerundæ, poſtea mota lite per dictum Franciſcum Olmera in Regia Audientia, præſtitaque cautione pro tollenda empara, fuit dicta empara cancellata, & expeditæ litteræ Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ, quarum vigore dicta Curia Eccleſiaſtica Gerundæ

man-

mandavit personæ Ecclesiasticæ, quatenus dicta bona emparata traderet dicto Francisco Olmera, sicque fuit executum. Scriba Regiæ Audientiæ Oriol, & Mercer.

33 Benè tamen credo, quòd Judex sæcularis, facta empara in bonis Clerici penes laicum existentibus, potest providere ad instantiam ejusdem Clerici cancellationem dictæ emparæ præstita cautione, dummodo cautio pro tollenda empara præstetur per Clericum de stando juri coram suo Judice Ecclesiastico, ut sentit Cavalcan. *decis.* 3. *num.* 24. *lib.* 1. Et fuit sic observatum per Regiam Audientiam Regni Valentiæ in casu relato per Reg. Leo *decis.* 89. *nu.* 20. *lib.* 1. Et fuit ita per me provisum 8. Octobris 1669. In favorem Prioris, & Conventus Sanctæ Catharinæ Martyris Ordinis Prædicatorum Civitatis Barcinonæ contra N. Duran Aromatarium Civem Barcinonæ, Scriba Ferrer. Et idem dicendum est è contra.

34 Sed nota, & liga digito, quòd si facta empara per Judicem sæcularem in bonis Clerici penes laicum existentibus, ipse Clericus pro tollenda empara præstet cautionem coram Judice sæculari, detque fidejussores laicos de Judicio sisti, & Judicatum solvi per Judicem sæcularem cum clausulis simul, & in solidum, renuntiationibus, & aliis stylatis, talis obligatio, & satisdatio nulla est, ut fuit declaratum per nostram Regiam Audientiam Referente Salavardeña 10. Septembris 1539. Inter Vincentium Rossell Canonicum Barcinonæ, & Joannem Puig. Et tam principalis Clericus quàm fidejussores laici non remanent obligati: Adeò quòd Clericus principalis, quam laici fidejussores, tàm simul, quàm de per se conveniri non possunt coram Judice sæculari; Quinimo si actor absque citatione Clerici rei principalis conveniat fidejussores laicos coram Judice sæculari, petieritque eos principaliter condemnari virtute clausulæ instrumenti Judicialis simul, & in solidum, stante nullitate obligationis, fidejussionis, satisdationis', seu cautionis coram Judice sæculari incompetente factæ, Judicium est nullum, & casu quo sententia condemnatoria per Judicem sæcularem lata sit contra fidejussores laicos exequi non potest, benè probat videndus contrariis respondens Franchis *decision.* 440. *per totam*, meminerunt Cabal. Molfes. & Marta, quos refert, & sequitur Thoro *in compen. decis. par.* 1. *verbo fidejussor. de judicatum solvendo fol.* 216. Heringius *de fidejussor. cap. num.* 18. Ansaldus *de jurisdic. par.* 3. *tit. unico cap.* 12. *à nu.* 5. *ad* 19. Scialoja *de foro compet. cap.* 30. *num.* 14. *par.* 1. latè Rovit. *decis.* 19. Luca ad Franchis *dec.* 400. *num.* 6. Marinis *post libr.* 2. *resol. jur. allegat.* 147. alios cumulavi *decis.* 153. *num.* 9. *versic. Imo in casu*, *par.* 3. ubi tradidi declarationem nostri Senatus, quam inserere decrevi. Et est tenoris sequentis.

35 Attento licèt provisione facta in consistorio verbali suæ Excellentiæ, de Concilio Nobilis Regentis Regiam Cancellariam die 13. Martii 1668. Non facto verbo fuerit provisum, & declaratum locum non esse exceptioni excussionis in vim dilatoriæ oppositæ scedula oblata die 23. Junii 1667. pro parte Philippi Alegre Militis, & Infantionis, & Petri Pons Notarii Causidici Cividum Barcinonæ adversùs petitionem contra illos factam supplicatione oblata 25. Maii 1667. pro parte Syndici Capituli Sedis Barcinonæ imo ad ulteriora in causa procedendum fore, & esse, & fuerit concessa dilatio sex dierum partibus communis, ut latius in dicta provisione continetur, ad quam refertur. Quia tamen constat dictos Alegre, & Pons per Syndicum dicti Capituli fuisse conventos tamquam fidejussores de Judicio sisti', & judicato solvendo datos per Economum', & Procuratorem Prioris, & Conventus Montis Alacris Ordinis Carthusiensis in cautione per eum præstita indicto Consistorio verbali die 15. Septembris 1666. pro cancellandis emparis instante Syndico dicti Capituli factis per idem Consistorium verbale die 7. Aprilis 1666. versus Joannem Baptistam Comdor Notarium, & de Collegio Notariorum Regiorum Barcinonæ, & Paulam Domenech viduam de bonis dicti Prioris, & Conventus Montis Alacris, repertis penes dictos Comdor, & Domenech, pro ut in effectu fuerunt dictæ emparæ cancellatæ attenta dicta cautione facta in dicto Consistorio verbali die 9. Octobris 1666. in qua quidem cautione cum dicti fidejussores non promiserunt solvere debitum proprium sed dicti Prioris, & Conventus rei principalis, qui cum Ecclesiasticus sit, nequit obligari de stando juri, & judicato solvendo per Judicem sæcularem, sed per Judicem Ecclesiasticum, & ita in dubio est intelligenda, & interpretanda dicta cautio. Nam si intelligeretur de stando juri, & judicato solvendo per Judicem sæcularem nulla est cautio, & satisdatio, quamvis præstarentur fidejussores laici, qui in solidum se obligent cum amplissimis renuntiationibus exceptionum sibi competentium, ut in casu præsenti. Unde non possunt dicti Alegre, & Pons coram Judice sæculari tamquam incompetenti conveniri & cogi ad Judicatum solvendum. His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs sua Excellencia, insequendo conclusionem in Regia Audientia factam sententiat, pronunciat, & declarat causam, & partes prædictas remittendas fore, & esse pro ut cum presenti remittit ad Judicem Ecclesiasticum competentem. Hoc modo commutando dictam provisionem factam 13. Martii 1668. Et quælibet pars suas solvat expensas, sed pro distractis solitam executionem fieri mandat. Ut. Vidal y Roca: lata 28. Septembris 1668. Scriba Preve.

Ex qua declaratione facta per Magnificum Francis- 36
cu Vidal y Roca clarè infertur, quòd facta empara per Judicem sæcularem in pecuniis, rebus, seu bonis Clerici penes laicum existentibus, illa justificanda est coram Judice Ecclesiastico, apud quem Clericus est conveniendus, & docent Cavalcan. *dec.* 3. *nu.* 24. *vers. Et si non agit*, *& nu.* 26. *&* 27. *par.* 1. Reg. Leo *dec.* 83. *n.* 17. *lib.* 1. Borell. *in sum. dec. par.* 2. *tit.* 37. *nu.* 23. Fontanella *dec.* 495. *nu.* 16. *par.* 2. Ciarlin. *contro. foren. lib.* 1. *c.* 44. *nu.* 12. *vers. Sed nihilominus*, *& lib.* 2. *c.* 171. *n.* 1. *in fine*. Et fuit decisum per Cancellarium Copons, Consultoribus, Sabater, Sunjer, Oliba, & Descamps 24. Decembris 1592. in favorem Capituli Ecclesiæ Barcinonæ contra Priorem, & Conventum Sanctæ Catharinæ Martyris Ordinis Prædicatorum Civitatis Barcinonæ occasione cujusdam emparæ de mandato Regentis Vicariam Barcinonæ factæ instante Economo dicti Monasterii de quibusdam pecuniæ quantitatibus dicti Capituli, existentibus penes Philippum Panella causidicum Civem Barcinonæ. Romaguera sic decisum per nostrum Senatum testatur, & decisionem Refert *in addit. ad conciolum ad stat Eugubr. lib.* 2. *rub.* 42. *nu.* 31. *versic. Tamen*.

Et è contra empara facta per Judicem Ecclesiasticum 37
in pecuniis, rebus, seu bonis laici penes clericum existentibus justificanda est coram Judice sæculari, apud quem ille laicus est conveniendus, ut clarè infertur ex declaratione nostræ Regiæ Audientiæ, *supra relata n.* 32.

Quæro 5. Ad quid teneantur fidejussores dati pro tol- 38
lenda, seu cancellanda empara? Resp. Quòd solùm tenentur respectu rei emparatæ, non autem tenentur respectu totius debiti, pro quo fuit facta empara, nisi aliud convenerint, *l. fidejussores Magistratus* §. *pro Aurelio*, *ff. de fidejussor.* Negusant. *de pignorib. membro* 4. *par.* 2. *principal. nu.* 54. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 50. *nu.* 2. Hodierna ad Surd. latè *dec.* 212. & in terminis Cancer. *par.* 2. *var. c.* 4. *nu.* 54. Ripoll. *in prax. cur. vicar. Barc. rub.* 3. *num.* 12.

Unde fit, quòd si fidejussor pro cancellanda empara 39
solùm promiserit solvere, quidquid, & quantum judicatum fuerit ratione dictæ emparæ, eo tunc solummodo tenetur pro valore rei semparatæ, per doctrinas Cancerii, & Ripoll. supra relatas *nu.* 38. ita fuit provisum in Regia Audientia per Magnificum Didacum Ferrer. 18. Februarii 1669. in favorem Josephi Saturni contra Ludovicum Bataller. Quæ confirmata fuit in gradu supplicationis referente Magnifico Francisco Vidal y Roca 2. Julii 1669. Scriba Almunia, & Casasses. Et iterum in causa supplicationis referente eodem Magnifico Francisco Vidal y Roca 2. Julii 1666. contra Michaelem Coll,

Coll, & in favorem Bernardi Samphi, Ioſephi Poch fidejuſſorum pro ſecunda cancellatione datorum per Geraldum Valdeſera, qui ſolùm promiſerunt ſolvere, quidquid ratione emparæ judicatum fuerit. Scriba Roig.

40 Si autem fidejuſſor pro cancellanda empara promiſerit ſolvere omne id, quidquid, & quantum conſtiterit principalem ſuum eſſe debitorem unà cum expenſis, hoc caſu non ſolùm tenetur pro valore rei emparatæ, ſed ad omne id, quod per principalem debetur, per eaſdem doctrinas Cancerii, & Ripoll. *relatas num.* 38. ſic fuit per me proviſum 19. Novembris 1657. in favorem Communitatis Presbyterorum Sancti Petri Puellarum Civitatis Barcinonæ contra Bartholomæum Montras Civem Honoratum Barcin. Scriba Ribes. Et iterum in cauſa ſupplicationis referente Magnifico Franciſco Vidal y Roca 2. Julii 1659. in ſequendo concluſionem in Regia Audientia factam in favorem Michaelis Coll Parochiæ de Alella contra Geraldum Valldoſera principalem, & Ludovicum Mora fidejuſſorem pro prima cancellatione emparæ datum, & Michaelem Saſtreetiam fidejuſſorem pro tertia cancellatione prædictæ emparæ datum, unà cum expenſis. Scriba Roig.

41 Nota, quòd ſi debitor pro tollenda, ſeu cancellanda empara dat fidejuſſorem, ſi creditor petierit cautionem meliorari, & meliorata fuerit, datuſque alter fidejuſſor, & iterum creditor petierit cautionem meliorari, & meliorata fuerit, datuſque alius fidejuſſor, omnes fidejuſſores tenentur, remanentque obligati, quia ex datione novorum fidejuſſorum, primi non liberantur, cum non novandi animo, ſed cumulativè dati cenſeantur, Heringius latè *de fidejuſſorib. c.* 20. §. 36. Larrea *allegat. fiſcal.* 34. *à nu.* 8. Suelves *conſ.* 38. *n.* 13. *to.* 2. Barboſa plures addit *in cap. fin. num.* 18. *de fidejuſſorib.* ſic fuit in Regia Audientia deciſum referente dicto Magnifico Vidal y Roca 2. Julii 1669. in cauſa ſupplicationis ſupra relata *n.* 39. & 40.

41 Quæro 6. An empara poſſit fieri quocumque die etiam feriato in honorem Dei? Reſp. Quòd ſic, cum regulariter fiat ob periculum in mora, ſicut ſequeſtrum, Rebuff. *in conſtit. Reg. tit. de liter. oblig. art.* 6. *glo.* 3. *nu.* 59. Suarez *in l. poſt rem judicatam ampliat.* 4. *ff. de re Judi.* Cavalcan. *dec.* 1. *nu.* 41. & *dec.* 3. *num.* 15. *par.* 1. Peckius *de jure ſiſten. cap.* 7. *num.* 1. Carocius *de ſequeſtro par.* 3. *qu.* 36. Curti. *de ſequeſtro qu.* 10. Borell. *in ſum. dec. par.* 2. *tit.* 37. *num.* 235. Fermoſin. *in rub. qu.* 2. *nu.* 11. *de ſequeſt. poſſe, & fruct.* Addentes ad Paitel. *exped.* 80. *num.* 34. Conciolus *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 4. *num.* 9. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 31. ad quem ſe remittit Deſpujol ad Mieres *verbo empara an poſſit fol.* 65. Ripoll. *in prax. Curia Vicarii Barcin. rub.* 3. *numero* 10.

43 Et facta empara die feriato in honorem Dei, poterit etiam die feriato in honorem Dei relaxari, Carocius *de ſequeſtro part.* 3. *quæſt.* 36. Addentes ad Paitell, *exped.* 80. *num.* 35. Conciolus *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 42. *num.* 10.

44 Quæſtio eſt multum controverſa. An fidejuſſor pro fidejuſſione poſſit pecuniam, vel aliquid accipere? In qua alii affirmant, alii negant, videndi tamen ſunt Mantica *de tacit. libro decimo tit.* 2. *numero tertio* Covar. *libro tertio var. cap.* 7. *num.* 6. Scaccia *de aſſecurat. in præf. num.* 45. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *quæſt.* 12. *à num.* 7. Surd. *conſ.* 306. *lib.* 3. Scobar. *de ratiocin. comput.* 16. Avendaño *de cenſib. cap.* 21. *num.* 2. Baeca *de decima tutor. cap.* 2. *num.* 82. Pyrrus Maurus *de fidejuſſor. tract.* 2. *par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 2. *toto*, Cabal. *reſol. cri. caſu* 285. *toto*, Heringius *de fidejuſſor. cap.* 26. *à numer.* 229. Ludovis, & ibi Beltramin. *deciſ.* 161. Barboſa *in l.* 1. *par.* 3. *num.* 54. *ff. ſolut. matri.* Spin. *in ſpecu. teſtat. glo. rub.* 13. *num.* 41. Guttier. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 242. Caſtillo *controver. lib.* 3. *cap.* 13. *à num.* 11. Carocius *de locato tit. de fidejuſſor. num.* 8. & 9. Scaccia *de comerciis* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 494. Ugolin. *de uſur. cap.* 9. §. 2. Solis *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 20. *verſic. Secundo animadverto*, Molina *de inſtit. & jure tom.* 2. *tract.* 2. *diſput.* 319. Cenſius *de cenſib. part.* 1. *quæſt.* 52. *nu.* 7. Duardus *de cenſib. tom.* 1. §. 3. *quæſt.* 13. *num.* 20. & 21. Olea *de ceſſi. jur. tit.* 5. *quæſt.* 5. *num.* 50. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 121. *num.* 40. Queſada Pilo *diſſert.* 17. *numer.* 55. Leotard. *de uſu. quæſtion.* 23. *à numer.* 30. Bonacina *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 3. *par.* 1. *num.* 12. Villalobos *in ſum. mor. par.* 2. *tract.* 22. *dif.* 4. *num.* 21. Caſt. Palaus *par.* 7. *de juſt. & jure tract.* 32. *diſp.* 4. *punct.* 13. *num.* 5. *& punct.* 18. Cancer. *var. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 118. & 119 Sed veritas eſt, quòd ſic, etiam in foro conſcientiæ, dummodo ceſſet omnis fraus, & aliquid moderatum accipiatur, pro modo periculi, ratione futuri imminentis damni, quo affici poteſt.

Ultimò ſi vis ſcire practicam, qualiter empara 45
ſiat Regiis privilegiis in ſigillo apponendo, & quando locum habeat, videndi ſunt Oliba *de jure fiſci capitul.* 15. *à numero* 58. Fontanella *de pact. nnp. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *parte* 1. *à numero* 95. Ripoll. *in prax. Cur. Vicar. Barcin. rub.* 3. *numero* 27. & in ſimili Dominus Vicecancel. Greſpi *obſerv.* 114. & vide concluſionem diei 11. Februarii 1602. in favorem Jacobi Aguilar, Peralta, & Camporells contra Syndicum, & Juratos Villæ del Arbòs, referente Magnifico Hieronymo Torner, quæ eſt in libro concluſionum anni 1602. *fol.* 1. *pagina.* 2.

Hæc empara facta in privilegio, ſeu in Regio 46
ſigillo tollitur per firmam juris, hoc eſt per cautionem fidejuſſoriam, notat Oliba *de jure Fiſci capitul.* 15. *numero* 59. *in fine, ex dictis ſuprà numero* 29. & 30. ita fuit facto verbo proviſum referente Magnifico Joſepho Aleny Aulæ Reverendi Cancellarii die 3. Novembris 1680. in favorem Ioſephi Cortes, qui obtinuerat privilegium Droguerii à ſua Regia Majeſtate, & cum illud regiſtraretur in Regia Cancellaria hujus Principatus, fuit emparatum per Syndicum Collegii Drogueriorum, ſed fuit præſtita cautione ſublata empara. Scriba Joanne Paulo Fabra. Vide alia in hac materia *deciſion.* 240. *numero* 10.

ARGUMENTUM.

An Clerici teneantur contribuere, & per quem Judicem ſint compellendi ad ſolutionem expenſarum pro interitu, & occiſione locuſtarum, per ſuum Judicem Eccleſiaſticum, vel per Judicem ſæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Locuſtarum materia tractatur, numero primo & quæ dicuntur de locuſtis procedunt in bruchis, erucis, vermibus, & aliis animalibus fructus terræ devaſtantibus, numero* 88.
2 *Locuſta vocatur apud Latinos, & quomodo in Cathalonia, & aliis regionibus.*
3 *Locuſtæ ethimologia traditur.*
4 *Locuſtarum quot ſint ſpecies.*
5 *Locuſtarum definitio.*
6 *Remiſſio penſionis ſeu mercedis fit propter edacitatem locuſtarum, numero* 6. *amplia numer.* 7. 8. & 9.
10 *Locuſtarum edax pernicie, eſt caſus fortuitus, cauſantque locuſtæ ſterilitatem, numero* 10. *intellige, & declara numero* 11. & 12.
13 *Locuſtarum plaga ex ira Dei deſcendit, propter peccata noſtra, nu.* 13. 14. & 15.
16 *Dei ira propter peccatum unius aliquando ſuper populum ſævit, num.* 16. *declara numero* 17. & 18.
19 *Locuſtæ ex permiſſione Dei veniunt ob non ſolutionem decimarum, & primitiarum, n.* 19. & 20.
21 *Decimas non ſolventes multis pœnis, & damnis ſubjiciuntur.*
22 *Locuſtæ, & ſterilitates mittuntur etiam à Deo propter blaſphemias, ſodomias, adulteria, furta, & ſimilia, & præſertim ob non ſolutionem decimarum, & primitiarum.*
23 *Locuſtæ tropologicè ſignificant adulatores, & mendaces.*

24 *In locustarum extirpatione maxima cura adhiberi debet.*

25 *Remedium spirituale contra locustas præcipuum est, ut convertamur ad Deum, ut Deus convertatur ad nos.*

26 *Dei ira per ejus Sanctissimam misericordiam mitigatur per preces, rogationes, orationes, pœnitentias, jejunia, fletus, planctus, eleemosynas, & similia, num. 26. & 27. si toto corde de nostro fiant, num. 28. Deus exaudiet nos de Cœlo, & propitius erit peccatis nostris, & sanabit terram nostram à locustis, numero 29. si perseveramus in pœnitentiis, numero 30.*

31 *Aqua benedicta possumus uti religiosè contra locustas, nu. 31. & exorcismis, nu. 32.*

33 *Locustæ non possunt excommunicari, & anathematizari, nu. 33. & 34. ratio traditur num. 35. & vide num. 39. & 40.*

36 *Mortui non possunt excommunicari.*

37 *Dæmones excommunicari non possunt.*

38 *Pagani, Judæi, & Cathecumeni non possunt excommunicari secus hæretici, Apostatæ & scismatici.*

41 *Locustæ an possint adjurari.*

42 *Benedictio terminorum remedium est contra locustas.*

43 *Sanctum ut Advocatum, & intercessorem apud Deum eligere possumus, ut à plaga locustarum nos liberet.*

44 *Decimas, & primitias solvere est unum præcipuum remedium contra locustas.*

45 *Decimas solventes quibus bonis remunerentur.*

46 *Remissio mercedis non fit conductori propter sterilitatem, si decimas non solvit.*

47 *Remedia naturalia contra locustas à numero 47. ad 56.*

57 *Locustarum genus est animalium errans, varium & inconstans, huc, & illuc facilè volans.*

58 *Locustæ Regem non habent.*

59 *Locustarum extinctio expensis publicis facienda est, num. 59. & 60. non autem particularium, num. 61. limita, num. 62.*

63 *Collecta pro extinctione locustarum an sit realis, vel personalis, num. 63. & 82.*

64 *Collecta imposita particularibus pro extinctione locustarum in defectum bonorum Universitatum exigenda est ab usufructuario, numero 64. limita, numero 65. & an solvenda sit à conductore seu colono, aut domino fundi, numero 66. & 67.*

68 *Collecta quæ imponitur pro extinctione locustarum non solum est imponenda in locis, ubi locustæ resident, sed etiam in aliis circumvicinis, ubi nulla locustæ sunt, numero 68. & comprobatur, numero 69. & 70. & declaratur, numero 71.*

72 *Clerici simul, cum laicis contribuere tenentur pro extinctione locustarum, num. 72. ratio traditur nu. 73. & comprobatur nu. 74. & 75.*

76 *Collecta quæ imponitur Clericis ad devastandas locustas an possit imponi inconsulto Romano Pontifice, num. 76. 77. & 78.*

79 *Clerici ad solutionem collectæ impositæ ad devastandas locustas per quem judicem sint compellendi, Ecclesiasticum, vel sæcularem, numero 79. 80. 81. & 82.*

83 *Excussio an sit prius facienda in bonis laicorum, ut Clerici pro extinctione locustarum contribuere teneantur, numero 83. 84. 85. 86. & 87.*

89 *Bruchus, eruca, & erugo quid sit, remissivè.*

90 *Locustæ an veniant nomine carnis.*

91 *Locustas comederunt judæi, & multæ aliæ gentes.*

92 *Locustas comedit Sanctus Joannes Baptista.*

93 *Locusta qualis cibus sit.*

DECISIO CCXXX.

SCripta hac decisione de mense Julii 1687. in lucem exivit post aliquos menses pars secunda decisionum vigilantissimi, & diligentissimi Don Bonaventuræ de Tristany Senatoris Egregii meæ Aulæ Regiæ Audientiæ, in qua inveni eamdem materiam tractatam decision. 70. eaque visa, tàm doctè, & exactissimè elaborata, ut supervacaneum mihi visum fuerit, de ea ulterius agere, sed ne à labore suscepto recederem, existimavi, ut typis mandaretur, sicut in simili fecit Joannes Guttierez in suo tractatu de matrimonio, præventus à Patre Thoma Sanchez Societatis Jesu, ut ipse Guttierrez testatur *in Epistola ad Lectorem*, & similiter fecit noster Illerdensis Franciscus Ferrer super Constitutione hac nostra, anteventus à Joanne Petro Fontanella, ut ipse Ferrer affirmat *in proœmio num.* 12. præmittendo nonnulla de locustis, ut fecit Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *in prin. de constitution.* 1

Et primò præmitto. Quòd locusta sic vocatur per Latinos, apud Castellanos, Langosta, apud nos, llagosta, apud Luzitanos, Italos, Gallos, & alias Nationes quibus nominibus nuncupetur, tradit Quiñones *de locustis cap.* 1. *num.* 14. 2

Præmitto 2. circa ethimologiam locustæ, sic vocatæ, ut ajunt Grammatici ab uredine locorum; quasi loca urens, quia omnia urit, & viventia desecat, Quiñones *de locustis c.* 2. *à num.* 7. Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 12. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Amaya *observ. jur. lib.* 3. *numero* 7. Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *num.* 12. *de constitut.* Cornel. à Lapide *in commentar. ad Joel c.* 1. *Versi.* 4. *versi. Secunda est.* 3

Præmitto 3. quòd locustarum sunt septem species, ut latè tradit Quiñones *de locustis cap.* 1. *à numero* 19. Sed in præsenti solum agam de locustis, quas vidimus nostris calamitosis temporibus, de quibus Sacra Scriptura loquitur, & loquuntur Doctores, *num.* 5. allegandi. 4

Præmitto 4. circa definitionem locustarum, sunt enim vermes ex limo terræ originem sumentes, qui sua edacitate fructus devastant, sic Cassaneus *cons.* 1. *par.* 1. *sub num.* 1. Prima pars definitionis locustarum, sunt vermes ex limo terræ originem sumentes, probatur Apocalypsi *c.* 9. *versi.* 3. ibi: *De fumo putei exierunt locustæ in terram*, Cirvelo *in tract. superstition. par.* 3. *c.* 10. *num.* 3. *versi. La segunda razones.* Secunda pars definitionis, qui sua edacitate fructus devastant, probatur Exodi *c.* 10. *versi.* 4. & 15. Judicum *lib.* 1. *c.* 6. *versi.* 5. Deuteronomii *c.* 28. *versi.* 38. Malachiæ *cap.* 3. *versi.* 11. *l. excepto* 18. *juncta glos. verbo locustarum, C. de locato*; & tradunt Menoch. *de recop. posse. remed.* 10. *nu.* 37. 38. & 39. Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *post. prin. versi. Et alias, & versi. Et tanta de bruchis*, Magon. *decis. florent.* 67. *nu.* 11. & *seq.* Narbona *l.* 57. *glos. unica in prin. tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Pacionus *de locato cap.* 46. *nu.* 61. Cornelius à Lapide *in comment. Exodi c.* 10. *versi.* 4. *fol.* 282. Quiñon. *de locustis c.* 2. *à nu.* 7. 5

Unde propter edacitatem locustarum fit conductori remissio pensionis seu mercedis, *l. excepto* 18. ubi Barbosa *num.* 1. & 3. *Cod. de locato*, de Regno Castellæ *l.* 22. *tit.* 8. *par.* 5. Medicis *de casib. fortuit. part.* 2. *quæst.* 3. *num.* 6. & *quæst.* 10. *num.* 39. Carocius *de locato tit. de remissione mercedis quæst.* 2. *numero* 2. Magon. *decis. florent.* 67. *tota*, Riminald. *cons.* 40. *à numero* 27. *tom.* 1. Riccius *collectan.* 1033. *versi. Primò fit*, idem Barbosa *in cap. propter sterilitatem numero* 12. *de locato*, Menoch. *de recup. posse. remed.* 10. *num.* 36. & *de arb. jud. casu* 80. *numero* 9. Ayllon Laynez ad Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *sub num.* 19. Quiñones *de locustis cap.* 2. *à num.* 32. Villalobos *in sum. mor. par.* 2. *tract.* 15. *dif.* 6. *à num.* 1. Pascal. *de pat. potest. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 95. *in prin.* Valascus *de jure emphit. par.* 1. *quæst.* 27. *num.* 41. *versi. Ut igitur* Narbona *l.* 57. *glos. unica à numero* 50. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Pacionus *de locato cap.* 46. *num.* 60. Balmaseda *de collect. quæst.* 53. *numero* 4. Pegas *resol. foren. capite tertio*. Etiam si fructus † à solo separati devasten- 6 7

devitentur, dummodo ad domum non sint traducti, Gomez *var. tom. 2. cap. 2. num.* 18. ubi Ayllon Laynez *num.* 19. Morla *in emp. jur. part. 1. tit. 10. de locato, & conducto in præmiſ. num.* 9. Stayban. *reſol. foren. cent. 2. reſol.* 145. *à num.* 163. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 57.
8 *num.* 5. ac etiam ſi per conductorem † anticipatæ fuerint ſolutiones penſionum, Stayban. & Balmaſeda locis proximè citatis, ille *num.* 81. iſte *num.* 5. *in fine*.
9 Quamvis conductor † propter timorem locuſtarum deſierit colere agros conductos, Magon. *deciſ. florent.* 67. *à num.* 22. Pacionus *de locato cap.* 46. *num.* 62. latè Don Bonaventura de Triſtany poſt hæc ſcripta viſus *deciſ.* 70. *à num.* 23. *par.* 2.
10 Cum edax locuſtarum pernicies ſit caſus fortuitus, *l. excepto* 18. *Cod. de locato*, Carocius *de locato tit. de caſibus quæſt.* 12. *num.* 32. *verſi. Eſt etiam*, Menoch. *de rem. poſſe. remedio* 10. *nu.* 36. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 53. *num.* 5. Paſcal. *de pat. poteſt. par.* 4. *cap.* 6. *ſub num.* 95. cauſantque locuſtæ ſterilitatem, Medicis poſt alios *de caſib. fortuit. par.* 2. *q.* 3. *num.* 6.
11 Intellige primò, ſi caſus, ſeu adventus locuſtarum ſit inopinatus, & inſolitus in eo loco, ſeu regione, nam tunc fit conductori remiſſio mercedis, ſeu penſionis; ſecùs verò ſi caſus, ſeu adventus locuſtarum ſit ſolitus, ſeu aſſuetus evenire in eo loco, ſeu regione, quo caſu, non fit conductori remiſſio penſionis, ſeu mercedis, etiam ſi fructus per locuſtas corripiantur, *argu. l. ex conducto*, §. *ſi vis*, ibi *Solis fervore non aſſueto*, & ibi: *Si vero nihil extra conſuetudinem acciderit*, *ff. locati*, Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 10. q. 1. num. 29. verſi. Secundo limitari poteſt*, Pinel. *in l. 2. par. 1. cap. 3. nu. 30. Cod. de reſcind. vendit.* Surd. *conſ. 34. num. 4. lib. 1.* Caroc. *de locato tit. de caſibus quæſt. 8.* Mantica *de tacit. lib. 5. tit. 8. num. 6. in fine*, Caſtillo *controv. jur. lib. 3. cap. 3. num.* 24. alios addit Barboſa *in cap. propter ſterilitatem num. 6. de locato*, Villalobos *in ſum. mor. part. 2. tract. 25. dif. 6. num.* 33. *in prin.*
12 Intellige ſecundò ſi damnum cauſatum ex edacitate locuſtarum ſit magnum, ut fructibus perceptis, deductis expenſis, non poſſit perſolvi dimidium penſionis, ſeu mercedis, ſic apud ſummos practicos crebrior, communior, ac verior opinio reputatur videantur Covar. *pract. cap.* 30. Theſaur. *deciſ.* 108. Morla *in emp. jur. par. 1. tit. 10. quæſt. 1. num.* 12. Cenedo *collect. ad decretal.* 116. Cevallos *com. cont. qu.* 57. Menchaca *quæſt. uſufreq. lib. 3. quæſt.* 54. Molina *de juſt. & jure tom. 2. diſp.* 495. Gomez *tom. 2. var. cap. 2. numero* 18. ubi Ayllon Laynez *nu.* 19. *verſi. Sterilitatem*. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 222. Caſtillo *controv. jur. lib. 3. cap. 3. à num.* 36. Villalobos *in ſum. mor. par. 2. tract. 25. dif. 6. nu. 2. & in verſi. Mas haze de advertir*, Barboſa innumeros alios citat *in cap. propter ſterilitatem nu. 3. de locato*, Urſellius *concluſ. 75. nu.* 14. Quiñones *de locuſtis c. 2. num.* 33. *prope finem*.
13 Præmitto 5. quòd locuſtarum plaga ex ira Dei deſcendit, ut dixit Divus Hieronymus *in commentar. ad c. 3.* Malachiæ, relatus *in can. revertimini* 95. *quæſt. 1.* ibi: *Quando fames, penuria, & rerum omnium egeſtas opprimunt mundum. Sciamus hoc ex ira Dei deſcendere* & tradunt Caſſaneus *conſ. 1. par. 5. nu.* 57. *verſi. Quare*, ibi: *Ecce ergo, & num.* 58. Majol. *in dieb. canicul. colloq. 1. & collo. 5.* Boſſius *tit. de remiſ. merced. nu.* 87. Cæſar. Baron. *tom. 11. annal. anno Chriſti* 1034. *littera A.* Quiñones *de locuſtis cap. 2. à num.* 27. Amaya *obſer. jur. lib. 3. c. 3. à num.* 6. Venerabilis Beda tradit caſum, qui evenit in quadam Provincia Angliæ, de quibuſdam magnis muſchis in quarum aliis ſcriptum erat, ira Dei, referunt Aldrovandus *de animal. infect. lib. 4. tit. ut fugentur fol.* 427. Quiñones *c. 3. num. 9.* Barzia & Zambrana *en el Deſpertador Chriſtiano ſermone* 67. *num. 6. verſi. Bien ſe vió*. Et Cornel à Lapide *in comment. ad Geneſim c. 1. verſi.* 22. *littera C. fol.* 52. ait, quòd exercitus locuſtarum non antea fructus depaſcitur, quàm ipſi id ſit à Deo conceſſum, & quaſi mandatum. Et probatur Paralipomenon 2. *c. 7. num.* 22. ibi: *Et mandavero, & præcepero locuſtæ, ut devoret terram*. Super quo textu fuit thema ſermonis Don Joſephi Barzia & Zambrana *en el Deſpertador Chriſtiano ſermone 67. fol.* 77. & cum eſſet Gentilis Plinius *lib. 11. naturalis hiſtoriæ c.* 36. dixit, quòd locuſtæ iræ Deorum creduntur, referunt Amaya plures citans *obſer. jur. lib. 3. c. 3. num.* 6. Quiñones *de locuſtis cap. 2. ante num.* 27. Cornelio à Lapide, & Barzia & Zambrana *locis hic citatis*.

Propter peccata noſtra, probatur Exodi *cap.* 8. 9. 14
& 10. Deuteronomii *cap.* 28. *&* 29. David *Pſalm.* 77. Joel *cap. 1.* quæ loca extensè ponderat Caſſaneus *conſ. 1. part. 5. num.* 57. *&* 61. *Verſic. Videmus*, & probatur Jeremiæ *capit. 9. verſic.* 12. *&* 13. & tradunt idem Caſſaneus *conſ. 1. part. 1. num.* 63. *verſic. Sic non eſt dicendum*, Narbona *l.* 57. *gloſ. unica num. 4. tit. 4. lib. 2. recopil.* Quiñones *de locuſtis cap. 3. num. 5.* Balmaſeda *de collect. quæſt.* 53. *num. 1.* Carocius *de locato tit. de remiſ. merced. quæſt. 8. num.* 40. Don Joſephus Barzia & Zambrana *en el Deſpertador Chriſtiano ſermone* 67. *à num. 5.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 21. num.* 19. nam ſolent Dæmones in ultionem peccatorum noſtrorum permitti Divinitus hujuſmodi incurſionibus nos infectare, dicit Novarius *in prag. 1. collect. 1. num. 5. de bruchis*.

Ideoque ſi homines affliguntur, non eſt Deo impu- 15
tandum, ſed ſibi ipſis, cum propter peccata ſua affligantur, *can. ſi gens quinquageſimo ſexto diſtinct. can. ſcicitatis 7. quæſt. 1. can. ſi quos 23. quæſt. 4. can. revertimini* 65. *gloſ. verbo ex ira Dei* 16. *quæſt. 1.* Caſſaneus *conſ. 1. par. 1. num.* 58. *verſi. Hinc eſt*. Quæ ita nota ſunt, & manifeſta, quòd nullo modo negari poſſunt, & dicere poſſumus cum Propheta David *Pſalm.* 13. *verſi. 1.* non eſt qui faciat bonum; non eſt uſque ad unum, Caſſaneus exemplificat ad omnes ſtatus *conſ. 1. part. 5. à num.* 62. *ad* 69.

Et aliquando evenit, quòd propter peccatum unius 16
ira Dei ſuper Populum ſævit probatum Joſuè *c. 7. can. ſed illud* 17. *diſtinct. 45. can. ſi Diaconus* 81. *diſtinct. can. non turbatur navis gloſ. verbo plurimi* 24. *quæſt. 1.* Caſſaneus *conſ. 1. part. 5. num.* 58. *verſi. Nonne dicitur*. Sed quomodo hoc † quia pro unius delicto alter pu- 17
niri non debet ut pluribus authoritatibus Sacræ Scripturæ, & variis juribus probant Farinac. *in praxi par. 1. quæſt.* 24. *à num. 1.* Barb. *excom.* 181. *num. 1.* Ybañez de Faria ad Covar. *lib. 2. var. capit. 8. à num. 6.* Reſp. objectum verum eſſe † accepta pœna pro ut eſt culpæ 18
correlativa, & prout importat rationem pœnæ, per quam juſtitiæ qualitas reparatur; at ſi pœna accipiatur ſub ratione medicinæ, ut qui minori bono privetur ut in majori augeatur, vel data juſta cauſa ad majorem Reipublicæ utilitatem, ut dum unus torquetur, cæteri cautius, & promptius à criminibus abſtineant, non inconvenit, ut unus pro alio puniatur pœna temporali, non autem æterna, nec ſpirituali ad ſalutem animæ pertinente, ſic Barboſa *axiomate* 181. *num. 6. & in cap. non debet* 22. *num. 3. de Regu. jur. in 6.* latiſſimè Ybañez de Faria ad Covar. *lib. 2. variar. cap. 8. a num. 10. ad* 28.

Præmitto 6. quòd præcipua peccata noſtra, propter 19
quæ ex Dei permiſſione veniunt locuſtæ, ſunt ob non ſolutionem decimarum, & primitiarum, ut habetur Malachiæ *cap. 3. num. 10. &* 11. & refertur *in can. revertimini* 65. 16. *quæſt. 1. gloſ. in cap. 1. verſi. Alia addito de decimo in 6.* de Regno Caſtellæ *l. 71. tit. 20. partita 1.* Caſſaneus *conſ. 1. part. 5. num.* 57. *verſi. Quære bene*, ibi: *Nam etiam*, Ripa *de peſte tit. de Privileg. contract. num.* 35. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. lib. 4. capit. 3. num. 7.* Carocius *de locato tit. de remiſ. merced. quæſt. 8. num.* 40. Martha *de juriſdict. par. 2. c. 41. num.* 27. *ante finem*, Caraſc. *ad leg. recopil. capite 6. §. 1. numero 8.* Quiñones *de locuſtis capit. 3. num. 8.* Narbona *l.* 57. *gloſ. unica num.* 63. *tit. 4. lib. 2. recep.* Pacionus *de locato capit. 46. numero* 85. ut puniatur in eo, quo deliquit, habetur enim Sapientiæ *cap.* 11. per quæ peccat, per hæc & torquetur, referunt Leo, Quiñones, *locis hic citatis*, Martha, & Caraſc. ille *num.* 26. iſte *num. 6.* varia jura tradit *gloſ. in can. revertimini* 65. *verbo perdidiſti* 16. *quæſt. 1.* Ego *deciſ.* 110. *num. 1. & deciſ.* 112. *num. 1. part. 2.*

Hæc eſt enim conſuetudo Dei juſtiſſima, ut ſi tu illi 20
decimam non dederis, tu ad decimam revoceris, ut

dicit

dicit Divus Augustinus *sermone* 219. *de tempore*, relatus *in can. decimæ* 66. 16. *quæst.* 1. *glos. in capit.* 1. *vers. alia additio de decimis*, *in* 6. & majores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant. Modò autem quia discessit devotio Dei, accessit indictio fisci, & quod non accipit Christus, hoc tollit fiscus, ut ait idem Divus Augustinus *lib.* 50. *homiliarum homil.* 48. relatus *in can. majores* 8. 16. *quæst.* 9. *glos. in capit.* 1. *vers. Alia additio de decimis in* 6. & referunt Cassaneus *cons.* 1. *part.* 5. *nu.* 56. *vers. Vides enim*, & *nu.* 57. Martha *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 43. *num.* 25. Carascus *ad leg. recop. capit.* 6. §. 1. *num.* 4. Leo *in thesaur. fori Eccles. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. Quiñones *de locustis cap.* 3. *sub num.* 8. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 21. *nu.* 20. & *in polit. lib.* 2. *cap.* 21. *versicul. A la qual fol.* 192.

21 Ideoque homines non solventes decimas multis pœnis, & damnis subjiciuntur. Primò, erunt pauperes. Secundò, propter non solutionem decimarum immittit Deus siccitates. Tertiò, qui non solvit decimas, ad decimam revocabitur. Quartò, qui non solvit decimam Deo, impiis militibus dabit. Quintò, qui decimam non solvit, res alienas capit, nam retinere injustè, idem est ac rapere. Sextò, qui non dat decimam, sacrilegium committit, & æternæ damnationis periculum incurrit. Septimò, qui non decimat, tantorum homicidiorum est reus, quanti pauperes in locis, ubi ipse habitat, fame mortui fuerint, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus reservavit, ut juribus, ac Doctorum autoritatibus, probat Leander. *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *disput.* 8. *quæst.* 16. quibus addendi sunt *glos. in cap.* 1. *versi. Alia additio de decimis in* 6. Martha *de jurisd. par.* 1. *cap.* 43. *à num.* 25. *ad* 33. Carascus *ad leg. recop. capit.* 6. §. 1. *à num.* 4. *ad finem*, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 19. & 20. Cornel. à Lapide *super cap.* 3. *Malachiæ versi. Nota fol.* 830. & ultra dictas pœnas, non solvens decimas, cum teneatur excommunicationi subjicitur, non latæ sententiæ, monitione scilicet præmissa *capit. pervenit*, ubi Barbosa *num.* 2. *capit. ad hoc* 15. ubi Barbosa *numero* 4. *cap. in aliquibus* 32. ubi Barbosa *num.* 3. *de decimis*, *can. statuimus* 16. *quæst.* 1. Concil. Trident. *sess.* 25. *de refor. capit.* 12. ubi Barbosa *numero* 4. & 5. Castrus Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *disp. unica punct.* 15. §. 14. *num.* 1. Fagundez *in* 5. *præcep. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. idem Barbosa pluribus aliis additis *de jure Eccles. univer. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 15. & *de offi. Parochi cap.* 28. §. 4. *num.* 15. & qui solvere tenetur decimas, si eas non solvit privari debet Ecclesiastica sepultura, *cap. prohibemus* 19. ubi Barbosa *numero* 6. *de decimis*, idem Barbosa *de jure Eccles. uni. libro* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 19. & *de offi. Parochi cap.* 28. §. 4. *numero* 19.

22 Mittuntur etiam à Deo sterilitates, & locustæ puta propter blasphemias, quæ sunt cæteris peccatis horribiliores, de quibus *Psal.* 77. *versi.* 19. *cum seq. juncto vers.* 46. latè Cassaneus *cons.* 1. *part.* 5. *num.* 59. & 60. innumeris citatis Cenedo *collect. ad decret al.* 126. Barbosa *in cap.* 2. & *fin. num.* 2. *de maledicis*, Vela *in* 1. *a num.* 92. *de offi. ordin.* Sodomias, adulteria, homicidia, furta, & similia & præsertim propter non solutionem decimarum, & primitiarum, ut in terminis sterilitatum tradunt Carocius pluribus laudatis *tit. de remissione mercedis qu.* 8. *numero* 40. Pacionus *de locato c.* 46. *num.* 4. & 86. & in termis locustarum Leo *in thesaur. fori Eccles. part.* 4. *c.* 3. *num.* 7. Quiñones *de locustis c.* 3. *numero* 8. Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 63. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* de quibus omnibus Don Bonaventura de Tristany post hæc scripta visus *decis.* 70. *à numero* 4. *part.* 2.

23 Locustæ Tropologicè, seu misticè significant adulatores, & mendaces, culpam, & pœnam eorum, qui violant octavum præceptum, non dices falsum testimonium. Lingua enim mendax, & detractoria dente locustæ est nocentior, tùm aliis, tùm sibi, uti in gehena patebit. Unde Apocalypsi 9. *versi.* 7. mendaces hæretici comparantur locustis, ita ex Divo Augustino, & Prosp. Ruperto tradit Cornel. à Lapide *in comment. exodi c.* 10. *versi.* 4. *fol.* 409. Barzia & Zambrana *en el Despertador Christiano serm.* 67. *num.* 8.

Præmitto 7. quòd pro interitu, & occisione locustarum maxima cura adhiberi debet, ut dicunt Narbona *l.* 57. *glos. unica numero* 1. *tit.* 4. *libro* 2. *recop.* Balmaseda *de collectis quæstione* 53. *numero* 1. Pacionus *de locato capite* 46. *num.* 61. sicque varia apud varios sunt excogitata remedia, quibus imminenti malo locustarum consultissimè mederi valeat, ut videre est apud Aldrovandum *in ornithologia lib.* 10. *c.* 5. & *lib.* 12. *capite* 6. Quiñones *de locustis cap.* 3. *toto*, Ximenes Paton *in discursu de locusta*, §. 2. ad quos se referunt Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 2. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Fermosinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *num.* 5. *versi. Et apud de constitut.* alia enim sunt spiritualia, alia naturalia, Cirvelo *de supreștit. p.* 3. *c.* 10. *num.* 5. 24

Remedium spirituale contra locustas est, ut revertamur, & convertamur ad Deum, ut Deus revertatur, & convertatur ad nos. Dicit Dominus exercituum, Malachiæ *capit.* 3. *versi.* 7. & refertur *in can. revertimini* 65. 16. *quæst.* 1. tradunt Martha *de jurisdict. part.* 2. *c.* 43. *numero* 27. *versi. Et in confirmationem*, Carrascus *ad leg. recop. cap.* 6. §. 1. *numero* 8. & probatur Joel *c.* 2. *versi.* 12. *cum seq. can. convertimini* 34. *de pœniten. dist.* 1. David *Psalm.* 106. *à versi.* 13. Paralipomen. 3. *c.* 7. *à num.* 12. Concil. Trident. *sessi.* 6. *de justificat. c.* 5. latè Quiñones *de locustis c.* 3. *à num.* 1. *ad* 8. Don Bonaventura de Tristany *decis.* 70. *num.* 10. *part.* 2. 25

Revertimur, & convertimur ad Deum Dominum nostrum per pœnitentias, jejunia, fletus, planctus, preces, rogationes, orationes, eleemosynas, & alia, quibus ira Dei Domini nostri per ejus Sanctissimam misericordiam mitigatur, ut habetur Deuteronomii *cap.* 30. *in prin.* Regum 3. *c.* 8. *versi.* 33. Paralipomenon 2. *c.* 6. *versi.* 24. & *capit.* 7. Judith *c.* 4. *versi.* 8. & 9. Ezechielis *c.* 18. *versi.* 30. David. *Psalm.* 106. *versi.* 13. 19. & 28. Joelis *capite* 1. *versi.* 12. & quoad preces notat Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *numero* 5. *de bruchis*, & quoad orationes, vide successum traditum per Aldobrandum *de animal. infectis lib.* 4. *tit. ut fugantur littera B. fol.* 427. & quoad jejuniorum virtutes, Ripa *de peste titul. de remed. ad curan. post numero* 151. Fagundez *in* 4. *præcep. Eccles. lib.* 3. *capite* 10. *in fine*, & quoad lachrymas, & earum virtutes, Ripa *de peste tit. de remed. ad curand. pest. à numero septimo*, Cornelius à Lapide *in comment. ad Malachiam capite* 3. *versi.* 7. *fol.* 829. latè Don Joseph Barzia & Zambrana *en el Despertador Christiano sermone* 67. *num.* 15. & 16. Et quoad eleemosynas, ejusque fructus, & effectus Villalobos *in sum. moral. par.* 1. *tract.* 22. *dif.* 1. *numero* 1. & 2. Barbosa *in can. quiescamus numero septimo*, *dist.* 42. Leander *quæst. moral. part.* 6. *tract.* 5. *disput.* 1. *quæst.* 13. Amostazo *de causis piis tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. *à num.* 3. 26

Navarrus *cons.* 52. *num.* 13. *de senten. excom.* sic ait. Sancta, & bona conjuratio contra præfatos pisces (idem contra locustas) posset confici. Primò quidem consulendo, & jubendo, ut fiat aliquod jejunium unius, vel plurium dierum à populo, vel vicis, seu pagis ejus. Deindè consulendo, ut pœniteat eos verè peccatorum omnium suorum saltem mortalium, & confiteantur illa Sacerdotibus idoneis, & approbatis. Tertiò etiam consulendo, ut satagant precibus, & supplicationibus humilium augere suam fidem Catholicam, & spem Sanctam perveniendi ad gloriam æternam, & proximis necessariam. 27

Sed hujusmodi preces, rogationes, orationes, pœnitentiæ, jejunia, fletus, planctus, eleemosynæ, & similia fieri debent toto corde nostro, & tota anima nostra, ut habetur Judith *c.* 4. *versi.* 8. Deuteronomii *cap.* 30. *versi.* 2. & *versi.* 10. Paralipomenon 2. *c.* 6. *versi.* 30. Regum 3. *cap.* 8. *versi.* 47. Joelis *cap.* 2. *versi.* 12. & *versic.* 13. quod refertur *in can. scindite* 33. *can. convertimini* 34. *de pœnitent. dist.* 1. Barzia, & Zambrana *en el despertador Christiano Sermone* 67. *numero decimo quinto*, *versi. O Fieles cum seq.* Nam verè pœnitens non est, qui peccandi animum 28

non deponit, *c. quidam* 5. ubi Barbosa *numero* 1. 2. 3. & 4. *de pœniten.*

29 Et si convertimur, & revertimur ad Deum Dominum nostrum, toto corde nostro, & tota Anima nostra, ipse exaudiet nos de Cœlo, & propitius erit peccatis nostris, & sanabit terram nostram à locustis, lege extensè has, & quamplurimas alias benedictiones, Deuteronomii *capite* 30. *versi.* 1. *cum sequent.* Paralipomenon 2. *c.* 6. *à versi.* 28. & *capite* 7. *à versi.* 12. Ezechielis *capit.* 18. *versic.* 30. 31. & 32. Joel *capite* 2. *à versi.* 12. Et locusta non corrumpet fructus terræ nostræ, Malachiæ *c.* 3. *versi.* 11. facietque stare ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam projiciet in mare, nec remanebit una quidem in cunctis finibus terræ nostræ, prout fecit in Ægypto, Exodi *cap.* 10. *versi. ad* 20. Quiñones *de locustis c.* 3. *numero* 23. Et suggerit Deus remedium, illud est Seleucis avis, quæ turmatim advolans locustas devoret, referunt Cornel. à Lapide *in comment. in Genesim c.* 1. *versi.* 22. *littera C. fol.* 52. vide quæ dicit de his avibus Aldrovandus *de animal. infectis libro* 4. *tit. ut fugentur littera H. fol.* 426. Quiñones *de locustis c.* 3. *nu.* 11. & reddet nobis annos, quos comedit locusta, Joel *c.* 2. *versi.* 25. ubi Cornel. à Lapide *fol.* 231.

30 In his pœnitentiis, lacrymis, jejuniis, eleemosynis, orationibus, & similibus, toto corde, & tota anima nostra factis, perseverare debemus, *Judith. capite* 3. *versi.* 11. & 12. aliàs si ingravamus corda nostra, & induramus in peccatis, ultra locustas timere debemus, ne Deus augeat alias magnas plagas, ut fecit in Ægypto, Exodi *cap.* 10. Deuteronomii *capite* 28. Paralipomenon 2. *c.* 7. *versi.* 19. Psalm. 77.

31 Præter orationes, fletus, preces, pœnitentias, jejunia, elemosynas, & similia, Religiosè possumus uti contra locustas aqua benedicta, Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *num.* 5. *de bruchis*, ad tex. *in can. aquam* 20. *de consecra. dist.* 3. Torreblanca *de magia lib.* 2. *c.* 53. *num.* 35. & 36. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 2. *alleg.* 28. *nu.* 59. & 60. & *de jure Eccles. uti. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 64. & *in c. aqua* 9. *num.* 3. *de consecra. Eccles. vel altar.* ut usus fuit Sanctus Vincentius Ferrarius in Civitate Murciæ referunt Aldrovandus *de animal. insect. lib.* 4. *ut fugentur littera D. fol.* 427. Quiñones *de locustis*, *c.* 3. *num.* 60. Et usi fuerunt alii Sancti, ut habetur in Theatro vitæ humanæ *verbo Amuletum versi. Locustæ*, & *alia animalia noxia fugata*, *fol.* 400. Et apud Quiñones *de locustis c.* 3. *num.* 57.

32 Possumus etiam uti exorcismis contra locustas, Navarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *num.* 5. *de bruchis*, Aldrovand. *de animal. insect. lib.* 4. *titu. ut fugentur littera B. fol.* 426. Quiñones *de locustis c.* 3. *num.* 41. & *c.* 4. *fol.* 79. *pag.* 2. *post prin. versi. Y assi*, & contra dæmones, Torreblanca *de magia lib.* 2. *c.* 53. *à num.* 18. alios permultos addunt Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tract.* 14. *disp.* 4. *punct.* 3. *num.* 5. & *punct.* 4. *num.* 2. Leander *quæst. moral. tom.* 6. *tract.* 9. *disp.* 5. *quæst.* 24. 25. & 26. Exorcismos referunt Leo *in thesau. fori Eccles. par.* 4. *c.* 3. Quiñones *de locustis c.* 4. *à fol.* 81. *ad fol.* 84. videndus Navarrus *cons.* 51. *n.* 11. ubi *n.* 14. Refert, quid faciet Sacerdos vestitus Sacris adjurator, seu conjurator animalium irrationalium, & *n.* 15. addit, quòd si primæ conjurationi animalia irrationalia non paruerint, repetatur, donec paruerint cum firma fide, quòd oratio est magnæ virtutis, magnarumque virium, *de senten. excom.* Exorcismi enim Ecclesiastici habent virtutem expellendi dæmones ex opere operato. Sed non infallibilem. Et quare non, videantur Cast. Palaus *in oper. mor. par.* 3. *tract.* 14. *disp.* 4. *punct.* 4. *nu.* 19. Sanchez *in decal. lib.* 2. *c.* 42. *nu.* 16. & 17. Machado *in su. perfe. confes. lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 2. *docu.* 4. *nu.* 6. Leander *quæstione mor. par.* 6. *tract.* 9. *disp.* 5. *qu.* 56. 57. & 58. Thomas del Bene *de juramen. c.* 6. *dub.* 6. *num.* 9.

33 At in his exorcismis non debet fieri mentio excommunicationis, & anathematizationis, quarum nec ipsa animalia, nec dæmones capaces sunt, Navarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *numero* 5. *in fine de bruchis*. Nam

34 licèt † aliquî voluerint posse locustas, & alia animalia irrationalia excommunicari, & anathematizari, ut latè tradit Cassaneus *cons.* 1. *parte* 5. notat Aldrovand. *de animal. infectis lib.* 4. *tit. ut fugentur littera B. versi. Sed nullum fol.* 427. Mendo *de jure Academico lib.* 1. *numero* 119. Certissimum tamen est, quòd locustæ, & alia animalia irrationalia, quæ semina depascuntur, non possunt excommunicari, & anathematizari, ex quo non sunt capaces censuræ, & consuetudo vigens in aliquibus locis ferendi excommunicationes contra prædicta animalia est actio omnino superstitiosa, sic Navarrus latissimè probat *cons.* 52. *de senten. excom.* Avila *de censur. part.* 2. *capite* 4. *disp. unica numero tertio*, Villalobos *in sum. mor. part.* 1. *tract.* 16. *disp.* 14. *numero* 1. Castrus Palaus *in oper. moral. part.* 6. *tract.* 29. *disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 1. *versi. Primo*, Soto, Henriquez, Suarez, Filucius, Alterius, Restellius, Hurtado, Reginaldus, Ægidius, Bonacina, Bassa. Et Cornejo, quos refert, & sequitur Leander *quæst. mor. tom.* 4. *tract.* 1. *disp.* 3. *quæstione* 1. quibus addendi sunt Cenedo *pract. quæst.* 19. *tota*, Leo *in Thesauro fori Eccles. part.* 4. *c.* 3. *toto*, Ugolin. *de censur. tabul.* 1. *capite* 17. *à num.* 2. Spinus *in specul. testament. glos. rubr.* 11. *num.* 55. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 99. *numero* 8. *versi. Non est*, Parlador. *rer. quotid. in sesquicent. differ.* 106. *numero* 8. Sanchez *in decal. lib.* 2. *c.* 42. *num.* 37. Riccius *in prax. var. resol.* 408. *tota*, Graffius *in suis decis. aureis cas. conscien. lib.* 4. *c.* 6. *toto*. Cirvelo *de superst. par.* 3. *c.* 10. *n.* 2. 3. & 4. Pascal. *de pat. potest. par.* 4. *c.* 6. *num.* 95. *versi. Et licet*, Torreblanca *de jure spirit. lib.* 9. *c.* 13. Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *num.* 1. 2. 3. & 4. Quiñones *de locustis c.* 3. *à num.* 24. Thom. del Bene *de juramento c.* 6. *dub.* 7. *à num.* 2. Fraso *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *c.* 82. *num.* 42. Remissivè Balmaseda *de collect. quæst.* 53. *num.* 16. Qui inter alia † moventur 35 hac ratione. Quia nemo potest excommunicati, nisi sit homo baptizatus, mortalis, & excommunicanti subjectus, Silvester, Armilla, Navarrus, & Soto, quos citat Spinus *in specu. testament. glos. rub.* 11. *num.* 53. Suarez, Coninch, & Layman. Quos refert, & sequitur Castr. Palaus *in opere mor. part.* 6. *tract.* 29. *disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 1. *in prin.* idem Navarrus *cons.* 52. *num.* 3. *de senten. excom.* Villalobos *in sum. morali part.* 1. *tract.* 16. *dif.* 14. *in prin.* Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *numero* 2. *de bruchis*, Leander *quæst. moral. tom.* 4. *tract.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 40. *versi. Sed tamquam*, & alii citati *num.* 34.

Unde mortui excommunicari non possunt, Covar- 36 ruvias, Navarrus, Ugolinus, Suarez, Vasquez, Azor, Sayrus, Bonacina, Alterius, quos refert, & sequitur reprobatis contrariis Barbosa *in c. à nobis* 28. *num.* 4. *de senten. excom.* Avila, & Layman, quos addit Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 6. *tract.* 29. *disp.* 1. *punct.* 6. *versi. Tertio*, & *versi. Neque* Villalobos *in sum. mor. par.* 1. *tract.* 15. *dif.* 10. *nu.* 1. & 2. Joan. de Castro, Sotus, Silvester, Cajetanus, Divus Antoninus, Henriquez, Armil. Perez, Turrecremata, Ægid. Reginaldus, Hurtadus, Loysius, Cornejo, Candidus, Basseus, Machado, Valentia, Ledesma, & alii quos laudat Leander *quæst. mor. par.* 4. *tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 4. & *antea notavit quæst.* 2. *in fine*, Novarius *in pragmat.* 1. *collect.* 1. *ante num.* 3. *de bruchis*.

Nec dæmones, Alterius, Suarez, Bonacina, Palaus, Navarrus, & Filiucius, quos sequitur Leander *quæst. mor. par.* 4. *tract.* 1. *disput.* 3. *quæst.* 3. Villalobos *in sum. mor. par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 14. *nu.* 1. Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *ante nu.* 3. *de bruchis*.

Nec pagani, Judæi, aut cathecumeni, Divus Thomas, Navarrus, Henriquez, Suarez, Filiucius, Bonacina, Alterius, Hurtadus, & Palaus, quos citat Leander *quæst. mor. tom.* 4. *tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 7. & 8. Novarius *in pract. collect.* 1. *ante num.* 3. *de bruchis*. Secus dicendum est de Hæreticis, & Apostatis, qui excommunicari possunt, quia per character quod in baptismo susceperunt, semper jurisdictioni Ecclesiæ remanent subjecti, Alterius, Filiucius, & Palaus, quos citat Leander *quæst. mor. par.* 4. *tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 9.

Ex dictis dicendum est contra Cassaneum *cons.* 1. *par.* 38 2. & 3. & citatos *numero trigesimo quarto*, *in prin.* Esse omnino illicitum, superstitiosum, vanum, & ridiculum, locustas, & alia animalia irrationalia ad

Judi-

Judicium simul cum plebe cui nocent vocare : ac constituto ex utraque parte Advocato, & Procuratore, accusare, & auditis rationibus ex utraque parte, tamdem excommunicare, & anatemathizare, & ab illis locis exterminare, ac abigere. Nec refert, quòd dicta animalia sæpè sententiæ obediant, ac nocere desinant. Quia id non evenit ex virtute sententiæ latæ, sed ex potestate dœmonum, qui auferunt dicta animalia nocentia, ut sic vana hæc, & superstitiosa hominibus persuadeant, ita Navarrus *cons.* 52. de senten. excom. Sotus, Delrius, Suarez, Henriquez, Rodriguez, Sanchez, Valentia, Trullench, Raphael de la Torre, Bonacina, Filucius, & Torreblanca, quos referunt, & sequuntur Castrus Palaus *in oper. mor. part.* 3. *tract.* 14. *disp.* 4. *punct.* 3. *numero sexto*, Leander *quæst. moral. tom.* 6. *tract.* 6. *disput.* 5. *quæstione vigesima septima*, addo Cenedo *pract. quæstione* 19. *numero* 10. Novarius *in prag.* 1. *collect.* 1. *numero quarto*, *versi.* & *ex aliis de bruchis*, Parlador. *rer. quotid. in sesquicent. disser.* 106. *numero* 8. Cirvelo *de superstit. parte* 3. *capite decimo*, *numero* 3. & 4. Quiñones *de locustis capite* 3. *à numero vigesimo quarto*, & *videndus à numero trigesimo secundo*, Thom. del Bene *de juramen. cap.* 6. *dub.* 7. *à num.* 2.

39 Dicendum etiam est, quòd quæstio proposita per Cassaneum *cons.* 1. *par.* 4. quis sit Judex competens animalium irrationalium, Ecclesiasticus, aut laicus. Poterat illam, & alia omittere, considerando vanum esse in jus vocare, seu citare, excommunicare, & anatemathizare animalia irrationalia propter proprium actum, ita Navarrus *cons.* 52. *nu.* 2. *de senten. excom.*

40 An autem locustæ, & alia animalia irrationalia possint adjurari, ut recedant, & obediant, non obsecratione, & imperio morali, sed physico, & efficaci virtute supernaturali? Resp. Quòd sic Suarez *de relig. tom.* 2. *libro quarto*, *capite* 2. *numero decimo quarto*, debet tamen adjurans hoc in casu cognoscere, sed ad hos operandos effectus præditum esse supernaturali virtute, Castrus Palaus *in oper. mor. part.* 3. *tract.* 14. *disput.* 4. *punct.* 3. *num.* 7. Leander *quæst. mor. tom.* 6. *tract.* 9. *disp.* 5. *quæst.* 28.

41 Bona, & Sancta est contra locustas benedictio terminorum processionaliter cum Evangeliis, Psalmis, & orationibus Sanctæ Matris Ecclesiæ cum Cruce, & aqua benedicta, videatur Cirvelo *de superstit. part.* 3. *cap.* 10. *numero* 5. 6. 7. & 8. Et de Sancta Cruce, & ejus mirabilibus effectibus, Cenedo *collect.* 22. *ad sextum num.* 3. Torreblanca *de magia lib.* 2. *cap.* 53. *à numero* 37.

42 Bonum etiam, & utile est contra locustas eligere aliquem Sanctum, ut Advocatum, & intercessorem apud Deum Dominum nostrum, qui per suam Divinam Misericordiam à plaga locustarum nos liberet, pro ut electi fuerunt Moyses, & Aaron, *Exodi cap.* 10. *vers.* 16. *cum sequent.* Civitas Barcinonæ die 25. Septembris anno 1687. imploravit auxilium Beatissimæ Virginis Mariæ de Mercede, festumque solemnissimum ei fecit. Et Civitates Toleti, Corduvæ, & aliæ Civitates, & Villæ Regnorum Castellæ, & Aragoniæ confugerunt ad Sanctum Augustinum, per cujus intercessionem à Deo ab hac calamitate, & plaga locustarum liberatæ fuerunt, Thom. de Herrera *in alphabet. numero secundo*, *fol.* 97. Lodovic. de los Angeles *de laudib. Augustini fol.* 233. & 234. Ribera *in vita Sancti Augustini libro quinto cap.* 51. 52. 53. & 54. *vers. Por los annos*. Et in Episcopatibus Pampilonen. Calaguritanen. Tirasonen. & aliis est specialis devotio pro fugandis, & extirpandis locustis ad Sanctum Gregorium Episcopum Hostiæ, videantur Cirvelo *de superstit. part.* 3. *capite* 10. *numero* 5. 6. 7. & 8. Quiñones *de locustis capite* 3. *numero sexagesimo primo*, Tamavo *in Martyrol. Hispan. tom.* 3. *sub die* 9. *Maii fol. mihi* 124. *cum sequent.* Et habetur in vita Sancti Dominici de la Calsada, cujus festum fit die 12. mensis Maii, de quibus omnibus videatur Don Bonaventura de Tristany *decis.* 70. *num.* 7. 8. & 9. *par.* 1. Sed adverte, quòd intercessio Sanctorum, ut prosit, debet esse sociata cum pœnitentiis, ut latè probat Don Joseph Barcia, & Zambrana *en el Despertador Christiano sermone* 67. *à numero* 17. *usque ad finem*.

Debet etiam esse sociata intercessio Sanctorum cum 43
solutione decimarum, & primitiarum. Nam remedium contra locustas unum est importantissimum, puta solvere decimas, & primitias, quoniam ut habetur Malachiæ *capite* 3. *vers.* 11. Deus promisit increpare devorantem pro homine, si solverit decimas, & primitias, & tradunt Marta *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 43. *numero vigesimo septimo*, *vers. Et in confirmationem*, Carascus *ad leg. recop. cap.* 6. §. 1. *num.* 8. devorantem exposuit Divus Hieronymus locustam videlicet, ut refertur *in can. revertimini* 65. 16. *quæst.* 1. Cassaneus *cons.* 1. *par.* 1. *num.* 2. & *par.* 5. *num.* 99. *in fine*, Cornel. à Lapide *in commentar. ad Malachiam c.* 3. *vers.* 11. *fol.* 831. Quiñones *de locustis c.* 3. *num.* 8.

Et si vis scire, quibus bonis remunerentur decimas 44
diligenter solventes? Resp. Quòd permultis. Nam 45
primò, qui decimas integras diligenter tribuit, remunerabitur a Deo abundantia fructuum. Secundò, qui diligenter decimas solvit, consequitur sanitatem corporis, & animæ. Tertiò, qui decimas solvit, consequitur indulgentiam peccatorum, & Cœlestia Regna. Quartò qui decimas dat, erit benedictus à Domino. Benedictio igitur hujusmodi consistit in abundantia fructuum sanitate corporis, vita tranquilla, & longa, generatione prospera, & longæva, ac demum in Paradisi Gloria, quibus bonis omnibus fruitur, qui decimas promptè solvit, sic optimè Rebuffes, And. Hispan. Turrecrema. Graffius, Guido Papa *decis.* 266. Afflict. Riccius *collect.* 2392. *in fine*, *vers.* & *pro complemento*, quos citat, & sequitur Leander *quæst. mor. tom.* 3. *tract.* 6. *disput.* 9. *quæst.* 17. *glos. in cap.* 1. *vers. additio hæc tria de decimis in* 6.

Unde infero, quòd conductori, fieri non potest re- 46
missio mercedis propter sterilitatem, si decimas non solverit, Geminian. *in capite* 1. *de decimis in* 6. Hostien. *in cap. propter sterilitatem numero quinto*, ubi Barbatia *numero* 2. *ad finem de locate*, Ripa *de peste tit. de privileg. contract. num.* 35. Guido Papa *decis.* 266. *num.* 3. Rebuff. *de decimis quæst. fin. num.* 22. Carocius *de locato tit. de remis. merced. quæst.* 8. *num.* 40. Ayllon Laynez ad Gomez *var. tom.* 2. *capite* 3. *num.* 20. *vers. Unum tamen*, Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 63. & 64. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* quidquid dicat Valasc. *de jure emphit. quæst.* 27. *num.* 4. contra quem est verior opinio, ut per Pacionum *de locato cap.* 46. *numero* 84. sequitur Bossi. *tit. de remis. mercedis num.* 87. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *tit.* 1. *cap.* 21. *numero* 18. & *in polit. lib.* 2. *c.* 22. *vers. Porque fol.* 192.

Circa remedia naturalia, licèt vix locustarum mul- 47
titudinem extinguere possimus, Narbona *l.* 57. *glos. unica sub num.* 1. *tit.* 4. *lib.* 4. *lib.* 2. *recop.* Et vires humanæ deficiant ad illas debellandas, Quiñones *de locustis c.* 4. *fol.* 79. *pag.* 2. *in prin.* & nullum humanum ingenium sæpè prodesse, Aldrovandus *de animal. infectis lib.* 4. *tit. ne fugentur littera B. fol.* 427. Nam cum genus punitionis locustarum missum sit à Deo, quid resilire volumus? Durum est enim contra stimulum calcitrare, in proposito dicit Cassaneus *cons.* 1. *par.* 5. *sub num.* 58. Tamen ut auctor est Plinius *lib.* 11. *natur. Historiæ capite* 9. Lex erat in Cirynaica Regione ter in anno debellandi locustas. Primò ova obterendo. Deinde fœtum, Postremo adultas, desertoris pœna in eum qui cessaverit, & tradunt Narbona *l.* 5. *glos. unica numero secundo tit.* 4. *libro secundo recop.* Aldrovandus *de animal. infectis lib.* 4. *tit. ut fugentur littera A. fol.* 427. Theatrum vitæ humanæ *verbo Paupertas littera A. fol.* 130. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *numero quinto de constitut.* Pacionus *de locato cap.* 46. *numero* 61. *in fine*, Quiñones *de locustis cap.* 3. *numero* 21. Don Bonaventura de Tristany *decis.* 76. *numero* 12. *part.* 2.

Circa primum tempus debellandi locustas ova ob- 48
terendo. Remedium est, quòd si locustarum plaga in populo, vel populis, aut Provincia immineat, habitatores singulis in locis quotidiè congregati debeant

debeant obterere ova condensa, arando superficiem terræ semel, & iterum, si aratri capax est, sin minus fodienda est terræ superficies, & tunc Sol, & inclementiæ temporum illas consumunt, & volucres ipsas comedunt, sic Quiñones *de locustis cap.* 3. *numero* 19. *&* *cap.* 4. *fol.* 76. *pag.* 2. *in prin. versi.* *Yo hize lo mismo*. Hæcque diligentia facienda est statim atque locustæ pariunt, & toto tempore hyemis usque ad mensem Martii, nam ut dicit Plinius *lib.* 11. *naturalis historiæ capit.* 29. locustæ pariunt in terra dimissa spinæ caulæ ova condensa aut omni tempore, & ea durant hyeme sub terra, & refert Cassaneus *cons.* 1. *part.* 1. *sub numero* 1. Quiñones *de locustis cap.* 1. *num.* 17. *&* 18. aliqua Pacionus *de locato cap.* 46. *sub num.* 62.

49 Magnum etiam, & importantissimum est remedium mittere sues, seu porcos ad partes, & loca quibus sunt ova condensa locustarum, qui ea comedunt, & reddunt pingues, ut vidimus in Cathalonia in fine anni 1687. & in principio anni 1688. factumque fuit in Polonia refert. Laurent. Surius *in commentar. brevi rer. in orbe gestarum anno* 1542. & ex eo Quiñones *de locustis cap.* 1. *num.* 16. *&* *cap.* 3. *num.* 22.

50 Respectu verò secundi temporis fœtum locustarum debellandi, remedium est, quod natis locustis tempore veris, Quiñones *de locustis capite* 1. *numero decimo octavo*, nempe mense Martii, & usque quo volant, Solent enim volatum arripere primis diebus mensis Junii, debent vicini, incolæ, seu habitatores locustas devastare Syndonibus vulgo buitrones, amplis superius, & angustis inferius, Quiñones *de locustis capite* 3. *numero* 20. *&* *capite* 4. *fol.* 77. *versi.* *Pero el unico*. Et postea eas sepelire locis profundè factis, & supra illas Calx viva est effundenda, & supra calcem imponere quinque, aut sex palmos terræ, eamque comprimere, & astringere, & supra applicare acervum seu cumulum terræ, ne exalentur vapores corrupti, Barzia, & Zambrana *en el Despertador Christiano sermone* 67. *num.* 15. *versi.* *Salir el Pueblo*, *&* *num.* 22. *versi.* *Como se destruie*, & refert sic factum Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *num.* 4. *in fine de constitut.* Don Bonaventura de Tristany *decis.* 70. *sub numero* 12. *part.* 2.

51 Solet autem aliquæ Provinciæ pro capiendis locustis præmium aliquod pro quarteria seu modio assignare, & dare, ut tradunt Quiñones *de locustis cap.* 3. *numero vigesimo primo*, Narbona *l.* 9. *glos.* 7. *numero* 8. *&* 9. *tit.* 10. *lib.* 6. *recop.* alter Narbona *de ætate anno* 3. *quæst.* 2. Medices *de venatione par.* 1. *quæst.* 14. Azevedo *l.* 3. *numero* 1. *&* 2. *tit.* 8. *lib.* 7. *recop.* Balmaseda *de collect. quæst.* 53. *num.* 14.

52 Quoad tertium tempus debellandi locustas adultas scilicet quando ipsæ volant, remedium est, ut habitatores eas occidant cum ramis, vel capiant cum sindonibus, vulgo buitrones, aut fossis factis eas impellant, ut in illas cadant, & postea sepeliant, modo jam dicto *numero* 50. hæcque diligentia fieri debet vesperè parum ante occasum, & mane ante ortum Solis, Quiñones *de locustis capite* 1. *numero* 38. *&* 39. *&* *cap.* 3. *numero vigesimo*, Don Bonaventura de Tristany *decis.* 70. *sub numero* 12. *parte secunda*.

53 Si locustæ se projiciunt in Mare, aut in flumina, seu lacunas vel alias aquas, habitatores debent eas colligere, & sepelire pro ut supra dictum est *num. quinquagesimo*, fitque hujusmodi sepelitio in omnibus supradictis casibus, ne aer corrumpatur, & sic pestem effugamus, quæ ex locustarum pessimo fœtore grassari valet, Aldrovandus *de animal. infect. tit. ut fugentur littera fol.* 427. Theatrum vitæ humanæ *verbo mors sub littera G. fol.* 731. Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *sub num.* 4. *de constitut.* Quiñones *de locustis c.* 3. *à num.* 21. *&* *c.* 4. *fol.* 75. *pag.* 1. *versi.* *Muy buen assunto*, *&* *pag.* 2. *&* *fol.* 76. *in prin.*

54 Ridiculum autem existimo, nisi aliud Medicis videatur, illud, quod dicit Plinius *lib.* 19. *natura. histor. cap.* 10. Quòd omnia animalia fructibus terræ officientia, accessu mulieris menstrualis, flavescunt, & refert Cassaneus *cons.* 1. *par.* 1. *sub num.* 3. ubi addit ex his apparere bonum ex muliere menstrua resultare. Vana pariter, & superflua existimo remedia sulphuris ad fugandas locustas, & quòd capiantur plures locustæ, & comburantur, ut aliæ ex teterrimo odore fugiant, de quibus, & aliis remediis Quiñones *de locustis c.* 3. *à num.* 12. *ad* 17. Don Bonaventura de Tristany *decis.* 70. *sub num.* 12. *par.* 2.

Cum prædictis diligentiis colligendi, & devastandi 55
locustas *de quibus à num.* 47. *ad* 13. In Apulia, & in aliquibus Italiæ regionibus anno 1542. res benè se habuit, ut refert Menochius *de recuperan. posse. remed.* 10. *num.* 39. & factum sic fuit in Regno Castellæ anno 1619. super quo Quiñones fecit tractatum *de locustis*, & territorio Vallisoletano, ac Provincia veteris Castellæ annis 1648. 1649. *&* 1650. testatur Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *numero* 4. *&* 5. *versi.* *&* *juxta de constitut.*

Ad faciendas diligentias *traditas à nu.* 47. *ad* 53. pro 56
devastandis, & debellandis locustis, mittendæ sunt personæ magnæ authoritatis, & confidentiæ, qui ingenti agmine hominum ad devastandas, & colligendas locustas coacto, ac si adversùs hostes dimicandum foret, aliquod tempus consumant, ut fecit Populus Romanus, refert casum Livius *lib.* 2. *decade.* 5. Et ex eo Menochius *de recup. posse. remed.* 10. *nu.* 38. *&* 39. Narbona *l.* 57. *glos. unica nu.* 9. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Quiñones *de locustis c.* 2. *num.* 20. Pacionus *de locato c.* 46. *sub nu.* 61. Et tradit Marques in forma exercitus exire ad devastandas locustas *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *c.* 2. & refert Balmaseda *de collectis quæst.* 53. *num.* 2. Quid servetur in Regno Castellæ *infra nu.* 60. *&* 61.

Præmitto 8. Quòd locustarum genus est animalium 57
errans, varium, & inconstans, huc, vel illuc facile volans, nec in uno loco semper incidens, quia ventus urens passim levat locustas, & ad longinqua prædia conducit, juxta illud Exodi *c.* 10. *versi.* 13. ibi: *Ventus urens levavit locustas, quæ ascenderunt super universam terram Ægypti, & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles*, sic Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 6. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Fermosin. *in c.* 11. *à n.* 2. *de constit.* Novar. *in pag.* 1. *collect.* 1. *de bruchis*, Menoch. *de recup. posse. remed.* 10. *à n.* 37. Cenedo *pract. quæst.* 19. Quibus addo, quòd anno 1683. copia locustarum advolavit à Regno Aragonum ad Principatum Cathaloniæ in partibus Civitatis Illerdæ, & anno 1686. extensas fuisse locustas ad totum camplanum Urgelli, & anno 1687. dum hæc scribo de mense Julii ferè ad totum Principatum Cathaloniæ tantas advolasse ut solem obscurarent, ut densissimæ nubes, omnia comedentes, & devastantes quantos fructus, & herbas invenerunt, Don Bonaventura de Tristany *decis.* 70. *num.* 1. *par.* 2.

Quapropter locustæ Regem non habent, & egre- 58
diuntur universæ per turmas suas, ut habetur Proverbiorum *c.* 30. *versi.* 27. Quiñones *de locustis c.* 1. *nu.* 34. Don Joseph Barzia, & Zambrana *en el Despertador Christiano sermone* 67. *n.* 6. *&* *sub n.* 7. & quòd locustæ Regem non habeant, & non habentes superiorem, & obedientiam, æquiparentur locustis, *glos. in can. qui verè* 12. *verbo* 16. *qu.* 1. Tusch. *pract. concluf. littera L. concluf.* 439. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 46. *nu.* 4. Ansaldus *de jurisdic. par.* 2. *tit.* 11. *c.* 11. *num.* 3. Quiñones *de locustis c.* 2. *nu.* 5.

Præmitto 9. quòd si locustarum plaga in populo, seu 59
Provincia aliqua immineat, tota illa exterminatio, extinctio; collectio, & exorcizatio expensis publicis facienda est, vulgo de los proprios de los lugares. Eo quia locustæ hinc inde errando volant, & transeunt de uno loco in alium, & cum parent nocumentum omnibus prædiis, & messibus, debent expensis publicis exterminari, *argu. l. vectigalia* 10. *l. fin. C. de vectigal.* & expressè decidit *l.* 57. *tit.* 4. *libr.* 2. *recop.* & docent Villadiego *in polit. c.* 3. *in declaratione* §. 30. *&* 32. *numero* 76. Bobad. *in polit. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 41.

Quiño-

Quiñones *de locustis c. 4. à num. 3. versi. Presupuesto, signanter nu. 7.* Narbona *l. 57. glos. unica nu. 4. & nu. 6. versi. Quo circa, & nu. 2. tit. 4. lib. 2. recop.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. nu. 6. & 7. de constit.* Balmaseda *de collect. quæst. 53. num. 18.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 70. num. 13. par. 1.* remissivè Amaja *observ. jur. lib. 3. c. 4. nu. 8. in fine.*

60 Qua de causa in Regno Castellæ *per l. 57. tit. 4. lib. 2. recop.* indistinctè decernuntur litteræ Regiæ vulgo provisiones à Judicibus Regiis dandæ, ut Judices ordinarii quilibet in suo districtu, & jurisdictione locustas occidant, & persequantur expensis conciliorum, sive Communitatum, ut tradunt Quiñones *de locustis c. 4. n. 8.* Bobadilla *in polit. tom. 2. lib. 5. c. 4. nu. 31.* Narbona *l. 57. glos. unica num. 5. in fine tit. 4. lib. 3. recop.* Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ q. 11. numero 10. de constitut.*

61 Unde sequitur, quòd particulares Domini prædiorum, seu agrorum, ubi locustæ nascuntur, aut grassantur, in nullo eventu debent, nec possunt compelli ad contribuendum in extinctione, & occisione locustarum, Quiñones *de locustis c. 4. num. 9.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ q. 11. num. 50. in fine de constitut.* Narbona *l. 57. glos. unica num. 4. 5. & 6. tit. 4.*

62 *lib. 2. de recop.* Nisi communitas vel Concilium sit inops, ac nulla bona habeat, vel patrimonium ejus sit exiguum, vel adeò debitis onustum, ut locustas propriis expensis colligere, & occidere nequeat, quibus particulares in subsidium ad contributionem pro occidendis, & colligendis locustis compellendi sunt, Quiñones *de locustis c. 4. num. 9.* Narbona *l. 57. glos. unica num. 7. & 22. & comprobat num. 10. 11. & tit. 4. lib. 2. recop.* Balmaseda *de collectis quæst. 3. nu. 18.* & in his terminis sunt intelligendi Avendaño *lib. 2. prætor, c. 10. nu. 26.* Mexia *in prag. taxæ panis conclus. 5. à num. 44.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 70. num. 13. versi. Admittant, & num. 14. par. 2.* aliàs eorum distinctio respuenda, & rejicienda est, pro ut eam respuunt, & rejiciunt, Quiñones *in locustis c. 4. num. 5.* Bovad. *in polit. tom. 2. lib. 5. c. 4. nu. 41.* Narbona *l. 57. glos. unica num. 5. tit. 4. lib. 2. recopil.* Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. num. 8. & 9. de constitut.* pro ut illos sic intelligit, & declarat Balmaseda *de collectis quæst. 53. num. 6. juncto num. 18.*

63 Adverte, quòd hæc collecta pro occisione, & extinctione locustarum in defectum bonorum Conciliorum, seu communitatum imponenda particularibus, non debet esse personalis, aut mixta, sed realis, & secundùm bonorum æstimationem oneranda est, ut tradit Balmas. *de collectis q. 53. nu. 15.* & docent Quinoñes *de locustis c. 4. nu. 9. in fine*, Bobad. *in polit. tom. 2. lib. 5. c. 4. nu. 41. versi. Verdad es*, Narbona *l. 57. glos. unica nu. 14. tit. 4. lib. 2. recop.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ q. 11. num. 23. de constitut.* Daniel de Nobilibus *disp. 50. num. 27.* Sed in hac collecta Dominus Rex contribuere non tenetur. Benè verò tenentur contribuere Barones & Domini Vassallorum, non secundùm bonorum suorum æstimationem, quia hoc esset nimis eos gravare, solvere tamen tenentur sicuti duo vicini magis divites populi, sic Bovad. *in polit. lib. 2. c. 16. num. 173. 174. & 175.*

64 Collecta autem, vel contributio pro extinctione, & occisione locustarum imposita particularibus ob defectum bonorum Conciliorum, seu Communitatum, exigenda est ab usufructuario, & non à proprietario fundi Domino, *argu. l. hactenus, aliàs usufructu 7. §. quoniam, versi. Hactenus, ff. de usufructu, l. si pendentes 27. §. si quid eloacarii, l. quæro 28. ff. de usufructu legato, l. neque stipendium 13. de impen. in rem. dotal. factis, l. neque, Cod. de actionib. empti.* & ad tradita per Pinel. *in l. 1. par. 2. num. 72. Cod. de bon. mater.* Valasc. *de jure emphit. quæst. 17. num. 1. & consult. 116. nu. 2.* Cardoso *in praxi judic. verbo fructus nu. 20.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. c. 27. nu. 8.* ubi Addent. *nu. 8.* Spin. *in Specu. testa. glos. 13. prin. nu. 81. versi. Illud tamen*, Morla *in empor. jur. par. 1. tit. 12. quæst. 2. nu. 10.* Garcia *de expen. c. 11. à num. 45.* Cavalcan. *de usufruct. muli. relicto num. 60. versi. Hic est*, Molina *de just. & jure tract. 2. disp. 7. versi. Usufructuarius*, Crassus *recop. sentent. §. legatum quæst. 37. nota*, Carocius *de locato tit. de usufructu quæst. 16. per totam*, Castillo *de usufructu c. 56. nu. 14. & tom. 8. de alimentis c. 45. nu. 9.* Augustt. Barbosa *in l. eum ad quem 7. n. 9. Cod. de usufructu*, Osascus *decis. 83. n. 4.* Cyriacus *controv. 125. à nu. 11. tom. 1.* Amaya *in l. 2. à nu. 48. Cod. de annon. & trib. lib. 10.* Solis *de censib. tom. 2. lib. 3. c. ult. n. 4.* Costa *de portione, & rata quæs. 157. nu. 1.* Flores de Mena *variar. lib. 2. quæst. 21. nu. 62.* Gratian. *discep. foren. c. 294. nu. 37.* Suelves *cons. 25. num. 14. lib. 1.* Cencius *de censib. quæst. 89.* Borell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 15. nu. 89.* Noguerol. *allegat. 2. nu. 108.* Balmaseda *de collectis q. 87. tota, & quæst. 116. nu. 4.* Ybañez de Faria ad Covar. *var. lib. 2. c. 2. n. 28.* & in terminis Narbona *l. 57. glos. unica n. 31. 33. & 34. tit. 4. lib. 2. recop.* Quiñones *de locustis c. 4. num. 45. & 46.* Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. nu. 22. de constitut.* Nisi in so- 65
lutionem † hujusmodi collectæ ususfructus redderetur inutilis, ad Garciam *de expen. c. 11. nu. 61.* Carocium *de locato tit. de usufructu quæst. 16. num. 34.* Castillo *de usufructu c. 56. nu. 18.* Solis *de censib. tom. 2. lib. 3. c. ult. nu. 4. vers. Quæ resolutio*, Crassus §. *legatum nu. 2.* Addentes ad Molin. *de primog. Hispan. lib. 1. c. 27. num. 8. vers. Idem*, ibi: *Quod in usufructuario.*

An autem hujusmodi collecta, seu contributio pro 66
interitu, seu extinctione locustarum sit exigenda, solvique debeat à colono, seu Domino fundi; seu generaliter. An Colonus partiarius, aut ille, qui pensionem pro fundo pecunia numerata solvit teneatur solvere collectas sicut usufructuarius? videndi sunt, Narbona *l. 57. glos. unica à nu. 35. ad 65. tit. 4. lib. 2. recop.* Amaya *in l. unica num. 35. 54. 55. 56. & 57. Cod. de annon. & tribut. lib. 10.* Osas. *decis. 38.* Addent. ad Molinam *de Hispan. primog. lib. 1. c. 27. num. 8. versi. Idem* Olea *de ces. jud. tit. 4. post. quæst. 9. in miscellan. n. 35.* Morla *in emp. jur. par. 1. tit. 10. de locato nu. 37.* Cancer. *par. 1. variar. c. 14. nu. 92.* Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. c. 22. à nu. 24.* Ayllon. Laynez ad Gomez *tom. 2. var. c. 3. sub nu. 19. ante finem prin. & n. 21. vers. Apud nos*, Villalobos *in sum. mor. par. 2. tract. 35. dif. 8. n. 2.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæs. 11. n. 22. de constitut.* Balmaseda *de collect. q. 53. nu. 19.*

Et an conductores decimarum beneficiorum, seu po- 67
tius beneficiarii ipsi, vel utrique simul pro occisione, & extinctione locustarum teneantur? Et quid si conductores in instrumento conductionis super se damni cujuslibet supervenientis in fructibus assumant? videndi sunt Narbona *l. 57. glos. unica à num. 66. tit. 4. lib. 2. recop.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. nu. 20. & 21. de constitut.*

Præmittò 10. & ultimò, quòd collectæ pro extin- 68
ctione, & occisione locustarum non solùm sunt imponendæ in locis ubi locustæ resident; sed etiam in aliis circumvicinis, ubi nullæ locustæ sunt, sed ibi facilè convolare possunt, quia etiam res eorum agitur, si non considerato præsenti statu, perpenso tamen damno futuro, quod sine dubio patientur, si remedio salubri ante tempus non occurratur, Quiñones *de locustis c. 4. num. 10.* Narbona *l. 57. glos. unica num. 10. tit. 4. lib. 2. recop.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. num. 11. in fine de constitut.*

Sicut si ædes vicinorum incendantur, & causa repa- 69
randi, & extinguendi incendii, demoliantur ædes intermediæ, ne ignis ulterius progredi valeat, tunc damnum, quod passus est Dominus ædium devastatarum contributione vicinorum resarciendum est, plures laudat Medicis *de casib. fortuit. par. 2. quæst. 7. n. 23.* Gail. *lib. 1. obser. 22. nu. 4.* Farinac. *in praxi par. 3. quæst. 110. nu. 151.* quos, & alios citant Quiñones *de locustris c. 4. n. 11.* Narbona *l. 57. glos. unica n. 11. tit. 4. lib. 2. recop.* Bolañoz *in Curia Philip. tom. 2. lib. 3. c. 3. num. 2. & 3.* quod exemplum aptissimum est ad propositum, cum vix possit discrimen constitui inter ignis, & locustarum nocumentum, ut dicunt Narbona *l. 57. glos. unica nu. 12. tit. 4. lib. 2. recop.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. nu. 12. de constitut.*

Similiter si diversi Mercatores varia mercium genera 70
in eadem nave congerunt, sed levandæ navis gratia tempestate orta aliquarum mercium jactus fit, tunc

BIBLIOTECA GRANADA

omnes jacturam præstare tenentur, & omnium contributione sarciri, *l.* 1. *l.* 2. §. *cum in eadem*, §. *portio*, *l. navis*, §. *cum autem*, *ff. ad leg. Rod. de jactu*, Narbona *l.* 57. *glos. unica nu.* 13. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Bolañoz *in Curia Philip. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *à num.* 5.

71 Sed est advertendum, quòd prædia illa, quæ majori beneficio afficiuntur in contributione, vel impositione collectæ pro extinctione, & occisione locustarum, plus multo onerandæ sunt, cum rationi sit consentaneum, ut qui præcipuè beneficio utitur, sit etiam in contributione præcipuus, *argum. l. omnes*, *l. pro locis*, *Cod. de annon. & tributis lib.* 10. junctis his, quæ ibidem interpretes comminiscuntur, Amaya *à num.* 2. Avendaño *de exequen. mandat. par.* 2. *c.* 14. *num.* 21. *in fine*, *& cap.* 3. *num.* 8. *vers. Ad fabricam*, & in terminis de locustis Quiñones *de locustis c.* 4. *num.* 12. Bobad. *in polit. tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 41. *num.* 51. Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 14. *tit.* 4. *lib.* 2. *rec.* Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *nu.* 23. *de const.*

72 Quibus præmissis, deveniens ad primam quæstionis partem in argumento propositam. An Clerici teneantur contribuere pro interitu, & occisione locustarum? Resp. quòd in contributione ista, nullus quocumque exemptionis privilegio gaudeat, etiam quòd sit Nobilis, excusandus est, Narbona, Fermosin. Quiñones, & alii *locis statim allegandis*. Fit indè, quòd Clerici, Monasteria, Religiosi, Equites Sancti Joannis Hierosolimytani, Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, Montesiæ, & aliæ quæcumque Ecclesiasticæ personæ ad locustarum interfectionem, & extinctionem contribuere teneantur, cum locustarum extinctio, & devastatio æquè proficiat, tam laicis, quàm Clericis ex quo concernit publicam utilitatem fructuum suorum, & decimarum commodum; ut expressè tenent, & docent Mexia *in prag. taxæ panis concluf.* 5. *num.* 41. *&* 46. Salzedo ad Bernard. Diaz *in pract. cap.* 55. *vers. Quarto*, *nec ad hoc*, Avendaño *de justa impos. tribut. fundamen.* 5. *causa* 5. *nu.* 13. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 292. *& lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 41. *in fine*, *vers. Y aunque*, Quiñones *de locustis cap.* 4. *à nu.* 12. *vers. Supuesto*, *siguanter à nu.* 18. *& punctum n.* 35. 36. *&* 48. Rodriguez *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 6. *art.* 14. *& quæst.* 66. *art.* 2. Lezana *in sum. quæst. regul. par.* 1. *cap.* 11. *nu.* 17. *vers. Legique præcipienti*, Narbona *l.* 57. *glos. unica num.* 15. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Fermosinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst.* 11. *nu.* 13. *&* 14. *& quæst.* 12. *num.* 50. *de conf. titul.* Pereyra *de manu Reg. par.* 2. *cap.* 33. *num.* 2. *vers. Sicut ad vermes*, Castillo *tom.* 7. *de tertiis cap.* 9. *sub nu.* 21. Gironda *de gabel. par.* 7. *in prin. nu.* 29. *in fine*, ubi, quòd Judex Ecclesiasticus vim faciat inhibendo judicibus sæcularibus, qui agunt de exigendis contributionibus à Clericis pro occisione locustarum, & aliis casibus similibus, Cevallos ita observari, & practicari testatur *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 64. *nu.* 20. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 20. *cap.* 8. §. 4. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *num.* 66. *Ex quo sequitur fol.* 11. *pag.* 2. *tom.* 2. Augustin. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 46. *in fine*, Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 16. *num.* 1. *vers. Vel si facienda sit*, Daniel de Nobilibus *disp.* 50. *num.* 48. *& disp.* 62. *nu.* 2. *in addit. ad disp.* 50. *n.* 2. Molina *de just. & jure tom.* 3. *tract.* 2. *disp.* 161. *nu.* 6. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 76. *alias* 75. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 254. *sub nu.* 3. Amaya *obser. jur. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 8. Scaño *in propugna. Sacræ Religioni. Sancti Joannis Hierosolimyt. discep.* 12. *c.* 2. *nu.* 14. Balmaseda *de collect. quæst.* 53. *nu.* 7. *&* 8. quidquid dicant Martha *de jurisd. part.* 4. *casu* 2. *num.* 11. Duard. *ad Bul. Cœnæ can.* 15. *quæst.* 17. *num.* 48. idem Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *c.* 39. §. 5. *num.* 41. Don Bonaventura de Tristany post hæc scriptus visus *decis.* 70. *num.* 15. *par.* 1.

28 Nec pro exequenda sententia Judicis Ecclesiastici incompetentis, Belluga *in specul. Princip. rubr.* 11. §. *tractandum numer.* 4. *versic. Si vero*, Portol. ad Molin. §. *Judex num.* 94. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 180. Borrell. *in sum. decis. part.* 2. *tit.* 32. *num.* 314. Farinacius *in praxi part.* 3. *quæst.* 97. *numer.* 94. Cancer. *part.* 2. *variar. cap.* 15. *num.* 15. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 39. *à num.* 14. Riccius *in praxi decis.* 328. plures citant Molinus *de brachio sæcul. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. *& cap.* 25. *num.* 24. Capicius Latro *decis.* 82. *num.* 15. ubi Manfrella *num.* 5. Scialoja *de foro compet. cap.* 54. *num.* 35. alios addit. Vela *in cap.* 1. *parte* 2. *à num.* 53. *de offic. ordin.* Ego *decis.* 26. *num.* 78. *part.* 1.

29 Nec pro exequenda sententia Judicis Ecclesiastici, si ab ea fuerit appellatum, Aviles *cap.* 20. *prætor. gloss. usurpan. num.* 25. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 65. *num.* 7. Portoles ad Molin. §. *Judex*, *num.* 98. Parlador. *rer. quotid. libr.* 2. *cap. fin. part.* 2. §. 2. *num.* 8. Farinacius *in praxi part.* 3. *quæst.* 97. *num.* 95. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 32. *num.* 317. Reg. Vico *ad pragmat. Regn. Sardin. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *numer.* 59. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 176. Gail. *lib.* 1. *observ.* 115. *num.* 5. Barbosa *in addit. ad cap.* 1. *num.* 15. *de offic. ordin.* Fermosinus *in cap. cum non ab homine quæst.* 33. *num.* 12. *& quæst.* 38. *num.* 2. *& quæst.* 39. *num.* 10. *de judic.* Riccius *in praxi decis.* 322. Azevedo *l.* 1. *num.* 6. *tit.* 1. *libro* 4. *recopilat.* Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 94. *&* 95. Vela *in cap.* 1. *part.* 2. *à num.* 49. *de offic. ordin.* latè Molinus *de brachio sæcul. libr.* 1. *cap.* 11. *à num.* 51. *& capit.* 25. *num.* 21. Cancer. *part.* 2. *variar. cap.* 15. *num.* 15. & latissimè *part.* 3. *capit.* 19. *à num.* 45. *ad* 54. Fontanella *dec.* 354. *num.* 1. *part.* 2. Ego *decis.* 26. *num.* 79. *part.* 1. Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rubr.* 20. *vers. Adverte tamen*. Ita declaravit noster Senatus in favorem Capituli, & Canonicorum Sedis Tarraconæ, Universitatis, & singularium Villæ de Reus, contra Michaelem Marti Canonicum Ecclesiæ Elnen. Commendatorem perpetuum Monasterii Sancti Andreæ de Careta Ordinis Divi Benedicti, ut Judicem, Commissarium, & executorem ad instantiam Nobilis Philippi de Cervelione 24. Januarii 1531. vide in Archivo Regio in libro conclusionum civilium *fol.* 4. *pag.* 2. Intellige *ut dicti decis.* 26. *numer.* 80. *part.* 1. si causa est appellabilis, vel alio modo retractabilis, aliàs secus, ut Doctores citati *num.* 29. Farinac. *num.* 95. *in fine*, Bobad. *num.* 176. Molinus *num.* 52. Salgado *num.* 172. Vela *num.* 50. Barbosa *num.* 15. *in fine*.

30 Atque ita si Judex sæcularis urgeatur ab Ecclesiastico per censuras, ut suum brachium, seu auxilium impartiatur, & ille concedendum non esse videat, & nihilominus per censuras urgeatur, potest ab eo ad superiorem appellare, sed in Cathalonia, & in Regnis Coronæ Aragonum potest firmare jus, & de jure, sicut quilibet alius privatus oppressus juxta Concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *ut hæc omnia probavi decis.* 26. *num.* 81. 82. *&* 83. *part.* 1.

31 Et licèt aliqui existiment, quòd Judex Ecclesiasticus potest implorare brachium, seu auxilium Judicis sæcularis, quotiescumque opportunum ipsi videbitur, Farinac. *in praxi part.* 3. *quæst.* 97. *num.* 98. *versic. Verum*, Parlador. *rer. quotidian. libr.* 2. *capit. fin. part.* 2. §. 2. *num.* 9. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 169. Angujan. *de legib. lib.* 3. *controvers.* 31. *num.* 30. *&* 31. Costa *de remed. subsid. remed.* 31. *numer.* 6. Barbosa *de jure Eccles. univers. libr.* 1. *cap.* 39. §. 4. *à num.* 73. *& in addit. ad cap.* 1. *numer.* 8. *de offic. ordin.* Vela *in cap.* 1. *part.* 2. *à num.* 28. *de offic. ordin.* Pareja *de instrum. edit.*

32 *tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *num.* 3. Verius tamen est, quòd Judex Ecclesiasticus tantùm in subsidium potest implorare auxilium, seu brachium Judicis sæcularis, quando adversùs laicum usus fuerit censuris, nec earum viribus potuerit suam sententiam exequi, tunc pro ejus executione auxilium, seu brachium Judicis sæcularis implorare potest, ut Judex sæcularis, captis rebus, & bonis, ac persona ipsius laici condemnati, sententiam Judicis Ecclesiastici exequatur, Covarr. *pract. cap.* 10. *num.* 1. Aviles *in cap.* 20. *prætor gloss. usurpan. num.* 14. Azevedo *l.* 14. *num.* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Belluga *in specul. Princ. rubr.* 11. §. *& quæ dict. num.* 2. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 8. *& in addit. num.* 9. *de offic. ordin.* Fermosinus *in cap. cum non ab homine quæst.* 33. *numer.* 7. *de judic.* Riccius *in praxi decis.* 324. Menochius *de retinen. possess. remed.* 3. *num.* 390. *vers. Deinde advertat*, Gail. *libr.* 2. *observ.* 115. *sub n.* 2. *&* 3. Pichard. *in manduc. ad praxim part.* 2. *præcept.* 4. *num.* 39. Martha *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 50. *à num.* 1. *ad* 10. & hanc partem observamus in Cathalonia, ut citatis practicis nostris tradidi *decis.* 26. *num.* 84. *&* 85. *part.* 1.

Nota, quòd per Cancellarium Puigmari 26. Junii 33
1627. in facto juris firmæ in Regia Audientia factæ per Joannem Bonaventuram Llombart, Salvadorum Paladella, Antonium Pedret Villæ de Mora, ex quo per Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ ad instantiam Francisci de Torme, & Liori Canonici Ecclesiæ Tarraconæ fuit decreta executio in bonis dictorum Llombart, & Pedret ratione pensionum duorum censualium, quæ singulis annis faciebant, de quibus, & de nullitate venditionis dictorum duorum censualium factæ dicto de Torme Canonico in incantu publico per Petrum Pasquet Regium Portarium merum executorem, vertitur lis, & causa in dicta Regia Audientia, & in ea erat jam ante dictam venditionem provisum super sedimentum, & dicto Pasquet notificatum, qua ratione causa executionis dictarum pensionum supradictorum censualium in dicta Curia Ecclesiastica mota est præjudicialis causæ in Regia Audientia vertenti, & nisi expectaretur sententia definitiva in ea proferenda, judicium super nullitate, & rescissione dictæ venditionis redderetur elusorium, & dicta sententia non posset exequi, saltem casu, quo dictus Canonicus de Torme condemnaretur ad restituendum pensiones, de quarum exactione agitur in Curia Ecclesiastica. Fuit declaratum, firmæ juris in Curia sæculari Regiæ Audientiæ per dictos Llombart, Paladella, & Pedret facta locum esse.

Nota denique, quòd per Rovirola Tertium 2. Julii 34
1596. contra Ludovicum Salavardeña Civem honoratum Barcinonæ, ratione executionis contra ejus bona, & signanter contra domum illius sitam in Civitate Barcinonæ ad instantiam Michaelis Pages Presbyteri, vendendo dictæ domus usumfructum cum læsione justi pretii ultra dimidiam, & non servando in dicta executione formam constitutionum Cathaloniæ, nec non irrequisito ordinario. Fuit declaratum pertinere ad Curiam Ecclesiasticam. Sed hæc declaratio, quòd cognitio executionis factæ per Judicem Ecclesiasticum in bonis laici irrequisito ordinario pertinet ad Curiam Ecclesiasticam. Non videtur juribus patriæ conformis, & se opponit observantiæ hujus Principatus, *ex traditis suprà à num.* 4.

ARGUMENTUM.

An Judex sæcularis casibus in quibus potest procedere contra Clericos, possit facere executionem sententiæ contra eos latæ absque imploratione auxilii Judicis Ecclesiastici.

SUMMARIUM.

1 *Judex sæcularis casibus, in quibus potest procedere contra Clericos an possit exequi sententiam contra eos latam absque imploratione auxilii Judicis Ecclesiastici, num.* 1. *referuntur quatuor opiniones, num.* 2. 3. 4. *&* 5. *quid servetur in Cathalonia,*

thalonia, num. 6. decisiones Cancellarii referuntur, numer. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. ratio traditur, num. 19. Limitationes remissivè, num. 20.

21 *Judices utriusque fori, sive Ecclesiastici, sive sæculares se invicem juvare tenentur, & sibi invicem mutuò auxilium præstare.*

22 *Judex Ecclesiasticus, & sæcularis sunt pares in his, quæ pertinent ad præstandum auxilium.*

23 *Judex Ecclesiasticus implorato auxilio per Judicem sæcularem pro exequendis sententiis ab ipso prolatis contra Clericos in casibus in quibus contra eos procedere potest, tenetur suum brachium ei impartiri.*

24 *Judex sæcularis non potest cogere Judicem Ecclesiasticum ad præstandum illi auxilium, num. 24. sed per appellationem adire debet Metropolitanum, numer. 25. & quid si Judex Ecclesiasticus recusasset appellationi deferre, num. 26. quid in Cathalonia, num. 27. & 28.*

29 *Assistentia, tam Judicis Ecclesiastici, quàm Judicis sæcularis petenda est debita forma juris, & cum litteris requisitoriis, & cum insertione sententiæ, seu provisionis.*

30 *Judex Ecclesiasticus non potest contra laicos executionem facere, sed hoc facere debet per litteras requisitorias ad Judicem sæcularem missas.*

31 *Litteræ requisitoriæ debent esse sigillatæ sigillo Judicis requirentis, numer. 31. & signatæ manu Judicis, numer. 32. & debent esse manu tabellionis in publicam formam redactæ, numero 33. & continere deprecationem, numer. 34. 35. & 37.*

46 *Judex Ecclesiasticus respectu laicorum, & Judex sæcularis respectu Clericorum inserere debet in litteris requisitoriis sententiam, seu provisionem ab eo factam.*

38 *Reconventio non admittitur in imploratione assistentiæ, seu brachii Ecclesiastici, vel sæcularis.*

39 *Judex requisitus an teneatur exequi litteras requisitorias, ubi Judex requirens decesserit, vel officio functus, vel privatus fuerit.*

40 *Assistentia an requirat citationem partis, num. 40. quid in præceptis extrajudicialibus plures affirmant, num. 48. alii negant num. 57. conciliantur opiniones, num. 63. quid in civilibus, n. 64. quid in criminalibus, num. 65. & 67.*

41 *Judex Ecclesiasticus non potest præcipere judici sæculari, nec è converso, ut ipsi, quoad extrajudicialia auxilium, seu assistentiam præstet, num. 41. potest tamen illud præstare, si vult, num. 42. Amplia, & limita, n. 43. 44. 45. 46. 47. & 48.*

49 *Intima vim citationis habet, num. 49. & 50.*

51 *Assistentiæ petitio est invocatio brachii sæcularis.*

52 *Citanda pars est in invocatione brachii sæcularis.*

53 *Citatio partis necessaria est in quocumque auxilio petito.*

54 *Citatio partis an requiratur in extrajudicialibus, num. 54. & 62.*

55 *Judex in quocumque auxilio habet aliqualem causæ cognitionem.*

56 *Citatio partis necessaria est, ubi cognitio causæ requiritur.*

58 *Assistentia in extrajudicialibus adhibetur, ut sine scandalo executio fiat.*

59 *Assistens nihil agit.*

60 *Assistentiæ, & brachii sæcularis differentia.*

61 *Citatio non requiritur, ubi non requiritur causæ cognitio.*

66 *Argumentum, si negativè concipiatur, valet de civilibus ad criminalia.*

68 *Appellatio, seu supplicatio an detur in concessione, vel denegatione assistentiæ, num. 68. & quid in concessione, vel denegatione brachii sæcularis, numer. 69. & ad quem sit appellandum, num. 70. & 71.*

DECISIO CCXXXII.

QUæstio, de qua in argumento. An Judex sæcularis casibus in quibus potest procedere contra Clericos, possit exequi sententiam, contra eos latam absque imploratione auxilii Judicis Ecclesiastici? Fuit à me proposita *decis. 26. numer. 24. part. 1.* remissivè Don Petrum de Amigant in addit. ad Peguer. *in praxi civil. rubr. 29. sub num. 102.* Olea *de cessi. jur. tit. 4. quæst. 4. num. 18.* in ea quæ sunt contrariæ Doctorum opiniones. 1

Prima opinio est, quòd Judex sæcularis potest exequi sententiam à se latam contra bona Clerici condemnati, per pignorum captionem, sequestrationem, & his similia. Quia cum sit competens ad condemnandum, est competens ad exequendum, ita Benedict. *in cap. Rainuntius verbo uxorem, decis. 2. num. 247. de testament.* Petr. Barbosa *in l. si quis posteaquam numer. 165. & latius in l. qui prior 29. à numer. 93. ff. de judic.* Caroccius *except. 22. quæst. 3. num. 3.* Pereyra *de manu Reg. part. 2. cap. 51.* Salgado *de Reg. protect. tom. 2. parte 4. cap. 14. à numer. 96. & de supplicat. ad Sanctissim. part. 2. cap. 29. à numer. 55.* Franciscus Prætis *Neapol. respon. 65.* Carleval *de judic. libr. 1. disp. 2. à num. 925. ad 930.* plures alios refert Fontanella *decis. 309. num. 1. & 2. & à num. 12. ad 18. part.* Ego *decis. 26. numer. 25. part. 1.* latè refert, sed non sequitur Pareja *de instrum. edit. tom. 2. tit. 6. resol. 9. à num. 31. ad 36.* & hæc prima opinio observabatur antiquitus in Cathalonia, decisionem nostri Senatus refert Fontanella *decis. 310. num. 15. part. 2.* & ex eo Ego *decis. 26. num. 27. part. 2.* 2

Secunda est opinio, quòd Judex sæcularis potest exequi sententiam à se latam contra bona Clerici condemnati, sed tutius est, ut executionem remittat ad Judicem Ecclesiasticum, Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effectu 1. num. 791.* & refert Scialoja *de foro compet. cap. 54. num. 30. vers. Sed sunt aliqui.* 3

Tertia est opinio, quòd Judex sæcularis casibus in quibus potest procedere contra Clericos, debet executionem sententiæ contra eos latæ facere, implorato brachio Judicis Ecclesiastici, sic Vivius *decis. 49.* Capiblanc. *in pragmat. 8. part. 3. num. 79. de Baronib.* Gallupus *in praxi part. 3. cap. 3. num. 3.* quos citat Scialoja *de foro compet. cap. 54. num. 30. in princ.* Ripoll. *de Magistr. Logiæ Maris cap. 6. num. 52.* 4

Quarta est opinio, quòd Judex sæcularis casibus in quibus potest procedere contra Clericos, non potest exequi sententiam à se contra eos latam, sed executio est facienda per Judicem Ecclesiasticum, sic Genuen. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 11.* Ambrosin. *de Immunit. Eccles. cap. 20. num. 47. & 49.* Martha *de jurisdict. part. 4. casu 125. num. 43.* Squillante *de privileg. Cler. cap. 7. num. 74.* Baldaxar. de Angel. in addit. ad Foller *tit. audiantur excusatores num. 38.* Donatus Antonius de Marinis *resolut. quotidian. resolut. 53.* ubi Rodoer. in addit. Cevallos *de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 54. num. 12. & quæst. 92. num. 59. & com. cont. com. tom. 4. quæst. 897. numer. 51. & 688.* Fajardo *alleg. 33. num. 429. & 430.* Guazzin. *defens. 1. cap. 11. sub num. 1.* Borrell. *in sum. decis. part. 1. tit. 7. resol. 83.* Barbosa *de jure Eccles. univers. libr. 1. cap. 39. §. 2. numer. 156.* Hodierna ad Surd. *decis. 110. num. 19.* Rovit. *decis. 20. à numer. 13.* Tondut. *de prævent. jud. part. 2. cap. 58. num. 23.* Fermosinus *in cap. 2. quæst. 26. num. 2. de Judiciis*, Guazzinus *defens. 1. cap. 11. num. 1. vers. Et sciat.* Marcel. de Vulpe *in prax. Ecclesiast. cap. 34. numer. 9.* Bellet. *disq. Cler. part. 1. tit. de favore Cler. Reali, §. 3. num. 3.* Bonacina *in Bulla Cœnæ disput. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 4. §. 6. num. 8.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 21. in fine, & part. 3. tract. 1. resolut. 4. & part. 4. tract. 1. resolut. 3. & in coordinat. part. 9. tract. 2. resol. 72. num. 2. in fine, & resolut. 82. & 83.* Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom. 1. cap. 7. dub. 11. sect. 2. à num. 1. & tom. 2. cap. 9. dub. 21. à numer. 4. & de parlament. dub. 4. sect. 19. sub sect. 15. sub corol. 23. num. 2. 3. & 4.* Scialoja *de foro compet. cap. 54. numer. 39. versic. Immo alii*, infinitos de more laudat Amat. *variar. resol. tom. 2. resol. 86. num. 60.* latè Vela 5

differt.

dissert. 45. *num.* 91. *tom.* 2. latissimè comprobat, contraria proponit, & illis respondet Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resolut.* 9. *à num.* 37. trigintaque Doctores pro hac opinione refert *num.* 54. Oliba *de action. part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. Fontanella *decis.* 30. *à num.* 3. *ad* 12. *& decis.* 495. *num.* 3. *part.* 2. Ego *decis.* 26. *num.* 26. ubi *num.* 28. tradidi observantiam Regni Aragonum.

6 Verùm quidquid sit de hujusmodi opinionibus, hodie in Cathalonia intrepidè observatur, quòd executio sententiæ, seu condemnationis factæ per Judicem sæcularem contra Clericos, facienda est in bonis mobilibus per Judicem Ecclesiasticum ad requisitionem Judicis sæcularis; & in bonis immobilibus per Judicem sæcularem, cum assistentia Judicis Ecclesiastici, Ego practicos nostros ita docentes cumulavi *decis.* 26. *num.* 29. & dixi *num.* 30. sic decisum in Cathalonia in pluribus causis *part.* 1. ut patet in declarationibus sequentibus.

7 Primò, per Cancellarium Cassador, Consultoribus Terca, Ferrer, Ros, Pla & Negrell 10. Januarii 1568. in favorem Catharinæ Nolera, & Claræ Conjana Sororum, contra Guillermum Raymundum Spuny in Sacris Ordinibus constitutum, Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ, fuit declaratum: executionem Regiæ sententiæ pro quantitate duarum mille librarum, quæ processerunt ex bonis, & hæreditate quondam Francisci Prats, de quibus lite pendente inter prædictas Catharinam Nolera olim Saloma, & Claram Canjana, contra Catharinam Scales viduam fuerunt empta per Franciscum Raphaelem Noguès duo censualia, & de illis dotatum fuit personale beneficium per ipsum fundatum, & institutum pro observantia sententiæ: tunc Reverendi Regii Cancellarii, & aliàs faciendam esse per Officiales Regios cum assistentia Officialis Ecclesiastici, seu ejus ministrorum in bonis dicti Guillermi Raymundi Spuny, in quem prædicta alienatio lite pendente, censetur Judicii mutandi causa facta, quam assistentiam dictus Officialis Ecclesiasticus præstare teneatur.

8 Secundò, per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sescases, Planes, Sans, & Amell 26. Novembris 1583. in favorem Curiæ sæcularis Vicarii, & Bajuli Vici, Gabrielis Vallès Ædilis, & Pauli Ferriol Syndici dictæ Civitatis, contra Curiam Ecclesiasticam Vicen. & Raphaelem Codina Presbyterum in facto contentionis super quodam furno coquendi panem, his verbis: sententiat, pronunciat, & declarat firmæ juris factæ in dicta Curia sæculari per dictos Gabrielem Valles, & Paulum Ferriol, Nominibus prædictis, & Fisci Procuratorem Curiæ sæcularis locum fuisse, & esse, & causæ cognitionem ad dictam Curiam sæcularem pertinere, & spectare; executionem verò cum assistentia officialis Ecclesiastici faciendam esse. Ad aliud propositum referam hanc declarationem *decis.* 260. *num.* 2. *part.* 5.

9 Tertiò, per eumdem Cancellarium Manegat, Consultoribus Amell, Guardiola, Sunyer, & Oliba 29. Januarii 1588. in favorem Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ, & Michaelis Costa Canonici Gerundæ, contra Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & Antonium Pejoan Canonicum ejusdem Ecclesiæ, super quadam fenestra, fuit declaratum his verbis: sententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris factæ in Curia sæculari per dictum Michaelem Costa locum fuisse, & esse, & causæ cognitionem, & declarationem super clausura fenestræ per eumdem Costa instatæ facienda, vel non ad dictam Curiam sæcularem pertinere, & spectare. Proviso, quòd executio si quæ facienda fuerit, fiat cum assistentia Officialis dictæ Curiæ Ecclesiasticæ. Hanc declarationem etiam referam *decis.* 260. *num.* 6. *part.* 5.

10 Quartò, per Cancellarium Agullana, Consultoribus Ferrer, Senjust, & Mijavilafranquesa 5. Maji 1606. contra Hieronymum Bosch Presbyterum, & Rectorem Parochialis Ecclesiæ Sancti Vincentii dels Horts, in favorem Josephi Pujades Causidici nomine proprio, & Procuratorio Monasterii, & Conventus Sanctæ Catharinæ fuit declaratum, quoad servitutem latrinæ firmæ juris per dictum Bosch factæ in Curia Ecclesiastica locum non fuisse, nec esse, & consequenter partes, quoad dictam servitutem remittendas esse ad Curiam sæcularem Bajuli Barcinonæ, & illius cognitionem, dummodo executio, si quæ facienda fuerit, fiat cum assistentia Officialis Ecclesiastici.

Quintò, per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust, & Soler 25. Augusti 1621. contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Administratores Hospitalis Generalis Sanctæ Crucis ejusdem Civitatis & in favorem Curiæ sæcularis Regentis Vicariam Barcinonæ, & Catharinæ Massana super taxatione, & executione provisionis taxationis expensarum, in quibus per Judicem sæcularem condemnati fuerunt Administratores dicti Hospitalis ob retardatam exceptionem per eos oppositam post sententiam contra eos in Curia sæculari latam. Fuit declaratum: firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ ratione condemnationis, & taxationis dictarum expensarum locum non fuisse, nec esse, executionem verò dictarum expensarum in bonis mobilibus dicti Hospitalis faciendam esse per dictam Curiam Ecclesiasticam ad requisitionem dictæ Curiæ sæcularis, in immobilibus verò per Curiam sæcularem assistentem Curia Ecclesiastica. De qua meminit Fontanella *decision.* 310. *num.* 5. *versic. Secunda est part.* 2. 11

Sextò, per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Roca, & Carreres 31. Octobris 1625. fuit declaratum: firmæ juris in Curia sæculari Vicarii, & judicum ordinariorum Civitatis Dertuzæ per Syndicum Communitatis de Ligallò factæ in occurrenti casu, & rebus, ut nunc locum fuisse, & esse proviso quòd executio, si quæ facienda fuerit, fiat cum assistentia Officialis Curiæ Ecclesiasticæ. Quam declarationem extensè tradidi *decis.* 214. *num.* 15. *hac part.* 4. 12

Septimò, per prædictum Cancellarium Puigmari 13. Julii 1626. fuit declaratum firmæ juris in Curia Ecclesiastica Dertuzæ factæ per Syndicum Capituli, & Canonicorum Sedis Dertuzæ, & Procuratorem Guillelmi Coderes locum fuisse, & esse. Hoc intellecto, & declarato, quòd per Officialem dictæ Curiæ Ecclesiasticæ fiat assistentia executioni, si quæ facienda fuerit in bonis dicti Coderes, si petatur cum debita forma juris, & cum litteris requisitoriis, & cum insertione provisionum factarum post sententiam jam aliàs in causa primæ contentionis latam. Quam declarationem tradidi *decis.* 214. *num.* 16. *hac part.* 4. 13

Octavò, per eumdem Cancellarium Puigmari 27. Aprilis 1630. in favorem Antonii Colobrans Regii portarii, & Michaelis Reverter contra Petrum Jacobum Frigola Clericum obtinentem beneficium in Cappella Sancti Antonii Villæ de Navara, ex quo instante Raphaele Puig Notario Cive Barcinonæ vigore instrumentorum per dictum Frigola firmatorum multo ante adeptionem dicti beneficii fuit expositum retroclamum in Regia Audientia, & facta executio in bonis dicti Frigola per dictos Colobrans, & Reverter, & alios Regios Officiales. Fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia sæculari Regiæ Audientiæ per dictos Antonium Colobrans, & Michaelem Reverter, Regios Officiales locum fuisse, & esse. Hoc proviso, & intellecto, quòd executio in bonis dicti Petri Jacobi Frigola fiat cum assistentia Curiæ Ecclesiasticæ. Et eodem die 27. Aprilis 1630. per dictum Cancellarium Puigmari eisdem verbis in favorem Francisci Bas Sanctæ Theologiæ Doctoris Prioris de Lledò contra dictum Petrum Jacobum Frigola. Meminit de his declarationibus Fontan. *decis.* 311. *num.* 23. *& decis.* 312. *num.* 2. *&* 13. *part.* 2. 14

Nonò, per prædictum Cancellarium Puigmari 24. Septembris 1630. contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Petrum Pons Canonicum Illerdæ, & in favorem Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ, & Marquesiæ Ferrer, & Villadomar, fuit declaratum 15

his

his verbis : firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ per dictum Petrum Pons Canonicum Ilerdæ locum non fuisse, nec esse. Hoc intellecto, quòd executio in bonis immobilibus dicti Petri Pons Canonici fiat cum assistentia Curiæ Ecclesiasticæ. De qua declaratione meminit Fontanella *decis.* 310. *numero* 5. *versicul. Tertia parte* 2. & eam tradidi *decis.* 152. *sub n.* 5. *par.* 3.

16 Decimò, per Cancellarium Erill 2. Octobris 1632 contra Curiam Ecclesiasticam Decani Montisalbi, & Franciscum Grenyò Presbyterum, & in favorem Curiæ sæcularis Bajuli Regii dictæ Villæ Montisalbi, & Angelæ Bufurull, fuit declaratum his verbis: sententiat, pronunciat, & declarat firmæ juris per dictum Franciscum Grenyò in Curia Ecclesiastica Decani Montisalbi factæ locum non fuisse, nec esse. Hoc proviso, & intellecto, quòd executio, si quæ facienda est in bonis dicti Grenyò, si fuerit in bonis mobilibus, fiat per Curiam Ecclesiasticam ad requisitionem Curiæ sæcularis, in immobilibus verò per Curiam sæcularem cum assistentia Curiæ Ecclebasticæ.

17 Undecimò, per eumdem Cancellarium Erill, Consultoribus Roca, & Viñes 4. Martii 1633. occasione firmæ juris in Curia sæculari Subvicarii Regii Civitatis Dertuzæ factæ per Petrum Montargull Juratum in ordine primum, Raymundum Poll, & Gabrielem Navarro majorem dierum collectores, sive exactores juris dicti *lo dotzè*, Villæ Gandeziæ, procedimentis contra eos factis in Curia Ecclesiastica Dertuzæ ad instantiam Jacobi Moix Presbyteri, & beneficiati in Ecclesia Villæ Gandesiæ, ex quo dicti Juratus, & collectores exegerunt, & exigere prætendunt à cætero impositionem, sive jus vulgò dictum *dotzè*, de fructibus, qui colliguntur ex prædiis dicti Jacobi Moix Presbyteri, quod jam diu super eis fuit impositum, & antequam fuissent per dictum Moix dicta prædia possessa. Fuit declaratum : firmæ juris factæ in Curia sæculari Subvicarii Regii Dertuzæ per Petrum Montargull Juratum Villæ Gandesiæ, Raymundum Poll, & Gabrielem Navarro majorem Dierum collectores juris dicti *del dotzè*, ejusdem Villæ rebus, ut nunc locum fuisse, & esse. Hoc intellecto, quòd executio per Curiam sæcularem facienda fiat cum assistentia Curiæ Ecclesiasticæ.

18 Duodecimò, per Cancellarium Pons, in favorem Franciscí Llahonart Notarii Civis Barcinonæ contra Franciscum Salvat Presbyterum Beneficiatum in Ecclesia Sancti Petri Puellarum dictæ Civitatis Barcinonæ, fuit declaratum super servitutibus in favorem Curiæ sæcularis, dummodo executio, si quæ facienda fuerit, fiat cum assistentia officialis Ecclesiastici.

19 Rationem prædictæ distinctionis adduxi *decis.* 26. *numer.* 31. 32. & 33. *part.* 1. & in ornatum *numero* 31. Celsum Hugo *cons.* 60. *num.* 51. Valenzuela *cons.* 42. *n.* 7. cum relatis per Farinac. *cons.* 118. *num.* 2. & per Velam *dissert.* 45. *numero* 64. *tom.* 2. cum aliis juribus, & Doctoribus citatis per Thom. del Bene *de Immu. Eccles. tomo* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *sect.* 1. *num.* 11. & *dub.* 4. *numero* 6. Et in ornatum *numero* 32. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 76. *num.* 14. Thom. del Bene *de Parlament. dub.* 4. *sect.* 20. *subsect.* 1. *numero* 1. & *de Immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *sect.* 1. *num.* 3. & *dub.* 4. *num.* 7. cum relatis per Velam. *dissert.* 45. *n.* 64. *tom.* 2. & in ornatum *num.* 33. Aviles *cap.* 3. *prætor. glos. jurisdicion. nu.* 3. Peregrin. *de jure fisci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 110. & *lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 31. Pet. Barbosa *in l. qui prior. à num.* 99. *ff. de judi.* Azevedo *l.* 11. *num.* 12. *tit.* 1 *lib.* 4. *recop.* Guazzin. *de confiscat. bonor. conclu.* 21. *nu.* 24. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 14. *nu.* 99. Reg. Sesse *de inhib. cap.* 4. §. 1. *nu.* 17. Pereyra *decis.* 117. *nu.* 10. *in fine*, Menochius *cons.* 213. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 80. *num.* 2. Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sard. libr.* 1. *tit.* 7. *cap.* 11. *num.* 1. & 2. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 177. *versic. & forsan.* Peguera *decis.* 56. *nu.* 18. *vers. Scias tamen*, Fontanella *dec.* 310. *à nu.* 9. *par.* 2.

20 At hæc nostra praxis Cathaloniæ limitatur, & submitatur pluribus modis, à me traditis *dec.* 26. *à n.* 46 *ad* 56. de quibus latè Carol. de Grass. *de effec. Cler. effectu* 1. *à n.* 726. *ad.* 744. & alii à me citati *dec.* 247. *n.* 30. *par.* 3.

Sed quia judices utriusque fori, sive Ecclesiastici, 21
sive sæculares se invicem juvare tenentur, & sibi invicem mutuo auxilium præstare, Oliba *de jure fisci cap.* 15. *num.* 73. Covar. *pract. cap.* 10. *num.* 1. Martha *de jurisd. part.* 1. *capite* 32. *num.* 36. Reg. Leo *dec.* 168. *num.* 5. *lib.* 2. Barbosa *in addit. ad cap.* 1. *num.* 17. *de offic. ordinar.* Fermosin. *in cap. cum ab homine quæst.* 33. *num.* 15. *de judi.* Riccius *in praxi decis.* 309. *numer.* 1. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 15. *à num.* 2. & *part.* 3. *capite* 19. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *à num.* 11. Merlin. *contr. lib.* 1. *cap.* 96. *num.* 1. Solorsano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 61. Reg. Vico *ad prag. Regni Sardin. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 1. & 50. Vela *in cap.* 1. *parte.* 2. *num.* 19. *de offi. ordin.* Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 1. Scialoja *de foro compet. cap.* 54. *num.* 20. Ego *decis.* 26. *num.* 34. *part.* 1. Ex quo † Judex Eccle- 22.
siasticus, & sæcularis sunt pares, in his quæ pertinent ad præstandum auxilium, Cancer. *par.* 3. *capit.* 19. *num.* 2. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *n.* 7. declarat Vela *in c.* 1. *par.* 2. *n.* 74. *de offi. ordin.*

Quæro 1. An Judex Ecclesiasticus, implorato au- 23
xilio per Judicem sæcularem pro exequendis sententiis ab ipso prolatis, casibus in quibus potest procedere contra Clericos, teneatur impartiri suum brachium Judici sæculari? Resp. quòd sic, ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Terca, Ferrer, Ros, Pla, & Negrell. 10. Januarii 1568. *quam declarationem supra tradidi*, *num.* 7. docent Covar. *pract. cap.* 10. *num.* 1. *versic. Eadem ratione*, Oliba *de jure fisci cap.* 15. *num.* 75. plures Ramirez *de leg. Regia* §. 2. *numero* 2. *littera D*, cum relatis per Farinac. *in praxi part.* 3. *quæst.* 97. *numero* 83. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 130. Cancer. *parte* 2. *var. cap.* 15. *à num.* 1. & *par.* 3. *cap.* 19. *nu.* 2. Ripoll. *de Magist. Logiæ Maris cap.* 6. *num.* 51. Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 20. *num.* 9. Martha *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 50. *à num.* 33. Paz. *in praxi tom.* 2. *in proœm. num.* 4. Reg. Vico *ad pract. Regni Sardin. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 50. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 71. & *in addit. ad cap.* 1. *num.* 71. *de offi. ordi.* plures alios laudat Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 14. *versic. Cum autem judex*, Fontanella *decis.* 309. *nu.* 4. *parte* 2. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 36. *de judi.* innumeros refert noster Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 19. *à num.* 1. mille alios citant Vela *in c.* 1. *cap.* 3. *à num.* 63. *signanter nu.* 7. *de offi. ordin.* Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *nu.* 5. Ego *decis.* 26. *nu.* 36. *part.* 1.

Quæro 2. si Judex Ecclesiasticus nollet facere exe- 24
cutionem in bonis mobilibus, vel assistentiam in executione immobilium Clerici per Judicem sæcularem condemnati, casibus in quibus potest contra eum procedere, seu deneget brachium, seu auxilium impartiri Judici sæculari, quid Judex sæcularis facere debeat? Resp. quòd Judex sæcularis nullo modo Judicem Ecclesiasticum cogere, & compellere potest, Ego *decis.* 26. *numer.* 37. *parte* 1. Farinac. *in praxi parte* 3. *quæstion.* 97. *numero* 84. Bobadilla *in polit. libro* 2. *capit.* 10. *numero* 80. & 183. Molinus *de brachio sæcul. libro* 1. *capitul.* 14. Vela *in capit.* 1. *parte* 2. *numero* 72. *de offic. ordin.* Barbosa *in addit. ad. capitul.* 1. *numero* 18. *de offic. ordinar.* Sed adeundus † est per appellationem 25
Metropolitanus, seu superior ipsius Judicis Ecclesiastici auxilium denegantis, ut eum compellat ad præstandum auxilium Judici sæculari ad faciendam dictam executionem, Oliba *de jure fisci capitul.* 15. *numero* 75. Cancer. *var parte* 2. *capit.* 15. *numero* 5. Fontanella *decis.* 310. *numero* 22. *parte* 2. Ego *decis.* 26. *numer.* 38. *parte* 2. Covar. *pract. capit.* 10. *numero* 1. *versic. Eadem ratione.* Farinac. *in praxi parte* 3. *quæst.* 97. *nu.* 84. Azevedo *l.* 15. *nu.* 10. *tit.* 1. *l.* 4. *reco.* Aviles *c.* 20. *prat. glos. usurpan. num.* 21. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 130. Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *restat. num.* 11. Paz *in praxi tomo* 2. *in Prælat. numer.* 5. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. libro* 1. *titul.* 7. *cap.* 2. *numero* 13. Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 3. Salgado *de*

Reg. Protect. part. 2. cap. 6. à num. 33. & part. 3. cap. 13 num. 65. & in labyrint. cred. part. 1. cap. 5. num. 9. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst. 37. num. 7. de judit.* Carleval. *de judi. lib. 1. disp. 2. num. 40. versic. Si Judex Ecclesiasticus*, Vela *in cap. 1. part. 2. num. 73. de offi. ordin.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 8. n.*

26 6. Quòd si † Judex Ecclesiasticus inferior recuset deferre appellationi, poterit ab hoc Judex sæcularis in Regno Castellæ recurrere ad Regia prætoria per viam violentiæ, ut ex Azevedo, & aliis tradit Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 139. in fine*, Cevallos *de cognit. per viam violentiæ par. 2. quæst. 76. num. 18.* Salgado *de Reg. Protect. part. 1. cap. 6. nu. 33. & 34. & in labyrint. creditor. par. 1. cap. 5. num. 8.* alios addunt Vela *in cap. 1. par. 2. num. 75. de offi. ordin.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 8. num. 7.* Ego *decis. 26. n. 39. par. 1.*

27 Verùm in hoc Principatu Cathaloniæ, quoties Judex Ecclesiasticus brachium, seu auxilium judici sæculari non præstat, non aditur Metropolitanus ejus superior, ut eum compellat; sed Dominus Rex procedit contra Judicem Ecclesiasticum denegantem auxilium per occupationem temporalitatum, & per alia remedia opportuna, & necessaria, ut ex Ferrer, tradunt Cancer, Fontanella, notat Oliba à me citati *decis. 26. num. 40. part. 1.* me citato Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in pract. Vi-*

28 *car. Barcin. rub. 20. versic. E converso.* Nisi † Judex Ecclesiasticus justè negaret auxilium judici sæculari, Molinus *de brachio sæculari lib. 1. cap. 25. num. 13.* Cancer. *par. 2. var. cap. 15. n. 9.* & latè exornavi *deci. præced. à num. 26.* Nam tunc si Judex Ecclesiasticus urgeatur ad præstandum auxilium per occupationem temporalitatum potest contentionem firmare juxta nostram concordiam, ut notavi *decis. 26. num. 41. & 42. parte* 1. ex traditis, è converso *decis. præceden. nu. 31.*

29 Quæro 3. qualiter per Judicem sæcularem sit petenda assistentia Judicis Ecclesiastici. Et qualiter per Judicem Ecclesiasticum sit petenda assistentia Judicis sæcularis? Resp. quòd est petenda cum debita forma juris, & cum litteris requisitoriis, & cum insertione sententiæ, seu provisionis, ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Puigmari 13. Julii 1626. in casu relato *decis. 214. num. 16. hac par. 4. & suprà tit. 13.*

30 Dicitur, *cum debita forma juris, & cum litteris requisitoriis.* Nam Judex Ecclesiasticus non potest contra laicos executionem facere, sed hoc per litteras requisitorias ad Judicem sæcularem missas facere debet Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 2. n.* 1. notat Covar. *pract. cap. 10. nu. 1.* alios addit Pichard. *in manducat. ad praxim parte 2. præced. 4. numer. 39.* & alii *suprà decis. præcedente citati num. 4.* Sicut, è contra. Judex sæcularis non potest contra Clericos executionem facere, sed hoc facere debet per litteras requisitorias ad Judicem Ecclesiasticum missas, ut in dicta decisione Cancellarii Puigmari habetur, Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 8. à num. 37.* & docent Doctores citati *nu. 5.*

31 Istæque litteræ requisitoriæ debent esse sigillatæ sigillo judicis requirentis, aliàs fidem non facerent, *argum. l. si qua per calumniam in fine, Cod. de Episco. & Cler. & cap. tertio loco, de probat.* Cancel. *parte 2. var. cap. 15. numero 71.* Molinus *de brachio sæcul. lib. 1. cap. 24. num. 1.* ubi *numero 2.* ait, id observari in aliis litteris quorumcumque Magistratuum, & citat Maschard. *de probat. conclu. 627. à numero 1.* notat Pareja *de Instru. edit. tomo 1. tit. 2. resol. 9. numero 120.* Signa-

32 tæ † manu Judicis requirentis, de jure nostro *Constit. 1. tit. 1. tit. de litteris requisitor.* Cancer. *parte 2. var. cap. 15. numero 72.* Pareja *loco proximè citato*, &

33 debent esse publicæ, & non privatæ, scilicet per manum tabellionis in publicam formam redactæ, ad normam, quæ à Curia Judicis requirentis solent dimanare, Molinus *de brachio sæcul. lib. 1. cap. 24. nu.*

34 3. Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 3. resol. 9. num. 120.* Et simul continere debent deprecationem, qua judex requirens alterum interpellat, ut quidquam faciat, Covar. *pract. c. 10. in prin.* Molinus *de brachio sæcul. lib. 1. c. 24. n. 4.* Ego *dec. 13. à n. 34. ad 44. dec. 26. n. 73. par. 1.*

Quæ generaliter procedunt, non solum inter Ju- 35
dices diversi fori, ut Ecclesiasticus, & sæcularis, sed etiam inter Judices ejusdem fori. Siquidem sententia, ut possit exequi per Judicem alterius territorii, semper requiruntur litteræ requisitoriæ judicis, qui protulit sententiam, *l. properandum, §. fin autem reus*, ubi Barbosa *numero 37. & 39. C. de judiciis*, plures, laudat Carocius *de except. exce. 72. numero 1.* quibus addendi sunt Cancer. *part. 2. var. cap. 15. nu. 1.* Molinus *de brachio sæcul. lib. 1. cap. 22.* Scialogia *de foro com. ca. 54. sub. num. 19.* Covar. *pract. cap. 10. num. 7.* Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 6. num. 63. & 64.* Morla *in emp. jur. p.r. 1. tit. 2. quæst. 20. à numer. 1. ad 9.* latè Pichard. *in manducat. ad praxim. par. 2. præce. 4. à num. 30.* multos cumulat Carleval, *de jud. lib. 1. disput. 2. à num. 16. & 757. & lib. 1. tit. 3. disput. 17. numer. 1.* latè exornat de jure civili, Canonico, & Regio, multis laudatis Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 9. n. 5. vers. Justissimè sanxerunt, cum seq.*

Dicitur, *& cum insertione sententiæ, seu provisio-* 36
nis. Nam Judex Ecclesiasticus respectu laicorum, & judex sæcularis respectu Clericorum, seu quilibet alius Judex requirens inserere debet in litteris requisitoriis sententiam, seu provisionem ab eo factam, Bartol. Paul. Castren. & Jason *in l. Magistratibus, ff. de jurisdict. omni. jud.* Covar. *pract. capit. 10. numero 7. in fine*, Aviles *cap. 20. prætor. glos. usurpan. num. 20.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 2. §. 1. nu. 7. & §. 2. num. 4. & 5.* Rodriguez *de executione cap. 2. num. 10.* Molinus *de brachio sæcul. cap. 24. num. 5. &* 7. Villadiego *de jurisdict. polit. cap. 2. nu. 51.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 26.* Pichard. *in manducat. ad praxim lib. 2. præce. 4. nu. 38.* Pareja *de instru. edit. to. 1. tit. 2. resol. 9. nu. 94.*

Et adeò ex parte judicis requirentis litteræ re- 37
quisitoriæ sunt necessariæ, ut si non fiant, judex requisitus procedere non valet, & aliter procedens nulliter agit, Molinus *de brachio sæcul. cap. 24. num. 6. & latius capit. 26.* Carocius *exce. 62. num. 9.* alios quamplures cumulat Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 9. nu. 9. 10. & 11.*

Quæro 4. An reconventio admittatur in implo- 38
ratione assistentiæ, seu brachii Ecclesiastici, vel sæcularis? Resp. quòd non, quia non principaliter officium judicis imploratur, sed incidenter, & per modum cognitionis extrajudicialis, Maranta *de ord. jud. part. 4. dist. 6. num. 36. & 40.* Mastrill. *decis. 41. nu. 8. lib. 1.* Hodierna ad Surd. *decis. 26. num. 22.* Merlin. *contro. 24. num. 22. tomo 2.* decisum Neapoli referunt Luca ad Franchis *decis. 576. num. 4. versic. Similiter*, Manfrella ad Capi. Latro *decis. 92. nu. 9.*

Quæro 5. An judex requisitus teneatur litteras re- 39
quisitorias exequi, ubi judex requirens à vivis migraverit, aut suo officio functus, aut privatus fuerit? Vide à me tradita pluribus laudatis *decis. 21. num. 45. parte 1.* quibus addo Riccium *decis. 254. par. 2.* Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 83. nu. 2.* Lucam ad Franch. *decis. 405. num. 1.* Scialogiam *de foro compet. cap. 54. nu. 51.*

Quæro 6. & ultimò. An in hac assistentia, *de* 40
qua à num. 6. requiratur partis citatio? Dixi quòd non, *decis. 26. num. 43. par. 1.* ex Fontanella *decis. 310. numero 24. par. 2.* quòd discussione in præsenti indiget, distinguendo judicialia ab extrajudicialibus, *ut not avi dicta dec. 26. n. 45. par. 1.*

Et in primis quoad extrajudicialia præcepta, quæ 41
utrumque judicem Ecclesiasticum scilicet, & sæcularem complectuntur, certum est. Quòd Judex Ecclesiasticus non potest præcipere judici sæculari, nec è converso ut ipsi quoad ea auxilium, seu assistentiam præstet, Innocent. relatus, ac receptus à Panormitano *in cap. 1. num. 11. versic. Sed postea*, Alciat *num. 69.* Vela *part. 2. numer. 44. de offi. ordin.* Alexand. *cons. 130. num. 3. lib. 4.* Diaz *in prax. cap. 160. num. 19. versic. Decimo quarto illud erit*, Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 176. versic. Como quiera que en las cosas*, Agia *de exhib. auxil. fundament. 27. conclu. 8. casu 5.* Molinus *de brachio sæcul. lib. 1. cap. 13. à n. 67.* Farinac. *in prax. parte 3. quæstion. 97. numero 97.* Fontanella

decis.

decis. 353. *numer.* 21. *part.* 2. notant Belluga *in specu. Princ. rub.* 11. §. *tractandum num.* 4. Azevedo *libr.* 15.
42 *numero* 8. *titul.* 1. *lib.* 4. *recop.* Potest tamen † judex sæcularis si velit præceptis extrajudicialibus judicis Ecclesiastici, & è converso sponte parere, & auxilium, seu assistentiam præstare, Belluga *in specu. Princi. rub.* 11. §. *tractandum numero* 4. Azevedo *lib.* 15. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Molinus *de brachio sæcul. libr.* 1. *cap.* 13.
43 *num.* 69. Maximè quando † pars contra quam auxilium, seu assistentia imploratur, tacet, nec quidquam objicit, ex quo volenti, & tacenti non fit injuria Belluga *dicto num.* 4. Molinus *num.* 69. Portoles §. *Judex num.* 93. *versic. In ejus contumaciam*, Fontanella
44 *decis.* 353. *num.* 22. *par.* 2. Dummodo præcepta † extrajudicialia non sint injusta, Belluga *in specu. Princ. rub.* 11. §. *tractandum sub num.* 4. Azevedo *lib.* 15. *nu.* 8. *in fine*, *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Molinus *de bracio sæcul. l.*
45 1. *cap.* 13. *numer.* 70. & 71. Vel ab eis † non sit appellatum, Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 72. Fontanella *decis.* 354. *numero* 1. *parte* 2. aut in aliis casibus à me traditis *decis. præced. à num.* 25. *ad*
46 39. quibus addo, si præcepta extrajudicialia essent obtenta subreptitiè, & obreptitiè, latè Fontanella
47 *decis.* 355. *à numer.* 1. *parte* 2. Aut aliàs † daretur timor scandali, probat idem Fontanella *decision.* 355. *à num.* 10. *par.* 2.

48 In hac nuda assistentia, quoad præcepta extrajudicialia petita extrajudicialiter per judicem, seu officialem Ecclesiasticum litterarum Apostolicarum executorem, ut sibi assistat Regius officialis, ne in executione vis illi fiat, aut resistatur, procedendum esse cum citatione partis, tradit Oliba *de jure fisci cap.* 15 *num.* 44. & late Fontanella *decis.* 353. *num.* 4. & 5. & *à numero* 12. *parte* 2. ita junctis Tribus Aulis fuit declaratum in Cathalonia 28. Maji 1628. super assistentia officialium Regiorum extrajudicialiter petita per judicem Subdelegatum Apostolicum ad reformandum Monasterium Rivipulli ad antiquam, & strictam Regulam Sancti Benedicti, eo motivo, quòd erat res gravis, & magni momenti, quæ poterat pacem publicam, & quietem totius Principatus perturbare, ut testatur, & refert, idem Fontanella *decis.* 355. *numer.* 15. & 16. *parte* 2. Don Bonaventura Tristany, de hac reformatione omnino videndus *in Corona Benedictina cap.* 2. *à numero* 98. *cum plur. seq.* & in casu sequestri instati per Nobilem Jacobum Carbonell de ejus filiæ, ne consumaretur matrimonium ratum inter eam, & Raphaelem Granollachs ejus consobrinum, observatum, tradit Ripoll. *var. cap.* 3. *à num.* 296. *ad* 305. nec conturbare potest, quod Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 19. *num.* 29. dicat, Olibam visum esse contrarium sensisse, *de jure fisci capite* 12. *numero* 53. & 55. quia Oliba non dicit id, ad quod allegatur, ut ex ejus inspectione apparet, sic Fontanella *dec.* 354. *num.* 12. *par.* 1.

49 Fundatur 1. quia in hac nuda assistentia extrajudicialiter petita practicandam fore, & esse constitutionem 1. *tit. de invocacio de bras secular*, ut dicunt Oliba *de jure fisci cap.* 15. *numero* 44. Fontanella *decis.* 353. *num.* 4. & 12. *parte* 2. sed sic est, quòd Constitutio 1. *tit. de invocacio de bras secular*, requirit citationem partis, ibi: *Intimat à la part*, id est, in-
50 timatum parti, quæ intima † vim citationis habet, Peguera *decis.* 173. *part.* 1. Ripoll. *var. cap.* 3. *à nam.* 14. & *plures citat. in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 28. Suelves cum multis *cons.* 61. *num.* 12. & 13. *lib.* 1. Fontanella *decis.* 566. *numer.* 13. *parte* 2. punctim idem Ripoll. *var. cap.* 3. *num.* 304. Ego, &c.

51 Fundatur 2. quia assistentiæ hujus petitio sine dubio est invocatio brachii sæcularis, pro ut optimè probat Moneta *de conservatorib. cap.* 8. *num.* 257. & 263. refert, & sequitur Fontanella *decis.* 353. *num.* 5. 12. &
52 13. *part.* 2. Sed in invocatione † brachii sæcularis pars est citanda, Belluga *in specu. Princ. rub.* 11. §. *tractandum num.* 8. *in fine versic. Et ideò*, Bossius *de foro com. num.* 88. Portoles ad Molin. §. *Judex num.* 93. Cancer. *part.* 3. *var.* 19. *à num.* 7. Molinus *de brachio sæcular. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 36. & 37. & *latè cap.* 17. *à num.* 1. *signanter à numero* 10. Fontanella *decis.* 310. *numer.* 24. & *decision.* 353. *numero* 19. *parte* 2. Oliba *de jure fisci capitul.* 15. *numero* 51. & 16. Gail. *lib.* 1. *obser.* 115. *numero* 3. *in fine* Ripoll. *var. capitul.* 1. *numero* 302. Pareja *de instru. edit. tomo* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *sub numero* 32. Vela *in capitul.* 1. *parte* 2. *numero* 62. *de offic. ordin.* Xammar. *de offic. jud. libro* 1. *qu.* 24. *numero* 134. Scialoja *de foro compet. cap.* 54. *num.* 42. Ergo, &c.

Fundatur 3. quia in quocumque auxilio petitio 53
necessaria est citatio partis, contra quam petitur, Oliba *de jure fisci capitul.* 15. *sub numero* 76. ex Beniten. *decis.* 55. Fontanella *decis.* 353. *sub numero* 4. *parte* 2. Cancer. *parte* 3. *var. capit.* 19. *num.* 20. Ripoll. *var. cap.* 3. *nu.* 299.

Fundatur 4. quia licèt disputent Doctores. An in 54
extrajudicialibus citatio partis requiratur? ut videre est apud Gabriel. *com. conclu. libro* 2. *de citationib. conclu.* 1. *numero* 63. 64. & 65. Riccium *collect.* 2145. *versic. Citatio tamen*. Borell. *in sum. decis. tit.* 44. *num.* 128. 129. & 130. Novar. *in rub. collect.* 1. *num.* 24. *de citationib.* Capicius Latro *decis.* 69. *num.* 13. 14. & 32. Tamen absque dubio est, quòd est necessaria citatio in extrajudicialibus, in his quæ sunt maximi præjudicii, Surd. *cons.* 332. *numer.* 8. *lib.* 3. Baron. *de citat. tom.* 1. *quæst.* 15. *num.* 46. præsertim in extrajudicialibus irrepatabilibus, idem Baron. *de citat*, *tom.* 1. *qu.* 15. *nu.* 49. vide infra *num.* 62.

Fundatur 5. quia Judex sæcularis in quocumque 55
auxilio concedendo judici Ecclesiastico habet aliqualem causæ cognitionem, non respectu meritorum, cùm ad eum cognitio non pertineat, sed cognoscit de justificatione implorationis auxilii factæ per Judicem Ecclesiasticum [excepto semper crimine hæresis.) Oliba *de jure fisci cap.* 15. *num.* 51. Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. & *cap.* 17. *à num.* 10. & *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 2. latè Fontanella *de-*
cis. 362. *à num.* 14. *part.* 2. Si causæ cognitio † est ad- 56
hibenda, necessaria est partis citatio, quæ sine dubio in omni causæ cognitione requiritur, *l. in causa*, §. *causa autem cognita*, *ff. de minorib.* Fontanella *decis.* 353. *num.* 18. *part.* 2. quidquid aliqui controvertant apud Baron. *de citat. quæst.* 18. *numer.* 6. & distinguunt Giurba *cons.* 39. *num.* 67. ita tradit idem Baronius *in addit. ad quæst.* 19. *num.* 1. *tom.* 3. Molin. *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 17. *à nu.* 11.

Alii autem existimant, quòd in hac nuda assi- 57
stentia per judicem, seu Officialem Ecclesiasticum extrajudicialiter petita, ut sibi assistat Regius Officialis non requiritur, nec est necessaria partis citatio, sed potest, & debet concedi non citata parte, latissimè fundat Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 19. *à num.* 18. *ad* 31. referunt sed non sequuntur Ripoll. *variar. cap.* 3. *num.* 298. & latius Fontanella *decis.* 353. *à n.* 6. *ad* 11. *parte* 2. exemplar nostri Regii Criminalis Consilii Cathaloniæ diei 8. Februarii 1619. refert Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 24. *numerro* 134. & ex eo Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi Vicar. Barcin. rub.* 20. *versic. Nuda verò*.

Fundatur 1. quia in hac nuda assistentia extraju- 58
dicialiter petita per Judicem Ecclesiasticum, adhibetur tantùm Judex sæcularis ad effectum, ut sine scandalo, & resistentia Judex Ecclesiasticus ad executionem litterarum Apostolicarum procedat, ut dicit Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 22. Oliba *de jure fisci cap.* 15. *sub numero* 54. Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi Vicar. Barcin. rub.* 20. *versic. Nuda vero in fine* refert Fontanella *decis.* 353. *nu.* 8. *par.* 2. de jure plures laudat Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *nu.* 23.

Fundatur 2. quia Judex sæcularis præstans assis- 59
tentia judici Ecclesiastico non exercet jurisdictionem, nam is qui assistit, nihil agere dicitur, cum ipse non sit, qui jurisdictionem exerceat, nec in actibus illius exercitii nominatur, Fontanella in pulchro casu *de pact. nup. tomo* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *numero* 49. & 50. Oliba *de jure fisci capitul.* 15. *numero* 46. & 47. Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi Vicar. Barcinonæ rubric. Decima versicul.*

Nuda verò, ad medium, Cancer. *par.* 3. *var. c.* 19. *n.* 21

69 Hæc enim est differentia inter assistentiam, & brachium sæculare. Nam in assistentia Judex, seu officialis Ecclesiasticus assistens judici sæculari exequenti, non facit executionem, nec ipsius nomine fit executio, nec in actibus executionis nominatur, sed tantùm partes compescit, ne sequantur scandala, ut liberè, & sine contradictione facti, aut resistentia aliqua Judex Ecclesiasticus suam faciat executionem; at in brachio sæcularis, Judex secularis qui illud Judici Ecclesiastico impartitur, ipse est, qui exequitur provisionem judicis Ecclesiastici per remedia juris licita, & permissaita, Oliba *de jure fisci c.* 15. *n.* 45. Ripoll. *var. cap.* 1. *à nu.* 300. Vulpel. *de liber. Eccles. part.* 3. *numero* 31. *&* 32. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. capit.* 36. Riccius *in praxi fori Eccles. tit. de invocat. brachii sæcularis decis.* 329. Costa *de remed. subsid. remedio* 22. quos excepto Oliba citat Fontanella *decis.* 353. *numero* 11. *part.* 2. remissivè Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 19. *num.* 23. Pareja pluribus additis *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *num.* 23. *&* 28.

61 Fundatur 3. quia in hac nuda assistentia nulla causæ cognitio requiritur, & consequenter, nec citatio, Ripoll. *variar. capitul.* 1. *num.* 301. nam ubicumque non requiritur causæ cognitio, non requititur citatio, Riccius *collect.* 2412. *versic. Septimo*, Gamma *decis.* 60. *numero* 2. Giurba *cons.* 39. *numero* 64. Borell. *in sum. decis. parte* 1. *titul.* 44. *numero* 352. *&* 412. Novar. *in rub. collect.* 1. *numero* 89. *de citat.* cum relatis per Baron *de citat. quæstion.* 18. *numero* 5. *& in addit. numero* 1.

62 Fundatur 4. quia ista nuda assistentia extrajudicialiter petitur, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 19. *nu.* 22. Fontanella *dec.* 353. *num.* 8. *&* 21. *dec.* 355. *num.* 16. Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *quæst.* 24. *num.* 134. Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi Vicarii Barcinonæ rub.* 20. *vers. Nuda vero*. Et in actionibus extrajudicialibus citatio non requiritur, Costa *de remed. subsid. remed.* 21. *num.* 11. *vers. Primus est*, Baron. *de citat. in annotat. ad singul.* 3. *nu.* 3. Fontanella *dec.* 353. *n.* 9. *par.* 2. de qua supra *n.* 54.

63 Sed meo parvo judicio, existimo *ex dictis à num.* 41. *ad* 47. quòd si pars contra quam assistentia, seu auxilium per judicem, seu officialem Ecclesiasticum litterarum Apostolicarum executorem, vel subexecutorem, extrajudicialiter imploratur, sciens assistentiam, seu auxilium acclamari, taceat, nec quidquam objiciat, vel si objicit aliquid, non sit relevans, eo tunc non requiritur partis citatio, sed potest Judex sæcularis hanc nudam assistentiam extrajudicialiter petitam concedere parte non citata, *& ita procedunt tradita à numero* 57. *ad* 62. Si verò pars contra quam assistentia, seu auxilium extrajudicialiter petitur, contradicit, & clamat, rationesque relevantes allegat, repræsentat, & deducit, isto casu Judex sæcularis non concedit assistentiam, seu auxilium extrajudicialiter judici, seu executori Ecclesiastico, donec pars sit citata, *sicque procedunt tradita à num.* 28. *ad* 56.

64 In civilibus autem, in assistentia Officialium Regiorum petita per Judices Ecclesiasticos, necessaria est partis citatio interesse habentis, ut docent Oliba *de jure Fisci* 15. *numero* 54. *&* 57. quem transcripsit Fontanella *decision.* 353. *sub numero* 2. *parte* 2. & probatur ex traditis *numero* 53. ut fuit resolutum in nostra Regia Audientia junctis Tribus Aulis 14. Novembris 1633. casum propter contradictionem partis, tradit Fontanella *decision.* 355. *nu.* 17. *par.* 2.

65 In criminalibus, quando Judex Ecclesiasticus tractat de exequendo aliquam sententiam criminalem contra suum subditum, petitque assistentiam judicis sæcularis, quidquid sentiat Fontanella *decision.* 353. *numero* 5. *versicul. Cumque hic part.* 2. existimo citationem partis interesse habentis necessariam esse, antequam assistentia Officialium Regiorum concedatur, ad idque tenetur Judex sæcularis advidendum, an subdito judici Ecclesiastici condemnato aliqua exceptio sibi comperat, quæ assistentiam retardet, ut ex Rodriguez tradit Fermosinus *in c. cum non ab homine quæst.* 34. *numer.* 28. *de judic.* maximè parte contradicente, *ex dictis numer.* 43. Valet enim † argumentum de civilibus ad criminalia si negativè concipiatur ut hic, & in utrisque militat eadem ratio Farinac. *in praxi part.* 3. *quæst.* 81. *num.* 64. Buccaron *de differ. inter jud. civ. & crim. præmis.* 2. *& differen.* 210. *a.* 2. 16. *&* 17. 66

Ex quibus videbatur, non esse concedendam assistentiam Illustrissimo, & Reverendissimo Archiepiscopo Tarraconæ ad excarcerandum quemdam Canonicum Sedis Barcinonæ detentum in Ecclesiasticis carceribus ejusdem Civitatis Barcinonæ, contradicente Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ, & Syndico Capituli ejusdem Sedis, donec cum supplicatione peteretur, & super his partes audirentur. Sed fuit contrarium resolutum junctis Tribus Aulis die 28. Decembris 1659. & testatur Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi Vicar. Barc. rub.* 20. *vers. Nuda verò post prin.* 67

Quæro 7. & ultimò. An detur appellatio, seu supplicatio à concessione, aut denegatione assistentiæ? Resp. quòd non, si Judex se continet in puris terminis assistentiæ sine cognitione causæ; secùs si assistentia concessa, aut denegata sit cum discussione, & adhibita causæ cognitione, ut ex Conrado, Bursato, Menochio, & Mario Antonino, docet Costa *de remed. subsid. remed.* 21. *n.* 21. *vers. Alter*, *& secundus effectus est*. 68

A provisione verò facta super concessione, aut denegatione brachii sæcularis appellare, aut supplicare licet, sed non obstante tali supplicatione, aut appellatione dicta provisio præstita cautione exequenda est, *Constit.* 1. *de invocacio de bras sæcular*, Oliba *de jure fisci c.* 4. *n.* 44. ubi subdit, causam appellationis, seu supplicationis tractandam esse cum renuntiatione, & conclusione, seu denuntiatione processus, Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *c.* 17. *numer.* 2. *&* 3. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 19. *n.* 32. 33. *&* 34. 69

Sed nota, quòd causa, cujus occasione brachium sæculare imploratur redditur de foro sæculari, & ex Alciato, Salzedo, Rebuffo, & Oliba *de jure fisci c.* 15. *n.* 45. *&* 46. tradit Molinus *de brachio sæculari lib.* 1. *c.* 18. *num.* 21. 70

Nota denique, quòd si Judex sæcularis executor excedit in exequendo, non est appellandum, & recurrendum ad superiorem Ecclesiasticum, sed ad superiorem judicis sæcularis, Azevedo *l.* 15. *num.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Oliba *de jure fisci c.* 15. *n.* 47. *in fine*, Molinus *de brachio sæcular. c.* 16. *n.* 3. 71

ARGUMENTUM.

An delegatus teneatur inserere in prima citatione tenorem suæ delegationis, vel commissionis.

SUMMARIUM.

1 *Judex ordinarius quamvis litteras jurisdictionem activam ei tribuentes edere teneatur, antequam possessionem adipiscatur, n.* 1. *Postquam tamen est admissus, non debet amplius suam potestatem probare, num.* 2. *Nec tenetur in litteris citatoriis inserere litteras jurisdictionem ei tribuentes, n.* 3.

4 *Delegatus non solùm litteras jurisdictionem, notionem, aut executionem ei tribuentes, antequam ad exercitium accedat, judici ordinario edere tenetur, num.* 4. *sed etiam in prima citatione tenetur inserere tenorem suæ delegationis, vel commissionis, nu.* 5. *Amplia* 1. *in conservatore Monaste-*

nasteriorum, Religionum, & Ordinum Militarium, numer. 6. & 7. Amplia 2. etiam si delegatus esset persona excelsæ dignitatis, quem admodum si esset Cardinalis, num. 10. Sed alii contrarium tenent, num. 11. concordantur, n. 12. & 13. Limita 1. si citatus comparet coram conservatore, num. 14. Limita 2. si stylus, & consuetudo sit in contrarium, num. 17. Limita 3. si delegans est in eodem loco, in quo delegatus est intendit jurisdictionem suæ delegationis exercere, numero decimo octavo. Limita quarto, quando citationis executio non fit in partibus longinquis, sed in eadem Civitate, Diœcesi, seu Provintia delegati citantis, num. 19. sed vide num. 21. alias plures limitationes remissivè, num. 22.

8 *Conservatores, licèt in aliquibus æquiparentur ordinariis, nu. 8. sunt tamen delegati, n. 9.*

15 *Citatio etiam si sit nulla, convalidatur per comparitionem partis, quamvis comparitio fiat in causa ad effectum excipiendi de nullitate citationis.*

16 *Partis oppositio necessaria est, ut dicatur non constare de jurisdictione delegati ex non incerta copia commissionis, seu delegationis in prima citatione.*

20 *Distantia quando dicatur modica vel magna.*

DECISIO CCXXXIII.

1 JUdex ordinarius quamvis litteras jurisdictionem activam ei tribuentes edere teneatur, antequam possessionem adipiscatur, §. *eos autem in authent. de collatorib.* Aviles *in capit. 2. prætor. glos. cartas in prin.* Mascardus *de probat. conclus.* 945. *num.* 1. 2. & 3. Mastrill. *de Magistrat. lib. 2. cap. 2. num.* 40. *& seq. & lib. 5. cap. 6. num.* 107. Alfaro *de offi. Fiscal. glo.* 27. Bobadilla *in polit. lib. 2. cap.* 20. *& lib. 5. capit.* 1. *num.* 5. Menochius *l. 2. præsum.* 14. *à num.* 1. *ad* 10. Bolaños *in Curia Philip. tom.* 1. *par.* 1. §. 3. *num.* 6. Mastrill. *de Magistrat. lib. 2. cap. 2. num.* 47. *& sequen. & lib. 5. cap. 6. num.* 107. Solorzano *de jure ind. tom. 2. lib. 4. cap. num.* 38. *vers. Et de officialium receptione*, Dominus Vice Cancel. Don Christophorus Crespi de Valdaur. *obser.* 15. *num.* 92. Romaguera in addit. ad Conciolum *ad stat. Eugub. libr.* 1. *rub.* 12. *num.* 7. pro mille Altimar. *in tract. de nullitat. rub. 6. quæst. 3. à num. 7. ad.* 20. latissimè aliis citatis, contraria proponit & illis respondet Pareja *de instrut. Edit. tom.* 1. *tit. 2. resol. 4. tota.*

2 Post quam tamen Judex ordinarius est admissus, non debet amplius suam potestatem probare, sed eo ipso, quòd ordinariam jurisdictionem exercet, suam intentionem probatam habere dicitur, Azevedo *l.* 10. *&* 11. *num. 9. tit. 5. lib. 3. recop.* Guido Papa *decis.* 322. *num.* 2. Menochius *lib. 2. præsump.* 14. *num.* 11. Petrus Barbosa *in l. si quis ex aliena num. 7. ff. de judi.* Augustinus Barbosa *in cap. cum in jure peritus* 31. *num. 6. de offi. & potest. Judi. deleg.* Narbona *l.* 60. *glo. unica num.* 57. *tit. 4. lib.* 1. *recop.* Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 11. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit. 2. resol. 4. num. 4. in fine, & nu.* 19. *&* 20. Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedict. cap. 2. nu.* 177. Cancer. *par. 2. var. cap. 2. n.* 194.

3 Consequenterque Judex ordinarius non tenetur in litteris citatoriis inserere litteras jurisdictionem ei tribuentes, Molina *de justit. & jure tract.* 5. *disp.* 25. *nu.* 1. *vers. Contra vero*, Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit. 2. resol. 4. sub num.* 20. notant Menochius *cons.* 790. *num. 6* Janninius *de citat. reali lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 626. *&* 627. Larrea *alleg. fiscal.* 107. *nu.* 12.

4 Judex verò delegatus non solùm litteras ei jurisdictionem notionem, aut executionem tribuentes, antequam ad exercitium accedat, Judici ordinario edere tenetur, aliàs non creditur, & processus est nullus, *ca. cum in jure peritus* 31. *de offi. & potest. jud. deleg. can. nobilissimus* 97. *distin. extravag. in juncta* §. *sane, de electione in extravag. communib. l.* 1. *C. de mandatis Princip. l. prohibitum, C. de jure Fisci lib.* 10. *l. probatorias, C. diver. offi. l.* 12. §. *eos autem in authent. de collator*, Guido Papa *dec.* 322. Gail. *lib.* 1. *obser.* 48. *num.* 17. Menochius *de arb. jud. lib.* 1. *q.* 76. *n.* 8. *& lib. 2. præsump.* 15. *à n.* 2. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 17. *n.* 17. Ripoll. *var. cap. 3. nu.* 331. Narbona *l.* 60. *glos. unica à num.* 1. *tit. 4. lib. 2. recop.* Mascardus *de probat. conclu.* 948. *à n.* 1. Bobadilla *in pol. lib. 2. cap.* 20. *nu.* 27. Petrus Barbosa *in l. si quis ex aliena num.* 8. *ff. de jud.* Garcia *de benefic. par. 6. cap. 2. à nu. 7. ad* 19. Fermosin. *in cap. ut nostrum* 56. *q.* 3. *à n.* 11. *de appellation.* Cancer. *par. 2. var. cap. 2. nu.* 195. Marinis *resol. jur. tom. 2. allegat.* 94. *nu.* 50. *&* 51. Martha *de jurisdic. par. 2. cap.* 35. *à n.* 1. Caroc. *de excep. Excep. 4. à nu.* 1. Mastrill. *de magistrat. lib. 6. cap.* 3. Riccius *collect.* 532. Giurba *cons.* 89. *num.* 19. *&* 20. Augustinus Barbosa *in cap. cum in jure peritus* 31. *n.* 4. *de offi. & potest. jud. deleg. & in l.* 1. *nu.* 1. *&* 2. *C. de mandat. Princip.* Ursellius *concl.* 126. *à nu.* 101. Berart. *in specu. visit. cap.* 4. *num.* 1. 2. *&* 3. Baronius *de citat. singul.* 140. *tom.* 3. Pereyra *de manu Reg. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. *versic. Quoad primum*, Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 6. *à nu.* 42. *& de suppli. ad sanctissim. par. 2. cap.* 30. §. 4. *à num.* 11. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *à nu.* 34. Duran. *decis.* 6. *nu.* 5. Sperellus *decis.* 85. *nu.* 31. *lib.* 1. Salzedo *de lege polit. lib. 2. cap.* 9. *à numer.* 20. Vela *in cap.* 1. *par. 2. nu.* 24. *de offi. ordin.* Fontanella *decis.* 354. *nu. 3. par. 2.* Don Bonaventura de Tristany collega doctissimus *in Corona Benedictina cap. 2. à n.* 65. *& à nu.* 81. Borrell. *de magist. Edic. lib.* 1. *cap.* 1. *à numer.* 46. Amaja *in l. prohibitum à nu.* 1. *C. pe jure Fisci l.* 10. Scialoja *de foro compet. cap.* 11. Guazzinus *defen.* 13. *ca.* 2. *nu.* 12. Burgius *de modo proced. ex abrup. qu.* 77. *num.* 4. *&* 5. *qu.* 82. *num.* 35. *& qu.* 90. *à num.* 4. Costa *de retrotract. casu 7. cap. 9. nu.* 18. *&* 19. Danza *de pug. Doctor. to. 2. de offi. deleg. c. 2. n.* 11. Scialoja *de foro comp. c.* 12. *nu.* 109. latissimè plures alios cumulat Pareja *de instru. Edit. to.* 1. *tit. 2. resol.* 5. *à nu.* 10.

Sed etiam Judex delegatus in prima citatione tenetur inserere tenorem suæ delegationis, vel commissionis. Et licèt in hoc aliqui Doctores discordent. Nam alii affirmant. Alii negant. Alii conciliant, de quibus Farinacius *frag. crim. par.* 1. *littera D, numer.* 90. 91. 92. *&* 93. tamen opinio affirmativa verissima est, quam tenent, & docent Bart. *in authen. qui semel. nu.* 12. *C. quomodo. & quando Judex per illum textum, & cap. præterea de dilationib. glo. in can. si Episcopus* 3. *qu.* 2. *& in cap. cum in jure peritus* 31. *de offi. & potest. Jud. deleg.* Jason. *cons.* 45. *vol.* 4. Guido Papa *decis.* 89. *num.* 4. reprobatis contrariis, hanc esse opinionem veriorem, & tenendam, & ita practicari testatur Cevallos *com. cont. com. tom.* 3. *quæst.* 881. Gratian. *discep. foren. cap.* 170. *à num.* 15. Bobadilla *in polit. lib. 2. cap.* 21. *nu.* 63. Dacianus *cons.* 18. *num.* 156. *& seq. libr.* 1. *& tract. crim. lib. 4. cap.* 25. *num.* 12. Menochius *cons.* 100. *num.* 71. *&* 72. *lib.* 1. *& cons.* 790. *num. 6. lib. 8. & præsump.* 5. *num. 2. lib. 2.* Decius *in l. unica nu.* 20. *C. de mandat. Princip.* Narbona *l.* 60. *glo. unica num.* 31. *tit. 4. libr. 2. recop.* Costa *de retrotract. casu 7. cap. 9. nu.* 20. Riccius *collect.* 532. *versic. Infertur tertio, & collect.* 2103. *in fine Prin. & in praxi aurea resol.* 62. *nu.* 1. *& resol.* 424. *tota*, Borell. *in sum. decis. tit.* 44. *nu.* 12. Petrus Barbosa *in l. si quis ex aliena num.* 8. *ff. de Judi.* Maranta *de ord. Judi. par. 6. de citatione membro* 1. *num.* 75. Burgius *de modo proced. ex abrup. quæst.* 90. *num.* 12. Danza *de pugna Doctor. tom. 2. de offi. delegati cap. 2. num.* 1. Guazzinus *defen.* 1. *cap.* 1. *nu.* 18. *& defen.* 10. *cap. 2. num.* 8. *& defen.* 13. *cap. 2. nu.* 16. *in prin.* Carol. de Gras. *de effect. Clericat effectu* 1. *sub nu.* 34. *&* 41. Anna *alleg.* 143. *num.* 2. Scialogia *de forto comp. cap.* 12. *numer.* 109. *post Prin.* Larrea *alleg. fiscal.* 107. *num.* 12. Janninius *de citat. reali. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 628. Ursellius *conclu.* 126. *num.* 104. Minsingerius *cent.* 3. *obser.* 1. Molina *de just. & jure tom. 6. tract. 5. disp.* 25. *nume.* 1. Barbosa *in cap. cum in jure peritus num. 4. de offi. & potest. judi. deleg. & in extravag. injuncta num. 7. de elect. in extravag. com.* Valer. *de differ. int. utrumque forum verbo testis differ.* 4. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 12. 13. *&* 351. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit. 2. resol. 5. num.* 35. 49. *&* 82. Salgado *de suppli. ad santissim. par. 2. c.* 24. *n.* 44. *&* 45. *& c.* 30. §. 4. *n.* 18. Sanchez *cons. mor. l. unic. dub.* 28. *n.* 8. Conciolus *res. crim. verbo Iudex res.* 5. *n.* 1. 2. *&* 3. Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedict. cap. 2. num.* 78. 79. *&* 80. Ludovisius *dec.* 127. *num.* 1. Fermosinus *in cap.*

in cap. transmissum. 15. qu. 7. num. 6. de electione, plures addit reprobatis contrariis Baronius *de citation. tom. 1. quæst. 39. num. 1. & 2. & tom. 3. in addit. ad qu. 39. num. 1.* In Cathalonia sic statuit constitutio Provincialis Tarraconæ *cap. unico in fine de offi. & potest. jud. deleg.* his verbis. *Et ut omnis fraudis, & figmenti materia penitus evitetur, in primis litteris, quæ ab aliquo Conservatore, vel Judice delegato, Executore, vel ab eis gerentibus vices in causa aliqua emanaverint, tenor suæ commissionis integraliter inseratur.*

6 Ampliatur 1. In conservatore Monasteriorum, Religionum, & Ordinum Militarium, qui nedum tenetur edere, exhibere, & ostendere litteras suæ commissionis, seu rescriptum suæ conservatoriæ, ut latè probat, reprobatis contrariis, Narbon. *l. 60. glo. unica à num. 72. ad 83.* quem refert, & sequitur Paregia *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 5. num. 17.* alios addidi Ego *dec. 34. num. 143. vers. Ob idque par. 1.* me citato, Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedict. c. 2. nu. 84. & reprobatis contrariis nu. 88.*

7 Sed etiam conservator tenetur in prima citatione inferere tenorem suæ commissionis, seu rescripti suæ conservatoriæ, ut ex Jasone *cons. 145. num. 3. vol. 4.* tradit Narbona *l. 60. glo. unica nu. 84. tit. 4. lib. 4. recop.* Pereyra *de manu. Regin par. 1. cap. 7. num. 3. vers. Et majoris explicationis, juncto vers. Et quoad primum*, de quo dubitandum non est in Cathalonia, si enim disponit Constitutio Provincialis Tarraconæ *c. unico in fine de offi. & potest. judi. delegati*, cujus verba transcripsi *num. 5. in fine*. Ita fuit observatum, & decisum per nostrum Senatum pluribus declarationibus. Primò referente Doctissimo, & erudissimo Discipulo meo Augustino Pinjania numquam satis laudato 26. Martii 1665. in facto Juris firmæ Josephi Tinxò Notarii Villæ de Alcover procedimentis factis per fratrem Michaelem de Calders Abbatem Sancti Pauli de Campo Ordinis Divi Benedicti, conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. instante Fratre Francisco de Spony, Commendatore Commendæ Speluncæ de Francoli. Scriba Teixidor. Meminit Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedict. c. 2. numer. 85. in prin.* Secundò referente Magnifico Francisco Vidal y Roca 5. Octobris 1666. in facto juris firmæ Bajuli, Juratorum, Clavarii, & aliorum Villæ Cassiani de la Selva, Episcopatus Gerundæ procedimentis factis per Raymundum Sanou, Thesaurarium, & Canonicum Sedis Gerundæ, Conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. instantibus emphyteutis, sive hominibus propriis commendæ de Ayguaviva. Scriba Castells, refert Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina capit. 2. sub num. 85.* Tertiò referente Nobili Iosepho de Ferrer 1c. Martii 1672. in facto juris firmæ Josephi Andreu arrendatarii Flechæ Civitatis Barcinonæ, & Jacobi Barbassa subbajuli ejusdem Civitatis procedimentis factis per Doctorem Franciscum de Amigant Canonicum Sedis Barcinonæ, conservatorem Ordinis Sancti Benedicti provinciæ Tarraconæ. Scriba Teixidor. Tradit Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap. 2. num. 86.* Quartò referente Nobili Narciso de Anglesell y Roca 6. Junii 1672. tradit idem Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap. 2. n. 87.*

8 Siquidem Conservatores licèt in aliquibus æquiparentur ordinariis, ut dicunt citati à Narbona *l. 60. glo. unica num. 7. tit. 4. lib. 2. recop.* Pareja *de instru. Edit. tom. 1. tit. 2. resol. 5. num. 16.* & à me *dec. 34. nu.*

9 *144. part. 1.* Verius est † secundùm magis communem opinionem, quòd sunt delegati, ut cum multis latè docet Narbona *l. 60. glo. unica à num. 71. tit. 4. lib. 1. recop.* alios cumulat Pareja *de instru. Edit. tomo 1. tit. 2. resol. 5. num. 15.* Ego plures addidi *decis. 34. num. 143. parte 1.* & nunc addo Pereyam *de manu Regia par. 1. cap. 7. numer. 3. versic. Dubitari tamen solet, ibi: Tamen hæc conservatorum jurisdictio*, Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap. 2. numer. 20.* Gratian. *decis. 170. num. 2. & num. 3. versic. Ratio est*, Ursellius *conclu. 128. num. 2. 5. 785. & 786.* Frasso *de Reg. patron. Indiar. tom. 2. cap. 78. num. 16.* nam jurisdictio delegata, aut jurisdictio conservatoris unum, & idem est, Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap. 2. sub num. 1.* & uti delegati tractantur conservatores in Cathalonia, & citantur ad informandum banchum Regium, exemplaria tradidi *dec. 29. num. 7. & 8.* & notavi *decis. 34. sub n. 143. par. 1.* & fuit observatum in exemplaribus supra traditis *n. 7.*

Ampliatur, Etiam si delegatus esset persona excel- 10
sæ dignitatis, quemadmodum si esset Cardinalis, cui tamquam delegato non creditur antequam suæ delegationis rescriptum ostendat, & in prima citatione tenorem rescripti inserat, *l. 1. C. de mandat. Princip.* ita Angel. Jason, Decius, Gozadin. Parisius, & Craveta, quos citat Menochius *cons. 100. num. 73. lib. 1.* alios addit, & contrarius reprobat idem Menochius *lib. 2. præsump. 15. num. 4. & 5.* Salzedo *de lege polit. lib. 2. cap. 9. num. 25. & 26.* Carocius *de excep. exceptito. 4. num. 5.* Narbona *l. 60. glo. unica nu. 69. versic. Secluſa, tit. 4. lib. 1. recop.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 17. num. 18.* plures addit Barbosa *in cap. cum in jure peritus 31. num. 2. versic. Etiam si, & versic. Hinc etiam de offic. & potest. jud. deleg. & in l. 1. num. 2. C. de mandat. Princip.*

Sed non desunt quàm plurimi alii, qui ex verio- 11
ri, magis recepta sententia docent, quòd si delegatus est Cardinalis, aut quilibet alius excelsus, notus, & probatus vir non tenetur rescriptum suæ delegationis edere, nec inferere in prima citatione tenorem suæ delegationis aut commissionis, *can. nobilissimus glo. verbo nihilominus 97. dist.* Gabriel *com. conclus. tit. de probat. conclu. 1. num. 12. & 13.* Mascard. *de probat. conclu. 140. num. 1. & 2.* Menochius *cons. 100. num. 77. & 78. lib. 1.* Farinac. *in praxi par. 2. quæst. 63. à num. 55 ad 62. & frag. crim. par. 2. littera D, num. 94.* Burgius *de modo proced. ex abrup. quæst. 90. num. 16.* Guazzinus *defen. 13. cap. 6. numer. 5. versic. Quarto limita*, Conciolus *resol. crim. verbo judex resol. 5. num. 6. in fine*, Narbona *l. 60. glo. unica nu. 66. & 67. tit. 4. lib. 2. recop.* Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 20. numer. 25.* Riccius *collect. 1459.* Danza *de pugna Doctor. tom. 2. tit. de offi. delegati cap. 2. num. 2.* Perei. *de manu Reg. in prag. 1. cap. 7. num. 3. versic. Et quoad primum, ibi: nisi tam excellens persona*, Barbosa *in can. nobilissimus num. 1. & 3. disi. 97. & in extravag. injunctæ num. 8. de electione in extravag. com. & in l. 1. num. 5. 6. & 7. C. de mandat. Princip. & de jure Eccles. uni. lib. 1. cap. 4. à num. 63.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 3. resol. 5. num. 54. & 55.* Fermos. *in c. transmissam 15. q. 7. à n. 1. de electione.*

Verùm concordantur Doctores; Nam si infertur ter- 12
tio præjudicium, Cardinali, aut alio quantumvis excelso, noto, & probato viro non creditur, nisi rescriptum, commissionem seu delegationem exhibeat, & in prima citatione ejus tenorem inserat, & ita procedunt tradita *nu. 10.* Si autem nulli infertur præjudicium, tunc Cardinali, aut alio excelso, noto, & probato viro creditur, etiam si non exhibeat rescriptum, delegationem, seu commissionem, sicque procedunt tradita, *nu. 11. ita glo. ult. in cap. sicut nobis 39 de senten. excom.* Menochius *cons. 100. nu. 73. l. 1. & de præsump. lib. 2. præsump. 15. nu. 9.* Mascard. *de probat. concl. 140. n. 10. & concl. 269. n. 21.* Aviles *c. 1. præter. verbo cartas nu. 4.* Genua *de scrip. privata l. 3. qu. 5. nu. 43.* Riccius *collect. 1459.* Barbosa *in can. nobilissimus n. 2. dist. 97. & notat. in l. 1. num. 8. in fine C. de mandat. Princip. & de jure Eccl. uni. l. 1. c. 4. nu. 66. in fine.* Fermosinus *in cap. transmissam 15. qu. 7. nu. 7. & 8. de electione* Farinacius *in praxi par. 2. qu. 63. num. 57. & 64.* Narbona *l. 60. glo. unica nu. 68. tit. 4. lib. 2. recop.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 17. nu. 19.* Pareja *de instr. edit. to. 1. tit. 2. res. 5. nu. 56.* Diana *resol. mor. part. 5. tract. 2. res. 21. & in coordinat. par. 9. tract. 7. resol. 69. n. 1. in prin.* in Cathalonia patet ex exemplaribus relatis supra *n. 7.* Quòd conservatores erant viri excelsi, noti, & providi, unus Abbas, & alii Canonici Ecclesiarum Cathedralium, quo non obstante, fuit declaratum, eos respectivè teneri inferere in prima citatione tenorem suarum delegationum, commissionum, & conservatoriarum.

Sed scias circa hanc secundā ampliationē. Quòd licèt 13
ali-

aliqui dicant, quòd de consuetudine Romanæ Curiæ creditur Cardinali asserenti, etiam in præjudicium tertii, quos citant Farinacius *in praxi par. 2. quæst. 63. num. 69.* Diana *resol. moral. par. 5. tract. 2. resol. 31. & in Coordin. par. 9. tract. 7. resol. 69. num. 1. versic. Sed quidquid sit de jure*, Barbosa *de jure Eccles. uni. libr. 1. cap. 4. num. 65.* Tamen ipse Farinacius palinodiam cantare videtur ex Doctoribus, quos in id expendit *nu. 70. 71. & 72.* ut rectè animadvertit Narbona *l. 60. glo. unica. nu. 69. tit. 4. lib. 2. recop.* & expressè tuetur idem Farinacius *decis. 630. tom. 2.* refert Pareja *de instru. edit. to. 1. tit. 2. resol. 5. num. 60.*

14 Limitatur 1. Si citatus comparet coram conservatore, processus validus est, & acta ex inde secuta valida sunt, etiam si in citatione prima non sit insertus tenor delegationis, seu commissionis, Beltramin. ad Ludovis. *decis. 137. num. 9.* Menochius *lib. 2. præsump. 15. num. 11.* Patianus *de probat. lib. 2. cap. 43. num. 57. & 58.* Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap. 2. nu. 89. 90. & 91.* & reprobatis contrariis, Gratianus *discep. foren. cap. 70. à num. 24.* Narbona *l. 60. glo. uni. à num. 45. ad 50. tit. 4. lib. 2. recop.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 5. à nu. 61. ad 66.*

15 Generale enim est in omni materia, quòd citatio etiam si sit nulla, per comparitionem partis acta ex de secuta convalidantur, ut cum multis tradidi *dec. 123. num. 22. par. 3.* quibus addo Conciolum *ad stat. Eugubii lib. 2. rub. 1. nu. 17.* Parejam *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 5. nu. 64. in fine*, Balmasedam *de collect. quæst. 112. nu. 18.* Roxas *dec. 108. n. 12.* etiam per comparitionem procuratoris, Ego plures Laudo *dec. 123. num. 23. par. 3.* Quamvis comparitio fiat in causa ad effectum excipiendi de nullitate citationis, ejus vitium purgatur, Ego multis citatis *dec. 123. num. 26. par. 3.* quibus addo Nobilem Senatorem nostrum Egregium Don Petrum de Amigant in addit. ad Pegueram *in praxi Civi. rub. 28. num. 26.* Conciolum *ad stat. Eugubii lib. 2. rub. 1. num. 18.* ubi noster Romaguera quam plurimos citat *nu. 52.*

16 Nota tamen, quòd partis oppositio necessaria est, ut dicatur non constare de jurisdictione delegari ex non inserta copia commissionis, seu delegationis in prima citatione, ut post alios docent Narbona *l. 60. glo. uni. num. 49. tit. 4. lib. 2. recop.* aliàs parte non opponente, acta per delegatum facta valent, Ursellius *Conclusio 126. nu. 105.*

17 Limita 2. Si ex stylo; & consuetudine conservetur, ut tenor delegationis, seu commissionis inseratur in prima citatione, qui sanè stylus omnino pro lege servari debet, ut docent, Felin. Socin. Sen. Decius, Curtius Junior, quos refert, & sequitur Menochius *cons. 100. num. 74. libr. 1.* Decianus *respon. 18. num. 158. lib. 1.* Burgius *de modo proced. ex abrup. qu. 90 num. 14.* Gratianus *discep. foren. cap. 170. num. 16.* Farinacius *frag. crim. par. 1. littera D, num. 96.* Narbona *l. 60. glo. uni. num. 42. tit. 4. lib. 2. recop.* Guazzinus *defen. 13. cap. 6. num. 5. vers. Quinto limita*, Conciolus *resol. Crim. verbo Judex resol. 5. num. 6.* Pareja *de instr. Edit. tom. 2. resolut. 5. num. 72.* Verùm in Cathalonia stylus est in contrarium, ut in exemplaribus supra relatis *num. 7.*

18 Limitatur 3. Quando delegans est in eodem loco, in quo delegatus intendit jurisdictionem suæ delegationis exercere, nam tunc delegatus non tenetur inserere in prima citatione tenorem suæ delegationis seu commissionis, Gramat. *cons. 51. num. 17.* & ita obtinuisse testatur *dec. 36. num. 27.* Decianus *tract. Crim. l. 4. cap. 25. num. 58.* Menochius *de arbitr. jud. lib. 1. qu. 76. num. 11. & lib. 3. præsump. 15. num. 10.* Cabal. *resol. Crim. casu 26. num. 1. & seq.* Guazzinus *defen. 1. cap. 1. num. 11. & defen. 13. cap. 6. numer. 4.* Farinàcius plures citat *in praxi part. 2. qu. 63. nu. 67. & 68. & frag. Crim. par. 1. littera D, num. 97.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 5. num. 66.* Conciolus *resol. Crim. verbo Judex resol. 5. num. 4.* Danza *de pugna Doctor. to. 2. tit. de officio delegati cap. 2. num. 2.* Sialoja *de foro comp. cap. 12 nu. 111.* Cancer. *par. 2. var. cap. 2. nu 196.*

19 Limita 4. Ut procedat quando citationis executio fit in partibus longinquis, quo casu delegatus tenetur inserere in prima citatione tenorem suæ delegationis, seu commissionis; secus quando executio citationis non fit in partibus longinquis, sed in eadem Civitate, Diœcesi, seu Provincia delegati citantis, nam tunc delegatus in prima citatione tenorem suæ commissionis, & delegationis inserere non tenetur, Farinacius *frag. crim. par. 1. littera D, nu. 93.* Guazzin. *defen. 13. cap. 6. n. 5. vers. Tertio limita.* Conciolus *resol. crim. verbo Judex resol. 5. nu. 5.* Danza *de pugna Doctor. tom. 2. tit. de officio delegati cap. 2. num. 2.* Gratian. *discep. foren. cap. 100. nu. 31.* Dacianus *respon. 18. num. 159. lib. 1.* Gail. *lib. 1. obser. 48. nu. 22.* Ludovis. *decis. 12. nu. 6. & dec. 137. nu. 1.* Narbona *l. 60. gl. unica nu. 35. 36. 43. & 86.* Pareja *de instr. Edit. to. 1. tit. 2. resol. 5. nu. 73.*

Distantia quando censeatur modica, vel magna, positum est arbitrio judicantis probat Ludovis. *dec. 137. n. 3.* Quia antea *nu. 2.* dixit, distantiam quindecim milliarium ad istum effectum haberi pro modica, ex Mantica *dec. 288. nu. 1.* utrumque transcripsit Pareja *de instru. Edit. to. 1. tit. 1. resol. 5. sub nu. 73.* 20

Cæterum ista limitatio 3. non est recepta in Cathalonia. Nam in exemplaribus relatis *nu. 7.* In primo diei 26. Martii 1665. Josephi Tinxò, conservator, & dictus Tinxò erant in hoc Principatu. In secundo diei 5. Octobris 1666. conservator erat in Civitate Gerundæ, & Bajulus, Jurati, Clavarius, & alii Villæ de Cassa de la Selva sunt Diœcesis Gerundæ. In tertio diei 10. Martii 1682. tam conservator, quàm Josephus Andreas, & Jacobus Barbassa erant, & sunt Civitatis Barcinonæ; quibus non obstantibus, fuit declaratum, teneri prædictos conservatores inserere in prima citatione tenores suarum delegationum, & conservatoriarum. 21

Plures alias limitationes, si quis videre voluerit, consulat Guazzin. *defen. 13. cap. 6.* Conciol. *resol. jur. verbo Judex resolut. 5.* Menoch. *cons. 100. à nu. 71. ad 79. lib. 1. & li. 2. præsumpt. 15.* Narbonam *in l. 60. glos. unica num. 41. versic. A prædicta tamen generalitate tit. 4. lib. 2. recop.* Parejam *de instr. Edit. tom. 1. tit. 2. res. 5. à numer. 53. usque ad finem.*, ad quos se refert Don Bonavent. de Tristany *in Corona Benedictina c. 2. n. 89.* 22

ARGUMENTUM.

An Judex Ecclesiasticus procedens contra laicum in causis civilibus per censuras Ecclesiasticas, & non prius cum mulctis, & pœnis pecuniariis teneatur procedimenta revocare.

SUMMARIUM.

1 *Concilium Tridentinum sess. 25. de refor. c. 3. modum procedendi Judicibus Ecclesiasticis præfigit, num. 1. & 2.*

3 *Judices Ecclesiastici non possunt uti censuris Ecclesiasticis, nisi quando jam nullum aliud superest remedium.*

4 *Excommunicatio ultimum debet esse remedium.*

5 *Excommunicatio est remedium extraordinarium, subsidiarium.*

6 *Excommunicatio ferenda est in subsidium.*

7 *Excommunicatio est gravissima, & major pœna, quæ sit in Ecclesia Dei, nu. 7. & post eam Ecclesia non habet ultra, quid faciat n. 8.*

9 *Excommunicatio morti æquiparatur.*

10 *Remedium ordinarium quando habetur, non est utendum extraordinariis, nu. 10. & 11.*

12 *Concilium Tridentinum sess. 25. de refor. c. 3. an in causis Civilibus imponat formam, vel non, n. 12. quidam tenent, quòd non imponit formam, sed tantum instruit Judices Ecclesiasticos, n. 13. & 14. sed alii tenent, quòd præscribit formam, nu. 15. qua non servata, revocanda sunt procedimenta, & hæc opinio servatur in Cathalonia, decisiones referuntur, n. 16. limita n. 17. & 18.*

19 *Executionis ordo relatus in l. à Divo Pio §. in venditione ff. de re Judicata, refertur, num. 9. & an sit forma substantialis, & omnino servanda ita ut ejus omissio vitiet executionem, vel non numer. 20. traditur opinio negativa, num. 21. affirmativa num. 22. distinguens, nu. 23. sed vide, nu. 24.*

25 *Debitor habens bona mobilia an possit ad executionem Judicialem designare, & nominare bona immobilia; aliqui affirmant, num. 25. alii negant nu. 27.*

26 *Executionis ordo introductus in l. à Divo Pio §. in venditione, ff. de Judi. Dicunt aliqui quod est in favorem, & utilitatem debitoris, num. 26. alii quod est favore creditoris, & alii, quod est favore debitoris, & creditoris, cui beneficio non potest debitor invito creditore renuntiare, numero 29. quid in actione hipothecaria, num. 30. quid in obligatione camerali seu instrumento guarentigio, numero 31. quid si stylus Tribunalis sit in contrarium, numero 32. quid favore Ecclesiæ nu. 33.*

34 *Executio fieri debet cum minori damno debitoris, numer. 34. & pignora magna, seu res pretiosæ pro modico debito capi non possunt, nu. 35. fallit, nu. 36.*

37 *Mobilia non existere quomodo probetur.*

38 *Mobilium, & immobilium appellatione quid contineatur.*

DECISIO CCXXXIV.

1 SAcrum Concilium Tridentinum *Sessi. 26. de reformat. cap. 3.* Judicibus Ecclesiasticis modum procedendum præfigit, his verbis: *In causis verò Judicialibus mandatur omnibus Judicibus Ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte Judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tàm inprocedendo quam definiendo à Censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis Civilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus eo ipso quòd exactæ fuerint, assignentur seu perceptionem pignorum, personarumque districtionem per suos proprios, aut alienos executores faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas definire. Quòd si executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga Judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit.* Præter citatos per Barbosam *in collectanea*, Pareja *de instru. Edit. tom. 2. tit. 8. resol. 2. nu. 45.* Daniel. de Nobilibus *disputa. 26. num. 16. & 17. & disput. 37. num. 18. & 19.* Martha *de jurisdic. par. 3. cap. 4. num. 7. & cap. 14. num. 15.* Salgado *de Reg. protec. par. 5. num. 63.* Martianus Antonius *var. lib. 1. casu 75.* Cevallos *de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 57.* Guttier. *de jurament. confir. part. 1. cap. 17. num. 10.* Pereyra *decis. 117. num. 10.* Fraſſo *de Reg. Patron. Indiar. tom. 2. cap. 86. num. 19. & 20. & innumeros citat. num. 21.*

2 Ex alia parte Concilium Provinciale Tarraconæ immediatè celebratum post Concilium Tridentinum hujusmodi decretum Concilii Tridentini acceptavit, & excommunicationes in multis casibus positas per Constitutiones Provinciales antiquas limitavit. Quæ omnia referuntur *in cap. 47.* Curiarum Montissoni anni 1585. quod est *Constitutio 2. tit. de invocatio de bras fœcular.*

3 Ex qua dispositione Concilii Tridentini *sess. 25. de refor. c. 3.* deducunt Doctores. Quòd Judices Ecclesiastici non utantur censuris Ecclesiasticis, nisi quando jam nullum aliud supereſt remedium, ſic Cast. Palaus *in oper. moral. par. 6. tract. 29. disp. 2. punct. 1. n. 5.*

4 *vers. Quapropter.* Taliter † quòd excommunicatio ultimum debeat esse remedium, Giurba *dec. 94. sub nu. 8.* Costa *de remedio subsid. remedio 14. num. 3.* Qui ad id citant *cap. Clericus de vita, & honest. Clericor.* Pareja *de instrument. Edit. tomo 2. tit. 8. resol. 4. num. 41. in fine*, qui præter dictum textum, *allegat Concilium Tridentinum dicto cap. 3.* Fraſſo *de Regio patronatu Indiar. tom. 2. cap. 86. nu. 23.*

Deducunt etiam, quòd excommunicatio est remedium extraordinarium, & subsidiarium Martha *de jurisd. par. 3. c. 4. num. 7.* & quòd censurarum remedium hodie sit subsidiarium, ex Galet. tradit Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sessi. 25. de refor. cap. 3. numer. 19.* adeò quòd † excommunicatio ferenda est in subsidium, Marcus Antonin. Genuen. quem refert, & sequitur Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sessi. 25. de refor. capit. 3. num. 20.* Martha *de jurisd. par. 3. c. 4. num. 7. & capit. 14. num. 15.* alios addunt Daniel *de Nobilibus disput. 37. nu. 19.* idem Barbosa *de potest. Episco. par. 3. alleg. 96. num. 14.* Riccius *collect. 1422. versic. Quintum est*, Fermosin. *in cap. novit, qu. 38. nu. 18. & 19. de judi. & in cap. ad nostr. m 20. quæst. 1. num. 2. 3. & 4. de jure jurando*, alios addo infra *decis. seq. n. 14.* 5 6

Etiam excommunicatio est pœna gravissima, & major, quæ sit in Ecclesia Dei, *can. corripiantur 24. qu. 3.* Marc. Anton. Genuen. *in pract. Eccles. quæst. 685. n. 7.* Villalobos *in sum. mor. part. 1. tract. 17. dif. 1. num. 5. in prin.* Giurba *decis. 94. sub numer. 8.* Cast. Palaus *in oper. mor. par. 6. tract. 29. disput. 2. punct. 1. num. 5. in prin.* Leander. *quæst. mor. par. 4. tract. 1. disp. 1. quæst. 10. & tract. 2. disp. 1. quæst. 2. versic. Et ideo*, Pareja *de instru. edit. tom. 2. tit. 8. resol. 2, num. 41. in prin.* Costa *de remed. subsid. remed. 14. nu. 3.* Fraſſo *de Reg. Patron. Indiar. tom. 1. cap. 34. num. 20. & tom. 2. cap. 86. num. 24.* Barbosa *in praxi exig. pension. par. 1. quæst. 8. num. 1.* Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst. 2. num. 1. de judiciis.* Et post eam † Ecclesia non habet, ultra quid faciat, ut dicit Cœlestinus Papa *in cap. cum non ab homine de judiciis*, Villalobos *in sum. mor. part. 1. tract. 17. dif. 1. num. 5.* Cast. Palaus *in sum. par. 6. tract. 29. disp. 2. punct. 1. num. 5.* Ideoque excommunicatio † morti æquiparatur, & mors dicitur, venitque de Jure canonico appellatione mortis, *can. abest 11. quæst. 3. cap. per. venerabilem, tit. qui filii sint legitimi*, Genuen. *in pract. Eccles. quæst. 685. nu. 6.* Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 19. num. 12.* Paregja *de instru. edit. tom. 2. tit. 8. resol. 2. num. 41.* Fraſſo *de Reg. Patron. Indiar. to. 1. cap. 34. num. 18.* quia sicut mortuus caret operationibus vitæ, sic excommunicatus caret operationibus spiritualibus, Villalobos *in sum. moral. par. 1. tract. 17 dif. 1. nu. 2. versic. Tambien. sellama muerte*, Leander *quæst. mor. par. 4. tract. 2. dispu. 1. qu. 2. vers. Tertiò*, Barbosa *in capit. per venerabilem num. 48. qui filii sint legitimi.* 7 8 9

Unde dicunt præcitati Doctores, quòd quando habentur remedia ordinaria, non debemus uti extraordinariis, *cap. ad nostram 2. de jure jurando*, sic in terminis Soto *lib. 4. sententiar. disp. 22. quæst. 1. articul. 2.* Bereta *cons. 3. num. 2. & cons. num. 19.* Giurba *decis. 94 num. 8. in fine*, Costa *de remed. subsid. remed. 14. num. 3.* Genuensis *in prax. Archiep. Neapol. cap. 1. numer. 4.* Martha *de jurisd. par. 3. cap. 4. num. 8.* Carasco *ad leg. recop. cap. 4. §. 1. num. 1.* Riccius *collect. 1422. versic. Hinc*, Fermosin. *in cap. novit. quæst. 38. numer. 19. de judiciis*, Lazarius *de monitor. sect. 1. quæst. 10. & qu. 15. num. 1. & 8.* Pareja *de instru. edit. tom. 2. tit. 8. resol. 2. nu. 42.* quidquid respondere tentaverit idem Giurba *decis. 94. nu. 9. versic. Resp. 2.* cui benè satisfacit idem Pareja *de instru. edit. tom. 2. tit. 8. resol. 1. à num. 44.* 10

Quod generale est in omni materia, quòd ubi datur remedium ordinarium, non conceditur extraordinarium, *l. quædam 9. ff. de edendo, l. si apud minorem 2. l. in causæ 16. ff. de minorib.* doctè exornat multis citatis Barbosa *axiomate 202. num. 1.* ubi *num. 3.* limitat, si remedium extraordinarium sit utilius ordinario, quos transcripsit Pareja *de instru. edit. tom. 2. tit. 8. resol. 2. num. 43.* qui *nu. 62. & 63.* limitat, quando per extraordinarium remedium pinguius, & melius petenti consulitur, tunc remedio extraordinario uti poterit, quibus addendi sunt Fontanella *decision. 113. numero 4. & 5. part. 1. & decision. 357. numero. 1. & 9. part. 2. & de pact. nup. tomo. 1. claus. 4. glos. 18. par. 10. à nu. 100.* Regens Leo *decision. 166. num. 3. lib. 2.* idem Barbosa 11

in l.

in l. fin. num. 2. qui pariter *n.* 3. & 4. Limitat, si remedium extraordinarium sit utilius ordinario, *C. si adver. rem judicatam*, Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 4. *gloss.* 12. *n.* 38. 39. & 40. *fol.* 42. *tom.* 2. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 3. *à numer.* 65. Dominus Vicecancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.* 1. *nu.* 320. *vers. In hoc*, & *n.* 323. ubi *nu.* 331. Limitat in casu valde notabili, Vargas Machuca *par.* 8. *tit.* 4. *consider.* 22. *n.* 5. 6. & 7. *fol.* 422.

12 Difficultas verò consistit. An Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de refor. c.* 3. *vers. In causis verò judicialibus*. Imponat formam, vel non? Et quamvis plures teneant † quòd non imponit formam, sed tantùm instruit

13 judices Ecclesiasticos, tenent Marian. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *casu* 75. *vers. Insuper dicitur*, Campan. *in diver. jur. canon. rub.* 11. *cap.* 15. *n.* 90. Giurba *dec.* 94. *num.* 9. *vers. Respons.* 2. Escobar. *in tract. selectissim. tract.* 2. *par.* 2. *quæst.* 2. §. 3. *num.* 122. Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 8. *resol.* 2. *num.* 53. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 96. *num.* 39. *in prin. & in collect. ad Concil. Tridentinum sess.* 15. *de reform. cap.* 3. *numer.* 11. qui moventur eo assumpto infra referendo, *n.* 21.

14 Adeò quòd excommunicatio lata non præmissis diligentiis requisitis de faciendo executionem realem, & personalem juxta decretum Concilii Tridentini *sessione.* 25. *de reform. cap.* 3. non est nulla, sed injusta, quia ut dictum est, *num.* 8. Concilium Tridentinum non annullat excommunicationem sine illis requisitis latam, ac proinde illam esse validam, & qui aliter excommunicatur, ligatus existit, indigetque absolutione, ita Garcia *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 587. *vers. Quamvis in una juncto vers. Quæ resolutio*, Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de refor. cap.* 3. *n.* 21. *& sub num.* 23. *& de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 39. *versic. Unde Bene.* Moneta *de conservator capit.* 8. *numer.* 173. & 178. confert Lauder *quæst. moral. part.* 4. *tract.* 1. *disput.* 6. *quæst.* 27. *ver. Confirmatur*.

15 Sed alii docent, quòd Concilium Tridentinum *sessi.* 25. *de reform. c.* 3. *vers. In causis vero judicialibus*. Formam judicibus Ecclesiasticis præscribit, sic Leo *in thesaur. fori Eccles. part.* 3. *cap.* 38. *num.* 22. Sayrus *de censuris lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 33. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 89. Lazarius *in tractat. de monitor. sect.* 4. *quæst.* 8. *num.* 7. qui foventur assumpto infra referendo *num.* 22. & eos refert sed non sequitur Barbosa *in collect. Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 3. *num.* 22. *versic. Contra*, & *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *nu.* 39. *vers. quamvis*. Qua forma non servata, excommunicatio est nulla, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii, referunt Leo *in Thesauro fori Ecclesiastici part.* 3. *cap.* 38. *num.* 15. Costa *de remed. subsid. remed.* 14. *sub n.* 3. Martha *de juris. part.* 3. *cap.* 14. *à num.* 15. quem sequitur Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 64.

16 Hæcque opinio servatur in Cathalonia, secundùm quam Cancellarius declarat, procedimenta, quæ fiunt per judicem Ecclesiasticum, quando procedit contra laicum, non cum multis, & pœnis pecuniariis prius, & deinde in subsidium sub censura excommunicationis, & sic non servata forma Concilii Tridentini *sessi.* 25. *de refor. c.* 3. & constitutionis Curiarum Montissioni anni 1585. *capit.* 47. quæ est constitutio 2. *tit. de invocacio de bras sacular*, esse revocanda. Sic fuit declaratum per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sala, Ferrer, Sabater, Guardiola, & Oliba 20. Decembris 1586. in favorem Petri Millet I. V. Doctoris, contra Joannem Franquesa agricolam loci de Peyrer. Et per eumdem Cancellarium Manegat, Consultoribus Sala, Amell, Sunyer, & Oliba 26. Maii 1587. in favorem Benedicti Puig, contra Communitatem Presbyterorum Villæ Torani. Et per prædictum Cancellarium Manegat 24. Decembris 1587. in favorem Ludovici Perles Villæ de Iuars, contra Jacobum Soldevila, Villæ de Menargues. Et per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Guardiola, Oliba, Sabater, Sunyer, & Descams 7. Octobris 1592. in favorem turorum filiorum Jacobi Janer quondam Civis Barcinonæ, contra Simonem Canjet Mercatorem Civem Barcinonæ, his verbis: procedimenta per Curiam Auditoris piarum causarum Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, eo modo quo facta sunt, non cum pœnis, & mulctis pecuniariis prius, & deinde in subsidium sub censura excommunicationis, & ita non servata forma Concilii Tridentini, & novæ constitutionis Cathaloniæ revocanda esse, & ad dictam formam reducenda esse, & reduci debere. Similis per eumdem Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Sabater, & Sunyer 5. Martii 1593. in favorem Joannis de Gualbes Domicelli Barcinonæ Domiciati contra Joannem Xammar Domicellum in eadem Civitate Barcinonæ Domiciliatum.

Refert tamen decisum Garcia *de benef. part.* 1. *cap.* 5. 17
n. 587. quòd quando litteris Apostolicis datur facultas excommunicandi morosum in solutione pensionis, non teneri executorem in ferenda sententia excommunicationis servare formam decreti Concilii Tridentini *sess.* 25. *de reform. cap.* 3. nec hujusmodi facultatem censeri datam in subsidium, & refert Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 96. *n.* 39. *in fine*, *vers. Quando vero*, & explicat idem Barbosa *in collect. ad Conc. Trid. sess.* 25. *de refor. cap.* 3. *num.* 23.

Alius est casus, quando condemnatus ad recipien- 18
dam aliquam in uxorem vigore alicujus obligationis, vel etiam privatæ, & comprobatæ schedulæ, quam fecit mulieri promittens illam in uxorem habiturum, præcedente monitione cogendus, & compellendus est per Ecclesiasticas censuras pro executione sententiæ promissionem adimplere, nisi Judex prudens aliàs conjiciat, ex invitis nuptiis gravia mala, & scandala orienda, latè Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 29. Guttier. *de matrimon. capit.* 15. *à num.* 2. & alii permulti quos remissivè Ego citavi *decis.* 173. *num.* 18. *part.* 2. quibus addo Rotam in una decisione novissima ex recollectis per Farinac. 25. *per totam fol.* 10. Salgado *de Reg. Protec. par.* 4. *cap.* 5. *n.* 63. Leander *quæst. moral. par.* 2. *tract.* 9. *disput.* 1. *quæst.* 46. Costam *de remed. subsid. remed.* 14. *num.* 6. & 7.

Doctores citati *num.* 13. & 15. tractant materiam, 19
l. à Divo pio, §. *in venditione*, *ff. de re judicata*, quomodo Judex debeat suam exequi sententiam, ubi Ulpianus docet, quòd si condemnatus Judici non paret, primò debent capi, & distrahi ejus bona mobilia, quæ si non sint, vel ad satisfactionem non sufficiant capi, & distrahi debent res soli, & immobilia, & si hæc non sint, neque ad satisfactionem sufficiant, ad jura, & nomina debitorum tamdem devenitur, quod etiam probant *l.* 1. *Cod. de prætor. pig. l. Civitates* 8. *ff. cujusque univer. nom.* exornant præter Barthol. & commun. scribentes *in dicta l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, Suarez *in l. post rem judicatam par.* 2. *quæst.* 2. *in prin.* Azevedo *l.* 19. *à n.* 34. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Paz *in praxi tom.* 1. *par.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Parlador. *rerum quotidian. fin. part.* 5. §. 1. *num.* 2. Pichard. *in manducat. ad praxim part.* 2. *præcepto* 7. *à num.* 1. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 50. *nu.* 55, Caroc. *de excus. bonor. quæst.* 3. Costa *de remed. subsid. remed.* 43. *in prin.* Bolaños *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 15. *num.* 3. Riccius *collect.* 1156. *in prin.* Trentacinquius *var. lib.* 2. *de expensis resol.* 3. *num.* 2. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 12. & *remissivè cap.* 11. *num.* 15. Gamma *dec.* 199. *num.* 1. Maranta *de ord. jud. part.* 6. *actu* 3. *tit. de executione sententiæ num.* 8. *vers. Hoc præsupposito*, Milanen. *dec.* 5. *n.* 45. *lib.* 1. Cuenca *de Comanda clau.* 36. *n.* 68. Barbosa *in praxi exig. pen. part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 13. Neguzant. *de pignor. par.* 6. *membro* 1. *à num.* 7. Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 1. *nu.* 7. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *c.* 96. Peguera *in praxi Civ. rub.* 29. *n.* 22. Reg. Leo *dec.* 163. *n.* 1. *lib.* 2. Thoro *in compen. decis. par.* 3. *verbo exequutio facienda col.* 2. *in prin. fol.* 396. Reg. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. cap.* 13. §. 3. *nu.* 15. & 18. Dubitant tamen.

An ordo relatus in dicta *l. à Divo Pio*, §. *in venditio-* 20
ne, *ff. de re judicata*, quo ad captionem, & distractionem pignorum judicialium, sit forma substantialis, & omnino servanda, ita ut ejus omissio vitiet executionem, vel non? Concertatio non mediocris est inter interpretes, ut ait Parlador. *rer.* 1. *quotid. cap. fin. par.* 5. §. 3. *num.* 4. res controversa inter Doctores, Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 1. *num.* 11. Ybañez de Faria

ria ad Covar. *lib.2. var. cap.1. sub nu.* 12. sæpeque numero controvertitur Costa *de remed. subsid. remed.* 43. *in prin.* tres sunt opiniones.

21 Prima est opinio, quòd ordo præscriptus in *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicata*, non est forma substantialis, & præcisa, nec omnino servanda, & illius omissio executionem non vitiat quia solùm datur ad instructionem judicis, *sic glos. in dicta l. à Divo Pio*, §. *in venditione verbo jubentur*, ubi Barthol. *num.*8. & 9. Cuman. *num.*1. *in fine*, Imola *col.* 2. *ad medium post versic. Et ideo in dubio.* Jason. *num.* 19. Alberic. Zazius, & Herculan. *ff. de re judicata*, Panormit. *in cap. quoad consultationem n.*27. *de sentent. & de judi.* Joan. Andr. *in cap. quoniam frequenter num.* 1. *ut lite non contest.* Bertrand. communem opinionem dicit *cons.* 145. *num.*5. *vol.*6. Socin. ab hac opinione recedendum non esse dicit *cons.* 145. *vers. Neque obstat nu.*26. *libro secundo* Gregor. Lopez *magis communem innuit l.*3. *gloss.*1. *tit.*27. *part.*3. Surd. *cons.*39. *nu.*22. & 23. *libro secundo* Cevallos communem esse opinionem ait *com. contra com. quæst.* 815. *num.* 41. *tom.*3. Gratian. veriorem, & in practica servatam reprobatis contrariis ait, *discep. foren. cap.*7. *num.*25. & 26. Mohedan. sic judicatum testatur *dec.*185. Guido Papa *dec.* 281. Guttier. in judicando, & consulendo tenendam, ubi magis communem dicit *pract. lib.*1. *quæst.*131. Azevedo reprobatis contrariis, *l.*19. *à num.*37. *vers. Sed an si circa usque ad num.*42. *tit.*21. *lib.*4. *recop.* Franchis magis communem opinionem, & per Concilium habitam pro vera refert *dec.*441. ubi Luca veriorem dicit *in observat. num.*4. *& per totam*, Puteus *decis.* 318. *lib.*2. Gabriel *lib.* 2. *tit. execut. rei jud. concluf.*2. Costa *de remed. subsid. remed.*43. *numero primo* Trentacinq. *var. lib. secundo tit. de expensis resol.* 2. *num.*3. Gamma *dec.*199. *num.*6. Intrigliol. *singul.*77. *lib.*2. Azin. *in praxi jud.* §.31. *cap.*6. Muscatel. *in praxi part.*1. *gloss. sententia numer.* 126. *& part.*3. *glos. servata num.*12. Carleval sequendam esse tamquam magis communem, & minus scrupulosam ait *de judiciis lib.*1. *tit.*3. *disput.* 1. *num.* 11. & 12. Milanen. *decis.* 5. *num.*50. & 51. *lib.*1. Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi civili rub.* 9. *num.* 166. *post prin. vers. Si autem*, Florez de Mena in addit. ad Gamma *dec.*40. *n.*3. *vers. Et quoad præsentem*, Osualdus ad Donel. *lib.*27. *cap.*3. *litera R*, Barbosa *in praxi exigen. pen. lib.* 1. *qu.*15. *n.*13. *in fine*, & *de potest. Epis. par.*3. *alleg.*96. *n.*39. *vers. Et eo potissimum*, & *in collect. ad Concil. Trident. sess.*25. *de reform. cap.*3. *sub nu.*21. Riccius *collect.*386. *in prin.* Pichard. *in manducat. ad prax. par.*2. *præc.*7. *num.*9.10. & 11. Giurba *dec.*94. *num.*9. *vers. Respon.*2. Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.*8. *resol.*2. *n.*53. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.*52. *gl.*5. *n.*15. 16. & 17. *fol.*231. *tom.*2.

22 Secunda est opinio, quòd ordo præscriptus in dicta *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicata*, est forma substantialis, & præcisus, omninoque servandus, & ejus omissio executionem vitiat, ita Imola *in dicta l. à Divo Pio*, §. *in venditione numer.*11. Alexand. *num.*13. & 38. Jason affirmat magis communem esse, quamvis eam non sequatur, *num.*19. *ff. de re jud.* Felin. *in cap. quoad consultationem n.* 12. *de senten. & re judicata*, Alexand. *cons.* 5. *col.* 2. *vol.*2. Avendaño *de exequen. mandat. part.*1. *cap.*17. *num.*4. veriorem dicunt Guttier. & Maranta, ille *cons.*19. *num.*9. iste *de ordin. jud. par.*6. *actu* 3. *tit. de executione sententiæ num.* 9. Peguera noster *in prax. civil. rub.*29. *numer.* 22. Scaccia *de appellat. quæst.* 11. *limit.* 10. *n.*27. Molina *de primog. Hispan. lib.*4. *cap.*7. *num.*42. Osascus *dec.*33. *num.*6. Parlador. *veriorem esse opinionem arbitratur rer. quotid. cap. fin. part.*5. §.3. *num.*4. & 5. Bolaños *in Curia Philip tom.* 1. *part.*2. §.15. *num.*4. Rodriguez *de execut. cap.*5. *nu.*29. Genuen. *in pract. Ecclesiastic. quæst.*314. *in prin.* Ybañez de Faria ad Covar. *lib.*2. *var. cap.*1. *num.*12. *versic. Exequutio autem*, Niger *de re judi. cap.* 11. §. 1. *à num.* 19. Postius *de subhastat. inspect.*14. *num.*49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. & 56. Coler. *de proces. execut. part.*3. *c.*9. *numer.*20. Muscatel. *in praxi lib.*2. *part.*3. *gloss. servata à nu.*10. Thoro *in compen. dec. part.* 3. *sect.*1. *verbo exequutio faciendafol.*396. Prat. *pract. observat.*43. Afflictis in Sacro Concilio Neapolitano decisum refert *dec.*358. ubi Ursil. ipsum semper vidisse observari in Sacro Concilio, & maximè in quadam causa Comitis Cosertæ, & creditorum Ducis Adriæ Senioris anno 1552. testatur *n.*1. & licèt controvertatur per Franchis *dec.*441. tamen hanc decisionem Afflict. citant, & sequuntur Rovit. *in prag.* 5. *in prin. de offi. Sacri Concilii*, Pechius *de jure sistendi cap.*12. *nu.*7. Amendola ad Franchis *dec.*441. *num.*1. & 2. Riccius *in prin.* & alii plures, quos citat Thoro *in compend. decis. part.*1. *verbo exequutio sententiæ an sit retractanda fol.*195. Faber decisum tradit in Senatu Sabaudiæ *in Cod. lib.*7. *tit.*2. *de executione rei judicatæ*, *defin.* 48. Riccius *collect.* 1156. Fermosinus *in cap. quoad consultationem quæst.*1. *n.*58. *de senten. & re jud.* Vivius bis declaratum in Curia Aquilana *opin.*11.

Tertia opinio distinguit inter judicem, & executo- 23
rem, seu apparitorem, nam in judice dicunt servandam esse opinionem traditam, *n.*21. quia ubi lex mandat aliquid fieri certo modo servato, licèt illud non servetur, actus non est ipso jure nullus, si in lege non est adjecta clausula annullativa, & in dicta *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, est statutus certus modus in venditione facienda, non tamen adest clausula annullativa, igitur si dictus modus non servetur, actus non est ipso jure nullus : at in executore, seu apparitore servandam esse opinionem traditam *num.*22. quia executor aliter faciendo quàm sibi per judicem demandatum fuerit, fines mandati excessisse videtur, quam distinctionem sequuntur Felin. *in cap. quoad consultationem, de senten. & re judic.* & alii plures quos refert Trentacinq. *lib.*2. *resol. jur. tit. de expensis resol.* 2. *num.*4. & 5. impugnant Doctores utriusque opinionis traditæ *num.*21. & 22. ut Avendaño *de exequend. mandat. lib.*1. *prætor. cap.*17. *num.*4. Guttier. *pract. lib.*1. *qu.* 131. *num.*2. *vers. Non obstat*, ibi : *Inter has tamen opiniones*, Parlador. *rer. quotid. cap. fin. part.*5. §.3. *num.*4. Riccius *collect.* 1156. *vers. Limita* 3. & alii.

Sed meo parvo judicio quæstio ut sic proposita, & 24
controversa apud Doctores citatos *nu.*20. 21. 22. & 23. nullam continet difficultatem. Nam omnes sentiunt, & concordant, quòd si à debitore, seu à parte fuerit appellatum, seu reclamatum executio facta contra formam, *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judi.* nulla, & invalida est; si verò à debitore seu à parte non fuerit appellatum, contradictum, seu reclamatum, executio facta contra formam dictæ *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicata*, valida est in immobilibus, etiam mobilibus stantibus, quia actus alioquin nullus convalescit, si is cujus interest, non repugnaverit, sic post alios Azevedo *l.*19. *num.*14. *tit.*21. *lib.*4. *recop.* Parlador. *rer. quotid. cap. fin. part.*5. §.3. *numer.*6. Bolaños *in Curia Philip. tom.*1. *part.*2. §.15. *num.*4. Pichard. *in manducat. ad praxim part.*1. *præcep.*7. *num.*11. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.*52. *gloss.*5. *num.*17. *fol.*231. *num.*2. Guttier. *pract. lib.*1. *quæst.* 131. *num.*1. Osuald. ad Donel. *lib.* 27. *cap.*3. *littera R.* Costa *de remed. subsid. remed.*43. *nu.* 1. Genuen. *in pract. Eccles. quæst.* 314. *in prin.* Ybañez de Faria ad Covar. *lib.*2. *var. cap.*1. *numer.* 12. *versic. Executio autem*, Luca ad Franch. *dec.*441. *n.*2. & 4.

Sed difficultas consistit. An debitor habens bona 25
mobilia possit ad executionem judicialem designare, & nominare bona immobilia, contradicente creditore? Gregor. Lopez *in l.*5. *glos.*3. *tit.*27. *part.*3. Affirmativè resolvit, sequitur Paz *in praxi part.*5. *tom.*1. *cap.*2. *num.* 32. *in fine*, *vers. Et hinc est*. Quia ordo † procedendi 26
in executione introductus est in *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de judi.* in favorem, & in utilitatem debitoris ut sentit *glos. in dicto* §. *in venditione verbo animalia*, ibi : *Quæ minus debitori nocent*, ubi Barthol. *n.* 5. & firmant Panormit. *in capit. quoad consultationem nu.* 27. *de re jud.* Paz *in praxi par.*5. *tom.*1. *cap.*2. *n.*32. *vers. Qui ordo*, Milanen. *dec.*5. *n.*51. *lib.*1. Luca ad Franchis *dec.*441. *n.*2. *vers. Ratio*, & *num.*4. Intellige si debitor † offert immobilia ante inceptam executionem; exe- 27
cutione verò jam incepta, oblatio immobilium facta per debitorem rejicitur, contradicente creditore, eam præposteram, atque calumniosam allegante, sic pluries vidisse refert Reg. Mattheu *de reg. Reg. Val. c.*13. §.3. *nu.*29.

Ve-

28 Verùm alii negativè resolvunt, quòd debitor habens bona mobilia non potest ad executionem judicialem designare, & nominare bona immobilia, contradicente creditore, ut contra Gregor. Lopez resolvit Parlador. *rer. quotid. cap. fin. part.* 5. §. 3. *num.* 3. quem referunt, & sequuntur Bolaños *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 2. §. 15. *n.* 3. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. capit.* 1. *num.* 12. *versic. Et quamvis*. Quia executionis ordo

29 † inductus in *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicata*, est favore creditoris, ut facilius suam satisfactionem consequi possit, ut ibidem dicunt Cuman. *num.* 1. Alexand. *n.* 3. Jason. *n.* 14. Socin. *cons.* 158. *num.* 14. *lib.* 2. Felin. *in c. quoad consultationem num.* 11. *de re jud.* quos citat, & sequitur, reprobatis contrariis, ac de verìori testatur Pichar. *in manduc. ad praxim*, *part.* 2. *præcep.* 7. *num.* 6. Coler. *de proces. execut. part.* 3. *capit.* 9. *num.* 33. Thoro *in compen. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo executio facienda col.* 2. *in fine*, *fol.* 396. seu ut verius alii docent, est introductus favore debitoris, & creditoris, cui beneficio non potest debitor invito creditore renuntiare, designando prius bona immobilia, Postius *de subhast. in spect.* 14. *à num.* 49. *ad* 56. Galerat. *de renuntiat. tom.* 2. *renunt.* 187. *num.* 4. Niger *de re judic. cap.* 11. §. 1. *à num.* 19. Don Pet. de Amigant in addit. ad Ripoll. *in praxi Civil. rub.* 29. *num.* 166. *in prin.* sic fuit per me provisum in favorem Magnifici Pauli de Areny Regii Conciliarii, & Locum Tenentis Magistri Rationalis domus, & Curiæ suæ Regiæ Majestatis contra Isidorum Berenguer de Castellgerma 3. Novembris 1668. quæ fuit referente Nobili Josepho Rull meritissimo hodie Regente Regiam Cancellariam in Sacro Supremo Regio Coronæ Aragonum Concilio 19. Decembris ejusdem anni confirmata, Scriba Bas. Et iterum per me 24. Septembris 1675. in favorem Hermenterii Massana, contra Paulum Sbert Aromatarium Civem Barcinonæ, Scriba Preve. Et iterum per me 16. Junii 1677. in favorem Raymundi Pellicer uti patris, & legitimi Administratoris filii sui, contra Nobilem Eulaliam Rexach viduam, & Dominicum Mora. Scriba Comdor.

30 Limita 1. quando agitur de actione hipothecaria, nam ordo in dicta *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, non procedit Maranta *de ord. jud. part.* 6. *actu* 3. *de executione sententiæ num.* 13. Amendola ad Franchis *decis.* 441. *num.* 7. declaratum, & confirmatum in Tertia Aula nostræ Regiæ Audientiæ testatur Don Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in prax. Civi. rubr.* 29. *n.* 166. *vers. Plures*, ex Postio *de subhast. obser.* 14. Xammar. *defin.* 21. *n.* 9.

31 Limita 2. ubi adest obligatio cameralis, & apud nos instrumentum guarentigium, non est opus servare ordinem in executione dictæ *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re jud.* Gratian. post alios *discep. foren. capit.* 7. *n.* 28. Barbosa *in praxi exig. pension. lib.* 1. *quæst.* 15. *n.* 14. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 52. *glos.* 5. *n.* 18. *fol.* 251. *pag.* 2.

32 Limita 3. extante contrario usu, ac stylo Tribunalis, ut ad electionem creditoris capi possint in causa judicata, tam mobilia, quàm immobilia debitoris, Guido Papa *dec.* 281. & 568. Azevedo *l.* 19. *sub nu.* 46. & 41. *tit.* 4. *lib.* 4. *recop.* Riccius *collect.* 1156. *in* 1. & 2. *limitatione*, Pichard. *in manducat. ad praxim part.* 2. *præc.* 7. *n.* 8.

33 Limita 4. favore Ecclesiæ potest incipere executio à mobilibus debitorum, vel immobilibus non servata forma, *l. à Divo pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicata*, ex Baldo, & Cyno summè notandum dicit Genuen. *in pract. Eccl. q.* 314.

34 Sed adverte, quòd in omnibus casibus, quibus executio potest incipere ab immobilibus, seu nominibus debitorum, & generaliter in omni executione sententiæ servandus est ordo, ut capiantur ea prius, quæ minus damnosa debitori sint, ita ut executio semper fieri debeat cum minori damno debitoris, *juxta tex. in l. à Divo Pio*, §. *sed*, & *illud*, §. *in venditione*, *glos. verbo animalia*, *ff. de re judi. glos. in l. quandiu*, *Cod. de distract. pignor.* Belluga *in spec. Princ. rubr.* 41. §. *leges Regni num.* 43. Maranta *de ord. jud. part.* 6. *actu* 3. *de executione sententiæ num.* 11. Pichard. *in manducat. ad praxim part.* 2. *præc.* 7. *num.* 6. *in fine*, *versic. Quamvis*, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valent. c.* 13. §. 3. *num.* 58. Peguera *in praxi Civi. rub.* 29. *num.* 23. Adeò quòd pro modico debito pignora magna, seu res pretiosæ in executionem sententiæ, vel instrumenti guarentigii capi non possunt; si minora sufficiant, ut ex fructibus, vel redditibus creditor satisfactus maneat, *glos. in dicta l. quamdiu*, *C. de distract. pignor.* Reg. Leo *post decis.* 173. *in responso juris num.* 120. Gamma *dec.* 40. *nu.* 7. & 8. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 52. *glos.* 6. *sub num.* 22. *fol.* 231. *pag.* 2. *tom.* 2. Franchis *dec.* 441. *in fine*, Reg. Mattheu aliis citatis *de reg. Reg. Valen. c.* 13. §. 3. *num.* 60. sic noster Senatus referente Nobili Josepho Marti de Ferran 12. Julii 1667. in favorem Margaretæ Roca viduæ Villæ Cervariæ contra Joannem Mora Agricolam ejusdem Villæ. Quæ fuit confirmata in gradu supplicationis referente Nobili Joanne Carbonell 13. Januarii 1670. & casus erat in hipothecaria, Scriba Preve. Quod verum est, quando executio fit coactè post sententiam; sed quando debitor ante sententiam, hoc est ante executionem offerret sponte dare bona sua in solutum creditori, tunc creditor posset eligere meliora, *ut loquitur authent. hoc nisi debitor*, *Cod. de solut.* Maranta *de ordin. jud. part.* 6. *actu* 3. *de executione sententiæ nu.* 1. *vers. Quod tamen intellige*, Peguera *in praxi Civ. rub.* 29. *num.* 23. *vers. Quod existimo*, Idemque est, quando fit venditio pignoris oblati per ipsum debitorem, etiam si fiat ob exiguum debitum, pignusque sit magni valoris, ipsa venditio non retractatur, Gamma *dec.* 40. *num.* 5. ubi Florez de Mena *in addit. ad n.* 5.

Adverte etiam, quòd ex relatione nuntii probatur, bona mobilia non esse, si ipse ea non invenisse testetur, Hermosilla ad Greg. Lopez *l.* 52. *glos.* 5. *n.* 19. *fol.* 231. *pag.* 2. *tom.* 2. ubi addit sufficere, quòd debitori fiat monitio, seu requisitio, ut ostendat, & designet mobilia, aliisque indicatis, probatum remanet mobilia non extare, & idem operatur, ac si fuisset facta discussio in rebus mobilibus, & Gratian. aliquos laudans *discep. foren. c.* 7. *num.* 27. quibus addendi sunt Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *c.* 23. *num.* 90. Don Petrus de Amigant in addit ad Rippoll. *in praxi Civili rubr.* 29. *num.* 167. 35

Et si scire desideras appellatione mobilium, & immobilium quid contineatur, consule Parlador. *rer. quotidian. c. fin. part.* 5. §. 3. *à nu.* 7. *cum plurib. seq.* Bolaños *in Cur. Phil. tom.* 1. *par.* 2. §. 15. *à numer.* 5. Barb. *appel.* 35. *n.* 5. & *appel.* 117. Costa *de remed. subsid. remed.* 43. *n.* 7. & 8. 36

ARGUMENTUM.

An laicus non denuntians vigore litterarum monitorialium conveniendus sit in Curia Ecclesiastica, vel sæcularis.

SUMMARIUM.

1 *Laicus per viam denuntiationis Evangelicæ ratione peccati, ut à peccato desisteret, conveniendus erat coram judice Ecclesiastico.*

2 *Ecclesia quid prætendit per denuntiationem Evangelicam.*

3 *Laicus finita denuntiatione Evangelica, si non se resipiscit, habetur pro Ethnico, & publicano.*

4 *Denuntians per viam denuntiationis Evangelicæ an possit recipi, & adhiberi tamquam testis.*

5 *Denuntiatio Evangelica hodie non observatur in praxi & in desuetudinem abiit.*

6 *Monitoria quæ Paulinæ vocantur, successerunt in locum denuntiationis Evangelicæ.*

7 *Monitoria pro deperditis, & subtractis rebus contra non revelantes conceduntur à Prælatis in suis Diœcesibus, n.* 7. & *qui non curant denuntiare, possunt declarari in censuram n.* 8.

9 *Lai-*

9 *Laicus non denuntians vigore litterarum monitorialium conveniendus est apud Judicem Ecclesiasticum, n.9. fallit, n.10.*
11 *Monitoria debent exprimere rem, de qua agitur, & ejus valorem.*
12 *Monitoria, quis Judex Ecclesiasticus concedat.*
13 *Appellari potest ab Episcopo denegante monitoria.*
14 *Monitoria, ut concedantur, quæ requisita concurrere debent, latè referuntur.*
15 *Monitoria an possint publicari diebus festis.*
16 *Monitoria cui sint concedenda, n.16.17.18.19.20. 21. & 22.*
23 *Monitoria quando non sint concedenda latè explicatur.*
24 *Monitoriorum vi qui teneantur denuntiare & revelare, latè explicatur cum ampliationibus, & limitationibus, & sublimitationibus, à nu. 24. ad 42.*
39 *Scripturas habens an vi monitorii teneatur illas exhibere, & revelare, remissivè.*
43 *Monitorio concesso, si pars contra quam fertur, compareat in termino & asserat se paratam esse respondere coram suo Judice, monitorium cessare debet.*
44 *Monitorium an possit concedi absque vitio attentatorum lite pendente coram Judice sæculari.*
45 *Testes, qui veniunt testimonium veritatis dicturi monitoriis impulsi, non debent deponere cum juramento, num. 45. tenentur tamen revelare, quidquid sciunt, & facientes falsam relationem puniuntur, num.46. sed ut probent, repetendi sunt in Curia sæculari, n.47.*
48 *Citatio partis non requiritur in concessione monitoriorum.*
49 *Monitoria quæ ad finem revelationis conceduntur, non dicuntur statuta, sed mandata generalia, vel specialia lata ab homine, & antequam incurratur in excommunicationem, morte aut remotione concedentis ab officio expirant, at post excommunicationem incursam opus est absolutione.*

DECISIO CCXXXV.

1 MAteria denuntiationis Evangelicæ tractanda erat in hac decisione. Ut laicus per viam denuntiationis Evangelicæ ratione peccati, ut à peccato desisteret, conveniendus erat coram Judice Ecclesiastico, *juxta textum in cap. novit* 13. ubi Navarrus *notab. 6.* Barbosa *num.* 1. Fermosin. *qu.16. tota & quæst.44. tota de Judic. gloss.2. in can.2.24. q.1. gloss. in cap. nos inter 6. de purgat. canonica, cap. fin. gloss. 3. de præscrip.* Panormit. *in cap. licet ex suscepto nu.11. de foro compet.* Quesada *divers. q. cap.29. num.5.* Menoch. *de arb. jud. casu* 484. Azeved. *l.10. à num.52. tit.1. lib.4. re.* Belluga *in Spec. Princip. rub.11.§. quædam num.95.* Bobad. *in polit. lib.2. cap.* 17. *num.* 121. Guttier. *Canonicar. lib.1. cap.11. num.1. & 89.* Valasc. *de jure emphyt. quæst.7. nu.* 22. Martha latè *de jurisdic. part.3. capit.* 8. latissimè Pereyra *de manu Regia part.1. cap.10. à num.15. cum pluribus seq. & num.26. hanc regulam firmat, & à nu.27. ad 31. quatuor modis limitat.*

2 Per istam denuntiationem Evangelicam Ecclesia duo prætendit. Primò emendationem fratris, secundò, & minus principaliter commodum, & satisfactionem denuntiantis, & non obstante, quòd fiat ad partis commodum, & satisfactionem ille actus denominatur à denuntiatione Evangelica tamquam à suo principaliori fine, quia satisfactio partis tamquam accessoria non attenditur, Guttier. *canon. lib.1. cap.11. nu.* 86. Azevedo *l.10. sub n.52. & 54. tit.1. lib.4. recop.* Pereyra *de manu Reg. par.1. cap.10. n.18.* Barbosa *in addit. ad cap. in omni negotio 4. n.7. de testib.*

3 Finita denuntiatione Evangelica, quando laicus non resipiscit à peccato, habetur pro Æthnico, & publicano, & potest contra eum institui denuntiatio publica, vel privata: hoc est, quòd potest Prælatus procedere ad excommunicandum peccatorem, vel ad Judicium aliud externum, super quo videantur Villalobos *in sum. mor. part.2. tract.4. dif.14. num.5.* Guttier. *Canonicar. lib.1. c.11. nu.24.* latè Pereyra *de manu Regia part. 1. cap.10. à n.19.* Balboa *in cap. novit. n.100.* ubi Fermos. *q.49. de jud.* Sanchez *cons. moral. part.2. lib.6. cap.2. dub. 11. à num.7.* Trullench *in oper. mor. lib.1. cap. dub.16. n.8.* Filiucius *tom.2. tract.28. cap.8. n.164.* Lugo *de just. & jure tom.2. dif.37. sect.7. n.82.* Diana *resol. mor. part.7. tract.3. res.47. & in coordinat. part.7. tract.4. res.61.* Cast. Palaus *in oper. mor. part.1. tract.6. disp.3. punct.8.* Leander *quæst. mor. part.6. tract.6. disp.4. qu.1. cum seq.*

Et an denuntians per viam denuntiationis Evan- 4
gelicæ possit adhiberi, & recipi tamquam testis? Ex veriori, reprobatis contrariis, affirmant Villalobos *in sum. mor. part.2. tract.4. dif.14. n.6. & 7.* quem refert, & sequitur Diana *res. mor. part.7. tract.3. resol.47. & in coordinat. part.7. tract.4. res.61. n.6. & 7.* alios addit, & contrariis respondet Barbosa *in addit. ad cap. in omni negotio 4. à n.1. de testibus.*

Sed quia denuntiatio Evangelica hodie non obser- 5
vatur in praxi, propter longam causarum discussionem, & Regiæ jurisdictionis præjudicium, ut testatur Pereyra *de manu Regia part.1. cap.10. num.31. vers. Ex quibus,* in desuetudinem hodiè abiit, Lazarius *de monitor. sect. 1. q.1. n.8. & 9.* Qui, & si loquatur per verbum ferè. Tamen Pareja qui eum allegat absolutè, & generaliter dicit *de instr. Edit. tom.2. tit.8. res.2. num.50.* & Belluga *in Specu. Princip. rub.12.§. quædam n.95. in fine* ait, denuntiationem Evangelicam modici esse fructus in Regno Valentiæ maximè attentis foris, ideoque remissivè se expedire. Pro ut Ego me expedio.

Cæterùm in locum denuntiationis Evangelicæ lo- 6
cum sibi vindicarunt, successerunt, & subrogatæ sunt litteræ Monitoriales, seu monitoria, quæ hodie per Judices Ecclesiasticos decernuntur, suntque generales excommunicationes, quæ Paulinæ appellantur, quia mos concedendi eas cum gravi processu increbuit, sub Paulo Papa III. ut notat Henriquez *in summa tom.1. lib. 3. cap.18. in prin. littera A,* ut ex Marco *dec.853. part.2.* & Riminaldo Juniore *Const.257. n.32. & 33. vol.4.* Collegit Lazarius *de monitor. sect.1. quæst.1. num.8.* refert, & sequitur Pareja *de instru. Edit. tom.2. tit.8. resolut. 2. nu.50.*

Solentque Prælati in suis Diœcesibus monitoria, 7
seu excommunicationes generales proferre ad finem revelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus contra non revelantes *Concilium Tridentinum sess.25. de refor. cap.3.* ubi Barbosa plures laudat *in collectanea n.1.* Martha *de jurisdic. part.3. cap.4. num.1.* Carascus *ad leg. recop. cap.4. n.3.* Barbosa *de potest. Episc. par.3. alleg. 96. nu.3.* alios addunt Pereyra *de manu Regia part.1. cap. 10. n.32. & 33.* Costa *de remed. subsid. remed.14. n.1.* Jul. Chartar. *dec.78. n.1. & 2.*

Et qui non curant denuntiare, aut restituere vi mo- 8
nitorii, possunt declarari ob contumaciam, & inobedientiam incurrisse in generaliter latam censuram; & insuper cogi ad purgandam conscientiam, ita quòd absolvi non debeant, nisi prius rem restituant, quam occupasse, & indebitè detinere convincantur, sic Mar. Anton. *var. resol. lib.1. resolut.112. casu 75. vers. Contigit,* Cast. Palaus *in opere mor. part.6. tract.29. disp. 2. punct.3. sub n.13.* Barbosa *de potest. Epis. part.3. alleg. 96. n.44.* Fermosin. *in cap. ad nostram 20. q.1. n.7. de jure jurando.*

Unde laicus non denuntians vigore litterarum mo- 9
nitorialium conveniendus est apud Judicem Ecclesiasticum, ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Agullana, Consultoribus Magarola, Mijavila Franquesa, & Rubicoll 21. Julii 1607. in favorem Syndici Confratriæ paratorum lanæ Civitatis Barcinonæ contra Antonium Balderich paratorem pannorum lanæ, prætextu quia dictus Balderich non denuntiavit Scripturas, quas per diversas denuntiationes à Domo Petri Sabater quomdam Syndici dictæ Confratriæ asportasse constat in vim litterarum monitorialium instante dicto Syndico publicatarum.

Fallit, quando in monitorio à Curia Ecclesiastica 10
emanato non specificatur in eo quantitas, nec causa ex qua debetur, quo casu laicus non denuntians ratione dicti monitorii conveniendus est in Curia sæcu-

sæculati, sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Llobregat, & Pla 15. Martii 1567. in favorem Joannis Sagimon, & aliorum tutorum, & curatorum filiorum Michaelis Ferrer agricultoris Parochiæ Sancti Andreæ de Savinjano Diœcesis Gerumden contra Martyrianum May Presbyterum Monasterii Sancti Michaelis de Crudiliis.

11 Etenim in istis monitoriis est exprimenda res, de qua agitur, & ejus valor; nisi fiant pro Ecclesiis, locis piis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, ac universalibus successoribus, & tunc debet fieri in genere quædam designatio rerum, quæ non debent esse vaga, incerta, & in verosimilis, Genuen. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap.*1. *n.*5. Ugolin. *de potest. Episc. cap.*44. §.3. *nu.*1. Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *alleg.*96. *n.*27. *& dec. Apost.*515. *n.*2. Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *q.*1. *de jure jurando*.

12 Sed quæro 1. Monitoria, seu excommunicationes generales quis Judex Ecclesiasticus concedat, & concedere possit? Resp. Quòd summus Pontifex hæc monitoria concedit. Secundò Legatus à latere, & Nuncius Apostolicus hujusmodi monitoria concedere potest. Tertiò Archiepiscopus, & Episcopus in sua Diœcesi, Concilium Tridentinum *sess.*25. *de reform. cap.* 3. Quartò Vicarius Generalis Capituli Sede vacante eadem monitoria potest concedere. Vicarius Generalis Episcopi ex generali commissione monitoria seu excommunicationes generales decernere possit, gravis quæstio est inter Doctores, nam alii negant, alii verò affirmant. At Vicarius foraneus Episcopi hujusmodi monitoria concedere non potest, nisi specialiter, & expresè ab Episcopo ei delegetur, si fuerit vir circumspectus. Prælati ordinarii etiam exempti Episcopo inferiores, & immediatè sedi Apostolicæ subjecti, ac nullius Diœcesis nequeunt hæc monitoria dare, sed illorum subditi pro his excommunicationibus obtinendis Sedem Apostolicam adire debent. Prælati regulares in subditos suos hujusmodi monitoria dirigere non possunt. Quæ omnia latè, & benè exornant pluribus laudatis Guttier. *Canonicar. lib.*1. *cap.*1. *cap.*11. *à num.*5. Machado *en su perfeto Confessor lib.* 1. *part.*3. *tract.*7. *docum.*2. Martha *de jurisdic. part.*3. *cap.*4. *à num.*46. *usque ad finem*, Pereyra *de manu Regia part.*1. *cap.*10. *num.*33. *ibi: Quod quanta maturitate*, Garzia *de benef. part.* 5. *cap.*8. *à num.*91. Diana *res. mor. part.*8. *tract.*4. *res.*17. *& in coordin. part.*3. *tract.*5. *resol.*29. Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæst.*16. *n.*62. Narbona *l.*82. *gl.*5. *nu.*56. *&* 58. *tit.*5. *lib.*2. *recop.* Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *allegat.*96. *à num.*3. *ad* 14. *& in collect. ad Concil. Trident. sess.*25. *de reform. cap.* 3. *à num.* 3. *ad* 11. *& decis. Apostol.*511. Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.*1. *à n.*6. *ad* 15.

13 At si Episcopus hujusmodi monitoria seu excommunicationes generales ad finem revelationis deneget, licitum est parti appellare ad Metropolitanum, quamvis Episcopi arbitrio resideat illas seu illas concedere, quia commissis arbitrio Judicis, si partem lædit, aut gravat, appellari potest, ita Prosper. de Augustino Martha, Escobar. & Raynaud. docent Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.*96. *num.* 4. *& sub num.*20. *& in collect. ad Concil. Trident. sess.*25. *de refor. cap.*3. *sub nu.*3. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.*5. *num.*29. Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *à num.* 21. *de jure jurando*. Cast. Palaus *in oper. mor. part.*6. *tract.* 29. *disp.* 2. *punct.* 3. *num.* 11. potest etiam appellari, si ab Episcopo detur brevis terminus ad revelandum, Navar. *cons.* 11. *de offic. ordin.* Genuen. *in praxi Archiep. Neap. cap.*1. *num.*13. *in fine*, Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *alleg.*96. *n.*21. Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.*1. *n.*14. *de jure jurando*.

14 Quæro 2. An monitoria seu excommunicationes generales ad finem revelationis pro rebus deperditis, seu subtractis, ut concedantur, quæ requisita concurrere debeant? Resp. Quòd quinque, ut dicunt Riccius *collect.*1422. *in prin.* Costa *de remed. subsidiar. remed.*14. *in fine prin.* ad quem se refert Guazin. *defen.*18. *cap.*1. *nu.* 8. *in fine*. Primum est, quòd nominatim, (nisi contra testes non concedantur ratione formæ, nisi prævia diligentia de exequendo realiter vel personaliter, quamvis sine canonica monitione non procedatur ad excommunicationem, Marcus *dec.*851. *& decis.* 853. *part.* 2. *per tex. in cap. constitutionem de senten. excom. in* 6. tradunt Riccius *collect.* 1422. *vers. Primum est*, Costa *de remed. subsid. remedio* 14. *n.*1. quibus addo Cast. Palaum *in oper. mor. part.*6. *tract.*29. *disp.*2. *punct.*3. *num.*10. *vers. Qua propter*, Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 4. *num.*37. 38. 39. *&* 98. *de jure jurando*, vide tradita *dec. præced.* 234. Secundò requiritur, quòd res pro qua monitoria conceduntur, non sit minimi, aut exigui momenti, *Consil. Trident. sess.*25. *de reform. cap.*3. Marc. *dec.*803. *part.*1. Costa *de remed. subsid. remed.* 14. *numer.* 1. *versic. Secundò requiritur*, Riccius *collect. in* 1422. *vers. Secundò requiritur*, quibus addendi sunt Maria *de jurisdict. part.*3. *cap.*4. *à num.*22. *ad* 28. Castro Palaus *in oper. mor. par.*6. *tract.* 29. *disp.*2. *punct.* 3. *num.*10. *vers. Neque item*, plures laudat Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *allegat.*96. *numer.*26. 30. *&* 40. *& in collect. ad Concilium Tridentinum sess.*25. *de reform. cap.* 3. *n.*14. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *quæst.*1. *à n.*20. *ad* 30. *de jure jurando*. Tertium requisitum est, quòd monitoria contineant clausulam justificativam, aliàs sunt invalida, Sayrus *dec.*3. *de Censibus*, *& decis.*3. *de Cler. exco. Minist.* Costa & Riccius *locis citatis*, *uterque vers. Tertium requisitum est*, addo Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *quæst.*1. *sub num.*47. *de jure jurando*. Quartum est, quòd adversarius non sit certus alioquin via ordinaria esset expediendum, Rauden. *decis.* 60. Quem citat Riccius *collect.* 2422. *vers. Quartum est*, Riminald. Jun. *cons.*357. *num.*1. 2. *&* 19. *cum seq. vol.* 4. quem citat Costa *de remed. subsid. remed.*14. *nu.* 1. *vers. Quartum est*, quibus addendi sunt Martha *de jurisdic. part.*3. *capit.*5. *à num.*1. Cast. Palaus *in oper. moral. part.*6. *tract.*29. *disput.* 2. *punct.*3. *num.*2. *versic. Unde*, plures alios citant Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.*96. *num.*25. *& in collect. ad Concilium Tridentinum sess.*25. *de refor. capit.*3. *num.*2. Pareja *de instr. edit. tom.*2. *tit.*8. *resolut.*2. *num.*37. Fermosin. *in cap. ad Nostram* 20. *quæst.*1. *num.*5. *de jure jurando*. Giurba *dec.* 94. *num.* 8. Carascus hoc requisitum intelligit, quando monitoria decernuntur pro deperditis, & subtractis; secus verò pro veritate eruenda in lite, quæ vertitur inter partes litigantes, ut testes veniant testificaturi, quia tunc necessarium esse dicit nominare litigantes non verò testes, *ad leg. recop. capit.*4. §.1. *num.*5. Concludunt insuper Rauden. Riminald. Junior, Riccius, & Costa *in hoc quarto requisito citati*, esse persistendum in dictis monitoriis non obstante certitudine postmodum superveniente, idemque docent Giurba *decis.* 94. *num.*9. Pareja *de instru. Edit. tom.* 2. *tit.* 8. *resol.* 2. *n.*60. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *n.*47. *de jure jurando*. Carena *resol.*7. *num.*4. *&* 5. Quintum est requisitum, quòd ista monitoria dentur in subsidium, id est deficiente alia probatione, & quando veritas aliter haberi non potest, ne hoc modo contingat evacuari sæculare forum, Sayrus *decis.*4. *de censibus*, Riccius *collect.* 1422. *versic. quintum est requisitum*, Costa *de remed. subsid. remed.* 14. *num.* 2. quibus addendi sunt Martha *de jurisdic. part.*3. *capit.*4. *num.*7. 8. *&* 9. Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 6. *tract.* 29. *disp.*2. *punc.*3. *n.*10. Guttier. *Canonicar. lib.*1. *cap.*11. *à n.*59. idem Riccius *dec.* 1. *in prin. vers.*4. *part.* 1. alios cumulant Guazzin. *defen.* 18. *capit.*1. *n.* 8. Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *allegat.* 96. *nu.* 14. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *qu.*1. *n.*1. 3. *&* 4. *de jure jurando*.

Quæro 3. An Monitoria, seu generales excommunicationes diebus festis concedi, & publicari possint? 15
Resp. Quòd sic, Marcel. Vulpe *in praxi jud. fori Eccles. capit.* 2. *num.* 23. proferri verò non debent in certis solemnioribus, & insignioribus diebus, scilicet Nativitatis Domini, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & Sanctissimi Corporis Christi, quia his diebus, nec monitiones fieri, nec excommunicationes promulgari debent sic Lazarius *de monitor. sect.*1. *quæst.* 19. *num.*4. Raynaud. *de monitor. part.*1. *capit.*1. *quæst.* 11. *ante finem*. Escobar. *in tractatibus select. tract.* 3. *part.*2. *quæst.* 2. §. 3. *num.* 129. Quamvis Sayrus existimet excommunicationem, quin & monitionem illis

illis diebus fieri posse, ubi causæ cognitio non est necessaria, *de censuris lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. refert Martha, Anton. *lib.* 1. *resol. jur. resolut. fin. casu* 37. *vers. Et dum*, quia contra eos est verior sententia, ut docent Barbosa *de potest. Epis. part.* 3. *alleg.* 96. *nu.* 2. *&* 43. Fermosin. *in cap. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *n.* 41. *&* 42. *de jure jurando*, qui addit Martham *de jurisd. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 34.

16 Quæro 4. Cui monitoria sint concedenda? Resp. Quòd illi cujus interest, Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 1. *num.* 4. Lazarius *de monitor. sect.* 1. *qu.* 9. *num.* 3. *& sect.* 4. *quæst.* 1. *à num.* 21. Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 45. §. 1. *in med.* Riccius *in prax. resol.* 236. *in* 2. *edit.* Escobar. *in tract. scelect. tract.* 2. *part.* 2. *quæst.* 2. §. 3. *à num.* 65. Barbosa *in collect. ad Concilium Trident. sess.* 25. *cap.* 3. *num.* 16. *& de potest. Epis. par.* 3. *alleg.* 96. *num.* 24. *& dec. Apost.* 515. *num.* 2. Fermosin. *in cap. ad nostram quæst.* 1. *num.* 15. *de jure jurando*, Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 6. *tract.* 29. *disput.* 2. *punct.* 3. *nu.* 19. *in fine*, *& num.* 11. *in prin.*

17 Etiam si interesse non sit clarum, sed speratur in eventu litis, quæ vertitur coram Judice laico, & timor est ne bona dilapidentur, Riccius *in praxi res.* 236. *n.* 4. *in* 2. *edit.* Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *q.* 1. *n.* 18. *de jure jurando*.

18 Ad instantiam Judicis sæcularis hæc monitoria concedi possunt Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 6. *tract.* 29. *disp.* 2. *punct.* 3. *nu.* 10. *in fine*, Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *q.* 1. *n.* 16. *de jure jurando*, modò id imploret à Judice Ecclesiastico, Navar. *cons.* 4. *de senten. excom.* Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 45. §. 1. *prope finem*, Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *n.* 21. *vers. instante*. Fermosin. *in cap. ad nostram* 10. *qu.* 1. *n.* 24. *versic. Et instante de jure jurando*.

19 Ex officio autem nemine petente ea monitoria Judex Ecclesiasticus indulgere non potest, nisi pro bono Ecclesiæ, utpote contra res Ecclesiæ occupantes, & detinentes, si eos non restituant vel contra non denuntiantes eos, quos noverint eos detinere, eo quòd adest interesse Ecclesiæ, & publica utilitas, quæ petitoris vicem gerit, Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 45. §. 1. *in fine*, Barbosa *de potest. Epis. part.* 3. *allegat.* 96. *n.* 23. Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *sub nu.* 16. *de jure jurando*.

20 At si monitoria absque interesse partis petentis fuerint concessa, revocanda sunt, Leo, Lazarius, & Riccius, quos referunt, & sequuntur, Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *nu.* 24. *vers. Si vero*, *& in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. capit.* 3. *n.* 17. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 30. *quæst.* 1. *num.* 17. *de jure jurando*.

21 Sed si monitoria non concedantur instante parte, sed ejus procuratore, requiritur, ut procurator habeat speciale mandatum, Genuen. Riccius, & Ugolin. quos refert Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *n.* 22. notat Fermosin. *in cap. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *nu.* 17. *de jure jurando*.

22 Sed utrùm hæc monitoria, quæ instante parte, & officio Judicis implorante conceduntur, ut tenent Nevizan. Mandos. Ugolin. & Raynaud. quos citat, & sequitur Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *n.* 19. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *q.* 1. *nu.* 44. *de jure jurando*, possint instari ab excommunicato, & publico peccatore? Controvertunt Doctores, videantur Abbas, & alii *in capit. novit. de jud.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 1. *n.* 9. Escobar. *in tract. scelect. tract.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 72. Capella Tholosana *dec.* 189. Riccius *collect.* 102. *Vers. Et n. impetrari*, *& decis.* 23. *n.* 11. *part.* 2. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *n.* 20. Fermosin. *in cap. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *n.* 19. *&* 20. *de jure jurando*.

23 Quæro 5. Quando monitoria non sint concedenda? Resp. Quòd pluribus in casibus non sunt concedenda, & primò quando res sunt minimi, & exigui momenti, ac parvi valoris, *ut supra num.* 14. *vers. Secundo*. Secundò quando adversarius est certus, *ut supra nu.* 14. *vers. Quartum*. Tertiò quando quis coram competenti Judice ob indicia, quæ sunt contra reum procedere potest, vel habet testes, vel instrumenta, ut tradunt Soto, Nevizan. Marc. Guttier. Emanu. Henriquez. Lazar. Leo, Riccius, & Escobar quos citat Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 95. *à num.* 15. Fermosin. *in cap. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 15. *de jure jurando*. Quartò si monitoria petantur ad probandum articulum impertinentem, Martha *de jurisdict. part.* 3. *capit.* 6. *à n.* 5. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *q.* 1. *n.* 30. *de jure jurando*. Quintò monitoria non sunt concedenda contra habentem pro se rem judicatam, & si fuerint concessa, veniunt revocanda, quia qui rem detinet ratione rei judicatæ, vel juris jurandi litis decisivi, vel transactionis, vel pacti jurati cum parte, non obligatur monitoriis, Mar. Anton. *res. jur. lib.* 1. *resol. fin. casu* 75. *vers.* 2. Ugolinus *de potest. Episc. cap.* 45. §. 3. Lazar. *de monitor. sect.* 1. *quæst.* 1. *à num.* 12. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 31. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 14. *numer.* 4. *vers. Non etiam*, Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *n.* 32. *&* 33. *de jure jurando*. Et quid quando sententia est injusta, Decius *in c. novit. à num.* 69. Alciat. *num.* 31. *&* 32. Fermosin. *quæst.* 44. *de Judiciis*, Menochius *de arb. jud. casu* 484. Sextò monitoria non sunt concedenda, quoties continent capita turpia, & infamatoria alicujus particularis personæ, ut ex Nevisano, & Bernardo Diaz docent Martha *de jurisdic. part.* 3. *c.* 5. *num.* 9. Carascus *ad leg. recop. c.* 4. §. 1. *numer.* 6. ubi intelligit, id procedere ad revelandos, & manifestandos reos, secus lite pendente ad comprobandam innocentiam, & defensionem rei, ut testes veniant testificaturi, & ob id monitoriis compellantur, Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 1. *num.* 6. Lazar. *de monitor. sect.* 2. *quæst.* 10. *num.* 7. Raynaud. *de monitor. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 8. Costa *in tract. sciebat aut ignorabat dist.* 55. *num.* 7. *cent.* 2. Riccius *in praxi dec.* 280. *in* 1. *edit. & dec.* 242. *in* 2. *edit. & collect.* 995. *vers. Quinto*, *& decis.* 219. *num.* 4. *part.* 1. Larrea *dec.* 98. *num.* 49. *vers. Nec judex* Faber *in C. lib.* 4. *tit.* 14. *de probat. dif.* 49. *&* 50. Guttier. *Canonicar. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 70. Escobar. *in tractatib. scelect. tract.* 2. *part.* 2. *quæst.* 2. §. 3. *num.* 103. Noguerol. *alleg.* 23. *num.* 74. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 33. Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 34. *de jure jurando*, Fontanella *decis.* 21. *num.* 18. *&* 19. *part.* 1. Septimò in criminalibus hujusmodi monitoria non conceduntur. Tum quia infamiæ notam afferunt. Tum etiam ad evitandam irregularitatem, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. capit.* 1. *num.* 7. Riccius *in praxi decis.* 278. *in* 1. *edit. & decis.* 240. *in* 2. *edit. & dec.* 219. *num.* 5. *&* 6. *part.* 1. Lazar. *de monitor. sect.* 1. *quæst.* 10. Raynaud. *de monit. part.* 1. *c.* 1. *quæst.* 6. Escobar. *in scelect. tractatib. tract.* 2. *part.* 2. *quæst.* 2. §. 3. *num.* 12. Larrea *decis.* 98. *numer.* 49. Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. quæst.* 16. *sub num.* 70. Noguerol. *allegat.* 23. *numer.* 74. Barbosa *de potest. Episcop. allegat.* 96. *numero* 32. Fermosin. *in c. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 35. *&* 36. *de jure jurando*. Octavò monitoria pro deperditis, & subtractis non possunt decerni contra Universitatem, & lata non ligant, Martha *de jurisdict. part.* 3. *c.* 5. *numer.* 16. *&* 17. Carascus *ad leg. Recop. c.* 4. §. 1. *num.* 8. *&* 9. Nonò monitoria non conceduntur contra filios familias tutos Macedoniano, aut contra mulieres tutas Vellejano, & alios quoslibet, qui aliqua exceptione peremptoria, tuti sunt, Martha *de jurisdict. part.* 3. *c.* 3. *c.* 5. *num.* 10. Carascus *ad leg. recopil. c.* 4. §. 1. *num.* 7. Decimò monitoria peti non possunt, nec conceduntur ad quærendos, vel examinandos testes contra visitandos vel sindicandos, possunt tamen pro ipsis concedi ad depellendas calumnias contra eos objectas, Larrea *dec.* 98. *num.* 49. Solorzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 8. *num.* 37. *&* 38. *& in polit. lib.* 5. *c.* 10. *vers. Y de estos memos*, *& vers. El qual fol.* 842. *&* 843. Baron. *de citat. to.* 3. *in addit. ad q.* 16. *n.* 65.

Quæro 6. Qui vi monitorii teneantur revelare, & 24
denuntiare? Resp. Quòd omnes, tam masculi, quàm fœminæ, etiam honestissimæ, & Egregiæ Matronæ, cujuscumque sint conditionis, & dignitatis tenentur ad denuntiandum, & revelandum delictum, rem, vel

præ-

personam, quàm superior præcipit denuntiare, & revelare, ita Fermosin. *in capit. ad Nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 68. *de jure jurando*. Martha *de jurisdict. part.* 3. *c.*7. *in prin.*

25 Amplia 1. Etiam si acceptum fuerit sub naturali secreto, quis vi monitorii denuntiare, & revelare tenetur, Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 13. *num.* 6. Guttier. *de matrimon. c.*59. *n.*5. 6.7. *&* 9. Fermosin. *in c. Novit.* 13. *q.*38. *sub n.*2. *de judiciis*.

26 Amplia 2. Etiam si quis illud acceperit sub confessionis secreto, verbi gratia, hoc tibi detego in confessione, nihilominus vi monitorii tenetur denuntiare, & revelare, quia illud revera non est confessio, sed secretum naturale, ut tenent Innocent. *in capit. Omnis utriusque sexus num.*6. Abbas *num.*25. *de pœniten. & remission.* & infiniti alii, quos citat Sanchez *de matrimon. lib.*3. *disp.*13. *num.*6. *incipien. hinc infertur*, Sequitur Guttier. *de matrimon. capit.*59. *num.*8. Narbona *l.*82. *gl.*5. *n.*29. *&* 30. *tit.*5. *lib.*2. *recop.*

27 Amplia 3. Etiam si ille, cui secretum creditum fuerit, juraverit non revelare, quo non obstante, tenetur denuntiare, & revelare vi monitorii, quia tale juramentum eum non obligat, cùm sit temerarium, & illicitum, contineatque vinculum iniquitatis, Costa *in tract. aut sciebat, aut ignorabat distinct.* 55. *numer.*6. *centur.*2. Lazar. *de monitoriis sect.*2. *quæst.* 16. *numer.*6. Narbona *l.*82. *gl.*5. *num.*46. *tit.*5. *lib.*2. *recop.* Martha *de jurisdict. part.*3. *c.*7. *numero* 6. Fermosin. *in capit. Novit.* 13. *quæst.* 35. *num.* 2. *Versic. Et ut concludit de judic.* ubi *num.* 3. Ex Trullench *in opere mora. capit.*2. *dub.*5. *num.*1. ait, nullum secretum etiam juratum præter sigillum confessionis excusare à denuntiatione hæresis, idem Fermosin. *in capit. ad nostram* 20. *quæst.*1. *num.* 69. *de jurejurando*, plures alios addunt Giurba *decis.*94. *num.*14. Pareja *de instrument. edit. tom.*2. *tit.*8. *resol.*3. *sub num.* 18. Et si dicat Guazzin. *defen.* 18. *c.*1. *num.*9.

28 Limita 1. Ut vi monitorii non teneantur denuntiare, & revelare illi, qui de jure compelli non possunt ad ferendum testimonium, connumerati in *l. lege Julia* 4. *de testibus, & in can. si testes*, §. *item lege julia* 4. *quæst.* 3. ut parentes, & alii ascendentes, filii, & alii descendentes, & etiam vir, & uxor, socer, gener, victricus, privignus, fratres, & eorum filii, & reliqui intra quartum gradum ad Buccaron. *de different. jud. civil. & crimin. differ.*72. *num.*11. Cancer. *part.*1. *var. c.*20. *num.* 75. 76. *&* 77. & in terminis sic Angel. *verbo denuntiatio sub num.* 13. *& verbo familia*, §.7. Syl. Nup. *verbo monitoria numer.* 47. Caroc. *dec.*20. *num.*2. Martha *de jurisdic. part.*3. *c.*7. *num.*1. *&* 2. Avila *de censuris part.*2. *c.*5. *disp.*5. *dub.*2. *versic. Prima conclusio*, Novarius *in can. inter verba conclus.*6. *num.*312. Guttier. *Canonicar. lib.*1. *c.*11. *num.*55. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.*2. *num.* 3. Ugolin. *de potest. Episc. c.*45. §.7. *numer.*6. Lazarius *de monit. sect.* 3. *quæst.*11. Giurba *decis.*94. *num.*15. Scaccia *de jud. lib.*2. *c.*10. *numer.*89. Raynaud. *de monitor. part.* 1. *c.*3. *quæst.*40. Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.* 8. *resolut.*3. *num.*21. Escobar. *in tract. scelect. tract.* 2. *part.*2. *quæst.*2. §.3. *à num.*36. Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *alleg.*96. *num.*52. 53. 60. *&* 61. Fermosin. *in c. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *num.*72. *de jurejurando*, Michalor *de fratrib. part.* 3. *c.*50. *toto, signanter numer.* 16. *&* 22. ad quem se refert Baron. *de citat. tom.*3. *in addit. ad quæst.*16. *sub num.*65. Carasçus *ad leg. recop. c.*4. *à num.*11. Pereyra *de manu Reg. part.*1. *c.*10. *num.* 36. *versic. Undè fit*, ibi : *Plures tamen sunt casus, junctο versic. Tertio quando*, Diana *resol. moral. part.*5. *tract.*13. *&* 14. *misc.* 1. *resol.*67. *&* 68. *par.* 8. *tract.*7. *misc. resol.*10. *& in coordinat. part.*5. *tract.*1. *resol.*161. *&* 162.

29 Sublimita 1. ut patèr contra filium, filius contra patrem, vir contra uxorem, & è contra, & consanguineus contra consanguineum teneantur denuntiare, & revelare in crimine hæresis, quia vergit in detrimentum commune, in crimine læsæ Majestatis, quia periclitatur caput Reipublicæ, in crimine blasphemiæ, quia honor, & Gloria Dei præferrî debet reverentiæ parentum, & in aliis delictis pertinentibus ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, Avila *de censur. part.*2. *c.*5. *disput.*5. *dub.*2. *versic. Prima conclusio* ibi : *Excipio tamen*, & ibi : *Excipio etiam*, Mascard. *de probat. conclus.*857. *à num.*18. Farinac. *in praxi part.*2. *quæst.*54. *n.* 173. *&* 174. *& de hæresi quæst.*194. *num.*40. Pereyra *de manu Reg. part.*1. *c.*10. *num.*36. *versic. Supradicta tamen*, alios permultos laudat Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *alleg.*96. *num.* 56. 57. *&* 58. notat Fermosin. *in c. ad nostram* 20. *quæst.*1. *sub num.*72. *de jurejurando*. Diana *resol. mor. part.*5. *tract.*13. *& miscel.*1. *resol.* 67. *& part.*8. *tract.*7. *& miscel. resolut.*10. *& in coordinat. part.*5. *tract.* 1. *resol.* 161. *in fine*, *& resol.* 162. *num.* 5. *in fine*, & licèt respectu uxoris aliqui negent, quos citat idem Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *allegat.* 96. *num.*59. & etiam respectu filii; tamen pro hac sublimitatione videantur Genuen. *in praxi Archiepis. Neapol. c.*18. *nu.* 9. Cast. Palaus *in oper. mor. tract.*4. *disp.*3. *punct.*4. *num.* 12. 13. 14. *&* 16. Diana *resol. moral. part.*1. *tract.*4. *res.* 4. 5. 6. *&* 7. *& in coordinat. part.* 5. *tract.*9. *resol.*9. 10. 11. *&* 12. Lezana *in sum. quæst. regul. part.*3. *verbo Denuntiatio n.*4. *vers. Quamvis autem*.

Sublimita 2. in filio spirituali, qui vi monitorii denuntiare, & revelare tenetur patrem spiritualem, quia testis contra ejus patrem spiritualem esse non prohibetur, & è contra, Farinac. plures citat *in praxi part.*2. *quæst.*54. *num.*198. & in terminis Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.*2. *numer.*3. *in fine*, *vers. Tenentur tamen*, Giurba *decis.*94. *num.*15. *ante finem*, *vers. Sed filii*, Lazar. *de monitor. sect.* 3. *quæst.* 21. *in fine*, Raynaud. *de monitor. part.*1. *c.*3. *quæst.* 14. *& quæst.*17. *vers. Neque igitur*, Diana *resol. moral. par.* 5. *tract.* 13. *& miscel.* 1. *res.* 67. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 1. *resol.*161. *num.*1. *vers. Id tamen*, Machado *en su Perfeto Confessor lib.*1. *part.*3. *tract.*6. *docu.*4. *nu.* 2. Bonacina *de censur. disput.* 2. *quæst.* 9. *punct.* 1. *num.*6. *& var. tract.*6. *punct.*1. §.3. *numer.*7. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 54. *&* 55. Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.* 8. *resol.* 3. *sub numero* 22.

Sublimita 3. quando aliter veritas haberi non potest, nam tunc filius pro exoneratione conscientiæ contra patrem, & pater contra filium, & omnis alius indistinctè vi monitorii denuntiare, & revelare tenetur, *juxta glos. in can. quamquam* 14. *quæst.* 2. ad Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crimin. differ.*72. *num.* 12. Novarium *in prag.*1. *collect.*1. *num.*50. *de testium refrenat.* Farinac. *in praxi part.*2. *quæst.*54. *num.*171. *&* 172. Fermosinum *in c.*1. *quæst.*2. *num.*38. *de testib. cogen.* Barbosam *in c.*2. *numer.*3. *de testib. cogend.* Cancer. *part.*1. *c.*20. *num.* 78. & in terminis Silva Nup. Prosp. & Novar. quos citat Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.*2. *numer.*3. *post prin.* Carocius *decis.*20. *num.*3. Lazar. *de monitor. sect.*3. *quæst.* 11. *num.*3. 4. *&* 6. alios plures laudat Giurba *decis.*94. *num.*15. *versic. At si veritas*, transcripsit Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.*8. *resol.*3. *numer.* 22. videndus Carasçus *ad leg. recop. c.*4. *à numero* 23. Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. c.*3. *numero* 12. *& decis. Apostol. decis.* 515. *num.*5. Michalor. *de Fratribus par.* 3. *c.*50. *num.*23. Sanchez *cons. mor. lib.*6. *c.*14. *dub.*8. *numero* 9. Diana *resol. mor. part.*8. *tract.*7. *& miscel. res.* 10. *& in coordin. part.*5. *tract.*1. *resol.* 162. *à numero* 3. & si contrarium doceat Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *c.*10. *numero* 36. *versic. Unde fit*, ibi : *Sic exploditur*, nam eum impugnat Diana *resolut. moral. part.*3. *tract.* 5. *& miscel. resolut.*63. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 160. ad quem se refert Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæst.*16. *sub num.* 67. Et quamvis Escobar. *in tract. de confes. solicit. c.*2. *quæst.* 2. §.3. *num.* 40. firmet consanguineos, & affines usque ad quartum gradum non teneri denuntiare, etiam si veritas aliter haberi non possit. Notat tamen Diana *res. mor. par.*8. *tract.*7. *& miscel. resol.*10. *& in coordinat. part.*5. *tract.* 1. *resol.* 162. *num.* 5. *in fine*, opinionem Escobar minimè admittendam esse, non solùm in casu hæresis, sed etiam in aliis delictis pertinentibus ad Tribunal Sancti Officii, & si vis scire † quando aliter veritas haberi non possit, quàm per testes privilegiatos, & cui incumbat onus probandi, an parti, vel testibus, vide Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crimin. differ.*

fer. 73. ad quem se referunt Barbosa *in cap. super eo* 3. *sub num.*2. *de testib. cogend.* Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.*8. *res.*3. *numer.*24. doctè Michalor *de Fratrib. part.*3. *c.*50. *num.*25. 26. & 27.

33 Sublimita 4. in testibus, qui propter aliquem defectum proprium sunt inhabiles ad ferendum testimonium, utpote quoniam infames, & hujusmodi, tenentur vi monitorii denuntiare, & revelare, quia eorum testimonium non omnino invalidum est, nam, & si non probent, faciunt tamen præsumptionem, *glos. in c.*1. *verbo ad testimonium de testib. in* 6. ubi Barbosa *num.*3. Farinac. *in prax. part.*2. *quæst.*62. *num.* 161. 264. & 282. & eorum fides suppletur ex magna fide contestis, *juxta communem in l. si quis ex argentariis*, §. *cogentur*, *ff. de edendo*, Farinac. *in prax. part.*2. *quæst.*62. *à numero* 328. Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. differ.*56. *numer.*1. sic in terminis Genuen. *in praxi*, *Archiep. Neapol. c.*2. *num.*10. Avila *de censuris part.*2. *c.*5. *disp.*1. *dub.*2. *versic. Septima conclusio*, Fermosin. *in c. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 73. *de jurejurando*, Barbosa *de potest. Episcop. part.*3. *alleg.*96. *numer.* 62. ubi addit, quòd deficientibus aliis probationibus, vel illorum testimoniis non exceptis fatetur Ugolin. *de potestat. Episcop. c.* 45. §. 7. *in fine*.

34 Limita 2. ut vi monitorii denuntiare, & revelare illi non teneantur, quibus revelatum est secretum causa capiendi concilium, sic Divus Thomas, & alii plures quos citat Avila *de censur. part.*2. *c.*5. *disput.* 5. *dub.* 2. *vers. Secunda conclusio*, innumeros addit Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *numero* 63.

35 Undè Advocati, Procuratores, Theologi, Medici, obstetrices, vel Tabelliones secreta infirmorum, clientum, vel aliorum non tenentur denuntiare, & revelare vi monitorii, nisi istæ personæ alia via id scirent, ut merè testes, vel quoties ex secreti occultatione damnum irreparabile immineat, & quid si veritas aliter haberi non possit, videantur Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.*2. *numer.*2. *in fine*, *versic.* 5. Marcus *decis.*1167. *part.*1. & *dec.*853. *part.*2. Costa *de remed. subsid. remed.*14. *nu.*4. *versic. Sicut nec*, & *remed.* 127. *num.*27. & *in tract. sciebat*, *aut ignorabat dist.*55. *numero* 3. & 4. *cent.*2. Guttier. *canonicar. lib.*1. *c.*11. *num.*55. & 78. Guazzin. *defen.* 18. *c.*1. *numer.*15. Carasco *ad leg. recop. c.*4. *num.* 9. Guido Papa *decis.* 45. Robert. *rer. judicat. lib.*2. *c.*19. Mastrill. *decis.*151. *num.* 39. & 40. *lib.*2. Puteus *dec.* 294. *lib.* 2. & *dec.* 56. *lib.* 3. Cabal. *resol. crim. casu* 159. Franchis *dec.* 222. ubi Luca *in observat.* Surdus *dec.* 190. ubi Hodierna breviter & doctè *in additionib.* Thoro *in compend. dec. par.* 1. *verbo Advocatus quamvis fol.* 21. Riccius *collect.* 232. & *resol.*310. *part.*2. Cancer. *part.*2. *var. c.*10. *numer.*39. *versic. Alios casus in fine*, Narbona *l.*82. *glos.* 5. *nu.* 47. *tit.*5. *lib.*2. *recop.* Farinac. *in praxi part.*2. *quæst.* 60. *à num.*170. & *à num.*183. & *à num.* 122. & *num.* 237. Barbosa *de potest. Episc. part.*3. *allegat.* 96. *numer.* 65. latè Lazarius *de monitor. part.*1. *sect.*2. *quæst.*16. Raynaudus *de monitor. part.*1. *c.* 3. *quæst.*3. Escobar. *in tract. scelect. tract.*2. *part.* 1. *quæst.* 3. §. 3. Giurba *dec.* 94. *à nu.* 17. & *dec.*95. *à num.*3. Faber. *in suo Cod. de probat. lib.*4. *tit.*14. *defin.*54. Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.*8. §.3. *à num.*25. *ad* 38. Xammar. *de offic. jud. part.*2. *qu.* 4. *à num.*42. *ad* 49. Avila *de censur. part.*2. *c.*5. *disp.* 5. *dub.*2. *versic. Tertia conclusio*, & *versic. Hanc conclusionem*, Fontanella *dec.*189. *part.*1. Petra *ritu* 3. *à n.* 15. *tom.* 1. Vulpell. *in praxi c.* 2. *numero* 15. Dianza ad Gramat. *dec.*80. Ego remissivè multis citatis *dec.* 18. *numer.* 93. *part.* 1. me citato Don Bonaventura de Tristany *decis.* 26. *à num.*1. *part.* 1. remissivè Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad qu.*16. *num.*63.

36 Unde etiam majori cum ratione, Sacerdos, qui tamquam Dei minister aliquid novit in confessione Sacramentali nullo modo potest, nec debet vi monitorii denuntiare, & revelare, nec ipsum obligat excommunicatio, adeò quòd ad id cogi non possit à Papa, & multo minus à quovis alio ordinario, & si compellatur ad se examinandum, & deferatur ei juramentum de veritate dicenda, potest dicere sine perjurii, aut alicujus pœnæ incursu, se nihil scire, & quòd confitens talia non dixit, vel sibi reum non fuisse confessum, cum non sciat ut purus homo, sed ut vices Dei gerens, imò si Sacerdos confessionem revelaret, ei non creditur, talisque revelatio nullam fidem facit, nullumque operatur effectum in judicio, aut extra judicium, etiam quòd probaretur per testes, qui audierunt confessionem, quamvis delicta confessa essent atrocissima, ut hæresis, & læsæ Majestatis. Nisi confitens concessisset licentiam Sacerdoti revelandi confessionem, dummodo licentia pœnitentis non sit implicita, nec interpretativa, sed clara, & patens, & sacerdos, qui de illa asserit, sit bonæ famæ, & in juramento confirmet se talem licentiam obtinuisse, & pœnitens ei non contradicat, hisque concurrentibus creditur Sacerdoti asserenti se licentiam habuisse à confitente revelandi suam confessionem, aliter secus. Vel nisi Sacerdos aliunde, seu alia via extra confessionem notitiam habuisset de delicto, nam tunc vi monitorii potest, & debet revelare, Sacerdoti tamen non creditur dicenti se extra confessionem sciviisse, quamvis sit probatæ vitæ, sed id probare debet, quo non probato, punitur extraordinariè arbitrio judicis. Vel nisi pœnitens solum dixisset confessario delictum sub secreto, licèt addat sub sigillo confessionis, etiam cum protestatione, ut nemini revelaret, dum tamen sua peccata non confiteretur, nam tunc vi monitorii revelare tenetur, quia hæc non est confessio Sacramentalis, quod procedit, licèt pœnitens genu flexo, factoque Crucis signo, & confessione dicta, hoc secretum committat confessario, adhuc enim confessionis sigillum non est, quando non detegitur animo verè fatendi, sed tantùm gratia dandi, aut petendi consilium, de quibus omnibus, & aliis pluribus circa sigillum confessionis, & de pœnis, quibus violatores sigilli confessionis mulctantur, videantur innumeri Theologi, quos citat Diana *resolut. moral. part.*5. *tractat.* 11. *resol.* 1. *cum seq. & in coordinat. part.*1. *tract.*8. *à resolut.*1. *ad* 67. Fagundez *præc.*2. *lib.*6. *à c.*1. *usque ad* 7. Leander *quæst. moral. tom.*1. *tract.*5. *disput.*10. *à quæst.*1. *ad* 91. Villalobos *in sum. mor. par.* 1. *tract.*9. *dif.*72. 73. 74. & 75. Sanchez *de matrimon. lib.*3 *disput.*13. *num.*6. & ex Canonistis, & legistis Covar. *in epit. ad* 4. *part.*2. *c.*8. §.12. *numer.*9. 10. & 11. Spinus *in specu. testam. gloss. rub.* 12. *à num.* 32. Gomez *tom.*3. *var. c.*13. *num.*9. ubi Ayllon Laynez *num.*10. Guttier. *canonicar. lib.*1. *c.*11. *à num.*59. & *de matrimon. capit.*52. *num.*8. Gigas *de crim. læsæ Majest. lib.*2. *quæst.*18. Menoch. *de præsump. lib.*1. *quæst.*89. *num.* 26. & 27. *lib.*6. *præsump.*95. Carasco *ad leg. recop. c.*4. *nu.* 9. Pereyra *de manu Regia part.*1. *c.*10. *num.*36. *versic. Unde*, & *versic. Plures tamen*, Mascard. *de probat. concluf.*377. & *concluf.*984. *num.*4. Cenedo *collect. ad decretum* 60. *tota*, & *collect. ad decretal.* 75. *num.* 1. & *collect.*101. *num.*5. Torreblanca *de magia lib.*4. *cap.*7. *toto*, Farinac. *in praxi part.* 1. *qu.*51. *à num.* 93. *ad* 115. Guazzin *defen.*18. *c.*1. *nu.*14. *post prin.* Trivisan. *dec.*3. *lib.*1. Martha *de jurisdict. part.*3. *c.*7. *à num.*3. Costa *de remed. subsid. remed.*14. *num.*4. *versic. Excipiuntur*, & *in tract. sciebat*, *aut ignorabat dist.*55. *num.*5. *centur.*2. Lazarius *de monitor. sect.*2. *quæst.*17. Transmiera *de obligat. revelandi hæret. quæst.*8. *c.*5. *toto*. Riccius *decis.*172. *part.*1. Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.*8. *resol.*3. *à num.*38. *ad* 46. Faber *in C. lib.* 4. *tit.* 15. *dif.*38. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *numer.* 46. & *in collect. ad c. si sacerdos* 2. *à numer.* 3. *de offic. ordin.* & *in c. omnis utriusque sexus* 12. *à numero* 15. *ad* 28. *de pœniten.* & *remiss.* & *in can. si sacerdos* 2. *per totum de pœniten. dist.* 6. Fermosin. *in c. novit.* 13. *quæst.* 31. *numero* 34. *quæst.* 38. *à numero* 1. *ad* 9. *de judiciis*, & *in c. ad nostram* 20. *numero* 101. *de jurejurando*.

Limita 3. ut vi monitorii, qui rem ipsam retinet, 37
non tenetur se ipsum denuntiare, & revelare; quia nemo tenetur se ipsum prodere in judicio externo, *can. si quis aliquando de pœniten. distinct.* 1. Similiter regulariter loquendo, quis non tenetur denuntiare, & manifestare socios delicti, quia manifestando socios se ipsum manifestaret, super quibus videantur

bene

benè declarantes multis citatis Diana *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 4. *resol.* 8. *&* 9. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 41. *& in coordin. part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 15. 16. *&* 27. *n.* 7. Lezana *in sum. quæst. regul. part.* 3. *verbo accusare num.* 10. *& verbo denuntio sub num.* 4. *vers. qualiter autem* Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *disput.* 2. *punct.* 4. *num.* 11. Martha *de jurisdict. part.* 3. *cap.* 7. *à n.* 11. Raynaud. *de monitor. part.* 1. *c.* 3. *quæst.* 10. *&* 15. Guazzin. *defens.* 18. *c.* 1. *n.* 14. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *disp.* 3. *punct.* 4. *num.* 10. *vers. Et confirmari, & num.* 11. Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 10. *à n.* 51. Escob. *in tract. scelect. tract.* 2. *part.* 2. *qu.* 2. §. 2. *à n.* 30. Machado *en su perfeto Confessor libr.* 1. *part.* 3. *tract.* 7. *docu.* 4. *num.* 1. Riccius *collect.* 995. *in princ.* Fermosin. *in cap. novit.* 13. *quæst.* 37. *tota, & quæst.* 41. *à num.* 18. *de judiciis, & in cap. nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 80. 81. *&* 82. *de jurejurando,* Lazarius *de monitor. sect.* 2. *quæst.* 14. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *num.* 45. *&* 46. ubi dicit hoc procedere, quamvis speciatim per monitorium caveatur, & reus se patefaceret, Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 43. §. 4. opiniones contrarias referunt Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 2. *num.* 1. Giurba *decis.* 94. *num.* 10. 11. *&* 12.

38 Verùm ad tollendos scrupulos Curia Ecclesiastica Neapolitana sequens opinionem negativam, numquam decernit monitoria contra principales non revelantes, sed tantùm contra principales non restituentes, & contra testes scientes, qui rem detinent, & non revelantes, Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 2. *num.* 1. *vers. Quapropter,* Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 45. §. 4. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *num.* 46. *vers. Hinc in Curia,* Riccius *collect.* 995. *post princ. vers. Et propterea,* Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 88. *de jurejurando,* notat Giurba *decis.* 94. *num.* 10. *vers. Nec videtur.* Sed principalis non incurrit excommunicationem, quando non tenetur restituere, ut si factus fuerit impotens ad solvendum, *ex regula, l. impossibilium, ff. de reg. jur.* vel commodè restituere nequit, *l. nepos proculo, ff. de verbor. signif.* aut quando ex restitutione ipsi immineret periculum majoris damni, vitæ, vel famæ, *argum. cap. officii, de pœnit. & remiss.* Nisi possit occultè restituere, vel alio modo cum parte concordare, saltem per interpositam personam, quæ nomen principalis, taceat, vel ei remissionem debiti impetret. Similiter non tenetur restituere, quando retinet in compensationem justam, vel alio modo non est obligatus ad restituendum, cum tunc non sit in peccato mortali. Nec tenetur restituere, quando litigat in judicio, & lis est dubia, quia in dubio præsumitur pro possessore *cap. ex litteris, de probat.* Sed debet expectare exitum causæ, sic Genuensis *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 2. *num.* 1. *vers. Non tamen,* & alii plures, quos citat Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 96. *num.* 47. 48. 49. *&* 72. Fermosin. *in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 84. 85. 86. *&* 89. *de jurejurando.*

39 Scripturas habens an vi monitorii teneatur illas exhibere, & revelare? videantur Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 2. *num.* 1. *in fine, vers. Sed an aliquis,* Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *de censuris disp.* 2. *punct.* 3. *num.* 8. *&* 9. Lazarius *de monitoriis sect.* 3. *qu.* 1. Sayrus *de clavi Regia l.* 12. *cap.* 20. *à num.* 30. Avila *de censuris part.* 2. *cap.* 5. *disp.* 4. *dub.* 1. *per totum,* Raynaud. *de monit. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. Riccius *dec.* 36. *part.* 2. latè Diana *resol. moral. part.* 9. *tract.* 9. *& miscel.* 4. *resol.* 49. *aliàs* 48. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 165. plures alios laudant Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *n.* 50. Fermosinus *in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 83. *&* 90. *de jurejurando,* Giurba *decis.* 94. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 8. *resolut.* 2. *à num.* 36. *cum plurib. seq. & resol.* 3. *à num.* 27. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 10. *sub num.* 39.

40 Limita quartò, in eo qui scit aliquid, quod probari non potest, non tenetur vi monitorii ad denuntiandum, & revelandum, exceptis tribus casibus. Primò, quando in monitorio non præcipitur denuntiatio, sed testificatio. Secundò, quando præcipitur denuntiari delictum respiciens fidem, & Christianam Religionem, ut est hæresis, vel blasphemia hæreticalis. Tertiò in matrimonio, de quibus videantur Trivisan. *decis.* 50. *part.* 2. Riccius *collect.* 995. *vers. Secundò,* Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 2. *num.* 2. Escobar. *in tractat. scelect. tract.* 2. *part.* 2. *quæst.* 3. §. 6. *toto,* Lazarius *de monitor. sect.* 3. *quæst.* 12. Raynaud. *de monitor. part.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 3. abundè pluribus laudatis Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 4. *resol.* 1. *& part.* 7. *tract.* 12. *& miscel.* 3. *resol.* 21. *aliàs* 19. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 1. *&* 2. Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 96. *num.* 51. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *disput.* 3. *punct.* 4. *num.* 1. *&* 2. Pereyra *de manu Regia part.* 1. *cap.* 10. *à num.* 33. *vers. Non desunt cum seq.* Daniel de Nobilibus *disput.* 52. *numer.* 4. Fermosin. *in cap. novit.* 13. *quæst.* 31. *&* 33. *de judiciis, & in cap. ad nostram* 20. *quæst.* 1. *num.* 87. *de jurejurando,* Lezana *in sum. quæst. regul. part.* 3. *verbo accusare, num.* 12. Avila *de censuris part.* 2. *cap.* 5. *disp.* 5. *dub.* 2. *versic. Hanc conclusionem, ibi hoc intelligo.* Excipitur etiam crimen læsæ Majestatis humanæ, videantur Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 51. *à num.* 73. & pro mille Larrea *alleg. fiscal.* 65. *&* 66. Laynez ad Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 2. *num.* 9.

Sed quid si quis sciat id ex solo auditu, quod mandatur in monitorio, an teneatur denuntiare, & revelare? Videantur Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *disp.* 13. *num.* 7. Guttierr. *de matrim. cap.* 59. *num.* 10. 11. *&* 12. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 66. *&* 67. Martha *de jurisd. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 25. 41

Limita 5. ut vi monitorii quis non teneatur denuntiare, & revelare, quando probabiliter timet grave damnum spirituale, vel temporale in vita, fama, vel honore, vel in substantia, Avila *de censur. part.* 2. *c.* 5. *disp.* 5. *dub.* 2. *concluf. secunda,* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 2. *num.* 6. Carascus *ad leg. recop.* 4. *num.* 20. *&* 44. Larrea *decis.* 98. *num.* 49. *vers. Præsertim,* Guttierr. *canonicar. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 25. plures alios cumulat Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 70. sequitur Fermosin. *in cap. ad nostram,* 20. *qu.* 1. *num.* 76. *de jurejurando,* videantur Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *disp.* 2. *punct.* 3. *num.* 10. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 4. *resol.* 7. *& part.* 4. *tract.* 5. *resol.* 19. *&* 36. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 12. 13. *&* 14. Pereyra *de manu Regia part.* 1. *cap.* 10. *n.* 36. *vers. Unde,* ibi, *Secundò quando revelans.* 42

Quæro 7. an monitorio concesso, si pars contra quam fertur, compareat in termino, & asserat se paratam esse respondere coram suo judice, monitorium cessare debeat? Resp. quòd sic, utpotè non necessarium, cum suppetat alia via debitum recuperandi, & veritatem investigandi, & sic causa remittenda erit judici competenti, ut notarunt Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 45. §. 4. Guttierr. *canonicar. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 82. Genuen. *in praxi Archiep. Neapolit. cap.* 1. *num.* 11. *in fine,* quos refert, & sequitur Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *de censuris disp.* 2. *punct.* 3. *num.* 12. quibus addo Lazar. *de monitor. sect.* 2. *quæst.* 16. *num.* 10. *&* 11. *& sect.* 4. *quæst.* 27. Thesaur. *fori Eccles. part.* 3. *cap.* 38. *num.* 23. Marian. Antonin. *resol. jur. libr.* 1. *resol. ult. casu* 75. Costa *de remed. subsid. remed.* 14. *num.* 4. *vers. Excipiuntur,* ibi: *Neque ille,* Cancer. *part.* 2. *variar. cap.* 10. *sub num.* 41. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 1. *n.* 11. *in fine,* Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 96. *num.* 35. *vers. Sic etiam,* Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 27. *n.* 14. Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 8. *resol.* 2. *num.* 65. ubi addit, quòd à denegata remissione, & à non supersedendo in censurarum publicatione tamquam injusta datur appellatio, & recursus ad Tribunalia sæcularia pro auferenda vi à Judice Ecclesiastico illata. 43

Quæro 8. An monitorium lite pendente coram Judice sæculari possit concedi absque vitio attentatorum? Quidam tenent, quòd non potest impetrari sine licentia judicis sæcularis citra vitium attentati, quos refert, sed reprobat Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 41. *in fine.* Alii dicunt, quòd impetratum lite pendente est injustum, Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 8. *resol.* 2. *num.* 60. *&* 64. Veritas tamen est, quòd si per monitorium mandatur aliquid restitui ex deductis in judicio sæculari, super quo lis pen- 44

det, concedi non potest citra vitium attentatorum, ita per nostrum Senatum declaratum testatur Cancer. *part. 2. var. cap. 10. num. 40.* Si verò monitorium tantum conceditur ad denuntiandum, & revelandum, cum per illud juvetur judicium sæculare, tunc concedi potest sine vitio attentatorum, sic Panormit. *in cap. ad nostram, 20. not. 3. de jurejurando, & cons. 15. num. 2. libr. 1.* Silva *nuptial. libr. 3. verbo monitoria, num. 33. & 34.* Marian. Antonin. *var. resol. libr. 1. resolut. ult. casu 36.* Lazarius *de monitor. sect. 4. quæst. 1. num. 27. 28. & 29.* Faber *in Cod. libr. 4. tit. 15. de testibus resolut. 24.* quos refert, & sequitur Cancer. *part. 2. var. cap. 10. num. 41.* Marc. Ægid. Craveta, & Sola, quos laudat Riccius *dec. 219. part. 1.* quibus addo Escobar. *in tract. scelectis. tract. 2. part. 2. quæst. 2. §. 3. num. 62.* Costam *in tractat. aut sciebat, ut ignorabat dist. 55. num. 7. 8. 9. & 10. centur. 2.* Barbosam *de potest. Episc. part. 3. allegat. 96. num. 5. vers. Et etiam, & num. 38.* Fermosin. *in c. ad nostram 20. quæst. 1. num. 22.* Caras. *ad leg. recop. cap. 4. num. 22.* Tondut. *de prævent. jud. part. 1. cap. 27. à num. 3. ad 8.* videndus Faber *in Cod. libr. 4. tit. 14. defin. 54.*

45 Quæro 9. An testes, qui veniunt testimonium veritatis dicturi monitoriis impulsi, debeant deponere cum juramento? Resp. quòd non, sed sequentibus verbis solent depositiones facere. N. ætatis annorum triginta testis veniens ad revelationem prædictæ excommunicationis dixit, & revelavit hoc tantùm scire, Nisi in monitoriis sanciretur, ut revelationes fierent cum juramento, quod quippe, & justè præcipi posse, & tunc non nisi præcedente juramento admitti testes ad revelandum, de quibus videantur Genuen. *in prax. Archiep. Neapolit. capit. 1. num. 16.* Mandel de Alba *cons. 15. sub numer. 6. propè finem vol. 1.* Lazarius *de monitor. sect. 4. quæst. 9. numer. 15.* Raynaud. *de monitor. part. 1. cap. 3. quæst. 15. vers. Quod vero, in fine,* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 96. numer. 34.* Fermosin. *in cap. ad nostram 20. quæst. 1. numer. 50. de jurejurando,* Castr. Palaus *in oper. moral. part. 7. de censuris disp. 2. punct. 3. num. 13.*

Hujusmodique testes, qui veniunt testimonium veritatis dicturi monitoriis impulsi tenentur revelare, & propalare, quidquid sciunt, Barbosa post alios *de potest. Episc. part. 3. allegat. 96. num. 36.* sequitur Fermosin. *in cap. ad nostram 20. quæst. 1. num. 51. & n. 71.* & facientes falsam revelationem, etiam sine juramento graviter puniendi sunt, & qua pœna, tradit Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 1. num. 16. vers. Et etiam menti tenendum,* notat Carascus *ad leg. recop. cap. 4. n. 33.* explicat Tondutus *de prævent. jud. part. 1. cap. 27. num. 10.* Et an non revelantes ex vi monitorii teneantur restituere damna inde secuta, Diana *resol. moral. part. 5. tract. 13. resol. 68. & in coordin. part. 5. tract. 1. resolut. 163.* ad quem se refert Baron. *de citat. tom. 3. in addit. ad quæst. 16. num. 69.*

46 Notandum tamen est, quòd testes recepti in vim monitorii coram judice Ecclesiastico nihil probant, nec fidem faciunt; sed in tali casu necesse est, quòd de novo deponant ad tenorem articulorum judicii sæcularis, tamquam si aliam depositionem non fecissent, Bertrand. *cons. 112. vol. 6.* Olascus *decis. 128. num. 13.* Marcus *decis. 803. in fine part. 2.* Menochius *de arbitr. jud. casu 109. num. 1.* Rauden. *dec. Pisana 21. num. 11. & 12.* Cavalcan. *de testib. part. 3. numer. 104. in addit. margar.* Lazarius *de monitor. sect. 4. quæst. 9. numer. 3.* Riccius *decis. 372. à numer. secunda, usque ad finem part. 4. & collect. 995. in fine, vers. secundo animadvertendum,* Costa *in tractat. aut sciebat, aut ignorabat dist. 55. num. 11. & 12. centur. 2.* Escobar. *tract. scelect. tract. 2. part. 2. quæst. 2. §. 2. num. 11.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 96. num. 36.* Noguerol. *allegat. 23. num. 76. & 77.* Fermosinus *in capit. ad nostram 20. quæst. 1. num. 51. & 95. de jurejurando,* Giurba *dec. 95. num. 1.* Tusch. *littera T. conclus. 163. num. 33.* Lara *in compend. vitæ homin. cap. 20. num. 12.* Tondut. *de prævend. jud. part. 1. cap. 37. numer. 18. & 19.* notant Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 1. num. 16. vers. Et quando,* Castr. Palaus *in oper. moral. part. 7. de censuris disp. 2. punct. 3. num. 13. vers. Judex oblato libello,* Carascus *ad leg. recop. cap. 4. num. 37. vers. Præsentata,* ibi: *Y guarda el Notario,* & ita observari in Curia Gratian. protestatur Craveta *cons. 181. num. 5.* & in Senatu Sabaudiæ refert Faber *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 16. & defin. 24.* & in nostro Senatu, tradit Cancer. *part. 1. var. cap. 10. sub num. 41. & 42.* nisi testes sint mortui, nam tunc probata eorum bona vita probant Costa Siculus *cons. 40. num. 4.* Baron. *de citat. tom. 1. quæst. 16. num. 116.* Giurba *decis. 95. num. 2. vers. Præcipue.* Vel nisi alia concurrant, quæ animum judicis moveant, & inclinent Lazarius *de monitor. sect. 4. quæst. 9. num. 6.* Giurba *decis. 95. num. 2. in princ.*

Quæro 10. An requiratur citatio partis in concessione litterarum monitorialium? Respond. quòd non. 47
Genuen. ita servari in Curia Neapolitana testatur *in prax. Archiep. cap. 1. numer. 11.* Escobar. *in pract. scelect. tract. 2. part. 2. quæst. 2. §. 3. num. 119.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. allegat. 96. num. 37.* Fermosinus *in cap. ad nostram 20. quæst. 1. num. 39. de jurejurando,* Baronius *de citat. tom. 3. in addition. ad quæstionem 16. num. 71.*

Ultimò advertendum est, quòd monitoria, quæ ad 48
finem revelationis conceduntur, non dicuntur statuta, sed mandata generalia, vel specialia lata ab homine, & sic morte, aut remotione concedentis ab officio expirant, antequam incurratur in excommunicationem, at post excommunicationem incursam opus est absolutione, sic Novarius *in manuali cap. 27. num. 3.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 1. n. 18.* Lazar. *de monitor. sect. 2. quæst. 1. num. 11.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 96. num. 78.* Xammar. noster *de offic. jud. part. 1. quæst. 24. num. 49.* Henriquez *in sum. part. 1. libr. 13. cap. 18. num. 4.*

ARGUMENTUM.

An Clericus possit capi per Judicem sæcularem, quando contra eum delictum committit.

SUMMARIUM.

Clericus capi potest per Judicem sæcularem, quando contra eum delictum committit, num. 1. Amplia 1. quando eum provocat, & diffidat, numer. 2. Amplia 2. quando eum injuriat, numero 13. ratio assignatur, numer. 4. Amplia 3. quando irreverenter loquitur coram Judice sæculari, numer. 5. Amplia 4. quando ex proposito debitum honorem non servat Judici sæculari, eum non salutando, & caput non detegendo, numer. 7. Amplia 5. quando Judici sæculari exequenti resistit, num. 11. Amplia 6. ut nedum in his casibus possit eum capere, sed etiam mulctare pœna pecuniaria, nu. 12. sed hanc Ampliationem plures impugnant, num. 13. Limita 1. si officialis sæcularis baculum, & insignia officii non defert, num. 14. Sublimita 1. si eum antea cognoverit, num. 22. Sublimita 2. si officialis est de illis qui baculum, & insignia officii deferre solent, num. 25. Limita 1. quod licet Judex sæcularis possit capere Clericum non injuriantem, tenetur Clericum captum ducere ad Judicem Ecclesiasticum, quanto citius, & sine ignominia, num. 26.

6 *Injuria illata in conspectu Judicis reputatur atrox.*

8 *Præstare tenentur.*

9 *Exemptio jura reverentiæ non substulit.*

10 *Honor præcipuè in salutatione consistit.*

15 *Baculus vel virga, quod officiales sæculares deferre tenentur, est signum jurisdictionis.*

16 *Ignorantia qualitatis personæ, & loci præsumitur ex ipsius loco, statu, & habitu.*

17 *Ignorasse is præsumitur aliquam esse virginem, quam meretricali habitu indutam invenit.*

18 *Contendens cum Rectore Gymnasii carente insignibus*

gnibus non punitur pœna ſtatuti indicta contra afficientem injuria Rectorem.

19 *Familiam Prætoris verberans, quam ex habitu credit non eſſe talem, pœna ſtatuti non punitur.*

20 *Clericum repertum in habitu laicali percutiens, credens eſſe laicum excuſatur à pœna excommunicationis, numer.* 20. *fallit ſi prius agnoverat, num.* 24.

22 *Ignorans non contemnit.*

23 *Ignorantia craſſa, & ſupina non excuſat.*

DECISIO CCXXXVI.

1 COmmunis eſt Doctorum reſolutio. Quòd Clericus capi poteſt per Judicem ſæcularem, quando delictum contra eum committit, Decian. *tract. crim. tom.* 1. *libr.* 4. *cap.* 9. *num.* 141. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 89. Garcia *de Nobilitate gloſſ.* 9. *num.* 32. Regens Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 198. *& cap.* 9. §. 2. *num.* 63. & alii allegandi, infrà *num.* 8.

2 Amplia 1. Ut Clericus capi poſſit per Judicem ſæcularem, quando eum provocat, & difidat, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari 6. Junii 1631. in favorem Bajuli, Aſſeſſoris, & Ædilis Villæ de Cardona contra Raphaelem Arpa Presbyterum, & Canonicum Cardonæ, ex quo dictus Bajulus, & alii ſupradicti eum comitantes manus injecerunt in dictum Arpa, & captum duxerunt per medium dictæ Villæ Cardonæ uſque quo dictus Bajulus eum tradidit Abbati dictæ Villæ de Cardonæ ratione provocationis, & difidimenti verbo tenus per dictum Arpa contra dictum Bajulum factæ, & facti, his verbis: firmæ Juris in Curia ſæculari factæ per dictum Bajulum Aſſeſſorem, & Ædilem locum fuiſſe, & eſſe.

3 Amplia 2. Ut Clericus capi poſſit per Judicem ſæcularem, quando injuriat, ut docent Decian. Bobad. Garcia, & Reg. Seſſe locis citatis *num.* 1. quibus addendi ſunt Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 42. idem Regens Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à numer.* 60. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 26. *aliàs* 25. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 61. Thom. del Bene *de parlament. dub.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 16. *numer.* 2. *& de Immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 22. *num.* 3. & cum Imola, & Angelo tradit noſter Oliba *de jure fiſci cap.* 14. *num.* 66. *verſic. Quod ſi officiali.*

4 Ratio eſt, quia quando Clericus injuriat Judicem ſæcularem, videtur repertus in crimine fraganti, ut inquit Oliba ſupra citatus *num.* 3. & quando Clericus reperitur in fraganti delicto capi poteſt per Judicem ſæcularem, ejuſque miniſtros, ut pluribus Doctorum auctoritatibus exornavi *deciſ.* 188. *numer.* 17. *part.* 3. quibus addo eumdem Olibam *de jure fiſci capite* 44. *num.* 66. *in princ.* Eſcaño *in propug. Sacræ Relig. Militar. Sancti Joannis diſcept.* 13. *cap.* 6. *num.* 20. *&* 21. Don Michaelem de Calderò *deciſ.* 12. *num.* 81. *part.* 1.

5 Amplia 3. Ut Clericus capi poſſit per Judicem ſæcularem, quando irreverenter loquitur coram Judice ſæculari, Garcia *de nobilit. gloſſ.* 9. *num.* 32. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 60. *ad* 64. Reg. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 60.

6 Si quidem injuria illata in conſpectu Judicis reputatur atrox, *l. prætor edixit* §. *atrocem verſic. Nam in prætoris conſpectu, ff. de injuriis* §. *atrox inſtit. Eodem*, Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 6. *num.* 4. Menochius *de arbitr. jud. caſu* 263. *n.* 23. Farinac. *in praxi part.* 3. *quæſt.* 105. *num.* 192. 193. *&* 194. Conciolus *ad ſtat. Eugub. libr.* 4. *rubr.* 43. *num.* 8.

7 Amplia 4. Si Clericus ex propoſito debitum honorem non ſervat Judici ſæculari, eum non ſalutando, & caput non detegendo, capi poteſt per Judicem ſæcularem, Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 89. Garcia *de Nobilit. gloſſ.* 9. *num.* 32. *verſ. Adeo*, Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 42. *verſic. Sed ſi*, Reg. Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *numer.* 198. *verſic. Clericus*, Giurba *conſ.* 38. *num.* 15. *verſ. Sic*, *& Clericus*, Conciolus *verbo officialis reſol.* 2. *num.* 3. Ego *deciſ.* 13. *numer.* 49. *part.* 1.

Quia Clerici Judicibus ſæcularibus honorem, & 8
reverentiam præſtare tenentur, ut ex Giurba, Gratiano, Carleval, Cutello, & Thom. del Bene *tradidi deciſ.* 13. *num.* 47. *part.* 1. ſimiliter alii exempti, Baldus *in l. fin. Cod. de bonis libert.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 284. *ſub num.* 61. Giurba *conſ.* 38. *n.* 17. nam exemptio jura reverentiæ non ſubſtulit, & exempti † ab 9
ordinario non videntur exempti à Jure reverentiali. Ego plures laudavi *deciſ.* 13. *num.* 48. *part.* 1. addo Gratian. *in addit. ad deciſ.* 232. *num.* 8. *part.* 1. *& diſcept. forenſ. cap.* 284. *num.* 61. *verſic. In generali*, cum nec pacto poſſit tolli, & remitti nec præſcribi, idem Gratian. poſt alios *deciſ.* 232. *num.* 6. *&* 7. *diſcept. forenſ. cap.* 284. *ſub num.* 61. Giurba *conſ.* 39. *num.* 17. Et ho- 10
nor † præcipuè in ſalutatione conſiſtit, *l. fin. Cod. de offic. diver. jud. l. peculium*, *Cod. de prox. ſacror. ſcrin. libr.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 284. *num.* 3. Giurba alios addit *conſ.* 38. *num.* 18. Don Michael de Calderò *deciſ.* 3. *num.* 19. *part.* 1. Conciolus *verbo Officialis reſol.* 2. *num.* 1. *&* 2.

Amplia 5. Si Clericus Judici ſæculari exequenti re- 11
ſiſtit, eximens ab ejus manibus aliquem captum, vel impediens ne eum capiat, aut aliter executionem impediret, capi poteſt per Judicem ſæcularem, Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 7. *ſub num.* 42. Reg. Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 197. *verſ. & idem*, *& capit.* 9. §. 2. *à num.* 160. plures cumulat Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 84. ſequitur Reg. Vico *ad pragm. Regn. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 21.

Amplia 6. Ut Judex ſæcularis nedum poſſit capere, 12
ſed etiam mulctare, & punire pœna pecuniaria Clericum in ſuis bonis temporalibus, ſi reverentiæ ſigna illi non exhibuerit, vel coram ipſo deliquerit, & in aliis caſibus in regula, & ampliationibus ſupra traditis, Bobad. *in polit. libr.* 1. *cap.* 18. *num.* 84. *&* 89. Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 41. Reg. Vico *ad pragm. Regn. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 21. alios addidi *deciſ.* 13. *num.* 49. *part.* 1.

Sed hanc ampliationem impugnant Genuen. *in prax.* 13
Archiep. Neapol. cap. 8. *num.* 5. *& cap.* 10. *verſ. Et licet hodie*, Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 13. Magala *part.* 3. *libr.* 3. *cap.* 11. *numer.* 35. Layman *in theolog. moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 13. *& cap.* 5. *num.* 1. Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 26. *aliàs* 25. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 56. *n.* 3. *& reſol.* 61. *& reſol.* 67. *num.* 2. Cutel. *de Immunit. Eccleſ. libr.* 2. *qu.* 26. Thom. del Bene *de Immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 22. *& de parlament. cap.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 16. quos laudavi *dec.* 13. *num.* 49. *in fine part.* 1. Sperell. poſt alios *deciſ.* 49. *num.* 33. *part.* 1.

Limita 1. Si officialis ſæcularis deferat baculum, 14
& inſignia ſui officii, nam tunc ſi injuriatur à Clerico, poteſt officialis ſæcularis eum capere, quia iſto caſu videtur repertus in crimine fraganti; ſecus ſi officialis ſæcularis non deferat baculum, & inſignia ſui officii, ita ſentit Oliba *de jure fiſci capit.* 14. *numer.* 66. *verſ. Quod ſi officiali.*

Baculus enim, vel virga eſt ſignum juriſdictionis, 15
quod officiales ſæculares deferre tenentur, ut ab aliis diſcernantur, ut eis reſiſti non poſſit, *l. decernimus*, *C. de aquæduc. libr.* 11. *l. ſtigmata*, *C. de fabri cenſib. libr.* 11. *l. item apud labeonem* §. *ſi quas virgines*, *ff. de injur.* Boer. *deciſ.* 170. *numer.* 5. Ramirez *de lege Regia* §. 24. *n.* 6. Farinac. *in praxi crim. part.* 1. *quæſt.* 32. *numer.* 37. *& conſ.* 65. *num.* 28. *tom.* 1. Azevedo *l.* 8. *tit.* 23. *n.* 11. *libr.* 4. *recop.* Bobad. *in polit. libr.* 1. *cap.* 13. *num.* 50. *& libr.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. Muta *deciſ.* 7. *num.* 4. Aviles *cap.* 42. *prætor. gloſſ. varas*, *numer.* 1. Maſtrill. *de magiſtrat. libr.* 5. *capit.* 8. *à numer.* 106. Rovit. *in pragmat.* 1. *numer.* 31. *de abolitionib.* Thoro *in compend. deciſ. part.* 2. *verbo officiales col.* 3. *verſ. Unde etiam fol.* 211. Baſilic. *deciſ.* 10. *num.* 6. Giurba plures cumulat *conſ.* 29. *numer.* 23. *& conſ.* 38. *numer.* 3. Luca ad Franchis *deciſ.* 326. *numer. ſecundo*, Suelves *conſ.* 41. *numer.* 24. *libr.* 2. Cabreros *de metu libr.* 2. *capit.* 15. *à numer.* 4. Solorzano *de jure Indiar. libr.* 4. *cap.* 5. *numer.* 3. *& in polit. libr.* 5. *capit.* 5. ex noſtris Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 2. *numer.* 95. *&* 96. latè, & doctè Don Michael de Calderò *deciſ.* 4. *à numer.* 5.

16 *part.* 1. Nam † ignorantia qualitatis personæ, & loci, præsumitur ex ipsius loco, statu, & habitu, Menoch. *cons.* 898. *num.* 11. *libr.* 9. Giurba *cons.* 38. *num.* 4. Sanchez *de matrim. libr.* 9. *disp.* 32. *sub num.* 41.

17 Sicut ignorasse is præsumitur aliquam esse virginem, quam meretricali habitu indutam invenit, *l. apud labeonem* §. *si quis virginem*, *ff. de injur.* Menochius *cons.* 898. *num.* 22. *libr.* 9. Mascardus *de probat. conclus.* 848. *numer.* 2. Patian. *de probat. libr.* 2. *cap.* 19. *num.* 41. & 51. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu* 9. *num.* 191. Giurba *cons.* 38. *num.* 5.

18 Et contendens cum Rectore Gymnasii carente insignibus non punitur pœna statuti indicta contra afficientem injuria Rectorem, Albericus *de stat. part.* 1. *quæst.* 45. Menoch. *cons.* 898. *num.* 23. *libr.* 9. Giurba *cons.* 38. *num.* 6.

19 Similiter qui familiam Prætoris verberavit, quam ex habitu credit non esse talem, pœnam statuti non patitur, Menochius *cons.* 898. *num.* 24. *libr.* 9. & *præsumpt.* 76. *num.* 12. *libr.* 6. Patian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 44. Giurba *cons.* 38. *num.* 7.

20 Idemque de eo, qui percussit Clericum repertum in habitu laicali, credens illum esse laicum, excusatur à pœna excommunicationis, Menoch. *cons.* 898. *num.* 25. & *præsumpt.* 76. *num.* 12. *libr.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 848. *num.* 4. Maresc. *variar. libr.* 2. *cap.* 127. *num.* 2. Decian. *tract. crim. libr.* 6. *cap.* 34. *num.* 1. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 77. *num.* 7. ubi Bajard. *numer.* 15. Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *verbo ignorantia*, *num.* 98. Covarr. *in cap. alma mater*, *part.* 1. §. 10. *num.* 15. Sanchez *de matrimon. libr.* 9. *disput.* 32. *num.* 41. Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. can.* §. 2. *num.* 14. Villalobos *in sum. moral. part.* 1. *tract.* 17. *disp.* 22. *num.* 3. *vers. El segundo es*, alios plures cumulant Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu* 9. *num.* 189. Giurba *cons.* 38. *num.* 8. quibus addendi sunt multi citati à Cenedo *collect. ad decretum* 24. *num.* 11. Barbosa *in cap. si vero* 4. *num.* 2. & 5. *de sentent. excomm.* & *in can. si quis suadente diabolo*, *num.* 50. 17. *quæst.* 4. & *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 39. §. 1. *num.* 58. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 6. *de censuris disp.* 3. *punct.* 23. §. 3. *num.* 4. Diana *resol. moral. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 42. & *in coordin. part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 25. Leander *quæst. moral. tom.* 4. *tract.* 1. *disp.* 9. *quæst.* 1. *tum seq.* Lezana *in sum. mor. part.* 3. *verbo Clericus*, *num.* 11.

21 Nam ignorans non contemnit, nec puniendus est, cum non delinquat, *l. genero*, *ff. de his qui notantur infamia*, *l. si quis ignorans*, *ff. locat.* Farinacius *fragm. crim. part.* 2. *littera I. num.* 99. latè Costa *de scientia*, & *ignorantia inspect.* 85. pro mille Giurba *cons.* 38. *numer.* 9. & 24.

22 Sublimita 1. Hanc primam limitationem, si Clericus antea officialem sæcularem esse cognoverit, quo casu quamvis officialis sæcularis non deferat baculum seu virgam jurisdictionis, & eum injuriat, potest Judex sæcularis illum capere, ad Azevedo *l.* 8. *num.* 12. *tit.* 23. *libr.* 4. *recop.* ubi percutiens Alguazellum, dum signum justitiæ non haberet, si antea eum cognoverat, tenetur de resistentia, quia tunc ignorantia est crassa, & supina, sequuntur Giurba *cons.* 29. *num.* 23. *vers. Dummodo*, & *cons.* 38. *num.* 24. *vers. Supinam autem*, Mastrill. alios addit *de Magistr. libr.* 5. *cap.* 8. *numer.* 109. Don Michael de Calderò *decis.* 3. *num.* 43. & *decis.* 4. *sub num.* 5. *part.* 1.

23 Ignorantia enim crassa, & supina non excusat, *l. nec supina*, *ff. de jur.* & *facti ignorant. gloss. in cap. excommunicatio verbo de facto suo de rescript.* Mascard. *de probat. conclus.* 848. *num.* 7. & 8. Oddo *de rest. in integ. quæst.* 8. *num.* 56. Patian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 60. Scaccia *de judic. part.* 2. *quæst.* 7. *numer.* 631. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu* 9. *num.* 193. Giurba *cons.* 38. *num.* 14. *vers. Hoc tamen*.

24 Sic percutiens Clericum in habitu laicali, & si aliàs non puniretur, puniri tamen debet, & in excommunicationem incidit, si eum percutiens prius agnoverat, ut docent Doctores citati *num.* 20. Mascardus *numer.* 20. Decian. *num.* 2. Jul. Clar. *num.* 7. Sanchez *num.* 41. Villalobos *num.* 3. *vers. El segundo*, *ibi: Mas bastaria para este*, Carol. de Grass. *num.* 192. Giurba *numer.* 24. *vers. Sic percutiens*, Barbosa, Castr. Palaus; & Diana *ibidem citati*.

Sublimita 2. Hanc primam limitationem, in officialibus sæcularibus insignia officii non deferentibus, ut Bajulus Generalis, ejusque Locum Tenens, Magister Rationalis, & ejus Locum Tenens, ac Regens Regiam Thesaurariam, qui si injuriantur à Clerico, possunt eum capere, ad tradita per Suelves *cons.* 41. *num.* 24. *part.* 2. 25

Limita 2. Quòd quamvis Judex sæcularis possit capere Clericum illum injuriantem, tenetur verò Clericum captum ducere ad Judicem Ecclesiasticum, Ego cum multis *decis.* 138. *num.* 17. 19. 29. 30. *part.* 3. & in terminis Oliba *de jure fisci cap.* 14. *num.* 96. *versicul. Et captum*, non expectatis viginti, aut viginti quatuor horis, ut dicunt Cevallos *com. cont. com. tom.* 4. *quæst.* 897. *num.* 935. Pereyra *de manu Regia part.* 1. *cap.* 7. *num.* 42. *in fine*, Oliba *de jure fisci cap.* 14. *num.* 66. *versic. Illa vero*, sed quanto citius, videantur à me tradita cum magna copia Doctorum *decis.* 138. *num.* 36. *part.* 3. ut fuit observatum in causa suprà relata *num.* 2. cum magna modestia, & urbanitate, sine ignominia, & verecundia Clerici, Ego *decis.* 138. *numer.* 31. *part.* 3. Don Michael de Calderò *decis.* 12. *numer.* 82. *in fine*, *part.* 1. 26

ARGUMENTUM.

An Judex sæcularis possit ingredi Domum Clerici, & eam recognoscere, ac inde extrahere laicos malefactores, & executionem facere in bonis laicorum ibidem repertis absque assistentia Judicis Ecclesiastici.

SUMMARIUM.

1 *Judex sæcularis cum sono emisso potest ingredi Domum Clerici, etiam Sacerdotis, & eam recognoscere, & inde extrahere laicos malefactores absque assistentia Judicis Ecclesiastici.*

2 *Judex sæcularis cum sono emisso potest ingredi Domum Clerici, etiam Sacerdotis, & executionem facere in bonis laicorum in ea repertis absque assistentia Judicis Ecclesiastici.*

3 *Officiales Regii possunt ingredi, & scrutare aliena territoria, & delinquentes capere absque licentia ordinariorum pro executione soni emissi.*

4 *Officiales Regii cum sono emisso ingrediuntur, & scrutantur Ecclesias, & Hospitalia, & alia loca sacra sine assistentia Judicis Ecclesiastici, & ab eis malefactores extrahunt, absque incursu excommunicationis, num.* 4. & *nedum capiuntur malefactores laici, sed etiam Clerici, si inter eos reperiantur, num.* 5.

6 *Officiales Regii an possint ingredi sine processu soni emissi Domos Ecclesiasticorum, & inde extrahere laicos malefactores, absque assistentia Judicis Ecclesiastici, refertur opinio negativa, numer. sexto, sed affirmativa est verior, numer. septimo, & quid si per Ecclesiasticos resistatur, num.* 19. & 20.

7 *Officiales Regii sine sono emisso ingredi possunt Domos Ecclesiasticorum, & executionem facere in bonis laicorum ibidem repertis, absque assistentia Judicis Ecclesiastici, numer.* 8. *limitatur in, num.* 14. & *quid si per Ecclesiasticos resistatur, num.* 19. & 20.

9 *Clerici persona, à Principis Jurisdictione bona laici nec ejus Domus eximere valet, numer.* 9. & 13. *etiam si Sacerdos gestaret Oleum Sanctum, numer.* 10. *secus si deferret Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, num.* 11. & *sufficit, si reus se immiscet personis prosequentibus Sacrosanctum Sacramentum, num.* 12.

15 *Bona mobilia in Domo reperta Domini Domus esse præsumuntur.*

16 *Maritus quando in Domum propriam ducit uxorem,*

rem, bona mobilia existentia in Domo Mariti præsumuntur Mariti, & non uxoris, num. 16. limita, num. 17.

§8 *Mulier introducens virum in Domum suam, bona mobilia existentia in Domo uxoris, præsumuntur esse uxoris, & non Mariti, nisi per inventarium legitimè confectum constet, quæ bona Maritus illuc attulit.*

DECISIO CCXXXVII.

1 JUdex sæcularis cum sono emisso potest ingredi Domum Clerici, etiam Sacerdotis, & eam recognoscere, ac inde extrahere laicos malefactores absque assistentia Judicis Ecclesiastici, sic Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 51.* ex Oliba *de jure fisci cap. 14. numer. 50. in fine*, Ita fuit declaratum per Cancellarium Loris, Consultoribus Quintana, Planes, & Sans 7. Aprilis 1570. *in casu relato decis. 120. num. 31. vers. Unde part. 1.*

2 Similiter Judex sæcularis cum sono emisso potest ingredi Domum Clerici, etiam Sacerdotis, & executionem facere in bonis laicorum in ea repertis absque assistentia Judicis Ecclesiastici, sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Erill, Consultoribus Rubi de Marymon, Pons, & Turell 9. Junii 1637. *in casu relato in additionibus positis ad decis. 120. in fine, vers. Adde denique post part. 2. decis. fol. 611.*

3 Ratio prædictorum est. Quia officiales Regii possunt ingredi, & scrutari aliena territoria, & delinquentes capere absque licentia Ordinariorum, pro executione soni emissi, *pragmat. 4. incipiens* Per *quant. tit. de sentent. Sacramental.* Calicius *de sono emisso quæst. 7.* Oliba *de jure fisci capit. 14. num. 4.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 49.* Ego no-
4 tavi *decis. 28. numer. 8. part. 1.* Et nedum † Officiales Regii cum sono emisso ingrediuntur, & scrutantur aliena territoria, sed Ecclesias, & Hospitalia, & alia loca Sacra, sine assistentia Judicis Ecclesiastici, & ab eis malefactores extrahunt absque incursu excommunicationis, Calicius *de sono emisso quæst. 7.* Michael Ferrer. *part. 3. observ. cap. 243. vers. Aliqui tamen Doctores*, Oliba *de jure fisci capit. 14. numer. 45.* Cancer. *part. 3. var. cap. 5. num. 5.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 47.* Ego *decis. 28. n. 9. part. 1.* ut expresè dixit Regium Consilium Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto, data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis. *Regii Officiales facto processu, qui dicitur soni emissi ingrediuntur Ecclesias, & alia loca Immunitatis sine assistentia Officialis Ecclesiastici, & extrahunt delinquentes, & si fieret resistentia per Curiam Ecclesiasticam, procederetur contra Prælatos ad occupationem temporalitatum*, tradidi *decis. 28. numer. 7. part. 1.* & fuit declaratum per Cancellarium Cathaloniæ Puigmari 31. Martii 1631. in casu à me relato *in additionibus positis post 2. part. decis. in fine vers. Circa decisionem fol. 610.*

5 Et non solùm capiuntur malefactores laici, sed etiam Clerici si inter eos reperiantur, Oliba *de jure fisci cap. 14. num. 43.* Cancer. *part. 3. var. cap. 5. num. 3.* Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 48.* Ego *decis. 28. num. 10. part. 1.* Don Michael de Calderò *decis. 12. num. 82. part. 1.*

6 Sed difficultas in duobus consistit. Primò, An Officiales Regii possint ingredi sine processu soni emissi domos Ecclesiasticorum, & inde extrahere laicos malefactores, absque assistentia Judicis Ecclesiastici? Fontanella, & Oliba *citati num. 1.* videntur innuere,
7 quòd non. At veritas est, † quòd sic, ut expresè declaravit Regium Cathaloniæ Consilium in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis. *Ingrediuntur Officiales Regii etiam sine processu soni emissi Domos Ecclesiasticorum, & extrahunt laicos, sine assistentia Judicis Ecclesiastici*, tradidi *decis. 28. num. 12. part. 1.* Et fuit decisum per Cancellarium Cathaloniæ Loris, Consultoribus Quintana, Puig, Osset, & Sans 9. Octobris 1579. nulla facta mentione soni emissi, in favorem Petri Bellet Algutzirii Regii, & aliorum, eo quia dictus Algutzirius accessit ad Domum Antici Guinart Canonici Gerundæ ad perquirendam Anticam Villalonga, quæ à Regiis carceribus aufugerat, his verbis: firmæ juris per dictum Petrum Bellet, & alios in Curia sæculari factæ locum fuisse, esse, & cognitionem dictæ causæ ad Curiam sæcularem spectabilis Gerentis vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ pertinere, & spectare, & in ea fore, & esse pertractandam, & fine debito terminandam. Fallit in domibus Canonicorum Illerden. *ut dixi decis. 28. num. 13. part. 1.*

8 Pariter Officiales Regii sine sono emisso ingredi possunt Domos Ecclesiasticorum, & executionem facere in bonis laicorum ibidem inventis, absque assistentia Judicis Ecclesiastici. Ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Sabater, & Regas 17. Novembris 1595. nulla mentione soni emissi facta, in casu à me relato *in additionibus positis post 2. part. decis. vers. Ad eamdem decis. fol. 611.* Et per Soler Tertium, Consultoribus Pons de Turell, & Ramon 24. Aprilis 1640. soni emissi nulla facta mentione, occasione firmæ juris in Curia sæculari in Regia Audientia factæ per Balthazarem Bravo Bajulum Barcinonæ, & alios Officiales suæ Curiæ procedimentis contra eos in Curia Ecclesiastica Barcinonæ ad instantiam Prioris, & Monasterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron in territorio Barcinonæ factis, ex quo dictus Bajulus, & Officiales suæ Curiæ ad instantiam Josephi Vendrell pignoraverunt, & secum asportarunt aliqua bona Guillelmi Deu cultoris, & laicæ personæ, habitatorisque mansi den Aliò in Parochia Sancti Martini de Provensals in territorio Barcinonæ proprio dicti Monasterii Vallis de Hebron, ubi dictus Deu cum uxore, & familia habitat, eo quia contra præconia dicti Bajuli animalia dicti Deu fuerunt reperta depascere herbas hæreditatis dicti Josephi Vendrell, & alia in præjudicium, & damnum ipsius ordine facta, qua de causa fuerunt pignorati boves ejusdem reperti extra dictum mansum den Aliò, & precibus matris ejusdem, & ad evitandas majores expensas fuerunt capta, & subrogata in locum dictorum boum alia bona mobilia dicti Deu intus dictum mansum existentia, pro quorum recuperatione solvit custodi pignorum Civitatis Barcinonæ octo libras, ad quarum restitutionem fuit prætensum per dictum Monasterium compellendos per dictam Curiam Ecclesiasticam fore, & esse dictum Bajulum Barcinonæ, & alios Officiales, ex quo dictus mansus den Aliò est proprius dicti Monasterii, & sic non potuisse ab eo extrahi, neque in eo pignorari bona dicti Guillelmi Deu absque assistentia Curiæ Ecclesiasticæ. Fuit declaratum firmæ Juris per dictum Balthazarem Bravo Bajulum Barcinonæ, & alios Officiales suæ Curiæ in Curia sæculari Regiæ Audientiæ factæ locum fuisse, & esse.

9 Celebris est in proposito doctrina Alexandri Sperelli *decis. 49. num. 2. & 3. libr. 1.* cujus verba sunt. Laicorum tamen bona à jurisdictione, & potestate Principis, Clypeo Clericorum eximi nequaquam possunt, cum jure cautum non reperiatur, *l. nulla lege, Cod. de jure dotium, l. cum Prætor, ff. de Judic. cum vulg.* Unde nec persona Clerici, nec ejus domus, laici bona à Principis jurisdictione eximere valuit. Quòd autem Clerici persona non suffragatur laicis, eorumvè bonis ad Immunitatem consequendam, inter cætera ex eo deducitur, quia laicus confugiens ad Sacerdotem, illumque amplexans, non gaudet Ecclesiastica Immunitate, ita ut Curia sæcularis possit illum à Clerico avellere.

10 Confirmat hæc Sperellus *num. 4.* ut procedat, etiam si Sacerdos ille gestaret Oleum Sanctum, & citat Rotam *decis. 88. n. 5. part. 3.* Dianam *resol. moral. part. 1. tit. de Immun. Ecclesiast. resol. 18. in fine*, quibus addere poteris quos laudo *decis. 84. n. 18. part. 2.* & nunc addo Anselmum *dissert. forens. capit. 10. §. 18. in fine*, Novarium *in pragm. 1. collect. 2. num. 4. in fine, de cultu. Sacramenti*, Ybañez de Faria ad Covarr. *libr. 2. variar. cap. 20. num. 53. in fine, vers. Quod de Sacerdote.*

11 Et addit idem Sperellus *num.* 5. Quamvis secus esset, si deferret Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, tunc enim non quidem virtute Sacerdotis, sed Sacrosanctæ Eucharistiæ gauderet immunitate, ut benè declarat Socin. Sen. Et post alios, quos cumulat & tradit Clar. Latissimè prosequitur Farinacius Duardus *locis per illum citatis*. Quibus adde quos lato calamo laudavi *dec.* 84. *num.* 16. *part.* 2. Et nunc addo Anselmum *dissert. forens. cap.* 10. §. 18. Novarium *in prag.* 1. *collect.* 2. *à num.* 3. *de cultu Sacramenti*, Ybañez de Faria ad Covarr. *libr.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 53.

12 Adeo verò inquit Sperellus *num.* 6. Immunitas non Clypeo Sacerdotis, sed Sacramenti conceditur, ut ea extendatur etiam ad eum, qui Sacerdotem non tangit, nec hastam Baldachini, sed se immiscet personis prosequentibus Sacrosanctum Sacramentum, ex quo ille unà cum Sacerdote redemptionis nostræ venerabile pignus gestante, conficiunt unam Ecclesiam, argumento *l. quisquis, C. ad leg. in l. Jul. Majest.* ibi: *Quia, & ipsi pars corporis nostri sunt*, & citat Mar. Italam, Peregrinum, Dianam, Antonellum, *locis per eum allegatis*, quibus addere poteris, quos laudavi *decis.* 84. *num.* 17. *part.* 1. & nunc addo Novar. *in prag.* 1. *collect.* 2. *num.* 5. *in fine*, *de cultu. Sacramenti* Ybañez de Faria ad Covarr. *libr.* 2. *var. cap.* 20. *sub num.* 53.

13 Concludit Sperell. *ibidem*, his verbis, & sic persona Clerici, vel Religiosi non habet per se virtutem eximendi à laicali jurisdictione personas, aut bona laicorum, pro ut nec domum dicti Clerici præfatos vitulos ab hujusmodi jurisdictione dicebant eximere potuisse, quasi *ait num.* 7. Clericorum ædes ita demum Immunitate gaudent, si sitæ sint intra Ecclesiæ fines, & aliquos Doctores ad id citat, sed lector videat quæ tradidi *decis.* 60. 61. & 62. *part.* 2. Et ipse Sperellus *sub num.* 9. prosequitur his verbis. Cum itaque domus Clerici non gaudeat Immunitate, nec illius persona in hac facti specie habenda sit in consideratione, prætendebatur Curiam laicalem impunè in eadem domo perquirere potuisse dictos vitulos, & quatenus in ea reperti fuissent adducere.

14 Limita supradicta ut procedant, si bona reperta in domibus Ecclesiasticorum constat esse laicorum, quo casu Officiales Regii, sine sono emisso ingredi possunt domos Ecclesiasticorum, & executionem facere in bonis laicorum ibidem repertis absque assistentia judicis Ecclesiastici; secus verò si non constat bona reperta in domibus Ecclesiasticorum esse propria laicorum, nam tunc Officiales Regii sine processu soni emisi non possunt ingredi domos Ecclesiasticorum, & executionem facere in bonis laicorum prætensis absque assistentia Judicis Ecclesiastici, & in his terminis procedit, & est intelligendus Sperell. *decis.* 49. *à num.* 13. *versic. Quibus tamen minimè refragantibus libr.* 1.

15 Ratio prædictæ limitationis est, quia quando in domo Clerici reperiuntur aliqua bona, censentur esse ipsius, cum in dubio bona mobilia in domo reperta, domini domus esse præsumantur, Sperell. *decis.* 49. *num.* 13. *libr.* 1. Cyriacus *controvers.* 660. *num.* 1. Fontan. cum decisione nostri Senatus *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 1. *part.* 4. *num.* 40.

16 Hinc que est, quòd quando maritus in domum propriam ducit uxorem, bona mobilia existentia in domo mariti præsumuntur mariti; & non uxoris, Bald. *in l. ob maritorum num.* 3. *vers. Revoco in dubium*, Salicet. *num.* 6. Barbosa *num.* 4. *Cod. ne uxor pro marito*, Mascard. *de probat. conclus.* 213. *num.* 1. Spinus *in specul. testa. gloss.* 10. *princ. num.* 89. *in fine*, *versic. Et sic*, alios addit Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 123. *num.* 3. idemque docent Cyriacus *controvers.* 38. *num.* 16. *& controvers.* 42. *num.* 23. *tom.* 1. *& controv.* 244. *num.* 72. *tom.* 2. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6.

17 *gloss.* 1. *part.* 4. *numer.* 38. Nisi ex † qualitate rerum oriatur præsumptio pro muliere, alio non probato, ut in vestibus mulieribus, & in aliis, quæ conveniunt mulieri, sic Mascardus *de probat. conclus.* 213. *num.* 4. declara ut per Cyriacum *controvers.* 42. *numer.* 21. & 22. *tom.* 1.

Hinc etiam est, quòd quando mulier introducit virum in domum suam, bona mobilia existentia in domo uxoris præsumuntur esse uxoris, & non mariti, nisi per inventarium legitimè confectum constet, quæ bona maritus illuc attulit, sic Socinus, Lopez, Ancharanus Passeth. Menochius *libr.* 3. *præsumpt.* 51. *numer.* 40. & Rota Bononien. quos citat Cyriacus *controv.* 42. *num.* 18. & 19. *tom.* 1. & *controv.* 660. *num.* 1. *tom.* 3. Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 123. *num.* 4. Fontanella cum decisione nostri Senatus *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 1. *part.* 4. *num.* 39. 18

Secundò difficultas consistit, si per Ecclesiasticos dominos domorum resistatur, an possint Regii Officiales sine, vel cum sono emisso ingredi domos illorum, eas recognoscere, ac extrahere laicos malefactores, & executionem facere in bonis laicorum ibidem repertis, absque assistentia Judicis Ecclesiastici? Oliba, & Fontanella *citati num.* 1. tenent quòd non, sed quòd est Judicis Ecclesiastici assistentia necessaria. 19

Verùm benevole Lector, Ego invenio in contrarium binas declarationes Cancellariorum Cathaloniæ, unam Cancellarii Copons, de qua memini suprà *num.* 8. alteram Cancellarii Erill, de qua etiam suprà memini *num.* 2. quas per te in locis ibidem citatis videre poteris, fundatur ratione suprà tradita *à num.* 9. 20

ARGUMENTUM.

An Clericus diffamator in causis diffamationum, seu jactatorum remedio, *l. diffamari, C. de ingenuis, & manumissis*, vel *l. si contendat, ff. de fidejussoribus*, possit per laicum diffamatum conveniri coram judice sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Agere invitus nemo compellitur, num.* 1. *limita pluribus in casibus remissivè, signanter in causis diffamationum, num.* 2.

3 *Diffamationes apud nos dicuntur jactata, in aliis partibus dicuntur jactationes, jactantiæ, prætensiones, seu inquietationes.*

4 *Diffamationibus tertii provideri volens in rebus suis, duobus remediis uti potest. Primo, ex* l. diffamari, C. de ingen. & manumis. *Secundò, ex* l. si contendat, ff. de fidejussor.

5 *Remedium ex* l. diffamari, C. de ingen. & manumiss. *quod sit.*

6 L. diffamari, Cod. de ingen. & manum. *licèt solum loquatur in causa status, libertatis & ingenuitatis, ex identitate rationis extensa est ad omnes, & quascumque diffamationes tam civiles, quàm criminales, tam reales, quàm personales, tam in petitorio, quàm in possessorio.*

7 *Remedium*, l. diffamari, C. de ingen. & manum. *ut intentari possit, plura requiruntur, quæ referuntur, num.* 7. 8. 9. & 10.

11 *Forma sententiæ in remedio*, l. diffamari, C. de ingen. & manum.

12 *Sententia lata in remedio*, l. diffamari, Cod. de ingen. & manum. *an sit deffinitiva, vel interlocutoria.*

13 *Diffamator appellare potest à sententia lata super remedio*, l. diffamari, C. de ingen. & manum. *num.* 13. *& ab assignatione termini, num.* 14.

15 *Executio sententiæ an casu*, l. diffamari, C. de ingen. & manum. *qualiter facienda sit.*

16 *Remedium ex* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *quid sit.*

17 *Remedia*, l. diffamari, C. de ingen. & manum. & l. si contendat, ff. de fidejussorib. *sunt valde conjuncta, & à pari procedunt, num.* 17. *in aliquibus tamen inter se differunt, num.* 18. *differunt, ut in num.* 19. 20. 21. & 22. *conveniunt, num.* 30. 31. & 32.

23 *Diffa-*

23 *Diffamato utilius est agere ex* l. si contendat, ff. de fidejussor. *quam ex* l. diffamari, Cod. de ingen. & manu.

24 *Diffamatus, qui potest agere ex* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *potest agere ex* l. diffamari, Cod. de ingen. & manum. *sed non è contrario, num.* 24. *Sed ex usu Advocatorum cumulari, & immiscerì possunt ad facilioris causæ, & litis expeditionem, num.* 25.

26 L. diffamari, C. de ingen. & manum. *usus, ubi potest agi ex* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *paulatim ab Aula recessit, num.* 16. *quid in Cathalonia, & aliis Regnis, num.* 27.

28 *Libellus in remedio* l. diffamari, C. de ingen. & manum. *qualiter sit formandus, nu.* 28. *& qualiter in remedio* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *num.* 29.

30 *Diffamatus intentans remedia* l. diffamari, Cod. de ingen. & manum. vel l. si contendat, ff. de fidejussor. *aut ambo remedia simul, an sit reus, vel actor, num.* 30.

31 *Diffamatus intentans remedia* l. diffamari, Cod. de ingen. & manum. *vel* l. si contendat, ff. de fidejussor. *aut ambo remedia simul, debet agere coram judice suo, scilicet ipsius diffamati, & non coram judice diffamatoris.*

32 *Diffamatus laicus per Clericum, vel Prælatum intentans remedia* l. diffamari, C. de ingen. & manum. *vel* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *aut ambo simul non debet agere coram Ecclesiastico judice Clerici, vel Prælati diffamatoris, sed debet agere, & trahere Clericum, vel Prælatum diffamatorem coram judice sæculari, num.* 32. *& quid servetur in Cathalonia, num.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. *&* 40. 41. *&* 42.

40 *Clericus, vel Prælatus diffamatus per laicum intentans remedia* l. diffamari, C. de ingen. & manum. *vel* l. si contendat, ff. de fidejussor. *vel ambo simul debet agere, & trahere laicum diffamatorem coram judice Ecclesiastico.*

42 *Diffamatus laicus remedio* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *non potest petere coram judice sæculari contra Clericum, vel Prælatum diffamatorem pensiones census per ipsum laicum diffamatum solutas.*

43 *Electio judicis in causis jactatorum remedio* l. diffamari, C. de ingen. & manum. *vel* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *an sit rei diffamati, vel actoris diffamantis, quando reus diffamatus habet plures judices de jure communi.*

41 *Excommunicatus in causa jactationis, & diffamationis an possit intentare remedia* l. diffamari, C. de ingen. & manum. *&* l. si contendat, ff. de fidejussor. *num.* 44. *& quid è contrà, num.* 45.

46 *Diffamatori si fuerit impositum silentium per judicem sæcularem, an possit ampliùs audiri coram judice Ecclesiastico.*

47 *Officiales Sanctæ Inquisitionis salariati an possint conveniri in remedio* l. diffamari, C. de ingen. & manum. *vel* l. si contendat, ff. de fidejussorib. *coram judice sæculari, num.* 47. *& quid in familiaribus Sanctæ Inquisitionis, num.* 48.

49 *Successor majoratus, vel fideicommissi an possit in judicio petere declarari in vita possessoris, eo invito, fideicommissum, seu majoratum ad se pertinere, resolvitur, quod non, nisi in duobus casibus, primò quando possessor majoratus, seu fideicommissi bona fideicommissi, vel majoratus dissiparet; secundo quando possessor majoratus, vel fideicommissi se jactaret, bona fideicommissi esse libera, possetque de eis liberè disponere.*

50 *Reconventio an fieri possit per laicum diffamatum contra Clericum diffamatorem.*

DECISIO CCXXXVIII.

1 LIcèt regula juris sit, quod agere invitus nemo compellitur, *l. unica, C. ut nemo invitus*, ubi Barbosa plures laudat *num.* 1. *&* 2. quibus addendi sunt Tusch. *pract. conclus. litt. A. concl.* 241. *à num.* 1. Gail. *observ.* 9. *num.* 4. Reg. Sesse *dec.* 115. *num.* 3. *tom.* 2. Gisebertus *de reconven. cap.* 2. *n.* 18. idem Barbos. alios cumulat *axiomat.* 59. *n.* 4. de cujus regulæ conciliatione, cum altera juris regula, quod judicium in invitum reddatur, *juxta l. inter stipulantem*, §. 1. *ff. de verb. obligat.* videantur Paz *in praxi, part.* 2. *tom.* 2. *cap. unico à num.* 1. Ybañez de Faria ad Covarr. *libr.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 3.

Limitatur regula in pluribus casibus, quos referunt 2
Tusch. *pract. concl. littera A. concl.* 241. *à num.* 9. Barbosa *axiomat.* 59. *num.* 5. signanter in causis diffamationum, ut ait *gloss. in dicta l.* 1. *C. ut nemo invitus*, Tusch. & Barbosa *ubi proximè*, ille *num.* 58. iste *sub n.* 5. Gail. *lib.* 1. *observ.* 9. *num.* 4. *&* 5. Guttierr. *cons.* 51. *num.* 16. *& sub num.* 17. *vers. Sed non obstant*, Olascus *decis.* 15. *sub num.* 5. Trentacinqu. *variar. lib.* 1. *de diffamationibus resol.* 1. *num.* 6. *vers. Prima est*, ibi: *Primo quod*, Maranta *de ordin. jud. part.* 4. *dist.* 21. *num.* 1. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 9. *sub num.* 188. notant Paz *in praxi, tom.* 3. *cap.* 9. §. 1. *num.* 2. *post princ. vers. Sed ex hac*, Reg. Sesse *decis.* 115. *num.* 58. *tom.* 2.

Istæ diffamationes sic à jure appellatæ, ut probant ju- 3
ra *num.* 4. alleganda, & omnes Doctores in hac decisione laudandi. Apud nos in Cathalonia dicuntur jactata, Fontanella *decis.* 328. *num.* 2. *part.* 2. Don Petrus de Amigant ad Pegueram *in pract. civili, rubr.* 4. *in formulis, num.* 16. jactationes vocantur à Regente Sesse *decis.* 115. *num.* 27. *tom.* 2. Ludovic. *dec. Lucen.* 32. *n.* 2. & refert Montaner ad Olibam *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *sub num.* 3. *&* 12. *in fine*, Tondut. *de prævent. jud. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Fermosinus *in cap. intellexi mus* 7. *quæst.* 3. *num.* 1. *de Judiciis*, Larrea *decis.* 38. *n.* 4. Marchesan. *de commission. part.* 3. *cap.* 1. §. 1. *ex num.* 1. Ybañez de Faria ad Covarr. *libr.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 6. inquietationes à Flaminio Chartario *decis.* 20. *num.* 2. Gratian. *discept. foren. cap.* 85. *num.* 1. *&* 10. jactantiæ à Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *in princ.* molestiæ, & jactationes à Costa *de remed. subsid. remedio* 50. *post princ. vers. Quare*, Ursellius *verbo actor, concl.* 45. *num.* 97. Caracciol. *de foro privil. quæst.* 20. *n.* 15. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio causæ, fol.* 103. molestiæ à Salgado *in labyrint. cred. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 11. inquietationes, & molestiæ à Valeron. *de transact. tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 15. verbales turbationes à Menochio *de retinen. possess. remed.* 3. *num.* 292.

Quamobrem si quis diffamationibus, jactatis, ja- 4
ctationibus, jactantiis, inquietationibus, molestiis, & prætensionibus tertii providere vult in rebus suis, uti potest duobus potissimum remediis, Primò, *ex l. diffamari, C. de ingen. & manum.* Secundò, *ex l. si contendat, ff. de fidejussorib.* Covarr. *libr.* 1. *var. cap.* 18. *in princ.* Reg. Sesse *decis.* 115. *tom.* 1. Paz *in prax. tom.* 3. *capit.* 9. §. 1. *&* 2. Fontanella *decis.* 328. *&* 329. *part.* 2. Oliba *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *&* 34. ubi Montaner in addit. *ad c.* 33. *n.* 1. Guttierr. *cons.* 51. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *c.* 8. *n.* 1. Fermosin. *in c. intellexi mus, q.* 3. *num.* 1. *de judiciis*. Ad secundum Franchis *dec.* 385. quem refert, & sequitur Costa *de remed. subsid. remed.* 50. *post princ. vers. Quare observandum est*, uti potest tribus remediis. Uno *ex l. diffamari, C. de ingen. & manum.* Altero *ex l. si contendat, ff. de fidejussor.* Alio quando causa diffamationis est finita per jura proposita, quod vocatur judicium jurium propositorum. De quo tertio remedio Gail. *lib.* 1. *observ.* 11. & alii, quos refert Costa *de remed. subsid. remed.* 50. *num.* 10. ex novo jure supervenienti, Gabriel *com. concluss. libr.* 2. *de actionib. conclus.* 6. *num.* 39. Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamationib. resol. unica, num.* 20. de isto tertio remedio in hac decisione non tractabo, sed tantùm de illis duobus remediis *ex l. diffamari, Cod. de ingen. & manum. & l. si contendat, ff. de fidejussorib.*

Circa primum remedium *ex l. diffamari, C. de ingen.* 5
& manum. cujus materia utilissima est, Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamationib. resol. unica, n.* 1. & frequenter in judiciis super ea dubitari contingit, Gabriel *com. concl. libr.* 2. *de actionibus, conclus.* 6. *num.* 1. Gail. *lib.* 1. *observ.* 9. *sub num.* 1. disponit enim hæc lex. Quod si quis diffamatur super statu, libertate, & ingenuitate, potest

adire judicem, ut eum ab illa diffamatione, & injuria liberet, & præfigat diffamatori tempus, intra quod doceat de jure suo, quo illum diffamavit cum comminatione, quòd alias non audietur, & cum impositione silentii perpetui, ut notant Albericus, Fulgosius, Salicet. Baldus, & alii ad illum textum, Covarr. *libr. 1. var. cap. 18. num. 1. in princ. versic. Nam ut primum examinemus*, Molina *de Hisp. Primog. lib. 3. cap. 14. num. 9. & 21.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. num. 17. vers. Illud solum*, Azevedo *l. 10. num. 33. & 34. tit. 13. libr. 8. recopil.* Tondut. *de prævent. judic. part. 1. cap. 8. num. 1.* Afflict. *decis. 268.* Capic. *dec. 18.* Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in praxi civil. rubric. 4. in formulis numer. 16. versic. Antiquitus*, Suarez *allegat. 4. num. 8. vers. Præterea*, Maranta *de ordin. judic. part. 4. dist. 21.* Reverter *decis. 577. vers. Item ubi*, Cancer *part. 3. var. cap. 1. num. 55.* Gabriel *com. conclus. libr. 1. de actionib. conclus. 16. num. 1.* Menochius *cons. 366. num. 5. tom. 4. & de arbitr. jud. casu 452. num. 8.* Pereyra *decis. 72.* Paz *in praxi tom. 3. cap. 9. §. 1. num. 1.* Guttierr. *cons. 51. numer. 1.* Pichard. *in manducat. ad praxim part. 3. §. 4. numer. 46.* Ciarlin. *controv. forens. libr. 1. cap. 34. num. 1.* Gail. *libr. 1. observ. 9. & 12.* Oliba *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 33. num. 1. & 7.* ubi Montaner *num. 11.* Reg. Sesse *decis. 1. 5. num. 28. & 39. part. 2.* Fontanella *decis. 328. num. 2. & 21. part. 2.* Barbosa *in l. unica n. 7. Codic. ut nemo invitus*, Castillan. *controv. jur. libr. 5. cap. 93. §. 14. n. 27. in princ.* Tusch. *pract. concl. littera D. conclus. 411. n. 14.* Thoro *in compend. decis. part. 3. tract. 3. verbo remissio causæ col. 2. versic. Sed remedio fol. 103.* alios cumulat Ybañez de Faria ad Covarr. *var. libr. 1. c. 18. num. 1. & 2.* Nisi diffamator habuerit justam causam, ita diffamandi, Menoch. *cons. 366. num. 2. vers. Secundò, & num. 3. & 4.* plures addit Ybañez de Faria ad Covarr. *libr. 1. var. cap. 18. num. 11.*

6 Hæc *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* licèt loquatur in causa status, libertatis, & ingenuitatis; tamen ex identitate rationis extensa est ad omnes, & quascumque alias diffamationes, jactata, jactationes, & jactantias, tam civiles, quàm criminales, tam reales, quàm personales, tam in petitorio, quàm in possessorio, Trentasinq. *var. l. 1. de diffamationibus resol. unica n. 1.* Boer. *decis. 255. num. 7.* Maranta *de ord. judic. part. 4. dist. 11. num. 8. & 9.* Reg. Sesse *dec. 115. n. 10. 11. & 12. tom. 2.* Castr. Palaus citat. *de remed. subsid. remed. 50. n. 4.* Molina *de justitia, & jure disp. 639. col. fin.* Oliba *de actionib. part. 2. libr. 2. c. 33. num. 16.* ubi Montaner *num. 6. & 7.* Pichard. *in manducat. ad prax. part. 3. §. 4. num. 47.* Gabriel *com. conclus. lib. 2. de actionib. concl. 6. à num. 2. cum plurib. seq.* latè cum multis Marchesan. *de comission. part. 3. cap. 1. §. 1. à num. 1.* Fontanella *decis. 328. n. 3. part. 2.* & reprobatis contrariis signanter Sarmiento *scelect. lib. 1. c. 2. n. 12.* quem sequitur Maresca *de reconven. enarrat. 4. num. 13.* docent Gomez *tom. 3. variar. 1. num. 8. & 23.* ubi Ayllon Laynez quàm plures laudat *num. 19.* Molina *de Hispan. Primog. libr. 3. c. 14. num. 23. & 24.* ubi Additionatores *à num. 23. ad 28.* Guttierr. *cons. 51. num. 5.* Paz *in praxi tom. 3. cap. 9. §. 1. numer. 3.* Garcia *de nobil. gloss. 47. num. 17. & 18.* Fermosinus *in cap. cum sit generale 8. quæst. 3. num. 12. de foro com.* Covarr. *libr. 1. var. cap. 18. num. 7.* ubi Ybañez de Faria multos addit *num. 43.* Castillo *controv. jur. libr. 5. cap. 93. §. 14. num. 21. versic. Cum potius*, Gail. de jure communi loquens *libr. 1. observ. 9. num. 2.* sed aliter observari in Camera Imperiali testatur *observ. 9. num. 10. & observ. 10. num. 1. & 2.* & de Regno Luzitaniæ Valasc. *consult. 184. num. 8.* ut notat Montaner in addit. ad Olibam *part. 2. libr. 1. cap. 13. num. 9.*

7 Ut autem remedium, *l. diffamari, Cod. de ingen. & manu.* intentari possit, plura requiruntur. Primò quòd diffamatus possideat, aliàs audiri non debet, Boer. *decis. 255.* Gabriel *conclus. libr. 2. de actionib. concl. 6. numer. 38.* Costa *de remed. subsid. remed. 50. num. 19.* Valasc. *consult. 184. num. 5. & 6.* Montaner ad Olibam *de actionib. part. 2. libr. 1. cap. 33. num. 8.* Riccius *collect. 69. vers. Item an agens*, Trentacinq. *variar. libr. 1. de diffamatoribus resolut. unica numer. 9.* Cyriacus *controv. 349. num. 20.* Ybañez de Faria ad Covarr. *lib. 1. variar. cap. 18. num. 6.* Fontanella *decis. 321. n. 12. & dec. 328. num. 21. versic. Cum enim remedium.* Ursellius tres decisiones Rotæ refert *verbo Agere volens concl. 78. num. 10. vers. Imo*, decisionem Cancellarii Cathaloniæ de mense Maji 1611. in favorem Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Joannis Oppidi Perpiniani contra Angelum del Pas tradit Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 14. à num. 48. vers. Per quæ usque ad num. 15.* pro ut ipse se declarat, *decis. 329. num. 14. part. 2.* alias decisiones trado infrà *num. 15.*

Secundò requiritur, quòd summariè per legitimam 8
probationem constet judici de diffamatione, aliàs auxilium dictæ *l. diffamari, Cod. de ingen. & manu.* concedere non debet, Menoch. *cons. 366. num. 1. vers. Primo, & num. 2. tom. 4.* Covarr. *libr. 1. var. cap. 18. n. 2. vers. Illud sane non est prætermitendum, & num. 2. in princ.* Paz *in praxi tom. 3. cap. 9. §. 1. numer. 3. in princ.* Maranta *de ord. judic. part. 4. dist. 21. n. 15. & 16.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 14. num. 31.* Tondut. *de prævent. judic. part. 1. cap. 8. sub num. 1.* Costa *de remed. subsid. remed. 50. num. 4. & 12.* Cancer *part. 3. variar. cap. 1. n. 55.* Trentasinq. *var. lib. 1. de diffamation. resol. unica num. 3. & declarat. num. 4.* Ciarlin. *controv. forens. lib. 1. cap. 34. num. 10.* Gabriel *com. concl. lib. 2. de actionib. concl. 6. num. 24.* Oliba *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 53. num. 8. & 9.* Reg. Sesse *dec. 115. num. 26. & 27. tom. 2.* Ybañez de Faria ad Covarr. *libr. 1. var. cap. 18. num. 12.* nisi diffamator actionem suam proponat, & discutiat, nam tunc probatio jactationis usu omitti solet, Covarr. *libr. 1. var. cap. 9. num. 2. in fine, vers. Sed sæpissimè*, Reg. Sesse *decis. 115. n. 27. tom. 2.* Maranta *de ord. judic. part. 4. dist. 21. num. 15.*

Tertiò requiritur, ut perpetuum silentium diffama- 9
tori imponatur, quòd bina monito à judice præcedat. Verum est, quòd hoc requisitum est multum controversum inter Doctores, ut videre est apud Covarr. *libr. 1. variar. cap. 18. num. 2.* ubi Ybañez de Faria plures citat *num. 10.* Paz *in praxi tom. 3. cap. 9. §. 1. num. 3. vers. Secundò*, Gail. *lib. 1. observ. 12. num. 4.* Gabriel *com. conclus. lib. 2. de actionib. conclus. 6. num. 21. 22. & 23.* Oliba *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 33. n. 11.* Trentacinqu. *variar. lib. 1. de diffamationib. resol. unica n. 5.* Gomez *tom. 3. var. cap. 1. num. 24.* ubi Ayllon Laynez *num. 25.* Reg. Sesse *decis. 115. num. 13.* Costa *de remed. subsid. remed. 50. numer. 28. & 29.* Sed praxis observat unicam monitionem sufficere, ut testatur, Covarr. & ex eo Paz, Trentacinq. & Reg. Sesse *hic citati.*

De aliis requisitis videndi sunt Oliba *de actionib.* 10
part. 2. libr. 1. c. 33. Gabriel *com. conclus. lib. 2. de actionib. conclus. 6.* Tuschus *pract. conclus. littera D. conclus. 411.* Riccius *collect. 366. in fine, vers. Et obiter*, Reg. Sesse *dec. 115. tom. 2.* Gail. *lib. 1. observ. 10.* Trentacinq. *var. resol. libr. 1. de diffamationib. resolut. unica*, latè, & clarè Costa *de remed. subsid. remed. 50. à n. 12. ad 13.*

Libellus qualiter sit formandus in remedio, *l. diffa-* 11
mari, C. de ingen. & manu. vide infrà *n. 28.* Forma sententiæ impositionis silentii perpetui in contumaciam latæ in remedio *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* & forma sententiæ, quando comparet diffamator, tradunt Gail. *lib. 1. observ. 12. n. 4. & 6.* Cagnol. *in dicta l. diffamari, num. 23.* Ludovic. *decis. lucen. 32. n. 5.* Remissivè Montaner ad Olibam *part. 2. lib. 1. de actionib. num. 11.* Trentacinq. *var. lib. 1. de diffamation. resol. unica n. 24.*

Et an sententia lata super remedio, *l. diffamari, C.* 12
de ingen. & manu. sit deffinitiva, vel interlocutoria? Controvertunt Doctores, videantur Trentacinq. *var. libr. 1. de diffamationib. resol. unica num. 21.* Reg. Sesse *decis. 25. num. 12. tom. 2.* remissivè Montaner. ad Olibam *de actionib. part. 2. libr. 1. cap. 33. sub num. 2.*

Ab hac sententia lata super remedio, *l. diffamari,* 13
C. de ingen. & manu. diffamator appellare potest, Cagnol. *in l. diffamari, num. 22.* Trentacinq. *var. libr. 1. de diffamationib. resol. unica num. 19.* Oliba *de actionib. part. 2. libr. 1. cap. 33. num. 12.* Aponte *cons. 58. à n. 15.* Costa *de remed. subsid. remed. 50. num. 25.* Sicut † po- 14
test appellare diffamator ab assignatione termini, Oliba *de actionib. part. 2. libr. 1. cap. 33. n. 10.*

Executio sententiæ in casu *l. diffamari, C. de ingen.* 15
& manu. qualiter facienda sit, traditur à Oliba *de action. part. 2. lib. 1. cap. 33. n. 18. vers. Undecima observatio.*

Circa

16 Circa remedium verò, *l. si contendat, ff. de fidejussorib.* quod competit diffamato, quando ipse principaliter petit pronuntiari super aliqua exceptione ei competenti ad exclusionem juris diffamatoris, petens, se liberum esse ab actione, quæ contra illum diffamatori competierat, aut competere aliquo modo videretur. Hæc est dispositio illius textus, *ubi glos.* 1. communi omnium consensu probata, idem asserit, cui similis est *glos. fin. in l. Aurelius* §. *centum. de liber. leg. tex. etiam in l. si pater, Cod. qui bon. cedere possunt*, & hanc esse communem opinionem post antiquos testantur reprobatis contrariis Covar. *lib.* 1. *var. capit.* 18. *numero* 3. *vers. Secundum quod*, ubi remissivè Ybañez de Faria plures laudans *num.* 15. Gomez *tom.* 3. *variar. capit.* 1. *num.* 20. ubi Ayllon Laynez *num.* 21. Molina *de primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 20. & 30. *vers. Quæ omnia*, & *num.* 31. Padilla *in l.* 1. *nu.* 17. *Cod. de transaction.* Carol. de Gras. *de excep. in prælud. num.* 246. Carrocciol. *de foro privileg. quæst.* 20. *à num.* 1. *ad* 17. Gratian. *discep. foren. cap.* 85. *num.* 11. 12. & 13. Thoro *in compen. decis. par.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio causæ vol.* 2. ibi: *Eo quod remedium fol.* 103. Fermosin. *in cap. cum sit generale quæst.* 3. *num.* 9. *de foro compet.* Suarez *allegat.* 4. *nu.* 8. *vers. Videamus etiam*, Paz *in praxi tom.* 3. *capit.* 9. §. 2. *num.* 2. Azevedo *l.* 10. *num.* 33. *tit.* 13. *lib.* 8. *recop.* Guttier. *cons.* 51. *num.* 133. *decis.* 657. Heringuis *de fidejussorib. cap.* 15. *num.* 133. Fontanella *decis.* 329. *num.* 1. & 2. *par.* 2. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 1. *à num.* 54. Oliba *de actionib. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 1. *vers. Sciendum*, & *numero* 3. & 8. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 50. *num.* 2. & 3. Osascus *decis.* 151. *num.* 3. & 10. Reg. Sesse *decis.* 115. *à num.* 22. *tom.* 2. & *de inhibit. cap.* 2. §. 5. *num.* 1. Flamin. Chartar *decis.* 20. Reg. Leo *decis.* 35. *nu.* 14. *tom.* 1. Luca ad Franchis *decis.* 385. *num.* 3. Sanfelicius *decis.* 168. Reverter. *decis.* 577. *vers. Item ubi*, Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *quæst.* 9. *à numero* 184. cum innumerabili copia Doctorum Giurba *decis.* 44. *num.* 1. Amat. *resol.* 52. *num.* 1. Salg. *in labyr. cred. par.* 1. *c.* 2. *à num.* 7. idem Fermos. *alleg. fisc.* 16. *num.* 1.

17 Sed nota, quòd remedia, *l. si contendat, ff. de fidejussor*, & *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* sunt valde conjuncta, & habent maximam connexitatem, Oliba *de actionib. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 1. ubi Montaner *in addition.* Cagnol. *in dicta l. diffamari nu.* 5. Mastrill. *decis.* 157. *num.* 9. *lib.* 1. & inter se fraternizant, Amat. *resol.* 52. *num.* 2. *in prin.* nam à pari procedunt, Carocciol. *de foro privileg. quæst.* 20. *num.* 14. & tendunt ad eumdem finem, Thoro *in compen. decis. par.* 3. *sect.* 3. *verb. Remissio causæ*, ibi: *Attamen fol.* 103.

18 In aliquibus verò inter se differunt, Amat. *resol.* 52. *num.* 2. *in prin.* Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 2. *num.* 1. Covar. *var. lib.* 1. *c.* 18. *num.* 3. *in fine* Thoro *in compen. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio causæ*, ibi: *Quæ licet fol.* 103. Fermosin. *in cap. cum sit generale quæst.* 3. *num.* 10. *de foro compet.* Xammar *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 9. *num.* 190. *in fine*, Fontanella *decis.* 129. *num.* 14. *in fine par.* 2.

19 Sed videamus in quibus differant remedia, *l. si contendat, ff. de fidejussor.* & *l. diffamari C. de ingen. & manu.* Et primò differunt, quòd in remedio, *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* tenetur diffamatus possessionem probare, ut dictum est *numero* 7. at in remedio *l. si contendat, ff. de fidejussor.* diffamatus possessionem probare non tenetur, Fontanella *decis.* 329. *numero* 14. *parte secunda*, Luca ad Franchis *decis.* 385. *numero* 6. *in fine.*

20 Secundò in remedio, *l. diffamari, C. de ingen. & man.* diffamatus probare debet diffamationem, ut dictum est *num.* 8. at in remedio, *l. si contend. ff. de fidejussor.* diffamatus non tenetur probare diffamationem, Covar. *lib.* 1. *var. c.* 18. *num.* 3. *in fine*, *vers. Nec ad hoc proponendum*, ubi Ybañez de Faria *num.* 13. Molin. *de Hisp. prim. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 31. Guttier. *cons.* 51. *num.* 4. Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 2. *num.* 1. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 1. *numer.* 56. *in fine*, Tondut. *de præven. judi. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *in fine*, Tusch. *pract. concluf. littera D. concluf.* 411. *num.* 10. Costa *de remed. subsid. remed.* 50. *num.* 16. Reg. Sesse *decis.* 115. *num.* 27. & *sub num.* 30. *tom.* 2. Fermosin. *in cap. cum sit generale quæst.* 3. *num.* 1. *de foro compet.* Luca ad Franchis *decis.* 385. *num.* 5. Xammar *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 189. *in fine.*

Tertiò remedium *l. diffamari C. de ingen. & manu.* 21 fundatur in jactatione, at remedium *l. si contendat, ff. de fidejussorib.* fundatur in jure actuali, Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 2. *num.* 3. Oliba *de actionib. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. & 34. quos citat Reg. Sesse *decis.* 116. *num.* 77. *tom.* 2. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 18. *numero* 14. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 54. 55. & 56. Thoro *in Compen. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio causæ fol.* 103. Capicius Latro *consult.* 114. *num.* 25. Menfrela ad Capicium Latro *decis.* 89. *numero* 11. *parte* 1.

Alias plures differentias inter utrumque remedium 22 tradit Marchesan. *de Commissionib. lib.* 3. *de Commissione jactator. numero* 85. ad quem se referunt Tondut. *de præven. judic. part.* 1. *cap.* 8. *numero* 1. *in fine*, Ybañez de Faria ad Covaruvias *libro* 1. *variar. capite* 18. *numero* 14. *in fine.*

Unde utilius est agere diffamato ex *l. si contendat, ff.* 23 *de fidejussor. quam ex l. diffamari, C. de ingen. & manu.* Ut explicant Cancer. *par.* 3. *var. à num.* 53. Et ex eo notat Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 1. *in fine*, & tradit Fontanella *decis.* 329. *nu.* 1. *par.* 2.

Nam qui potest agere ex remedio *l. si contendat, ff. de* 24 *fidejussorib.* potest agere ex *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* Sed non è contrario, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 57. *in prin.* quidquid dicat Molina *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 31. Quòd intentans remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* & in simul cumulativè intendit, & deducit remedium *l. si Contendat, ff. de fidejussor.* quem citat Fermosin. *in cap. cum sit generale quæst.* 3. *nu.* 10. *in fine de foro competen.*

Benè tamen verum est, quòd remedia *l. si Conten-* 25 *dat, ff. de fidejussor. & l. diffamari, C. de ingen. & manu.* ex usu Advocatorum cumulari, & immiscerì possunt ad faciliorem causæ, & litis expeditionem, Covarruvias *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 3. *in fine*, Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 14. *sub num.* 31. Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 2. *num.* 1. *in prin.* Guttier. *cons.* 51. *nu.* 4. Reg. Sesse *decis.* 115. *numer.* 25. 30. 56. & 77. *tom.* 2. Costa *de remed. subsid. Remed.* 30. *nu.* 19. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 1. Fermosin. *in cap. cum sit generale* 8. *quæst.* 3. *num.* 10. *ante finem de foro Compet.* exemplaria referunt idem Regens Sesse *decis.* 115. *num.* 30. & 57. *tom.* 2. Manfrella ad Capicium Latro *decis.* 89. *nu.* 11. Franchis *decis.* 285. Thoro *in compen. decis. part.* 3. *sect.* 2. *Verbo remissio causæ fol.* 105. Marinis *resol. jur. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 3. ibi: & *clarius, ac melius.*

Usum tamen *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* Ubi 26 potest agi ex *l. si Contendat, ff. de fidejussorib.* paulatim ab Aula recessisse, tradit Molina *de Hispan. primog. lib.* 3. *c.* 4. *sub num.* 31. Et in hoc Principatu † Cathaloniæ 27 incipere in desuetudinem abire, Cancer. *part.* 3. *var. c.* 1. *num.* 57. & in suo rigore vix apud nos unquam practicari vidisse, refert Fontanella *decis.* 328. *numero* 21. *parte* 2. Imò hodie practici Advocati illo non utuntur, ut testatur Don Petrus de Amigant ad Pegueram *in praxi Civi. rub.* 4. *in formulis num.* 16. *vers. Antiquitus in fine.* Et si Guttier. *cons.* 51. *num.* 4. dicat se sæpissimè remedium *l. diffamari* in praxi deduxisse, atque deductum ab aliis vidisse, & numquam cumulari hæc duo remedia vidisse, quòd meminerit, & ex eo referunt Ybañez de Faria ad Covarruvias *lib.* 1. *var. cap.* 18. *sub nu.* 12. Fermosin. *in capit. cum sit generale quæst.* 3. *num.* 11. *de foro compet.*

Sed si vis scire qualiter libellus sit formandus in reme- 28 dio *l. diffamari, C. de ingen. & manu.* illum formant Angel. Aretin. *in rub. de excep. num.* 23. *vers. Et ista erit forma meæ petitionis, & Conclusionis libelli*, Cagnol. *in dicta l. diffamari num.* 3. Minsinger. *cent.* 3. *obser.* 79. Tusch. *pract. concluf. littera D. concluf.* 411. *num.* 21. Gabriel *com. concluf. lib.* 1. *obser.* 12. *num.* 2. Maranta *de ordi. judicior. par.* 4. *dist.* 21. *nu.* 20. remissivè Trentacinquius *libr.* 1. *var. de diffamation. resol. unica num.* 24. Ybañez de Faria ad Covarruvias *libr.* 1. *var. c.* 18. *numero* 2. *in fine*, pro regno Castellæ Paz *in praxi*

praxi tom. 3. *c.* 9. §. 1. *num.* 5. ex noſtris Oliba *de actionib. par.* 2. *libro* 1. *c.* 33. *num.* 10. ubi Montaner *remiſſivè num.* 11.

29 Libellus in remedio *l. ſi contendat ff. de fidejuſſorib.* traditur à Paz *in praxi tom.* 3. *c.* 9. §. 2. *num.* 4. Don Petrus de Amigant ad Peguer. *in praxi Civ. rub.* 4. *in formulis, num.* 16. Remiſſivè Oliba *de actionib part.* 1. *lib.* 1. *c.* 34. *num.* 10.

39 Videndum nunc eſt, in quibus conveniant, à pari procedant, & fraternizent remedia *l. diffamari, C. de ingen. & manu. & l. ſi contendat, ff. de fidejuſſor.* Et primo conveniunt, fraternizant, & à pari procedunt. Nam licèt inter Doctores ſit controverſum, quis dicatur actor vel reus in Judicio diffamationis, & jactantiæ, de quo in *l. diffamari, de ingen. & manu. & in l. ſi contendat, ff. de fidejuſſorib.* ut ait Marinis *lib.* 2. *reſol. jur. c.* 6. *num.* 1. & plures teneant, quod diffamatus intentans remedia dictæ *l. diffamari, vel dictæ l.* ſi contendat, aut ambo remedia ſimul ſit actor; & diffamator, contra quem agitur, ſi reus, ut voluerunt Afflictis *deciſ.* 268. Carol. de Graſ. *de excep. in prælud. num.* 247. Oliba *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 33. *num.* 13. & 14. & alii permulti, quos in locis ſtatim allegandis, referunt Trentacinq. *num.* 6. *verſi. Prima eſt*, Capic. Latro *num.* 4. Manfrella *num.* 3. Guttier. *à num.* 5. *verſ. Hoc ſic præhabito, uſque ad num.* 10. Caracciol. *à num.* 1. *ad* 5. Ciarlin. *num.* 2. & 3. Fontanella *deciſ.* 328. *à num.* 4. *ad* 12. & *deciſ.* 329. *num.* 4. 5. 6. & 7. Et alii dicant, quod diffamatus eſt actor quoad primam petitionem, & poſt ipſam eſt reus, ut Oliba *de jure fiſci, c.* 15. *num.* 23. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 1. *à num.* 58. *ſignanter. num.* 61. & 62. Tondut. *de præven. judi. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 18. *num.* 4. ubi Ybañez de Faria *num.* 17. Capic. Latro *deciſ.* 89. *num.* 7. ubi Manfrella *num.* 8. Coſta *de remed. Subſid. remed.* 50. *num.* 12. *in fine*, & *num.* 13. & quam plures, quos in locis ſtatim allegandis refert Salgado *num.* 9. Nihilominus abſolutè dico, quòd ſecundùm Veriorem, communem, & magis receptam opinionem diffamatus intentans remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manu. & l. ſi contendat. ff. de fidejuſſor.* aut ambo remedia, ſimul eſt reus, & diffamator contra quem agitur, eſt actor. Tum quia, licèt regula ſit, quod actor dicitur qui provocat ad Judicium, *l. in tribus ff. de jud. cap. forus*, §. *accuſator. de verb. ſignif.* non procedit in caſibus *l. diffamari, C. de ingen. & man. & l. ſi contendat, ff. de fidejuſſor. ut ait gloſ. in l. unica, C. ut nemo invitus*, ut dictum eſt ſupra *num.* 2. Nec etiam procedit, quando obſtat originalis natura cauſæ, quæ potiùs attendenda eſt quàm accidentalis, *l. qui habent ff. de tutel.* & ſic inſpecta cauſa originali diffamatus dicitur reus. Tum quia ſufficit, quod reus ſit provocatus, nam tunc dicitur provocatus ad cauſam, cum diffamare ſit ad Judicium provocare, ideo diffamatus non poteſt dici actor, quamvis cauſam priùs introduxerit, ſecundùm Baldum *in dicta l. diffamari in fine, num.* 9. *verſi. Item in lege noſtra, C. de ingen. & manu.* Tum quia diffamatus quamvis reſpectu provocationis certo modo dicatur actor, id tamen largè, & impropriè eſt, nec conſiderabile, ex quo ille, qui excepit largè, & impropriè dicitur agere, *ut in l.* 1. *ff. de exceptio.* Per quas, & alias rationes docent Capic. *deciſ.* 8. Bald. Angel. Abbas, Butrius, Quintavillis, Gomez, Natta, Federic. de Senis, Alexand. Socinus, & alii quos citant Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *de diffamationibus, reſol. unic. num.* 6. *toto*, Regens Seſſe *deciſ.* 115. *num.* 5. 6. & 7. *tom.* 2. & *de inhibit. c.* 2. §. 5. *num* 8. Paz *in praxi, tom.* 3. *c.* 9. §. 1. *numero* 4. Riccius *collect.* 69. *in fine*, Gratian. *diſcep. foren. c.* 85. *toto*, Gabriel. *com. concl. lib.* 2. *de actionib. concluſ.* 6. *num.* 42. Ponte *deciſ.* 31. *num.* 1. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 18. *num.* 5. ubi Ybañez de Faria *num.* 18. Amendola ad Franchis *deciſ.* 383. *num.* 1. ubi Luca *num.* 4. idem Luca ad Franch. *deciſ.* 657. *num.* 7. *verſic. An diffamatus*, Fab. de Anna *conſ.* 58. *num.* 9. Cyriacus *controver.* 161. *num.* 2. *tom.* 1. Guttier. *conſ.* 51. *à num.* 10. Urſellius *concluſ.* 44. *num.* 90. 91. & 92. Rota *deciſ.* 236. & 237. *part.* 1. *diver.* Scialoja *de foro compet. c.* 1. *num.* 18. Muſcatel *in praxi, part.* 1. *gloſ. reus, num.* 13. & *part.* 2. *verbo competentes, numero* 68. Montaner ad Olibam *de actionib. par.* 1. *lib.* 1. *c.* 33. *num.* 2. Amat. *reſol.* 52. *numero* 2. Fermoſin. *allegat. fiſcal.* 13. *num.* 2. & 3. *par.* 2. Capic. Latro *deciſ.* 89. *num.* 5. ubi Manfrella *numero* 4. & 12. Altimar. ad Rovit. *deciſ.* 1. *ad numero* 14. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *c.* 35. *numero* 7. Caracciolus *de foro privileg. quæſt.* 20. *à numero* 6. Fontanella *deciſ.* 328. *à numero* 12. & *deciſ.* 329. *à numero* 8. *par.* 2. & *de pact. nup. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 14. *numero* 49. Salgado *in labyrinto credit. par.* 1. *c.* 2. *à num.* 10. Oſaſcus *deciſ.* 151. *numero* 3. & 10. Flamin. Chartar. *deciſ.* 20. *num.* 14. Oliba *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 34. *numero* 5. Maſtrill. *deciſ.* 157. *numero* 8. *tom.* 1. Giurba *deciſ.* 44. *num.* 2. Luca *de foro competen. diſcur.* 69. *num.* 13. Sanfelic. *deciſ.* 168. *num.* 2.

Secundò fraternizant, à pari procedunt, & conve- 31
niunt. Nam licèt aliqui teneant, quod diffamatus intentans remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manu. vel l. ſi contendat, ff. de fidejuſſorib.* aut ambo remedia ſimul, debeat agere coram Judice diffamatoris, ut dicunt Afflictis *deciſ.* 268. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *numero* 202. & alii, quos citat Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 34. Tamen magis communis eſt ſententia, quod debet agere coram Judice ſuo, ſcilicet ipſius diffamati, & non coram Judice diffamatoris, ſic firmant Panormit. *in cap. ſi quis contra Clericum, num.* 2. *de foro compet.* Alexand. *conſ.* 103. *lib.* 5. & alii plures, quos refert, & ſequitur, ac de magis communi teſtatur Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *numero* 5. *prope finem, verſic. Ex quibus apparet*, Paz eos referens *in praxi, tom.* 1. *par.* 1. *temp.* 1. *num.* 68. & *tom.* 3. *cap.* 9. §. 1. *num.* 4. Antiquos addit Gabriel *com. concluſ. lib.* 2. *de actionib. concl.* 6. *num.* 41. Amendola ad Franchis, *deciſ.* 385. *num.* 1. ubi Luca *num.* 4. Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſt.* 21. *num.* 19. Caroc. *de exception. in prælud. num.* 248. quibus addendi ſunt Reg. Seſſe *deciſ.* 115. *numero* 5. 6. & 7. *tom.* 2. Tuſch. *pract. concluſ. littera D. concluſ.* 412. & 413. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 686. *numero* 12. Gregor. Lopez *l.* 46. *gloſ.* 3. *tit.* 2. *par.* 3. Conrad. *in dicta l. diffamari quæſt.* 1. *num.* 2. 3. 4. & 5. ubi Cagnol. *numero* 9. Riccius hanc opinionem magis obtinuiſſe dicit *collect.* 366. *verſi. Octavo limita*, Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamationib. reſol. unica, numero* 6. Patian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *numero* 24. Burgius *de laudem par.* 3. *quæſt.* 31. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 50. *num.* 13. Ponte *deciſ.* 31. *num.* 4. Maceraten. *var. lib.* 1. *reſol.* 64. *ſub num.* 4. Cyriacus *controver.* 161. *numero* 2. *tom.* 1. Faber *de error. pragmat. part.* 3. *decade* 51. *Errore* 1. Eſcobar. *de Pontif. & Reg. Juriſd. cap.* 54. *num.* 32. Flam. Chartar. *deciſ.* 44. *num.* 6. Marqueſan *de commiſ. jactat. cap.* 1. §. 1. *par.* 3. Altimar. ad Rovit. *deciſ.* 1. *num.* 14. Cala *de in integ. reſtitut. quæſt.* 26. *num.* 13. Guttier. *conſ.* 51. *toto*, *ſignanter à num.* 10. Menochius *conſ.* 1072. *num.* 19. & 20. *lib.* 11. Ybañes de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 33. & 36. *in fine*, Fermoſin. *alleg. fiſcal.* 16. *num.* 2. 3. 4. & 5. *par.* 2. & *latiùs in cap. cum ſit generale* 8. *quæſt.* 3. *a num.* 2. *cum ſeq. de foro compet.* Maſtrill. *deciſ.* 157. *numero* 8. *lib.* 2. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. remiſſivè Valeron *de tranſact. tit.* 2. *quæſt.* 2. *numero* 16. Ciarlin. plures laudat *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 35. *à num.* 4. & *numero* 11. dicit, hanc ſententiam eſſe æquiſſimam, & veriſſimam, ſecundùm quam judicaſſe Signaturam juſtitiæ in urbe coram Caſtrucio, prout latè docet Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 44. *verſ. Et juxta quam, ad finem*, Giurba *obſer.* 2. *num.* 20. latè Gratian. *diſcep. foren. cap.* 85. *toto*, *qui num.* 11. ait ſervaſſe Rotam coram Cardinali Lancelloto Barcinonen. Præceptoriarum 17. Februari 1578. & coram Sanctiſſimo Romanæ à Budeſia 18. Aprilis 1575. Urſellius *concluſ.* 44. aliàs plures deciſiones cumulat *à num.* 88. Salgado latè *in labyr. cred. par.* 1. *cap.* 2 *à num.* 17. aliaſque deciſiones Rota refert *num.* 19. Cevallos ita obſervari in Curia ſæculari teſtatur *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæſt.* 72. *num.* 10. & *com. cont. com. quæſt.* 924. *num.* 5. deciſum in Senatu Neapolitano tradunt Capic. *deciſ.* 18. ubi Maſull. *num.* 2. & 3. Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 268. Thoro *in compen. deciſ. par.* 1. *verbo Clericus ſivè Prælatus, fol.* 97. & *verbo remedium l. diffamari, fol.* 454. & *par.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio cauſæ, fol.* 103. Leo *in l. diffamari, n.* 2.

C. de

C. de ingen. & manu. Cala *de modo articul. glos.* 1. §. 1. *num.* 113. Capic. Latro *decis.* 89. ubi Manfrella *in observationibus*, Marinis *lib.* 2. *resol. jur. cap.* 6. Franchis *decis.* 657. Sanfelicius *decis.* 168. Scialoja *de foro compet. cap.* 1. *num.* 18. decisionem Senatus Regni Aragonum tradit Reg. Sesse *decis.* 115. *num.* 27. *tom.* 2. *& de inhibit. cap.* 2. §. 5. *num.* 9. Gail. *lib.* 1. *obser.* 9. *à num.* 3. & de observantia Cameræ Imperialis *num.* 7. de eadem Camera Imperiali Minsingerius *cent.* 6. *obser.* 90. decisionem Senatus Pedemontani refert Osascus *decis* 151. de Regno Siciliæ Amat. Mastrill. & Caracciol. *locis allegandis num.* 32. de Regno Franciæ Boer. *decis.* 255. latissimè Ronchagal. *de duobus Reis à num.* 21. *cum pluribus seq* Ex nostris Oliba *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 17. ubi Montaner *num.* 2. Despujol. ad Mier. *verbo libellus jactatorius versi. Ratio præcipua fol.* 115. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 14. *numero* 49. *& decis.* 321. *numero* 13. *& decis.* 328. *&* 329. *part.* 2.

32 Tertiò à pari procedunt, fraternizant, & conveniunt, quòd laicus diffamatus per Clericum vel Prælatum intentans remedia *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu. aut l. si contendat*, *ff. de fidejussorib.* vel ambo simul non debet agere coram Ecclesiastico Judice Clerici vel Prælati diffamatoris, sed debet agere, & trahere Clericum, aut Prælatum diffamatorem coram Judice sæculari ipsius laici diffamati, & nec Clericus, seu Prælatus diffamator potest opponere exceptionem declinatoriam fori sæcularis, ita Alexander loquens de Episcopo Cremonensi *cons.* 103. *lib.* 5. Capicius loquens de Cardinali de Aragonia decisum in Senatu Neapolitano tradit *decis.* 18. Ursil. ad Afflict. *decis.* 268. *nu.* 2. Franchis loquens de Cardinali Comensi *decis.* 657. ubi Luca *in observat.* Cyriacus loquens de Episcopo Mantuæ *controver.* 161. ubi *nu.* 3. inquit hanc quæstionem difficultate carere *tom.* 1. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *numero* 5. *versi. Ex quibus*, *ibi : Ex quo*, ubi Ybañez de Faria *num.* 37. Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamationibus resolut. unica num.* 6. *versi. cum hæc igitur in fine*, ibi : *Hæc conclusio*, Riccius *collect.* 366. *versi. Octavo limita*, ibi : *Ubi amplius* Ursellius *conclus.* 44. *num.* 88. *in fine*, Escobar *de Pontif. & Reg. jurisdic. in stud. general. cap.* 54. *num.* 32. Scialoja *de foro compet. cap.* 1. *numero* 16. Maranta *de ordi. jud. part.* 4. *dist.* 21. *num.* 9. Cagnol. *in dicta l. diffamari sub num.* 9. ubi Conrad. *quæst.* 1. *nu.* 2. *C. de ingen. & manu.* Martha *de jurisdic. part.* 4. *casu* 85. Amat. ait ita servari in magna Curia Regni Siciliæ, & innumeros citat *resol.* 52. *numero* 3. Mastrill. & Caracciolus consistorium confirmasse sententiam Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Siciliæ, & quam plures allegant, ille *decis.* 236. *à num.* 13. *tom.* 3. iste *de foro privileg. quæst.* 20. *tota*, *præcipuè à num.* 6. Thoro *in compen. decis. par.* 1. *verbo Clericus*, *vel Prælatus fol.* 97. *& par.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio causæ col.* 2. *versi. Sed contrarium fol.* 103. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 72. Idem Caracciol. *de foro privileg. quæst.* 16. *num.* 20. Osascus *decis.* 151. *num.* 4. *versi. Adeoque veram*, Costa *de remed. subsid. remed.* 50. *numero* 13. & 14. Ansald. *de jurisdic. par.* 3. *tit. unico cap.* 8. *à num.* 146. & alii ex citatis *num.* 30. *&* 31. ex nostris Oliba *de jure fisci cap.* 15. *num.* 22. *&* 23. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 62. Fontanella *decis.* 321. *num.* 11. *& decis.* 328. *&* 329. *par.* 2.

33 Ex his in favorem diffamati plures utilitates resultant. Tum quia favorabilior est reus, quàm actor, *cap. cum sunt partium* 11. ubi Barbosa *à num.* 1. *de Reg. jur. in* 6. *l. favorabiliora* 9. *ff. de regu. jur.* idem Barb. *axiom.* 204. *à numero* 1. Tum quia actore non probante reus venit absolvendus *l. actor* 25. ubi Barbosa *num.* 3. *C. de probat.* in terminis Gratian. *discep. foren. cap.* 85. *num.* 4. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 17. *in fine*, etiam si reus nihil probaverit, abundè idem Barbosa *axiom.* 10. *à num.* 2. *ad* 12. *& in l. qui accusare* 4. *à num.* 8. *C. de edendo*, latissimè Fermosinus *in cap. fin. quæst.* 1. *de jure jurando*. Tum quia reus uti potest exceptionibus contrariis, non autem actor actionibus, Decius, & Cagnol. *ju. l. nemo ex his*, *ff. de regul. jur.* quas & alias utilitates tradit Cancer *par.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 58. *&* 59. ad quem se refert Salgado *in labyrint. cred. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 22. quibus addo de Jure, quòd diffamatus tamquam reus potest petere à diffamatore editionem instrumentorum pœnes se existentium, *l. fin.* ubi Barbosa plures citat *num.* 1. *&* 2. *C. de edendo*, Cancer *par.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 1. *versi. Reus vero*, & in terminis Gail. *libr.* 1. *obser.* 9. *num.* 9. Gabriel *com. conclus. lib.* 2. *de actionib. conclus.* 6. *num.* 43. Gratian. *discep. foren. cap.* 85. *num.* 5. Salgado *in labyrint. cred. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. Dixi de Jure, at in Cathalonia pars tenetur edere actori & è contra instrumentum quod habet ad fundandam suam intentionem, licèt de illo non fuerit facta mentio, neque usura sit, *usat. item provida de testimonis*, & post Mier. & Marquilles tradunt Cancer *part.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 2. *&* 21. *versi. Apud nos*, Don Petrus de Amigant ad Pegueram *in praxi civili rub.* 17. *num.* 17.

Restat videre, quid servetur in Cathalonia. Antiquitus servabatur decisio Afflictis 268. & declarabatur per Senatum Clericum diffamatorem in causis jactatorum remedio *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu.* per laicum intentatis non posse conveniri in Regia Audientia decisionem antiquam de mense Aprilis 1544. Relatore Salavardeña inter Joannem Moles, & Emanuelem Cerda Canonicum Dertuzæ tradit Fontanella *decis.* 328. *num.* 11. *par.* 2. 34

Hodie verò in causis jactatorum, seu diffamationum rerum temporalium remedio *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu.* per laicum intentandis contra Clericum Prælatumvè diffamatorem, si Prælatus seu Clericus diffamator est in possessione earum rerum temporalium, non potest per laicum diffamatum conveniri coram Judice sæculari, sed debet illum convenire coram Judice Ecclesiast. sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancel. Cassador 20. Octobris 1567. in favorem Pauli Seret Beneficiati Beneficii Sancti Jacobi in Ecclesia Parochiali Villæ Borgiarum albarum fundati, contra Juratos, & Syndicum Universitatis ejusdem Villæ Jactantes se, quòd hæreditas, & bona sedentia prædicti beneficii tenentur, & seu obligata existunt anno quolibet ad solvendum dictis Juratis, seu Universitati prædictæ Villæ borgiarum albarum duas undecimas partes, seu duos onsenos omnium, & singulorum fructuum in dictis bonis sedentibus collectorum. Et per Cancellarium Loris, Consultoribus Cordelles, Ferres, Sescases, & Sala 20. Julii 1577. in favorem Henrici Terrè majoris dierum Clerici Beneficiati, ratione litis per viam jactatorum contra eum motæ in Curia sæculari instante Henrico Terrè minore dierum. 35

Ratio est, quia remedium *l. diffamari*, *C. de inge. & manu.* ut intentari possit, requirit possessionem ejus, qui illud intentat, ut dictum est *num.* 7. *&* 11. at contra possessorem intentari non valet, Valasc. *consult.* 184. *num.* 5. Montaner ad Olibam *de action. par. l.* 1. *cap.* 33. *num.* 8. Trentacinq. *var. l.* 1. *de diffamationib. resol.* 1. *num.* 9. Fontanella *decis.* 328. *sub num.* 21. *par.* 2. 36

Si autem Clericus, vel Prælatus non est in possessione rerum temporalium tenetur in causis diffamationum, & jactatorum rerum temporalium remedio dictæ *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu.* per laicum diffamatum intentandis contra Clericum vel Prælatum diffamatorem, potest per laicum diffamatum conveniri Clericus, vel Prælatus diffamator coram Judice sæculari. Ita fuit in Cathalonia decisum. Primò per Cancellarium Cassador, Consultoribus Ros, Sala, & Borras 1. Decembris 1567. in favorem Nobilis Mariæ de Cardona Dominæ Sancti Baudilii de Lupricatico, contra Ludovicum Molina Rectorem Ecclesiæ Sanctæ Columbæ de Cervellò ratione libelli jactatorii per dictam de Cardona, contra dictum Molina in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ oblati, ex eo quòd dictus Molina jactabatur habere Dominium, & possessionem cujusdam petiæ terræ heremæ vocatæ, *lo compot de la Rectoria*, cujus jactatorii causa fuit postea evocata ad Regiam Audientiam. Secundò per eumdem Cancellarium Cassador, Consultoribus Terca, Jofre, & Sala 19. Octobris 1569. in favorem Antonii Roure Pharmacopolæ Civis Barcinonæ, contra Operarios Minores Ecclesiæ Barcinonæ, & eo nomine administratores Confratriæ Beatæ Eulaliæ in dicta Ecclesia fundatæ. 37

Tertiò

Tertiò per Cancellarium Rovirola, Conſultore Fontanet 31. Decembris 1602. in favorem Ludovici de Maſdovelles Domicelli Barcinonæ Domiciliati, contra Franciſcum de Maſdovelles Clericum in Eccleſia Barcinonæ Beneficiatum ſuper proprietate cujuſdam cenſualis ad cujus ſolutionem dictus Franciſcus de Maſdovelles ſe jactabat teneri, & obligatum eſſe dictum Ludovicum Maſdovelles. Quartò per eumdem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, & Puigmiya 28. Januarii 1603. in favorem Honorati Riu Domini, qui dicebatur loci, & Termini de Garrius, Conſules, & homines dicti loci, contra Commendatorem Manſi Dei Sancti Joannis Hieroſolimitanen. Occaſione cauſæ jactatorum introductæ in Audientia Gerentis vices Gubernatoris Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ ſuper jure paſcendi, & pignorandi beſtialia, depaſcendi herbas prati magni nuncupati de Garrius. Quintò per prædictum Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Senjuſt. & Puigmija 7. Septembris 1604. in favorem Ludovici Deſvalls Domicelli Illerdæ domiciliati, & Vincentiæ Conjugum, contra Quilem Scola decretorum Doctorem, Canonicum Eccleſiæ Illerdæ, & Natalem Prat Presbyterum, & Beneficiatum in dicta Eccleſia, ut manumiſſores teſtamenti Joannis Raymat legum bachalaurei. Sextò per Cancellarium Erill 5. Octobris 1632. in favorem Conſulum Villæ Caſtellionis Empuriarum, *quam tradidi deciſ.* 182. *numero tertio*, *hac parte* 4.

38 Et ſecundùm primum, & ſecundum membrum diſtinctionis traditæ, *num.* 35. & 37. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Senjuſt, & Mijavila Franqueſa 30. Januarii 1623. in facto firmæ Juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Don Franciſcum Copons Abbatem Beatæ Mariæ de Amer, & Roſes Ordinis Sancti Benedicti Ratione procedimentorum contra eum in Regia Audientia ad inſtantiam Joannis Boſcha Villæ de Reſes factorum, qui de poſſeſſione ſimul, & jactatis cauſam in Regia, Audientia introduxit ſuper poſſeſſione cujuſdam Montis dicti *lo cap de na feu*: Fuit declaratum firmæ Juris in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictum Abbatem de Amer, & Roſes factæ quoad cauſam jactatorum introductam per dictum Joannem Boſcha in Regia Audientia adversùs dictum Abbatem locum non fuiſſe, nec eſſe: dictæ verò firmæ Juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per eumdem Abbatem quoad cauſam poſſeſſorii per dictum Boſcha in Regia Audientia contra dictum Abbatem introductam locum fuiſſe, & eſſe. Quam etiam refert Fontanella *deciſ.* 320. *num.* 21. *in fine*, & *deciſ.* 321. *numero* 11. *in fine*, & *deciſ.* 328. *ſub num.* 19. *part.* 2.

39 Dixi *num.* 35. & 37. in cauſis jactatorum ſeu diffamationum rerum temporalium. Nam ſi cauſæ diffamationum, ſeu jactatorum eſſent de rebus Eccleſiaſticis, tunc Clericus diffamator conveniendus eſt per laicum diffamatum coram Judice Eccleſiaſtico, non autem coram Judice ſæculari, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Fort, Xammar Ros, Miralles, & Tamarit 20. Aprilis 1577. in favorem Sebaſtiani Bret Rectoris Cappellæ Beatæ Mariæ den Marcus Civitatis Barcinonæ contra Majorales Confratriæ curſorum dictæ Civitatis. Quam tradidi *deciſ.* 142. *num.* 23. *par.* 3.

40 Similiter è contra, Clericus vel Epiſcopus diffamatus per laicum diffamatorem, ſi laicus diffamator non eſt in poſſeſſione rerum temporalium, iſto caſu in cauſis diffamationum ſeu jactationum per Clericum vel Prælatum remedio *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu.* contra laicum diffamatorem intentandis, debet Clericus vel Prælatus agere, & trahere laicum diffamatorem coram Judice Eccleſiaſtico Clerici vel Prælati diffamati, nec laicus diffamator poteſt petere ſe remitti ad Judicem ſæcularem, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium cum ſuis Conſultoribus 18. Novembris 1587. in facto contentionis inter Archiepiſcopum Tarraconæ, & Syndicum Villæ de Cambrils, quam tradit Fontanella *deciſ.* 328. *numero* 19. *in prin. par.* 2. & de Jure docent Ciar. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 3. *verſi. Verumtamen*, & *num.* 12. *verſi. Potuit ergo*, Fermoſin. *alleg. fiſcal.* 16. *nu.* 6. *par.* 2. Salgado *in labyr. Cred. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 26.

In cauſis etiam jactatorum ſeu diffamationum remedio *l. ſi contendat*, *ff. de fidejuſſorib.* poteſt laicus diffamatus convenire Clericum, vel Prælatum diffamatorem coram Judice ſæculari, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Roca, & Garau 16. Novembris 1627. contra Joſephum Ferrus decretorum Doctorem, Priorem Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Civitatis Barcinonæ, & in favorem Jacobi Mas agricolæ Parochiæ Sanctæ Perpetuæ de Mogoda, prætendentis ſe non teneri ad præſtationem cujuſdam annui cenſus remedio *l. ſi contendat*, *ff. de fidejuſſoribus*, & ea de cauſa dictum Priorem in Regia Audientia provocantis fuit declaratum, firmæ Juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per ejus fiſci procuratorem, & per dictum Joſephum Ferruz Priorem Sanctæ Annæ Barcinonæ factæ reſpectu remedii per dictum Jacobum Mas intentati, vigore dictæ *l. ſi contendat*, locum non fuiſſe, nec eſſe; quo verò ad reſtitutionem penſionum contra dictum Priorem Sanctæ Annæ petitam locum fuiſſe, & eſſe. Quam declarationem refert Fontanella *deciſ.* 329. *num.* 12. *par.* 2. 41

Utrùm laicus diffamatus remedio *l. ſi contendat*, *ff. de fidejuſſor.* non poteſt petere coram Judice ſæculari contra Clericum vel Prælatum diffamatorem penſiones cenſus per ipſum laicum diffamatum Clerico vel Prælato ſolutas, ſed pro recuperatione penſionum debet Clericum, ſeu Prælatum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſic deciſum fuit in Cathalonia per Cancellarium Puigmari in deciſione proximè relata *nu.* 41. Fontanella videndus alias declarationes cumulans *deciſ.* 330. *par.* 2. ſequitur Luca ad Franc. *deciſ.* 385. *num.* 5. 42

Sed quæro 1. An electio Judicis in cauſis diffamationum, ſeu jactationum remediis *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu.* & *l. ſi contendat*, *ff. de fidejuſſoribus*, ſit Rei diffamati, aut actoris diffamantis, quando reus diffamatus plures habet Judices de Jure communi? Reſp. quòd electio eſt actoris diffamantis: Adeò quòd ſi reus diffamatus intentat remedium iſtarum legum coram uno Judice, poteſt actor diffamans movere litem contra reum diffamatum coram alio Judice competente, ut pluribus Doctorum auctoritatibus, cum multis deciſionibus noſtri Senatus tradidi *deciſ.* 167. *num.* 46. *part.* 3. quibus addendi ſunt Tondut. *de præven. judic. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. & 10. Burgius *de laudim. libro* 3. *cap.* 31. *num.* 3. Cagnol. *in l. diffamari*, *num.* 10. *C. de ingen. & manu.* Tuſc. *pract. concluſ. littera D. concluſ.* 412. *nu.* 5. Pet. Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam* 7. *à num.* 98. *ff. de jud.* Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *de diffamat. reſol. unica num.* 7. & *lib.* 2. *de actionib. reſol.* 4. *num.* 10. *in fine*, Marcheſan. *de diffamat. jactat. cap.* 1. §. 1. *num.* 44. & 45. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 8. & 9. Scialoja *de foro compet. cap.* 1. *num.* 21. & *cap.* 24. *in fine*, Gabriel *com. concluſ. libr.* 2. *de actionib. concluſ.* 6. *num.* 31. & 32. Flam. Chartar *deciſ.* 20. Maſtrill. *deciſ.* 14. *à num.* 18. *tom.* 1. Gail *obſer.* 11. *lib.* 1. Marinis *lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 257. ubi Rodoer. *num.* 1. Idem Marinis *lib.* 2. *reſol. jur. cap.* 6. *num.* 6. Thoro *in compend. deciſ. par.* 1. *verbo cauſa diffamationis fol.* 78. *col.* 2. Manfrella ad Capic. Latro *deciſ.* 89. *num.* 10. Altimar ad Rovit. *deciſ.* 1. *à numero* 14. Franchis *deciſ.* 385. ubi Viſconti, Amendola, Riccius, & Luca *nu.* 1. & 2. 43

Quæro 2. An excommunicatus poſſit intentare in cauſa diffamationis, & jactationis remedia *l. diffamari*, *C. de ingen. & manu.* & *l. ſi contendat*, *ff. de fidejuſſorib.* Reſp. Quòd non, quia licèt ſit reus, non eſt reus neceſſarius, ſed voluntarius, cum in manu diffamati ſit, hodie, vel alio die, vel numquam movere cauſam contra diffamantem, ſic Afflictis *deciſ.* 258. *nu.* 3. & poſt alios antiquos, reprobatis contrariis, Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamat. reſol. unica num.* 8. Gabriel. *com. concluſ. lib.* 2. *de actionibus concluſ.* 6. *numero* 25. Urſellius *concluſ.* 44. *verbo Actor à num.* 88. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 5. ubi Ybañez de Faria *num.* 18. & 19. Oſaſcus *deciſ.* 151. *num.* 7. Ronchegal. *de duobus reis ex num.* 32. Barboſa *in cap. intelleximus num.* 10. & *in addition. num.* 4. *tom.* 6. ubi latè Fermoſin. *quæſt.* 3. *de jud.* Oliba *de actionib. par.* 2. *libr.* 1. *cap.* 33. *num.* 3. ubi 44

reniſ-

remissivè Montan. *num.* 5. Greg. Lop. *l.* 46. *glos.* 3. ibi: *Et sic erit, tit.* 2. *par.* 3. Gail. *l.* 1. *obs.* 9. *num.* 8. Fontanel. *dec.* 328. *num.* 6. & 14. *par.* 2. Abbas Suar. Alteri. Filu. Banni. & Comejo, quos refert, & sequitur Lean. *quæst. mor. tom.* 4. *tit.* 2. *disp.* 12. *quæst.* 12. Matesca *de reconven. enarr.* 4. *à num.* 12. & in simili in casu nuntiationis novi operis, *dicam decis.* 259. *num.* 37. *par.* 5.

45 Declara, ut non procedat, quando contra excommunicatum intentantur in causis jactatorum, & diffamationum remedia, *l. diffamari, C. de ingen. & manu. & l. si contendat, ff. de fidejussorib.* quia pro reo habetur, cum agere necessitetur, ut docent Cagnol. *in l. diffamari, num.* 13. *C. de ingen. & manu.* & alii plures quos citant Gabriel *com. concluf. lib.* 2. *de actionib. concluf.* 6. *num.* 26. Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamat. resol. unica num.* 8. *vers. Secunda est opinio in fine*, ibi: *Hæc conclusio*, Barbosa *in addit. tom.* 6. *ad cap. intelleximus, num.* 5. *de judiciis*, Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 20. & 21.

46 Quæro 3. An si diffamatori fuerit impositum silentium per judicem sæcularem, possit amplius audiri in foro Ecclesiastico? Resp. quòd non, ut docent Bald. & Alberic. quos refert, & sequitur Trentacinq. *var. lib.* 1. *de diffamationib. resol. unica num.* 22. Innocent. & Præposit. quos refert, & sequitur Menochius *cons.* 366. *num.* 7. *tom.* 4. Reg. Sesse *de inhibit. cap.* 2. §. 5. *num.* 7. *vers. Et si*

47 Quæro 4. An Officiales Sanctæ Inquisitionis salariati possint conveniri in remediis, *l. diffamari, Cod. de ingen. & manu. & l. si contendat, ff. de fidejussor.* coram judice sæculari? tractat Amat. *resol.* 51. *num.* 4. ubi resolvit, quòd non, sed debet conveniri in tribunali Sancti Officii, & decisum testatur sequuntur Carocciol. *de foro privileg. quæst.* 20. *num.* 23. Fermosin. *alleg.* 16. *num.* 8. *cum seq.* videantur Fontanella *decis.* 329. *à num.* 16. *qui à num.* 21. tractat de usu, & practica nostræ Provinciæ, & Ego *decis.* 30. *numero* 125. & 126. *part.* 1.

48 De familiaribus sanctæ Inquisitionis, quòd possint conveniri coram judice sæculari in remediis dictæ *l. diffamari*, & *dictæ l. si contendat*, Fontanella *decis.* 329. *num.* 15. resolvit, quod sic *part.* 2. Ego *decis.* 30. *num.* 124. *part.* 1.

49 Quæro 5. An successor majoratus, vel fideicommissi possit in judicio petere declarari in vita possessoris, eo invito, fideicommissum, seu majoratum ad se pertinere? Resp. quòd non, ex magis communi veriori, & in Tribunalibus recepta opinione. Quia cum sit tractus futuri temporis ad judicem non spectat, *l. non potest, ff. de judiciis, l.* 1. §. 1. *ff. de usuris*. Fallit communiter in duobus casibus. Primò, quando possessor majoratus, vel fideicommissi bona fideicommissi, vel majoratus dissiparet. Secundò, quando possessor majoratus, vel fideicommissi se jactaret bona fideicommissi, seu majoratus esse libera, posseque de eis ad libitum disponere, hæcque secunda fallentia observanda est ex *l. diffamari, C. de ingen. & manu. & l. si contendat. ff. de fidejussorib.* Pro qua regula, & fallentiis videantur Suarez *allegat.* 4. Pinel. *in l. par.* 3. *num.* 78. *C. de bon. mater.* Gomez *in l.* 70. *tauri num.* 79. ubi Avendaño *glos.* 1. *à num.* 35. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 8. ubi Ybañez de Faria *num.* 44. Padilla *in l.* 1. *num.* 30. *C. de fideicom.* latè Molina *de Hisp. primog. lib.* 3. *cap.* 14. *toto*, ubi addent. *in additionib.* Valasc. *consult.* 184. *à numero* 4. *usque ad finem*, Simancas *in libel. discep. cap.* 11. Garcia *de Nobilit. glos.* 47. *à num.* 9. Sarmiento *lib.* 1. *select. cap.* 2. & *lib.* 7. *cap.* 6. Gregor. Lopez *l.* 1. *glos.* 2. *tit.* 2. *par.* 3. Guttier. breviter, & benè *cons.* 23. *num.* 1. Pereyra *decis.* 72. *tota*, & *decis.* 129. *num.* 1. & 2. latissimè, & docte Reg. Leo *decis.* 35. *lib.* 1. Peregrin. *de fideicom. artic.* 41. *à num.* 4. ubi Censal. *in obser.* Reg. Sesse *decis.* 115. *à num.* 35. *tom.* 2. & *de inhibit. cap.* 2. §. 5. Marzar. *de fideicom. par.* 3. *quæst.* 61. Martha *de succes. legal. par.* 4. *quæst.* 22. *art.* 4. *num.* 6. Pet. Barbosa *in l. non potest.* 23. *a num.* 16. *ff. de judic.* Boer. *decis.* 354. *num.* 13. Costa *de remed. subsid. remed.* 50. *num.* 32. & 33. & *remed.* 68. *num.* 6. Fuzarius *de substitution. quæst.* 607. *à num.* 3. Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 3. *num.* 2. Gamma *decis.* 6. *num.* 6. ubi Florez Diaz de Mena *in addition. verb. num.* 5. item Gamma *decis.* 102. Spin. *in specu. testa. glos.* 19. *num.* 76. Cagnol. *in l. diffamari, num.* 6. *C. de ingen. & manu.* Cephal. *cons.* 381. *lib.* 3. Vvesembech. *cons.* 96. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 366. *lib.* 4. & *cons.* 1195. *num.* 30. *lib.* 12. Franchis, & ejus addent. *decis.* 695. Castillo *decis. Sicil.* 17. *signanter num.* 5. & 12. *tom.* 1. Simancas *de privil. Hispan. lib.* 1. *cap.* 28. Mastrill. *decis.* 118. *præcipuè num.* 5. 29. & 30. *tom.* 2. Cenedo *collect. ad decretal.* 10. *numero* 2. Fab. de Anna *cons.* 11. & 126. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *par.* 5. *num.* 27. & *plenè decis.* 156. & 157. *part.* 1. Molina *de just. & jure tom.* 3. *disp.* 639. Petra *de fideicom. quæst.* 10. Montalegre *in praxi lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 35. Camil. *de Medicis cons.* 148. Gratian. *discep. foren. tom.* 3. *cap.* 496. *à num.* 55. Marinis ad Reverter. *decis.* 577. *num.* 2. Phebus *decis.* 21. *tom.* 1. Pereyra *quæst. foren. libr.* 1. *quæst.* 23. *num.* 103. & *de emphit. quæst.* 1. *num.* 5. Mieres *de majoratu par.* 2. *in initio à num.* 571. & *par.* 4. *quæst.* 34. *à num.* 1. Paschal *de pat. potest. par.* 4. *cap.* 10. *num.* 34. & 35. Castillo latissimè *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 93. §. 14. *toto*, Larrea *decis.* 38. *tota*, August. Barbosa *in cap. cum super* 8. *num.* 2. *de concess. præbendæ*, & *in repert. verbo majoratus possessor. fol.* 230. *in fine*, & *vers. Majoratus successor fol.* 231. & *vers. Majoratus successorem, fol.* 243. Et secundùm regulam negativam, quòd successor majoratus vel fideicommissi non possit judicio petere declarari in vita possessoris, eo invito, fideicommissum, seu majoratum ad se pertinere, sine scrupulo judicatur, ut ait Valazcus *consult.* 184. *num.* 19. & esse veram resolutionem, quam praxim accepisse, & recepisse in Regiis Audientiis, & Tribunalibus Supremis testatur Guttier. *cons.* 13. *num.* 1. & approbasse Regium Senatum Luzitaniæ refert Pereyra *decis.* 129. *num.* 1. sic ex decreto Pinciani Prætorii decisum fuisse dicunt Padilla *in l.* 1. *num.* 31. *in fine*, *C. de fideicom.* Suarez *alleg.* 4. *in fine*, Gomez *in l.* 40. *tauri num.* 70. *in fine*, Pinel. *in l.* 1. *num.* 78. *C. de bon. mater.* Canonizatam in Rota Florentina inquit Marzar. *de fideicom. par.* 3. *qu.* 1. referunt hæc Molina *de Hisp. primog. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. Castillo *controv. lib.* 5. *c.* 93. §. 14. *num.* 7. decisionem nostri Senatus pro hac opinione negativa diei 6. Septembris 1628. referente Egregio Senatore Hieronymo Astor inter partes Don Hieronymi de Torres, & Don Michaelis de Cordova, & de Rocaberti. Scriba Famada. Tradit Fontanella *decis.* 156. *num.* 20. *par.* 1. & juxta secundam limitationem, quòd quando possessor majoratus, vel fideicommissi se jactaret, bona fideicommissi, vel majoratus esse libera, posseque de eis ad libitum disponere, eo tunc successor majoratus, vel fideicommissi potest in judicio petere declarari in vita possessoris, eo invito, fideicommissum, seu majoratum ad se pertinere. Idemque dico, non solùm quando jactantiæ sunt possessoris, sed etiam alterius, qui interesse prætendat, aut aliter negetur fideicommissum, ejusque successio. Judicatum fuisse in Regia Cancellaria Granatensi in Comitatu de Buendia ait Mieres *de majoratu par.* 2. *in prin. num.* 65. aliam decisionem Senatus Granatensis tradit Larrea *decis.* 38. & judicasse Senatum Valentinum testatur Reg. Leo *decis.* 35. *tom.* 1. & à Regio Tribunali in Regno Castellæ hanc opinionem admissam refert Covar. *lib.* 1. *var. c.* 18. *num.* 8. *vers. Eamdem opinionem scio.* Et judicasse nostrum Senatum, me referente 8. Martii 1655. in favorem Nobilis Joannis de Marymon, & Nobilis Eleonoræ de Marymon, contra Joannam de Sinispleda, scribæ non recordor. Et iterum 6. Julii 1655. in favorem Nobilis Angelæ de Soler, contra Josephum de Rajadell, scriba Preve. Et die 19. Junii 1683. in favorem Andreæ de Reart. & de Icart contra Illustrem Marchionem de Castellnon, & Nobilem Lauram de Alagon, & alios litis consortes, super Comitatu Sanctæ Columbæ de Queralt. Referente Nobili Bonaventura de Tristany aulæ Nobilis Regentis Cancellariam. Quæ fuit in gradu supplicationis confirmata 16. Octobris 1684. Referente Magnifico Josepho Aleny, Aulæ Reverendi Cancellarii, scriba Josepho Escardò.

Quæro 6. & ultimò. An Reconventio fieri possit in remediis, *l. diffamari, C. de ingen. & manu. & l. si contendat, ff. de fidejussorib.* Resp. quod diffamator 50

emana-

emanata citatione ex his legibus non potest opponere reconventionem diffamato, probat Gisebertus *in tractat. de reconven. cap.* 13. *nu.* 12. Sic etiam reconventio fieri non potest per laicum diffamatum contra Clericum diffamatorem in remediis *l. diffamari, C. de ingen. & manu. & l. si contendat, ff. de fidejussoribus*. Quia quando Clericus non agit voluntariè contra laicum, sed compellitur ad agendum coram judice sæculari, tunc admittitur reconventio, cum sit procurata, & affecta, Trentacinq. *var. libr.* 2. *de mutuis petitionibus resol.* 2. *nu.* 33. *versi. Prædicta conclusio*, Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 13. *nu.* 55. & 57. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 146. & latius dicam *in decisione de reconventione* 242. *num.* 54.

ARGUMENTUM.

An causa recursus interpositi à laudo per Clericum lato debeat tractari coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrorum tres sunt species*. Et explicantur.
2 *Appellari an liceat à sententia arbitrorum, tres casus distinguuntur.*
3 *Appellari potest à sententia arbitrorum juris, num.* 4. *rationes referuntur num.* 4. & 5.
6 *Appellari potest à sententia tertii ex necessitate juris electi propter discordantiam arbitrorum.*
7 *Appellari non potest à sententia arbitrorum ex mera partium voluntate Electorum, num.* 7. *rationes traduntur, num.* 8. 9. & 10. *quid igitur operabitur de jure sententia arbitrorum, num.* 11. *limita pluribus in casibus num.* 12. *Primò limita, quando dolum contineret, nu.* 13. *Secundò limita quoties ex statuto sententia arbitri mandatur exequi, num.* 14. *Tertiò limita, num.* 15. *Secus de jure canonico, num.* 16. & *in Cathalonia, num.* 20.
17 *Appellari non potest à sententia arbitratorum, seu amicabilium compositorum, num.* 17. *sed datur reductio ad arbitrium boni viri num.* 18. *quæ est ad instar appellationis, num.* 19. *secus in Cathalonia, num.* 20.
21 *Appellatio à sententia arbitrorum, vel arbitratorum intra quantum tempus est interponenda, nu.* 21. *quid in Cathalonia, num.* 22. & *in Regno Castellæ, num.* 23.
24 *Appellatio, seu reductio ad arbitrium boni viri à sententia arbitrorum, seu arbitratorum apud quem judicem sit interponenda, & petenda, nu.* 24. & 25. & *quid antiquitus observabatur in Cathalonia, & quid hodie, num.* 26.
27 *Appellatio, seu reductio ad arbitrium boni viri an debeat fieri ad judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem, quando laici litigantes compromittunt in Clericum, & laicum, nu.* 27. & 28. & *quid observabatur antiquitus in Cathalonia, num.* 29. & *quid hodie, num.* 30. *limita, nu.* 35.
31 *Appellatio, seu recursus interponi debet ad judicem sæcularem à sententia lata per Clericum quando Clericus, & laicus compromittunt in Clericum, & laicus in ea subcubuerit, num.* 31. & *idem, è contra, nu.* 32. *limita, nu.* 35.
33 *Appellatio, seu recursus interponi debet ad judicem Ecclesiasticum à sententia per laicum lata, quando Clericus, & laicus compromittunt in laicum, & Clericus in ea succubuerit, num.* 33. & *idem è contra, nu.* 34. *limita, num.* 35.
36 *Clericus super rebus temporalibus potest compromittere in arbitrum laicum.*
37 *Laicus solus in causis spiritualibus non potest esse arbiter, benè tamen potest esse arbitrator, vel simul cum Clerico.*
38 *Arbitri quando unus esset Clericus, alter laicus, Judex Ecclesiasticus coget Clericum ad eligendum tertium arbitrum, sed judex laicus coget laicum.*
39 *Judex ordinarius partis sæcularis condemnatæ per arbitros non est Regia Audientia, sed Vicarius, vel Bajulus loci partis condemnatæ, nu.* 39. *Limita* 1. *si in judicem ordinarium sit factum compromissum, numero* 41. *Limita* 2. *si Præses; vel Regius Senator fuisset arbiter, numer.* 43. *Limita* 3. *quando concurreret quantitas, & qualitas ad evocandam causam ad Regiam Audientiam, num.* 44.
40 *Executio sententiæ arbitralis fieri debet per Vicarium, seu Bajulum judicem ordinarium partis condemnatæ, num.* 40. *fallit, si concurrit quantitas, & qualitas, num.* 45.
41 *Arbiter an possit esse judex ordinarius, & an arbitrator.*
46 *Appellationis causa, & executionis sententiæ arbitralis non est interponenda, & tractanda in tertia Aula Regiæ Audientiæ, sed in una ex Aulis civilibus Regiæ Audientiæ, scilicet Cancellarii, seu Regentis Cancellariam.*

DECISIO CCXXXIX.

UT distinctè, & dilucidè hac in re satis ambigua procedam, præmitto. Arbitrorum esse species. Quidam dicuntur arbitri juris, qui ex necessitate legis, sive statuti à partibus ipsis, vel ab aliis creantur, & eliguntur, *de quibus in cap. suspicionis* 39. *de offi. deleg. cap. cum specialis, de appellat. c.* 2. *eod. in* 6. *l. arbitro, ff. qui satisf. cogan. l. fin. ff. à quib. appellare non licet*, & in aliis pluribus juribus, quæ latè citat Ursellius *conclus.* 133. *à nu.* 3. *ad* 13. Barb. pluribus citatis *in cap. ab arbitris num.* 3. *de offi. deleg. in l.* 6. Alteri arbitri compromissarii dicuntur, qui ex mera partium voluntate eliguntur, ut juxta jus ex bono, & æquo lites dirimant, *de quibus in c. quintavallis* 18. *de jure jurando, c.* 1. *de arbitris, c. ult. de re judicata, l. societatem*, §. *arbitrorum, ff. pro socio, l.* 3. §. 1. & *tot. tit. ff. de reco. arbi.* Alii dicuntur arbitratores, seu amicabiles compositores, qui lites, & controversias de facto, ex bono, & æquo, sine aliquo juris ordine, & legum solemnitate dirimunt, *de quibus in l. rem novam, C. de jud. dicta l. societatem* §. *arbitrorum, ff. pro socio, l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. lib. idem* 14. §. *recepisse versi. Quod si, ff. de rece. arbitris, c. à nobis* 13. *de arbitris*, quam distinctionem tradunt Cancer *par.* 1. *var. resol. c.* 21. *n.* 1. 2. & 3. Parlador. *rer. quotid. in sexquicent. differ.* 43. *n.* 1. 7. & 8. Barbosa *in rub. à num.* 6. *ad* 11. *de arbitris*, Tusch. *præc. conclu. litt. A. conclu.* 448. Azevedo *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *reco.* Molina *de just. & jure tom.* 5. *tract.* 31. & 32. quos & alios laudat Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *n.* 1. quibus addo Ursellium *conclus.* 133. *nu.* 1. 2. & 14. Novarium *ad Prag. Reg. Neapol. in rub. collect.* 1. *n.* 2. 3. & 8. *de arbitris*. Maresca *de reconven. enarrat.* 2. *à num.* 147. 1

Quo præmisso. Quæro 1. An à sententia arbitrorum liceat appellari? Distinguendi sunt tres casus. 2

Primus in sententia arbitrorum juris, à qua appellari potest, *cap. ab arbitris, de offi. deleg. in* 6. *l. arbitro* 6. *ff. qui satisdare cogantur.* sic docent plures quos citavi *decis.* 25. *num.* 22. *par.* 1. quibus addendi sunt Parlador. *rer. quotid. in sexquicent. differ.* 43. *num.* 2. Ursellius *conclus.* 128. *nu.* 875. & *conclu.* 133. *nu.* 1. Riccius *collect.* 773. *versi. Limita septimo, & versi. Limita octavo*, Menochius *de arb. jud. quæst.* 2. *nu.* 23. Maranta *de arb. jud. par.* 6. *tit. de appellat. n.* 272. Guttier. *in l. nemo potest n.* 445. *versi. Illud tamen*, Scaccia *de appellat. quæst.* 27. *limit.* 13. *n.* 3. & 5. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *tit.* 43. *n.* 54. Barbosa *in l.* 1. *nu.* 4. & 5. *Cod. de recep. arbit. & in l. fin. nu.* 6. *C. de jud. & in c. ab arbitris nu.* 5. *de offi. deleg. in* 6. Cevallos *com. cont. com. to.* 3. *quæst.* 840. *num.* 23. Ciroccus *discep.* 2. *num.* 88. Gratianus *decis. Marchiæ* 32. Dominus Vicecancel. Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 69. *num.* 18. 19. & 20. Afflict. *decis.* 51. Barzus *decis.* 87. *à num.* 21. Minsinger. *cent.* 4. *observat.* 68. Novarius *ad prag. Reg. Neapol. Pragm.* 2. *collect.* 3. *num.* 8. *de arbitris*, alios multos cumulant 3

Salga-

Salgado *de reg. protect. par.* 3. *c.* 13. *à num.* 25. *ad* 28. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. c.* 12. *num.* 2. &
4 alii citandi *num.* 6. Tum quia † arbitri à lege, vel statuto dati vices judicum obtinent, Bald. *in l. item si num.* §. *si in duobus, vers. Inde, ff. de recep. arbit.* Gratian. *decis. Marchiæ* 32. *num.* 2. & in omnibus, & per omnia judicibus æquiparantur, Ursellius *conclus.* 133. *sub num.* 1. habentque jurisdictionem, Cancer *par.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 30. & coram eis partes litigare necessitantur, sicut coram judicibus, Salgado *de reg. Protec. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 26. æquiparatum delegatæ jurisdictioni, magis quam ordinariæ, Salgado *num.* 17. Molina *de just. & jure tom.* 5. *tract.* 31. *num.* 2. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 12. *sub num.* 2. Barbosa *in cap. ab arbitris num.* 4. *de offi. deleg. in* 6. Scialoja *de foro compet. c.* 11. *num.* 107. Tum quia † sententiæ arbitrorum juris producunt actionem, vel exceptionem cum habeant (ut dictum est) à lege, vel statuto jurisdictionem, & eorum sententiæ verè sententiæ sunt, Cancer *part.* 1. *var. cap.* 21. *numero* 30. multos alios cumulat Ybañez de Faria ad Covar. *libr.* 2. *var. capite*
5 12. *num.* 2. *vers. Quare*. Unde sicut à judicibus datur appellatio, ita ab arbitris juris, sic Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 3. *numero* 5. Ursellus *conclus.* 128. *numero* 883. Faber *in Cod. lib.* 2. *tit.* 35. *defin.* 6. *glos.* 4. *in fine*, Salgado *de reg. Proteg. par.* 3. *cap.* 13. *numero* 27. *vers. Quare ab istis in fine*, Barbosa *in cap. ab arbitris sub num.* 5. *de offi. deleg. in* 6. & est doctrina *glos. in can. à judicibus* 2. *qu.* 6.

6 Similiter à sententia tertii ex necessitate legis, vel statuti, discordantibus arbitris electis licèt appellare, ad Scacciam *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 13. *num.* 6. Barbosa *in l.* 1. *sub nu.* 5. *C. de receptis arbitris*.

7 Secundus casus est in sententia arbitrorum ex mera partium voluntate Electorum à qua appellari non potest, *l. non distinguemus*, §. *& idem. l. diem proferre*, §. *stare, ff. de recep. arbi. n.* 1. *C. eodem*, Menoch. *cons.* 406. *n.* 32. Oddo *de restit. in integ. par.* 2. *q.* 72. *n.* 44. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c. fin. par.* 1. §. 2. *nu.* 13. Scaccia *de appell. q.* 17. *limit.* 13. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 21. *n.* 1. *vers. Et sic ab ea*. Borel. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 63. *à n.* 253. Guttier. *in l. nemo potest à nu.* 417. *ff. de legat.* 1. Covar. *lib. var. cap.* 13. *à prin.* ubi Ybañez de Faria *n.* 3. Barbosa *in l.* 1. *n.* 1. *& 2. C. de recop. arbitris*, Riccius *collect.* 773. *in prin.* Ursellius *conclu.* 128. *n.* 875. *& conclus.* 133. *nu.* 2. Domin. Vicecancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.* 69. *nu.* 17. Cevallos *com. cont. com.* 3. *q.* 8. 40. *nu.* 23. Faber *in C. lib.* 2. *tit.* 35. *defin.* 6. *glos.* 4. Gail. *lib.* 1. *obser.* 1. *nu.* 49. *& obser.* 149. *nu.* 1. *& obser.* 150. *num.* 8. Novar. *ad Prag. Reg. Neap. Prag.* 2. *collect.* 3. *sub nu.* 8. *de arbitris*, Salgado *de Reg. protect. par.* 3. *c.* 13. *à nu.* 20. Reg. Mattheu *de Reg. Reg. Valen.*
8 *cap.* 13. §. 1. *nu.* 46. Tum quia † arbitri ex mera partium voluntate electi jurisdictionem non habent, sed notionem tantùm, *l. privatorum, C. de jurisd. omnium Jud. glos.* Bartol. & reliqui *in l. ait Prætor, ff. de re judicata*, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 1. §. 2. *num.* 25. Cardoso *in prax. jud. verbo Arbitramentum nu.* 5. Molinus *de brachio sæcul. cap.* 36. *num.* 1. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. c.* 2. *nu.* 3. Reg. Matthæu *de Regi.*
9 *Reg. Valen. cap.* 13. §. 1. *nu.* 47. Tum quia † sententia arbitrorum non producit actionem, nec exceptionem, *l.* 1. ubi Barbosa *num.* 6. *C. de recep. arbit. l.* 2. ubi com. Doctores *ff. de recep. arbit.* Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *nu.* 5. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c. fin. par.* 1. *var.* §. 2. *sub num.* 23. Ursellius *conclus.* 128. *nu.* 885. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *nu.* 3. Guttier. *in l. nemo potest nu.* 417. *ff. de legat.* 1. Gail *lib.* 1. *obser.* 150.
10 *num.* 8. Salgado *de reg. protec. par.* 3. *c.* 13. *nu.* 20. Tum quia à sententia arbitrorum non datur reductio ad arbitrium boni viri, Cancer. *par.* 1. *var. c.* 21. *nu.* 5. *vers. Neque*, Parlador. *rer. quotid. in sexquicent. differ.* 43. §. 1. *num.* 1. Ybañez de Faria ad Cov. *lib.* 2. *var. c.* 12. *num.* 3. *vers. Imo*, Azevedo *l.* 4. *num.* 31. *in fine tit.* 21. *lib.* 4. *recop.*

11 Quid igitur operabitur arbitrorum sententia? Resp. quòd metu pœnæ est illi parendum, *l.* 1. *C. de recep. arbit. l. cum pœna, ff. eod.* Gail. *lib.* 1. *obser.* 150. *n.* 8. *& à nu.* 12. Parlador. *rer. quotid. in sexquicent. diff.* 43. *nu.* 1. si pœna in compromisso adjecta sit, aliàs ad interesse est agendum, *l. diem proferre*, §. *fin. glos. in l.* 2. *verba petitionem, ff. de recep. arb.* Cancer *part.* 1. *var. c.* 21. *n.* 5. *in prin. vers. Sed solum, & nu.* 6. *vers. Sed ei omnino*. Fachin. *contro. jur. lib.* 10. *c.* 93. Gratian. *discep. for. c.* 721. *nu.* 25. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *tit.* 63. *nu.* 200. & an de consuetudine exigatur, Massin. *de confisc. bonor. q.* 22. *nu.* 77. Conciol. *ad stat. Eugu. lib.* 2. *rub.* 17. *n.* 43. *&* 44. Papon. *lib.* 6. *tit.* 3. *arresto* 1. *&* 2. videndus Carena *resol.* 92. *à nu.* 10. *ad* 15. Sed hoc superfluum in Cathalonia, quia in compromisso, nec juramentum, nec pœna apponi potest *constit.* 4. *tit. de arbitris*.

12 Prædicta verò falluntur pluribus in casibus, ut tradunt Riccius *collect.* 773. Ursell. *concl.* 128. *à nu.* 889. Guttier. *in l. nemo potest. à nu.* 419. *de legat.* 1. ad quem se refert Barbos. *in l.* 1. *nu.* 7. *C. de recep. arb.*

13 Falluntur 1. quando arbitrorum sententia (quod laudum vocatur, Azevedo *l.* 4. *n.* 33. *tit.* 21. *lib.* 4. *reco.* Gail. Riccius, Ursellius, Cancer, & alii *locis allegandis*) dolum contineret, scilicet enormissimam læsionem, vel manifestam iniquitatem, quo casu appellatio admittitur, etiam si compromissum juratum sit, *l. non distinguemus*, §. *cum quidam in fine, ff. de recep. arbitris, l.* 3. *C. eodem*, Gail *lib.* 1. *obser.* 150. *à n.* 9. Riccius *collect.* 773. *ver. Limita quinto*, Ursellius *conclus.* 128. *nu.* 879. 880. 881. 890. 891. *&* 892. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *n.* 7. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. c.* 12. *n.* 3. *in fine, vers. Doli tamen*, Barbosa *in c.* 2. *n.* 3. *vers. Pro vero de arbitris*, Hermosilla ad Greg. Lopez *l.* 9. *glos.* 1. *n.* 4. *&* 8. *fol.* 60. *pag.* 2. *tom.* 2. Mastrill. *dec.* 70. *tom.* 1. Novar. *in prag.* 2. *collect.* 3. *n.* 9. 10. *&* 11. *de arbitris*, apud quos invenies, quæ dicatur enormissima læsio, seu iniquitas, & an peti debeat absolutio juramenti.

14 Falluntur 2. quoties ex statuto sententia arbitri mandatur exequi, prout in Cathalonia, ut habetur toto titulo de arbitris, & in aliis Regnis, nam tunc appellare ab ea licet, quia si est condemnatoria producit actionem, & si est absolutoria exceptionem producit, sic Ripa *in l. nemo potest n.* 93. ubi Alciat. *n.* 48. *in fine, & n.* 49. *in prin.* Guttier. *n.* 424. *ff. de legat.* 1. Surd. *cons.* 106. *nu.* 32. Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *c. fin. par.* 1. §. 2. *n.* 23. *& in sexquicentur. differ.* 43. §. 1. *n.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in praxi civili rub.* 29. *n.* 45. *ante finem*, Greg. Lopez *l. fin. verbo del juyzio tit.* 4. *par.* 3. Tusch. *pract. conclu. lit. A. concl.* 414. *n.* 18. Cancer *par.* 5. *var. c.* 21. *n.* 10. *&* 11. Molina *de just. & jure to.* 6. *tract.* 5. *disp.* 53. *n.* 5. Barb. *in l.* 1. *n.* 3. *& sub n.* 6. *C. de recep. arbitris*, Ybañez de Far. ad Covar. *lib.* 2. *var.* 2. *n.* 18. *vers. Illud vero*, Reg. Matth. *de reg. Reg. Val. c.* 13. §. 1. *n.* 46. Vela *differt.* 45. *n.* 28. Valer. *de transact. tit.* 4. *q.* 5. *nu.* 44. Romag. in addit ad Conciol. *ad stat. Eugu. lib.* 2. *rub.* 27. *n.* 47. & ita intelligo procedere observantiam Cameræ Imperialis, ut detur appellatio, à sententia arbitri, de qua Mincinger. *cent.* 4. *obser.* 98. quem referunt Riccius *collect.* 773. *vers. Limita tertio*, Ursellius *concl.* 128. *nu.* 87.

15 Falluntur 3. ut hodie à sententia arbitrorum datur appellatio, cum arbitria hodie sint redacta ad instar judiciorum, ita decisum in Sabaudia refert Faber *in C. lib.* 2. *tit.* 35. *de arbitris defin.* 6. & referunt Riccius *collect.* 773. *vers. Limita sexto*, Ursellius *concl.* 128. *nu.* 882. 1. *concl.* 133. *num.* 2.

16 Sed hæc omnia in hoc secundo casu contenta, de jure civili, & statutorum procedunt : at de jure canonico à sententia arbitrorum appellare licet, *glos. in can. à judicibus* 2. *q.* 6. *ex textu in c.* 2. *de arbitris*, Paul. de Cast. Roman. & Socinus, quos refert, & sequitur Cancer. *par.* 1. *var. c.* 21. *nu.* 9. Ripa *in l.* 1. *nu.* 91. ubi Guttier. alios addit *nu.* 425. *ff. de legat.* 1. plures cumulat Menochius *cons.* 406. *n.* 1. *&* 12. *tom.* 5. Salgado *de Reg. Protect. par.* 3. *c.* 13. *n.* 24. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. c.* 12. *nu.* 3. *in fine, vers. Jure autem*.

17 Tertius casus est in sententia arbitratorum, seu amicabilium compositorum, à qua appellari non potest, Menoch. *de arbit. lib.* 1. *qu.* 70. *n.* 11. Surd. *cons.* 106. *n.* 2. Molina *de just. & jure tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 35. *num.* 2. Cancer *par.* 1. *var. c.* 21. *n.* 22. Ybañez de Far. ad Covar. *lib.* 2. *var. c.* 12. *nu.* 4. *vers. Appellatio vero*, Ursellius *concl.* 128. *n.* 885. *juncto n.* 884. Tum quia arbitratores, seu amicabiles compositores jurisdictionem non habent,

Surd.

Surd. & Ybañez de Faria *hic citati*. Tum quia ex ſententia arbitratorum, ſeu amicabilium compoſitorum non datur actio, Surd. & Ybañez de Faria ubi proximè Cancer *par.* 1. *var. cap.* 21. *nu.* 20. Tum quia ſententia arbitratorum, ſeu amicabilium compoſitorum non eſt propriè ſententia, ſeu potius quædam tranſactio, ſeu compoſitio, Cancer pluribus citatis, *ubi ſuprà*, Ludoviſ. *deciſ.* 204. *n.* 6. 7. & 8. Cirocchus *diſcep.* 2. *n.* 90. & 91. Urſellius *concl.* 133. *n.* 13. Novar. *in prag.* 1. *collect.* 2. *n.* 27. *de arbitris*, ac proinde à ſententia arbitratorum, ſeu amicabilium compoſitorum appellare non licet, etiam de jure canonico, Cirocchus *diſcep.* 2. *n.* 78. Be-
18 nè tamen † datur reductio ad arbitrium boni viri, ut quod perperam per arbitratores, ſive amicabiles compoſitores arbitratum eſt reformetur, Bartol. *in l. Societatem*, §. *arbitrorum nu.* 19. *ff. pro ſocio*, Menochius *conſ.* 117. *n.* 29. *tom.* 3. Parlador. *rer. quotidian. in ſexquicent. differ.* 43. §. 1. *nu.* 1. Azevedo *l.* 4. *n.* 31. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Tuſch. *pract. concluſ. littera A. conclu.* 407. *nu.* 5. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *nu.* 4. *in prin.* Trentacinq. *lib.* 2. *var. de arbitris reſol.* 3. *à nu.* 1. Padilla *in l. in arbitrium nu.* 37. *ff. de legat.* 2. Ego *deciſ.* 25. *nu.* 18. *par.* 1. Portoles §. *arbitrer. nu.* 2. Quæ
19 quidem † reductio ad arbitrium boni viri eſt ad inſtar appellationis, *l. non diſtinguemus*, §. *cum quidam*, *ff. de receptis arbitris*, Lancellot. *de attentatis par.* 2. *cap.* 16. *nu.* 18. *cum ſeq.* Afflict. *deciſ.* 51. Marcus *deciſ.* 151. *tom.* 2. Magon. *deciſ. lucen.* 48. Theſaurus *quæſt. foren.* 82. *lib.* 1. Riccius *collect.* 773. *verſi. Limita primò*, Urſellius *concluſ.* 128. *num.* 886. Faber *in Cod. lib.* 2. *tit.* 35. *defin.* 6. *gloſ.* 3. Novarius *in prag.* 2. *collect.* 3. *nu.* 12. *de arbitris*, Barzius *deciſ.* 87. *nu.* 23.

20 Sed hodie in Cathalonia, & aliis Regnis, ſicut à ſententia arbitrorum appellare licet, ita à ſententia arbitratorum, ſeu amicabilium compoſitorum licet appellare, quia tam ſententia arbitrorum, quàm arbitratorum à noſtris Conſtitutionibus, 2. & 5. *titulo de arbitris*, exequi ſtatuitur Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *n.* 10. 11. & 25. Parlador. *rer. quotid. in ſexquicent. differen.* 43. §. 1. *nu.* 2. & 3. *in fine*, Barboſa *in l.* 1. *nu.* 3. *de recep. arb.* & alii ex citatis *nu.* 14.

21 Quæro 2. appellatio à ſententia arbitrorum, vel arbitratorum intra quantum tempus ſit interponenda? Reſp. quòd licèt de jure communi inter ſcriptores maximoperè controverſum ſit, intra quantum tempus reductio ad arbitrium boni viri petenda ſit? adeò ut quæſtio iſta requirat Principis deciſionem, ut dicit Bart. *in l. ſi ſocietatem* 74. §. *arbitrorum nu.* 22. *ff. pro ſocio*, & referunt Cevallos *com. cont. com. qu.* 83. *ſub nu.* 2. Gail. *lib.* 1. *obſer.* 150. *nu.* 1. Nam ſpecialiter *tit. de arbit. & arbitrator.* §. *ſequitur nu.* 24. *verſ. Sed intra quod tempus*, relatis diverſis opinionibus concludit, quòd iſta reductio intra decem dies petatur, pro ut fieri ſolet in appellationibus, *authen. hodie*, *C. de appel.* eo quòd reductio ad arbitrium boni viri eſt ſpecies appellationis, *l. non diſtinguemus*, §. *cum quidam*, *ff. de recep. arbitris*, opinionem ſequuntur Caſtren. *in l. ſi ſocietatem*, *nu.* 18. *ff. pro ſocio*, Panor. *in c. quinta vallis nu.* 16. *de jurejurando*, *per tex. in l. cum antea* 5. §. *ſin autem*, *ff. de recep. arbit.* quæ licèt loquatur in arbitrio, ad arbitratorem quoque referri poteſt, cùm largo modo arbitrator pro arbitro accipiatur, *dicto* §. *arbitratorum*, & hanc opinionem habere magnam æquitatem, ut litium materia auferatur, dicit Greg. Lopez *l.* 35. *gloſ.* 7. *verſ. Quod de jure communi in fine tit.* 4. *par.* 3. At Bartol. *in l. ſi ſocietatem* §. *arbitrorum nu.* 22. *ff. pro ſocio*, docet, quòd intra triginta annos hæc reductio peti poteſt, quia jus petendi reductionem ad arbitrium boni viri eſt perſonale, & ſic non præſcribitur, niſi ſpatio triginta annorum, *l. ſit*, *Cod. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *annor.* hanc opinionem ſequuntur plures Doctores antiqui, quos refert & ſequitur Decius dicens eſſe communem, & de plano omnes fateri *conſtit.* 39. *num.* 6. *verſicu. Et prædicta reductio*, Afflictis *deciſ.* 132. Pariſius *conſtit.* 45. *num.* 59. *lib.* 1. Maranta *de ordi. judi. par.* 6. *de appellat. num.* 124. & 266. Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 89. *nu.* 1. *verſic. Et primo præſuponendum eſt*, & *num.* 2. Cancer. *part.* 1. *var. capite* 21. *num.* 28. ubi *in verſic. Hæc tamen concluſio*, intelligit cum Bartol. & aliis, dummodo pars intra annum ſit conqueſta extrajudicialiter de Arbitramento, aliàs ſi per annum taceret, cenſeretur approbaſſe arbitramentum, Gail hanc eſſe veram, & magis communem concluſionem, quam etiam Cameram ſequi teſtatur, *lib.* 1. *obſer.* 150. *à num.* 1. *cum ſeq.* Padilla *in l. in arbitrium numer.* 41. *ff. de legat.* 2. Guttier. *in l. nemo poteſt num.* 444. *ff. de legat.* 1. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 9. *gloſ.* 5. *ſub num.* 14. *fol.* 61. *pag.* 2. *tom.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 65. *num.* 5. Lancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 16. *ſub nu.* 22. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *n.* 6. *verſi. Tempus* Fontanella *deciſ.* 451. *nu.* 6. *par.* 2. Paſcal. *de pat. poteſt. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 42. Theſaur. *quæſt. foren.* 82. *nu.* 2. & 7. *lib.* 1. Thoro *in compen. deciſ. part.* 1. *verbo reverſus fol.* 448. Alii conciliant, ut data enormi, vel enormiſſima læſione procedat Bartoli opinio; at quando talis læſio deficeret, procedat opinio ſpeculatoris, ſic concordari poſſe iſtas opiniones dicit Azevedo *l.* 4. *numero* 143. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Alii prædictas opiniones hoc modo concordant, ut opinio Bartoli procedat in petitione reductionis ad arbitrium boni viri: at ſpeculatoris procedat in laudo, à quo intra decem dies appellari debet juxta *l. cum antea* §. *ſin autem*, *C. de recep. arbi.* ſic colligitur clarè ex Urſellio ad Afflict. *deciſ.* 132. *numero* 1. *juncto numero* 7. & expreſsè Scaccia *de appellat. quæſt.* 11. *numero* 114. *cum ſeq.* Urſellius *concluſ.* 233. *numero* 34. & 35. *verſi. Sed eas*.

In Cathalonia verò Sententiæ tàm arbitrorum, quàm 22
arbitratorum, ſeu amicabilium compoſitorum cum producant actionem, vel exceptionem, per lapſum decem dierum tranſeunt in judicatum, *juxta conſtit.* 8. *tit. de arbitres*, Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 29. & refert Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 22. *numero* 6. *verſic. Tempus*.

In Regno etiam Caſtellæ à Sententia arbitrorum, 23
ſeu arbitratorum, intra decem dies appellandum, *juxta l.* 23. & 35. *tit.* 4. *part.* 3. quamvis hodie jure Regio præfiniantur appellationi quinque dies *l.* 1. *tit.* 21. *libr.* 4. *recopilationis*, ſic Parlador. *rer. quotid. libr.* 2. *cap. fin. part.* 1. §. 2. *num.* 24. & *in ſexquicent. differ.* 43. §. 1. *num.* 3. licèt contrarium teneat Padilla *in l. in arbitrium*, *num.* 41. *ff. de legat.* 2. quia contra eum eſt verior ſententia, ut docent Cevallos *com. cont. com. qu.* 89. *num.* 3. Azevedo *l.* 4. *num.* 143. & 144. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 9. *gloſſ.* 5. *num.* 14. *fol.* 61. *pag.* 2. *tom.* 2. ſed ad evitandas opiniones tutius erit appellare intra quinque dies, ut dicunt Azevedo, & Hermoſilla *hìc citati*.

Quæro 3. Apud quem Judicem ſit petenda de jure 24
communi reductio à Sententia, ſeu laudo arbitrorum, ſeu arbitratorum? Reſp. Quæſtionem eſſe difficilem, inter Doctores diſputatam, variaſque Sententias reperiri, quarum quinque refert Theſaurus *deciſ.* 14. & ſextam addit ejus filius *in additionibus ad dictam deciſ.* 14. ad quam ſe remittit, *quæſt. forenſ.* 82. *num.* 3. *in fine libr.* 1. pro quibus videndi ſunt Bartol. *in l. ſi ſocietatem* §. *arbitrorum*, *num.* 19. & 20. *ff. pro ſocio*, & alii plures antiqui quos citant Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 18. *num.* 5. *verſ. Adducitur his omiſſis*; ibi: *Et ideo tertio pro hac parte*, ubi Ybañez de Faria *numer.* 31. & 32. Idem Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 1. & 2. ubi Ybañez de Faria *à num.* 9. Azevedo *l.* 4. *à num.* 147. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Guttierr. *conſ.* 51. *num.* 9. & 24. Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 89. *num.* 7. Gail. *libr.* 1. *obſerv.* 149. Minſinger. *cent.* 3. *obſerv.* 61. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 100. *num.* 51. & 52. Roland. *conſ.* 24. *vol.* 4. Paſcal. *de pat. poteſt. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 44. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo recurſus ſive appellatio fol.* 408. Valeron *de tranſact. tit.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 11. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 108. *num.* 9. *verſ. Et licet*, Surd. *conſ.* 106. *n.* 1. & 17. Cyriacus *controv.* 380. *à num.* 66. Ciroccus *diſcept.* 2. *num.* 107. Urſellius *concl.* 128. *num.* 897. & *concluſ.* 143. *à num.* 46. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 9. *gloſ.* 5. *nu.* 12. *fol.* 61. *pag.* 2. *tom.* 2. Ambroſin. *de Immun. Eccleſ. cap.* 20. *nu.* 7. & 8. Martha *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 120. *nu.* 7. 8. & 9. Novarius *in prag.* 2. *collect.* 3. *à nu.* 1. Scialoja *de foro compet. cap.* 51. *num.* 63. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 23. & 24.

Fonta-

Fontanella *dec.*349. *num.*19. *par.*2. Molina *de just. & jure tom.*5. *tract.*35. *n.*8.

25 Sed quidquid sit de hujusmodi opinionibus, in quibus non immoror. Quia procedunt, in terminis juris communis, quando Sententiæ arbitrorum, & arbitratorum non producunt actionem, vel exceptionem, eo quòd non habent paratam executionem. At verò quando Sententiæ arbitrorum, & arbitratorum producunt actionem vel exceptionem, eo quia habent executionem paratam, ut in Cathalonia, *juxta Constit.* 2. *&* 5. *tit. de arbitres*, & in aliis Regnis. Intrat dubium, ad quem appelletur ab hujusmodi sententiis? Resp. Quòd à dictis sententiis appellandum est non ad Judicem partium compromittentium, sed ad superiorem illius, qui indicavit, sententiasque tulit, ita docent Bartol. Bald. Angel. & Salicet. *in l.* 2. *C.* ubi, *& apud quem*, Roman. *cons.*265. Panormit. *in cap. quinta-vallis num.* 20. *aliàs* 39. *de jurejurando* Parisius *cons.* 45. *num.*13. *& à num.*66. *lib.*1. Surdus *cons.*106. *num.*18. Celsus Hugo communem dicit *cons.* 124. *num.* 3. Oddo de communi testatur *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 32. *num.*109. *&* 110. Cyriacus *controver.*380. *nu.*67. 68. *&* 69. Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *cap. fin. part.* 1. §.2. *num.*23. Azevedo *l.*4. *num.*149. *tit.*21. *lib.*4. *recop.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.*9. *gl.*5. *num.* 13. *fol.*61. *col.* 2. *num.*2. Rodriguez *de execut. art.*1. *num.*17. Ambrosin. *de Immun. Eccl. cap.*20. *num.*8. Covar. licet obscurè *var. lib.*12. *cap.*12. *num.* 2. *versic. Primo etenim*, *juncto versic. Tamen sententia Panormitani*, Cancer. *part.*1. *var. cap.*21. *num.* 25. *&* 26. quidquid dicant Thesaurus *decis.* 14. *num.*9. Molina *de just. & jure tom.*5. *tract.*35. *num.*7. quia contra eos, & alios est verior sententia, ut docet Ybañez de Faria ad Covar. *lib.*2. *var. c.*12. *num.*11. 12. *&* 17.

26 Hæc opinio observabatur antiquitùs in Cathalonia usque ad annum 1564. scilicet interponi debere appellationem ad superiorem arbitri, seu arbitratoris, & non partium, quamvis executio juxta nostras Constitutiones posset fieri coram Judice competenti Partium ut referunt Ferrer. *part.*1. *obser. cap.* 35. *in fine*, Cancer. *part.*1. *var. cap.*21. *num.* 26. *versic. Estque ratio in fine*, Fontanella *decis.*499. *numer.*19. *part.* 2. ubi tradit decisionem nostri Senatus diei 22. Junii 1520. quam infra referam *num.*29. verùm postea anno 1564. supervenit *constitutio* 7. *tit. de arbitres*, quæ disponit, appellandum esse ad Judicem partis condemnatæ, Ferrer. *part.*1. *observan. capit.* 35. *in fine*, *& laicus capit.*461. Cancer. *part.* 1. *var. c.*21. *num.* 27. Fontanella *dec.*449. *num.*19. *in fine*, *& dec.*451. *n.*5. *part.*2.

27 Quid si à laicis litigantibus compromittatur in Clericum, & laicum, an hoc casu appellatio, seu reductio ad arbitrium boni viri fieri debeat ad superiorem Ecclesiasticum, tamquam digniorem? Plures dicunt quòd sic, ut Felin. Bartol. Bald. Deci. Aufrer. Parisius, Alexander de Nevo, etiam si res illa, super qua fuit factum compromissum fuerit profana, Bart. Speculator, Socin. Senior, quas refert & sequitur Bellet. *disq. Cler. part.*1. *de favore Cler. person.* §.16. *num.* 5. quos transcripsit, nullo addito, Barbosa *in cap. per tuas* 9. *num.* 5. *vers. Sed verius*, *de arbitris*, quibus addendi sunt Ramaguera *cons.*265. *num.*2. *ad*, Jason *in l. Imperium num.*4. *vers. Septimo facit ff. de jurisdic. omn. jud.* Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *num.*18. *&* *par.*6. *de appellat. num.* 393. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.*2. *var. cap.*12. *num.*32. Thesaur. *decis.*14. *num.* 2. *in fine*, Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.*497. Sperell *decis.*19. *num.*26. *lib.*1. idem Barbosa *de potest. Episc. part.*1. *allegat.*108. *nu.*9. *in fine*, *vers. Attamen.* Ambrosin. *de Immun. Eccl. cap.* 20. *n.*6. Bonacina *in Bulla Cœnæ disp.*1. *quæst.*16. *punct.* 5. *num.*20. Diana *resol. mor. par.*4. *tract.*1. *res.*54. *&* *in coordinat. part.*9. *tract.*2. *res.*305. Conciolus *ad stat. Eugub. lib.*2. *rub.*27. *num.* 36. Molina *de just. & jure tom.*5. *tract.*45. *num.*8. Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 120. *à numer.*6. Ego cum pluribus *decis.*25. *num.* 25. *part.* 1. Sed contrarium † docent Roland.

28 *cons.* 24. *in fine*, *lib.*4. Gratian. *discep. foren. cap.* 100. *numer.*52. Muscatel. *in praxi*, *appellat. part.*1. *gloss.*1. *quæ est gloss. sententia numer.* 75. Blanc *de compromis. quæst.* 10. *numer.* 15. *versic. Adverte*, Ansald. *de jurisdict. part.*2. *tit.*11. *cap.*21. *num.*28. *& à num.*81. *usque ad* 106. Scialoja *de foro compet. cap.*51. *sub numero* 93. ne reductionis, vel appellationis causa trahatur reus laicus ad Judicem Ecclesiasticum, idque permittendum non esse dicunt Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *numer.* 93. Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 12. *numer.* 2. *versic. Cavendum tamen est*, ubi Ybañez de Faria *num.* 21. alios citat, & inter eos Thesaur. *decis.* 14. *numer.* 9. *vers. Secundo limita*, quidquid Covar. impugnent Molina, & Diana *locis hic citatis*, Ego *decis.* 25. *numer.* 37. *part.* 1. Azevedo *l.*1. *num.*24. *&* 25. *tit.* 18. *lib.*4. *recop.*

Antiquitus in Cathalonia ante annum 1564. ser- 29
vabatur prima opinio tradita *num.*27. quòd à laicis compromittentibus in Clericum, & laicum appellatio, seu reductio, ad arbitrium boni viri interponenda erat ad judicem Ecclesiasticum tamquam digniorem, idemque sic compromissum in solum Clericum factum esset, latè Ferrer. *part.*3. *obser. cap.*461. & fuit declaratum per Regiam Audientiam die 22. Junii 1529. referente Magnifico Vincentio Gibert, in facto recursus interpositi per Jacobum Cerda Draperium Civem Gerundæ à quadam declaratione, & provisione facta per Honofrium Palet Canonicum Ecclesiæ Gerundæ, tamquam arbitrum Electum per dictum Cerda ex una, & tutores, & suo casu curatores Honorati Pontii pupilli partibus ex altera. His verbis: attento quòd dictus recursus per dictum Cerda à declaratione facta per dictum Palet in arbitrum electum inter dictas partes, non fuit ad Judicem arbitri interpositus, sed coram Judice laico dictarum partium, & sic nullum, & ex Juris dispositione à Sententia sive laudo prolato, quando recurritur in casu, quo potest recurri, est recurrendum coram Judice arbitri, & non coram Judice partium. Legitur hæc decisio in libro conclusionum civilium anni 1529. *fol.*33. *pag.*2.

Hodie verò, & post annum 1564. à laicis com- 30
promittentibus in Clericum, & laicum, vel in Clericum solum, vel plures Clericos appellandum est ad Judicem ordinarium sæcularem partis condemnatæ, *const.* 7. *tit. de arbitros*. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 461. *in fine*, *vers. Post prædicta*, Cancer. & Fontanella *locis citatis num.*26.

Similiter si Clericus, & Laicus compromittant in 31
Clericum, à Sententia seu laudo per Clericum lato, si laicus succubuerit, debet appellare, seu recursum interponere ad Judicem sæcularem suum legitimum superiorem, *juxta constit.* 7. *tit. de arbitres*, sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, Olibn, Olzina, Ferruz, & Valencas 28. Martii 1594. in facto juris firmæ factæ in Curia sæculari Vicarii Rossellionis, & Vallespirii per Raphaelem Antonium Davi Domicellum in Villa Perpiniani Domicillatum, procedimentis factis in Curia Ecclesiastica Elnen, instante Archidiacono Aduart Ecclesiæ Elnen. Occasione causæ recursus interpositi per dictum Davi, à quadam sententia arbitrali contra ipsum, & in favorem dicti Archidiaconi lata per Episcopum Elnen. In tertium electum in instrumento compromissi firmati inter dictos Davi, & Archidiaconum Aduart. Fuit declaratum firmæ Juris factæ in Curia sæculari per dictum Antonium Davi locum fuisse, & esse, & cognitionem causæ dicti recursus ad dictam Curiam sæcularem Vicarii Rossellionis, & Vallespirii pertinere, & spectare, in eaque tractandam, fineque debito terminandam. Et idem dicendum est è contra † quòd si Clericus succubuerit debet appellare seu recursum 32
interponere ad Judicem Ecclesiasticum suum legitimum superiorem, *juxta dictam constitut.* 7. *de arbitres*.

Pariter si Clericus, & laicus compromittant in lai- 33
cum à Sententia, seu laudo per laicum lato, si Clericus succubuerit, debet appellare, seu recursum interponere ad Judicem Ecclesiasticum suum legitimum Superiorem dicta *constit.* 7. *de arbitres*, Carol. de

Graſ. pluribus citatis, *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 932. Scialoja *de foro compet. cap.* 51. *num.* 64. ex noſtris Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 74. Fontanella *deciſ.* 449. *nu.* 19. *in fine*, & *deciſ.* 451. *num.* 5. *part.* 2. idemque è contra

34 † ſi laicus ſuccubuerit, debet appellare ac recurſum interponere ad Judicem ſæcularem ſuum legitimum ſuperiorem, *dicta conſtit.* 7. *tit. de arbitres*, Carol. de Graſ. *de effectib. Cler. effectu* 1. *numer.* 931. Scialoja *de foro compet. cap.* 51. *num.* 64. Fontanella *dec.* 440. *n.* 19. *in fine part.* 2.

35 An autem dicta *nu.* 30. 32. & 34. limitari debeant in illis quatuor caſibus, quos refert Lanfranus de Oriano *de arbitris deciſ.* 7. *quæſt.* 28. *num.* 44. *verſ. Dicit tamen*, Scilicet ubi dubitatur de juramento, vel aliquid ſervandum eſſet juramentum, vel ubi laudum committeret peccatum evidens, & ſimilia, vel naturalem iniquitatem arbitri, an tunc Judex Eccleſiaſticus ſit Judex competens? Proponit Michael Ferrer, ſed cogitandum relinquit, *part.* 3. *obſer. cap.* 471. *in fine*. Sed veritas eſt; quòd ſi cauſa ſpiritualis compromittitur, appellandum, & recurrendum eſt ad Judicem Eccleſiaſticum, Theſaur. poſt alios *dec.* 14. *num.* 9. *verſ. Secundo limita*, conducunt Maranta *de ord. jud. part.* 6. *de appellat. numer.* 397. Scialoja *de foro compet. cap.* 51. *num.* 65. & idem ſi compromiſſum eſſet factum ſuper re Eccleſiaſtica, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 931. *in fine*.

36 Dices. Quomodo Clericus poteſt compromittere in laicum, ſi non poteſt in eum conſentire? Reſp. Quòd ſuper rebus temporalibus poteſt compromittere in arbitrum laicum, non ſolum cum conſenſu, & authoritate Epiſcopi, Carol. de Graſ. ſic intelligendus *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 933. Sed etiam abſque ejus auctoritate, & conſenſu, ut per Vivianum, quem refert, & ſequitur Auguſtin. Barboſa *in cap. contingit* 8. *de arbitris*, Diana *reſ. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 107. *alias* 106. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſ.* 71. Gratian. *diſcep. foren. c.* 378. *num.* 3. ut in caſu tradito per Cancer. *part.* 1. *var. c.* 21. *à num.* 66. *verſic. Caſus eſt*, Fontanella *dec.* 449. *cum ſequen. part.* 2.

37 Dixi ſuper rebus temporalibus. Nam in cauſis Spiritualibus laicus non poteſt eſſe arbiter, Gratian. *diſcep. foren. cap.* 238. *num.* 4. *in prin. & capit.* 379. *à numer.* 1. Urſellius *concl.* 133. *num* 148. Bellet. *diſquiſit. cler. part.* 1. *tit. de favore Cleric. Reali* §. 2. *numer.* 59. Covar. *de Sponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 2. & *pract. c.* 34. *num.* 1. per multos laudat Barboſa *in c. contingit* 8. *n.* 2. *de arbitris*, benè tamen laicus ſolus poteſt eſſe arbitrator ſeu amicabilis compoſitor in cauſis Spiritualibus, Covar. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 2. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. Reali* §. 2. *num.* 64. & *declarat. num.* 65. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 238. *num.* 42. & 43. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 24. *verſic. Limita primo*, Barboſa *in capit. contingit* 8. *num.* 3. *de arbitris*, & etiam laicus in cauſis Spiritalibus poteſt eſſe arbiter ſimul cum Clerico, & ſi compromiſſum fiat in duos laicos, & unum Clericum, Farinac. *in praxi part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 24. *verſic. Limita ſecundo*, Covar. *pract. cap.* 34. *num.* 1. *verſic. Eſt*, & *enim ratio*, Gratian. *diſcep. foren. c.* 138. *à num.* 44. Urſellius *concl.* 133. *num.* 148. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 93. *littera C.* Sperel. *dec.* 8. *num.* 48. & 49. *lib.* 1. accedente Superioris Eccleſiaſtici auctoritate, Gratian. *diſcep. foren. c.* 238. *num.* 48. Barboſa cum multis *in cap. per tuas* 9. *n.* 3. *de arbitris*.

38 Sed nota, quòd quando ex arbitris unus eſſet Clericus, alter verò laicus, Judex Eccleſiaſticus coget Clericum ad eligendum tertium arbitrum, Judex verò laicus coget laicum, & caſu quo ambo arbitri eſſent Clerici, Judex Eccleſiaſticus illos coget, Barzius *dec.* 87. Novarius *in prag.* 1. *collect.* 2. *num.* 40. *de arbitris*.

39 Dixi etiam ſupra *num.* 26. & 30. hodie à Sententia arbitrorum appellandum eſſe in Cathalonia ad ſæcularem Judicem Ordinarium partis condemnatæ. Sed non aperui, quis ſit iſte Judex Ordinarius partis ſæcularis condemnatæ. Ideoque quæro 4. an Judex Ordinarius partis ſæcularis condemnatæ ſit Vicarius, vel Bajulus, an verò Regia Audientia? Reſp. Quòd eſt Vicarius vel Bajulus loci, partis condemnatæ, & non Regia Audientia. Eo quia cauſæ Vicariæ intra Vicariam, & cauſæ Bajuliæ intra Bajuliam ſunt tractandæ, nec poſſunt abſolutè, & ſimpliciter duci ad Regiam Audientiam, *juxta Conſtitut.* 2. 8. 10. & 13. *tit. de Juriſdict. omni. jud.* Peguera *in prax. Civil. rub.* 3. *num.* 1. & 2. ubi Ripoll. *num.* 3. & 4. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 11. *nu.* 59. & 61. & *dec.* 391. *num.* 3. & *dec.* 454. *num.* 5. *par.* 2. Oliba *de jure fiſci c.* 4. *à n.* 20.

Pro ut in ſimili dicitur, quòd executio ſententiæ 40
arbitralis fieri debet per Judicem Ordinarium partis condemnatæ, nempe per Vicarium, ſeu Bajulum, non per Regiam Audientiam, ſic Cabedo *dec.* 210. *num.* 5. *part.* 1. Cancer. *part.* 1. *var. c.* 21. *num.* 16. & *part.* 3. *c.* 17. *n.* 542. 543. 544. Ferrer. *part.* 3. *obſer. c.* 345. Molinus *de Brachio ſæculari cap.* 36. *toto*. Fontanella *deciſ.* 454. *num.* 2. 3. 4. & 5. *part.* 2. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *capit. fin. part.* 1. §. 2. *num.* 26. Scialoja *de foro compet. c.* 11. *num.* 63. & *c.* 54. *nu.* 13. Peguera *in praxi civil. rubr.* 20. *n.* 4. ubi Ripoll. *n.* 42.

Limita 1. ſi in Judicem Ordinarium eſſet factum 41
compromiſſum, ab ejus ſententia appellandum eſt ad ſuperiorem nempe ad Regiam Audientiam, ita Covarruvias *lib.* 2. *var. c.* 12. *num.* 2. *in fine*, *verſic. Idem eſſe cenſeo*, ubi Ybañez de Faria *num.* 19. Azevedo *l.* 1. *num.* 24. *verſ. Quod ſi talis arbitrator tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* Theſaurus *dec.* 14. *n.* 9. *verſ.* 5. *fallit*, Molina *de juſt. & jure tom.* 5. *tract.* 35. *n.* 7.

Nec dubites, an Judex ordinarius poſſit eſſe arbi- 42
ter, nam de Jure canonico nullum eſt dubium, quòd poteſt eſſe arbiter, *cap. cum tempore* 5. ubi Abbas communem opinionem Canoniſtarum dicit *num.* 5. *de arbitris*, Cevallos *com. cont. com.* 344. *in prin.* Borrell. *in ſum. deciſ. part.* 1. *titu.* 63. *à num.* 173. Marcus *deciſ.* 465. *num.* 2. *verſ. Secus de jure Canonico*, Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. c.* 12. *num.* 20 *verſ. De jure Canonico*, Pet. Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 143. & ita ſervari in Regno Portugaliæ tradit *num.* 244. Plures alios citat Auguſtin. Barboſa *in capit. cum tempore* 5. *num.* 2. *de arbitris*, Licet de jure civili Judex Ordinarius regulariter non poſſit eſſe arbiter, *l. ſed*, & *ſi ſervum* §. *ſi quis Judex*, *ff. de recep. arbit. l. prætor*, *ff. de tutor.* & *curat. dat. ab his*, Auguſtinus Barboſa *in capit. cum tempore* 5. *ſub num.* 3. *de arbit.* Novarius *in rub. collect.* 1. *num.* 2. *de arbitris*, Poteſt tamen de Jure Civili Judex Ordinarius eſſe arbitrator, *gloſſ. in dicta l. ſed*, & *ſi ſervum* §. *ſi quis Judex*, *ff. de recep. arbit. l. ſi de meis* §. *recepiſſe*, *ff. eodem*, *l.* 1. §. & *poſt operis*, *ff. de novi oper. nuntiat*, utrumque docent Marcus *dec.* 465. *num.* 1. & 2. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 1. §. 2. *num.* 12. *in prin.* Petrus Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *à numer.* 230. *junctо num.* 240. *ff. de judic.* Faber *in Cod. lib.* 2. *tit.* 35. *defin.* 2. Guido Papa *deciſ.* 69. *num.* 1. Ybañez de Faria ad Covarruvias *lib.* 2. *variar. capite* 12. *numero* 20. Jure noviſſimo Regio Caſtellæ Judex Ordinarius non poteſt eſſe arbiter, nec arbitrator, probant Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 1. §. 2. *verſic. Noviſſimo tamen*, Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 344. *verſic. Sed contrariam*, ibi: *Et de jure noviſſimo*, Petrus Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *ſub numero* 230. *ff. de judic.* ſimiliter jure Regio Neapolis nec arbiter, nec arbitrator eſſe poteſt Judex Ordinarius, Novarius *in prag.* 7. *collect.* 5. *num.* 1. 2. & 3. *de offic. Judic.*

Limita 2. Si Præſes, aut Regius Senator ex diſ- 43
penſatione arbiter eſſet, ab ejus ſententia, & laudo appellandum eſt ad Regiam Audientiam, quia abſurdum, & turpe videretur, ut laudum à Superiore Magiſtratu prolatum ad Judicem Ordinarium inferiorem ex cauſa appellationis, ſeu reviſionis reverteretur, *argum. l. præcipimus* §. *ſanè ſi illuſtrium C. de appellat.* ſic Afflict. *deciſ.* 51. Scaccia *de appellat. quæſt.* 16. *limit.* 5. *ſub numero* 9. Theſaur. *deciſ.* 14. *numer.* 10. Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 63. *numer.* 101. Rovit. *in prag.* 1. *numer.* 31. *de arbitris*, Scialoja *de foro compet. cap.* 11. *numer.* 64. Novarius *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *numer.* 6. & 7. *de arbitris*, Ybañez de Faria ad Covarruvias *lib.* 2. *var. cap.* 12. *n.* 9. *in fine*.

Limi-

44 Limita 3. Quando concurreret quantitas, & qualitas, nempè si causa est major tercentum librarum, & pars condemnata est pauper, vidua, pupillus, aut alia persona miserabilis, nam appellare potest ad Regiam Audientiam, ad Thesaur. *decis.* 14. *vers. Tertia exceptio.*

45 Sicut dicitur, quòd executio Sententiæ arbitralis, si concurrit quantitas, & qualitas, scilicet si causa est major tercentum librarum, & pars executionem instans est pauper, vidua, pupillus, aut alia persona miserabilis, evocari potest ad Regiam Audientiam, Cancer. *part.* 1. *var. capit.* 21. *numero* 16. *& part.* 3. *cápit.* 17. *num.* 545. Scialoja *de foro compet. cap.* 54. *num.* 14. Fontanella *dec.* 454. *num.* 6. 7. *&* 8. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in praxi Civil. rub.* 29. *n.* 43.

46 Sed adverte, quòd causa appellationis, & executionis sententiæ arbitri non est interponenda, & tractanda in tertia Aula Regiæ Audientiæ, sed in una ex Aulis civilibus Regiæ Audientiæ scilicet Reverendi Cancellarii, aut Regentis Regiam Cancellariam, Cancer. *part.* 3. *var. capite* 17. *num.* 178. Fontanella *dec.* 454. *à num.* 11. *vers. Si inquam cum seq. part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in praxi Civili rub.* 27. *numero* 134.

ARGUMENTUM.

An Dominus Rex possit in Cathalonia concedere litteras manutenentiæ, & illis stantibus procedere contra Clericos de turbationibus, & spolio.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de manutenendo de jure peti, & concedi potest ante litem Judicialiter motam super proprietate, vel possessorio plenario.*

2 *Manutentio olim in Cathalonia concedebatur ante litem motam pro rebus profanis, numer.* 2. *&* 3. *sed hodie non conceditur, numer.* 4. *sed ejus loco utimur in Cathalonia procedimento summario, per interdictum summarissimum interim, numero* 5.

6 *Judex secularis, an sit competens, ubi agitur de possessorio beneficii Ecclesiastici inter duos Clericos, seu inter Clericum, & laicum, numer.* 6. *sed in Cathalonia non se intromittit, nec cognoscit de possessorio summarissimo beneficii Ecclesiastici inter duos Clericos, vel religiosos, num.* 7. *limita* 1. *quando parantur arma ad vim inferendam contra possessorem beneficii, vel est timor scandali, & seditionis, vel ne sequantur perturbationes in populo, numer.* 8. *limita* 2. *quando petuntur executoriæ per Prælatos habentes temporalitates, num.* 9. *limita* 3. *occasione emparæ factæ in sigillo Regiæ Cancellariæ, n.* 10. *limita* 4. *in beneficiis de Regio patrimonio, numero* 11. *limita* 6. *quando agitur de possessorio inter personas Ecclesiasticas exemptas, & potentes, numero* 12. *limita* 6. *in expeditione litterarum manutenentiæ ad tuendum possessorem beneficii Ecclesiastici, numero decimo tertio, etiam pro beneficiis, quæ nomine Cameræ Apostolicæ interdum possidentur, numero decimo quarto.*

15 *Litteras manutenentiæ pro tuendo possessore beneficii Ecclesiastici, quis concedere possit in Cathalonia, numer.* 15. *&* de practica concessionis *illarum, n.* 16.

17 *Litteræ manutenentiæ, quam clausulam continere debeant, num.* 17. *&* de earum formula, *remissivè, n.* 18.

19 *Litteræ manutenentiæ, ut concedi possint, debet beneficiatus docere de titulo legitimo, hoc est de collatione dignitatis, vel beneficii, num.* 19. *&* 25. *non cognoscendo de valore tituli, sed tantùm de colore, & apparentia, & de facto, ac incidenter, n.* 26.

20 *Manutentionis Judicium est possessorium summarissimum, num.* 20. *in quo de jure non requiritur titulus, sed sufficit sola possessio absque titulo, n.* 21. *etiam in beneficialibus, num.* 22. *nec etiam coloratus, num.* 23. *&* 24. *sed vide pro observantia Cathaloniæ, n.* 25.

27 *Titulus ubi requiritur, sufficit Coloratus.*

28 *Titulus Coloratus quis sit, remissivè.*

29 *Litteræ manutenentiæ concedi possunt habenti beneficium in commendam perpetuam.*

30 *Litteræ manutenentiæ, ut concedantur, non sufficit solus titulus, sed requiritur etiam vera, & realis possessio dignitatis, seu beneficii, adeò quòd de titulo, & possessione constare debet per instrumentum authenticum, n.* 31.

32 *Instrumentorum appellatione testes continentur, num.* 32. *limita quando statutum requirit probationem per instrumentum authenticum, numero* 33. *sublimita* 1. *quando testes sunt examinati in scriptis redacti, numero* 34. *sublimita* 2. *ex causa, suadente æquitate, numer.* 35. *&* 36.

37 *Manutentus beneficiatus, si molestatur, & turbatur in sua possessione, quid facere debeat.*

38 *Rex in Cathalonia procedit nedum contra laicos non servantes manutenentias datas existentibus in possessione beneficiorum, num.* 38. *sed etiam contra Clericos, vel alios exemptos, & quomodo, numero* 39. *& si Clerici firmant contentionem in Curia Ecclesiastica, declaratur per Cancellarium in favorem Curiæ secularis, numero* 40.

40 *Litterarum manutenentiæ revocatio qualiter sit petenda, n.* 41. *&* 42.

43 *Causa vertens coram Cancellario vel Regente Cancellariam non est evocanda, sed committenda in Regia Audientia,* si eis Placet.

44 *Causa uni Aulæ commissa non potest in illa instantia alteri Aulæ committi.*

45 *Litteras manutenentiæ in beneficialibus revocare potest, qui eas concedit, numer.* 45. *non solum quando petitur eas revocari per antiquiorem possessionem beneficii, sed etiam quando petitur illas revocari per exhibitionem tituli beneficii, vel cum declaratione Judicis Ecclesiastici competentis, numer.* 46. *&* vide *numer.* 47. 50. 51. 52. *&* 53.

48 *Manutenenda est possessio antiquior.*

49 *Beneficii possessio qualiter apprehendatur.*

54 *Supplicari an liceat à sententia seu provisione Regiæ Audientiæ super confirmatione, vel revocatione litterarum manutenentiæ.*

55 *Sequestrum an possit apponi super fructibus beneficii, si pars, quæ succumbit in sententia, seu provisione Regiæ Audientiæ super revocatione litterarum manutenentiæ ab ea supplicat.*

56 *Salarium an exigi possit à concessione litterarum manutenentiæ nu.* 56. *&* quid *à sententia seu provisione Regiæ Audientiæ, tam in prima, quàm in secunda instantia, n.* 58.

57 *Cancellarius, vel Regens Cancellariam non venit appellatione Doctorum Regiæ Audientiæ, si dispositio continet onus, vel gravamen, secus si favorem respiciat.*

DECISIO CCXL.

MAndatum de manutenendo de Jure peti, & concedi potest ante litem judicialiter motam super proprietate, vel possessorio plenario, Covarruvias *pract. c.* 17. *sub num.* 1. Menochius *de retinenda possess. remed. ult. à numer.* 1. Mastrill. *decis.* 52. *num.* 4. *lib.* 1. Rodericus *de ann. red. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 42. Cancer. antiquis citatis *part.* 3. *var. resol. c.* 14. *num.* 1. Postius pluribus laudatis *de manuten. obser.* 8. *à num.* 1. 1

Hæc manutentio, quæ diversis nominibus nuncupatur, Postius, *de manuten. obser.* 3. *à num.* 1. Apud 2

nos litteræ manutenentiæ dicuntur, ut ex Cancer. *part.3. var. resol. c.* 14. *num.*3. *&* 9. Tradit idem Postius *de manuten. observ.*3. *num.*4. olim in Cathalonia pro factis, & rebus profanis ante litem moram concedebantur, ut habetur in pluribus conclusionibus nostri Senatus, signanter 21. Martii, & 8. Octobris 1548. & 2. Octobris 1549. refert Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *claus.7. gloss.*3. *par.*10. *n.*40.

3 Dices, quomodo hoc observabatur olim in Cathalonia per nostrum Senatum? cum constitutio 2. *tit. de manut.* quæ est anni 1547. statuit, ut pro factis, & bonis profanis non possint consentiri, nec expediri manutenentiæ, & conclusiones nostri Senatus sunt annorum 1548. & 1549. Resp. tibi, quòd constitut. 2. *tit.de manut.* anni 1547. nondum erat publicata annis 1548. & 1549. & sic ante publicationem potuit Senatus observare, quod de jure erat dispositum, & antiquitus observatum.

4 Hodiè verò in Cathalonia pro factis, & bonis profanis litteræ manutenentiæ non conceduntur, *dict. Constitut.*2. *tit. de manut.* Cancer. *part.*3. *var. resol. c.* 14. *numero* 3. *in fine*, *&* *numero* 7. *&* 33. Fontanella *de pact. nup. tom.*2. *claus.*7. *glos.*3. *part.* 10. *nu.*41. Xammar. *de offi. jud. part.* 1. *qu.* 18. *num.*20. Postius *de manutenen. obser.*8. *n.*5.

5 Loco verò dictarum litterarum manutenentiæ pro factis, & bonis profanis, nunc utimur in Cathalonia, & in omni ferè materia possessoria, procedimento summario per interdictum summarissimum interim, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.*7. *gloss.*3. *part.*10. *num.*41. *in fine*, Cancer. pluribus citatis *part.*3. *var.resol.c.*14. *n.*4. *& à num.*33. Postius aliis additis *de manut. obser.*8. *à n.*6.

6 Sed quid ubi agitur de possessorio beneficii Ecclesiastici inter duos Clericos, seu inter Clericum, & laicum, an sit competens Judex sæcularis? Quæstio est satis controversa ob diversas Doctorum sententias, videantur Guido Papa *dec.* 1. Osascus *dec.* 116. Thesaur. *decis.*82. *&* 11. Valasc. *consult.*11. *&* 93. Covar. *practicar. c.*35. Guttier. *canonicar. lib.*1. *quæst.*34. Cabedo *de Patron. Reg.Coronæ c.*49. *à num.*10. *& decis.* 82. *part.*1. Marcus *dec.*512. *part.*1. Menochius *cons.*268. *lib.*3. *& de retinen. poss. remed.*3. *à numero* 336. *& de recup. poss. remed.*15. *à num.*210. Garcia *de benef. part.*1. *c.* 2. *à num.* 45. Reg. Leo *decis.* 208. *lib.* 2. Borrell. *in sum. dec. part.*1. *tit.*43. *à num.*20. Reg. Sesse *de inhib. c.*8. §.3. *à num.* 16. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *numero* 153. *& c.* 18. *numero* 141. Cancer. *part.*3. *var. c.*14. *numero* 7. *& à numero* 58. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.*65. Roderic. *de annu. red. lib.*1. *quæst.* 17. *à num.* 58. Torreblanca *de magia lib.*3. *c.* 26. *num.* 2. Mieres *de majoratu part.* 3. *quæst.*11. *à numero* 11. Parlador. *rer. quotid. in sexquicent. differ.* 9. §. 1. *numero* 34. Gail. *lib.*1. *obser.*27. *numer.*5. *& obser.*28. *numer.*2. *lib.*1. Martha *de jurisdict. part.*4. *c.*34. Sperell. *decis.*8. *lib.*1. Marianus Antonin. *var. lib.*1. *resol.* 92. Molinus noster *de ritu nup. lib.*2. *differ.*15. *à numer.* 15. Moneta *de decim. c.*8. *à num.*14. Cast. Palaus *in oper. moral. part.*2. *tract.*12. *disp. unica punct.* 17. *numero* 4. *&* 5. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 67. *aliàs* 66. *part.*5. *tract.*1. *resol.*27. *&* *part.*7. *tract.*1. *resol.*15. *aliàs* 13. *& in coordinat. part.*7. *tract.* 1. *resol.* 206. *& latè resol.* 207. *tota*, *&* *res.*230. *num.*1. latissimè præ omnibus, omnes ferè Doctores usque ad sua tempora, pro utraque parte citans, omnino videndus Barbosa *de jure Eccl. univers. lib.*1. *c.*39. §.2. *à numero* 160. *ad* 180. quibus addendi sunt idem Barbosa *in cap. litteras numer.* 2. *in fine*, *de juramen. calum.* Riccius *collect.* 1656. Gratian. *discep. foren. c.*232. Ambrosin. *de Immun. Eccles. cap.*20. *à num.* 61. Bossius *in prax. crim. tit.de Principe num.*210. *&* 211. Grivel. *dec.* 128. Faber. *in Cod. lib.* 1. *tit.*3. *defin.*55. Carol. de Gras. *de effect.Cler. effectu* 1. *à num.*975. Thom. del Bene *de Immun. Eccl. tom.*2. *c.*10. *dub.*4. Grivel. *decis.dolana* 128. Postius *de manut.obser.* 6. *à num.*16. Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 46. *c.* 3. *numer.* 5. *vers. Quibus*, *&* *num.*7. *post prin.* Salgado *de suppli. ad Sanctis. part.* 1. *c.* 10. *numero* 86. Ursellius *cons.*133. *numero* 13. *versis. Subdeclara*, Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *tit.*3. *c.*3. *num.* 35. *& in polit. lib.*4. *c.*3. *vers. Anadiendo fol.*414. Angujan. *de legib. controver.* 10. Portoles §. *apprehensio* 2. *numer.* 98. 99. Ludovic. Bellus *cons.* 90. *nu.* 1. Suelves pluribus citatis *consil.* 26. *numer.*2. *lib.*1. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *claus.*4. *gloss.*13. *par.*2. *numero* 14. *& decis.*321. *numero* 1. *part.* 2. Michael Ferrer. *part.*3. *observ. c.*415. Salgado *de lege polit.lib.* 2. *c.*13. *numer.*47. Fachineus *controv. jur. lib.*8. *c.*15. *vers. Venio ad aliam controversiam*, Faber. *in Cod. lib.*3. *tit.*1. *defin.*38. Fermosin. *in capit. fin. quæst.*2. *de judiciis*, infinitos remissivè citat Amat. *var. resol.* 86. *n.*61.

Sed quidquid sit de hac quæstione in terminis juris communis, & de observantiis aliorum Regnorum. Tamen in Cathalonia Judex sæcularis non se intromittit, nec cognoscit de possessorio summarissimo beneficii Ecclesiastici inter duos Clericos, vel Religiosos, Oliba *de jure fisci c.*14. *num.*11. Cancer. *part.*3. *resol.c.*14. *num.*9. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *claus.*4. *gloss.*13. *part.*2. *numer.*14. *&* 15. *&* *decis.*321. *num.*2. *part.*2. 7

Limita 1. hanc observantiam Cathaloniæ, quando parantur arma ad vim inferendam contra possessorem beneficii Ecclesiastici, vel est timor scandali, & seditionis, vel ne sequantur perturbationes in populo, Judex sæcularis se intromittit, ac interponit, & cognoscit de possessorio summarissimo beneficii Ecclesiastici inter duos Clericos, vel Religiosos, & de omnibus aliis causis etiam spiritualibus, ut via facti tollatur, & ne publicæ perturbationes sequantur, nam tunc omnes juris Regulæ cessant, sic Oliba *de jure fisci c.*14. *numero* 11. *cum seq. & numer.* 144. Cancer pluribus citatis *part.* 3. *var. c.*14. *num.*8. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *claus.*4. *gloss.* 13. *part.* 2. *num.*15. exemplar refert *tom.*2. *claus.*7. *gl.* 3. *part.*10. *num.*48. *&* *dec.*321. *numero* 3. *part.*2. Bossius *in praxi crim. tit. de Principe numero* 11. Reg. Sesse plures cumulat *de inhibit. c.*8. §.3. *numero* 25. Borell. *in sum. dec. part.*1. *tit.* 43. *num.* 20. *&* *seq.* Postius *de manuten. obser.*6. *à num.*24. *ad* 29. notat Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*2. *tit.*46. *c.*3. *n.*5. *in fine*. 8

Limita 2. quando petuntur executoriæ per Prælatos cognoscit Judex sæcularis, Oliba *de jure fisci c.*15. *numero* 37. *&* 38. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.*4. *gloss.*13. *part.* 2. *numero* 55. *vers. Item possunt*, ibi: *Quando petuntur*, *& decis.*321. *sub numer.*3. *part.* 2. Nam in Cathalonia provisi de Prælaturis, vel dignitatibus, aut beneficiis Ecclesiasticis, vel de commendis, & Præceptoriis habentibus temporalitates non possunt apprehendere possessionem dictarum temporalitatum, nec illis fidelitas juratur sine Regiis litteris executorialibus, Oliba *de jure fisci c.* 10. *numer.*4. Cancer. *part.*3. *var. c.*14. *numero* 58. Fontanella cum decisione nostri Senatus *decis.* 351. *nu.* 26. *par.*2. aliàs Dominus Rex procedit criminaliter per viam Regaliæ contra eos, qui illis dederunt possessionem, & præstiterunt homagia absque litteris Regiis executorialibus, Fontanella de praxi testatur *dec.*341. *n.*27. *part.*2. 9

Limitatur 3. occasione emparæ factæ in sigillo Regiæ Cancellariæ penes Protonotarium, seu ejus Locumtenentem cognoscit Judex sæcularis, Oliba *de jure fisci c.*15. *numero* 58. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.*3. *glos.*13. *part.*2. *nu.*15. *vers. Possunt etiam*, *& dec.* 321. *num.* 3. *part.*2. vide alia in hac materia *dec.* 229. *n.*45. *&* 46. 10

Limita 4. in beneficiis de Regio patrimonio, quæ beneficia Regalia vocantur, sive sint patronata, sive collativa ex Privilegio Pontificio, quod ex possessione immemoriali, & usu probatur, Dominus Rex cognoscit de illis, non solùm in possessorio, sed etiam in petitorio, *ut dixi dec.*7. *n.*38. *& latius infra decisione* 253. *par.*4. 11

Limita 5. quando agitur de nudo possessorio inter personas exemptas, & potentes utpotè inter duos Cardinales spontè judicium sæculare subintrantes, Michael Ferrer decisum tradit *par.*1. *observ.Gubernat. c.*63. 12

Limita 6. in expeditione litterarum manutenentiæ, 13

tiæ, in quibus Judex sæcularis se intromittit, easque concedit ad tuendum possessorem beneficii Ecclesiastici, quoad judicium possessorium summarissimum, Oliba *de jure fisci c.15. à num. 26.* Cancer. *part.3. variar. c.3. num.9.* Fontanella *de pact. nupt. tom.1.claus. 4. glos.13. par. 2. numer. 15. vers. Aliis etiam modis, & vers. Item, possunt*, Xammar. *de offic. jud. part.1. qu. 10.num.20.* Reg. Vico *ad prag. Sard.tom.2. tit.46. cap.3. num. 1. & 5.* & dixit noster Senatus in carta ad Serenissimum Dominum Imperatorem Carolum V. data Barcinonæ 13. Februarii 1551. ibi : concedit litteras manutenentiæ in beneficiis Ecclesiasticis, non per viam cognitionis ordinariæ, sed per modum defensionis extrajudicialiter, Afflictis *dec.* 24. Cancer. *part.* 3. *var. c.14. numer.8.* Faber in *C. lib. 1. tit. defin.* 55. Postius *de manuten. observat. 6. num.* 17. plures alios citat Thoro *in compend. decis. part. 1. verbo Judex laicus fol.* 294.

14 Etiam pro beneficiis Ecclesiasticis, quæ nomine Cameræ Apostolicæ interdum possidentur, ut dixit noster Senatus in eadem carta ad Serenissimum Dominum Imperatorem Carolum V. data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis. Petantur etiam coram Majestate vestra litteræ manutenentiæ pro parte Sedis Apostolicæ pro beneficiis, quæ nomine Cameræ Apostolicæ interdum possidentur, & conceduntur, & tradit Oliba *de jure fisci c.15. numero 29. vers. Quin, & Camera.*

15 Sed adverte, quòd non omnis Judex sæcularis litteras manutenentiæ concedere potest ad tuendum possessorem beneficii, sed solùm Dominus Rex, vel ejus Locum Tenens Generalis, Oliba *de jure fisci c.15. sub num.* 27. Cancer. *part.3. var. c. 14. numer.9.* Fontanella *de pact. nup. tom.1. claus.4. glos.* 13. *part.2. gloss. 15. vers. Aliis etiam modis*, Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sardin. tom.2.* Postius *de manut. obser.6. numer.28.* Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ procedens Vice-Regia litteras manutenentiæ concedere potest, Don Petrus de Amigant exemplar tradit in addit. ad Pegueram *in prax. civil. rub.* 31. *fol. mihi* 445. Procedens autem via ordinaria, existente Domino Rege, vel ejus Locum Tenente Generali in Cathalonia extra Vicariam, in qua est Gerens Vices Gubernatoris non potest concedere litteras manutenentiæ, potest tamen eas concedere intus Vicariam, Michael Ferrer. *part.3. obser. cap.* 414. Sicque est intelligenda *Constitutio 3. vers. Perco tit. de manutenen.* Et si respectu aliorum officialium sæcularium concedere permittat *pragmat. unica tit. de manut.* quam in hac parte nunquam vidi observatam, juxta contenta *in dicta constit. 3. vers. Perco, tit. de manut.*

16 Duobus autem modis practicatur, quòd concedantur litteræ manutenentiæ ad tuendum possessorem beneficii, Primò, quando unus Beneficiatus timet molestari ab aliquo in possessione talis dignitatis, seu beneficii, quod designat, offert supplicationem Domino Regi, seu ejus Locum Tenenti Generali, in qua narrat factum, & exhibet titulos legitimos, hoc est collationem, & possessionem hujusmodi dignitatis, seu beneficii, ac petit se manuteneri, conservari, & defendi in possessione prædictæ dignitatis, seu beneficii, & quòd pro his expediantur litteræ manutenentiæ in forma solita, servatis constitutionibus, sic Oliba *de jure fisci cap.14. numer. 26. & 27.* Fontanella *de pact. nup. tom.1. claus.4. gloss.13. part.2. numer. 15. vers. Aliis etiam modis.* Secundò Cancellarius, vel Regens Cancellariam additus verbo, sine supplicatione, facta fide de titulis legitimis, scilicet de collatione, & possessione dignitatis, seu beneficii potest dare manutenentiam, & mandare, ut litteræ stylatæ expediantur, Oliba *de jure fisci capit. 15. num.26. in fine.* Solentque & possunt per Cancellarium, vel Regentem Cancellariam concedi litteræ manutenentiæ non citato, nec audito turbatore Vivius *dec.222. n.6. & 8.*

17 In his litteris manutenenti poni debet clausula sequens. *Quòd duret dicta manutenentia, donec, & quousque per ordinarium Ecclesiasticum, aut alium judicem ad quem spectet, de jure cognitum fuerit, aut provisum de possessione præfati beneficii, & facta cognitione prædicta, partes non teneantur habere recursum ad illum, vel illos judices, qui manutenentiam concesserunt, sed proindè habeatur dicta manutenentia, ac si non fuisset concessa. Et si pars obtinens coram Judice Ecclesiastico voluerit habere recursum ad Regiam Audientiam, quòd Judices Audientiæ Regiæ ad solam inspectionem sententiæ, seu provisionis factæ per ordinarium litteras revocatorias concedere teneantur.* Sic statuit *Pragmat. unica tit. de manutenen.* & tradunt Michael Ferrer. *part. 3. observ. c.* 415. Cancer. *part.3. var. c.14. num.10.* & ex eo Postius *de manut. obs. 6. num.28.* Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 46. capite 3. numero 7. vers. Et facit, juncto vers. Item lata.*

Formulam litterarum manutenentiæ tradit extensè Don Petrus de Amigant in addit. ad Pegueram *in Praxi Civili rub.* 31. *fol.*455. 18

Quòd autem Beneficiatus petens litteras manutenentiæ, ut ei concedantur per Cancellarium, vel Regentem Cancellariam, debeat docere de titulo legitimo, hoc est de collatione Dignitatis, seu beneficii, *Constitut. 3. & 4. tit. de manut.* Oliba *de jure fisci c.15. num.26.27. & 28.* Cancer. *part.3. var. c.14. numer.* 24. Varal. *dec.66. num.4. parte 2.* Osascus *dec.* 65. Boer. *decis.*213. quos citat Duran. *decis. 13. numer. 2.* quibus addo Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom. 2. tit. 46. c.3. num.6.* Pereyram *de manu Reg. parte 2. c. 62. numer.65.* Portoles ad Molin. §. *apprehentio à num.92.* Reg. Sesse *de inhibit. c.8. §.1. à num.28.* Suelves *cons. 26. nu.1. & 2. vers. & quod, n.3. vers. Et sic, lib.1.* 19

Dices, quòd manutentionis judicium est possessorium summarissimum, Covar. *pract.c.17.num.9.* Seraphin. *dec.816. in fine*, Rota *dec.641. nu.7. in fine, vers. Præterea part. 1. diver.* quos citat Cirocchus *discep. 76. n.9. vers. Quod in isto*, Postius *de manut. observat. 3. n.17. & 48.* Et in judicio † summarissimo manutentionis non requiritur titulus, sed sufficit sola possessio absque titulo, alioquin liceret cuique possessores molestare, quod jura, tam canonica, quàm civilia summopere abhorrent, *cap. cum qui de præben. in 6. l. si quis in tantum, C. undè vi*, Duran. *dec.13. nu.3. & 4.* Thomat. *dec. 15. n.19. & dec.35. n.29. part.1.* Quesada Pilo *dissert.12. n.55.* latissimè innumeris citatis cum pluribus Rotæ decisionibus Postius *de manuten. obser.42. à num.1. sign. anter à num.8. cum plurib. seq. & post tract. decis.646. nu.38.* 20 21

Ac etiam † in beneficialibus in judicio summarissimo manutentionis non requiritur titulus, Panormitan. *in c. in litteris de restit. de spoliat.* Maresc. *var. lib.1. c.11. num.35.* Gratian. *discep. foren. c.310. numer.72.* Menochius *de retinen. posse. remed. ult. sub num.* 43. Seraphin. *dec. 299. num.5.* Ludovis. *dec.9. num.9. & dec.275. num. 12. & dec.323. numero 2.* Beltramin. ad Ludovis. *decis.40. n.7. & dec.323. num.4.* Burat. *dec.263. num.6.* ubi Ferentil multas decisiones Rotæ refert *littera A*, Duran. *decis.13. numer.5.* Roxas *decis. 97. numer. 4.* Fontanella *decis. 326. num. 7. part. 2.* plures alias decisiones Rotæ cumulant Cirocchus *discep. 78. num. 29.* Postius *de manut. observat. 42. num.28.* Nec etiam † coloratus, ut docent Seraphin. Cirocchus, & Postius *citati numer.22.* 22 23

Augetur difficultas, quia licèt in beneficialibus titulus sit docendus, aliàs non datur possessio, *c.* ubi Barbosa *num.1. de Reg. Juris in 6.* Pereyra *de manu Regia part.2. c.62. num.58. & 59.* Cirocchus *discep.78. nu. 28. vers. Et in fortioribus terminis*, Suelves *cons. 26. n. 3. vers. Et generale lib.1.* Peregrin. *de fideicom. art.52. n.142.* Postius *de manut. obser.42. num.25. & 17.* Sic in terminis argumentantur Cancer. *part.3. var.c.14.num. 25.26. & 27.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.2.tit. 46. num.6.* Non procedit, quando de possessione quæstio vertitur in hoc judicio summarissimo manutentionis ex Panormitano *in cap. in litteris num. 23. de restitut. spoliat.* docent Duran. *dec.13. num.6. in princ.* & alii citati *n.22.* 24

Verùm Resp. quòd ubi judices sæculares se interponunt ad coadjuvandos provisos Apostolicos, vel ab ordinariis, qui casus noster est, titulus requiritur 25

in beneficialibus ad effectum concessionis litterarum manutenentiæ, & in terminis loquuntur Oliba, Cancer, & alii citati *num.*19. sic Duran. *decis.*13, *nu.*6. *vers. Demum.* Postius *de manut.observ.*42. *nu.*29.*vers.ic. Pro ut illud requiritur*,

26 Sed liga digito, quòd judex sæcularis, qui concedit litteras manutenentiæ in beneficialibus, non potest cognoscere de valore tituli, sed tantùm de colore, & apparentia, ac de facto, & incidenter ad justificandam possessionem, ut generaliter docent pluribus laudatis Postius *de manuten. obser.* 42. *num.*48. & 49. Fontanella *dec.*326. *num.* 12. *vers. Regulam*, & *num.*26. & 27. & *dec.* 340. *num.*13. *part.*2. Giurba *dec.*69. *num.* 17. Faber. *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *dif.*12. Et in terminis advertunt Reg. Sesse *de inhibit. c.* 8. *num.*29. Suelves *cons.*26. *num.*3. *lib.* 1. ad adjuvandos provisos Apostolicos, vel ab ordinariis, Postius *de manuten. observ.*6. *sub nu.*26. *in fine*, Cancer.*part.* 3.*var.resol.capite* 14. *num.*29.

27 Sufficit tamen titulus coloratus, *Constit.*2. ibi. *Sino, que en dits beneficis fassen fe del titol almenys colorat, tit. de manuten.* Nam ubi requiritur titulus, sufficit coloratus, Postius *post tract. de manuten. decis.* 646. *num.*37. Reg. Sesse *de inhibit. c.*5. §.10. *numer.*48. Menochius *de recup. posses. remed.*1. *à nu.*465. Peregrin. *de fideicom. art.*52. *num.*142. Osasc. *decis.* 116. *numer.*6. Valenz. *cons.*22. *num.* 29. & *cons.* 51. *numer.* 42. Suelves *cons.*26. *num.*22. *lib.* 1. Dicitur autem † titulus colora-

28 tus, qui processit ab habente potestatem, ut ex Guid. Papa *dec.*85. *num.*2. *vers. In quo*, Capic. *decis.*77. *in fine num.*4. Menoch. *de retinen. posses. remed. ult.num.*43. *de recup. posse. remed.* 15. *num.*463. *vers. Declaratur tertio*, docet Postius *post tract. de manut. decis.* 646. *num.*38. quibus addendi sunt Pereyra *de manu Reg.part.* 2. *c.*62. *à num.*66. *usque ad finem*, Peregrin. *de fideicom. art.*52. *num.*143.*toto*, Reg. Sesse *de inhibit. c.*5.§.10.*nu.* 46. & 47. Caroc. *de sequest.part.*1.*quæst.*6.*num.*15. Osasc. *decis.* 116. *num.* 7. Ranchin. ad Guid. Papam *decis.* 85. Gratian. *discep. foren. c.*441. *num.* 19. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 500. *littera B, vers. Coloratum autem titulum*, Castillo *de tertiis cap.* 34. *num.*8. *toto*, Fontanella *decis.*326. *num.*16. & 26. *part.*2. remissivè pluribus citatis Suelves *cons.*26. *numer.*22. *vers. Quis verò lib.* 1. At quando titulus foret omnino incoloratus, qui dicitur, quando est ipso jure nullus, non tribuit aliquem colorem, nec prodest ad concedendas litteras manutenentiæ, si defectus tituli sit patens, & manifestus, ad Beltramin. Ludovis. *decis.*500. *littera, B, vers. Non sufficit*, *juncto vers. Quando vero*, Maresc. *lib.*2.*var.c.*94.*num.*34. & 35. Ferentil.ad Burat. *dec.* 48.*num.*16. Fontanella *dec.*326. *à num.*13. Postius *de manut. observ.*42. *à n.*127. Ferrer. *part.*3. *obser.c.*415.

29 Unde litteræ manutenentiæ concedendæ sunt habenti beneficium in commendam, non ex eo, quòd commenda sit titulus coloratus, ut sentit Oliba *de jure fisci c.*15. *num.*28. sed quia commenda est titulus legitimus: & canonicus beneficii, si commenda est in perpetuum, hoc est ad vitam alicujus, secus si ad tempus, Cancer. *par.*3. *var.c.*14. *num.*28. vide tradita *dec.*129. *n.*34.35. & 36. *part.*3. Sic fuit in Senatu Cathaloniæ declaratum, conclusione secuta die 1. Junii 1534. infra referenda *n.*50.

30 Advertendum etiam est, quòd non sufficit solus titulus, ut litteræ manutenentiæ concedantur, sed ultra titulum, requiritur vera, & realis possessio Dignitatis, seu beneficii, *Constit.*3. & 4. *tit. de manuten.* & docent Doctores citati *numer.*16. & 17. quidquid aliàs dicat Reg. Vico *ad Prag.Reg.Sardin.tom.*2.*tit.*46. *cap.*3.*nu.*2. *vers. Qui ex sola*. At si beneficium sit Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, facienda est fides possessionis datæ per Capitulum, per personas quibus spectat, *dicta Constit.* 2. & 3. *tit. de manuten.* ad Postium *de manuten. obser.*71. *n.*73. & *post tract.decis.*195. *num.*4. ubi *num.* 6. limitat, si Capitulum sæpius requisitum tradere possessionem recusasset, & *n.*13. declarat, si cum justa causa recusaverit.

31 Adeò quòd de titulo, id est collatione, & possessione beneficii debet constare per instrumentum authenticum. *Constit.* 3. *tit. de manutenen.* Oliba *de jure fisci c.* 15. *numer.*29. *vers. Et in his*, Cancer. *part.*3.*variar. capite* 14. *num.*23. Reg.Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.*2.*tit.*46.*c.*3.*num.*6.

Ratio est, quia licèt instrumentorum appellatione 32
testes contineantur, Barbosa *appellat.*119.*num.*4. pluribus juribus, & Doctorum auctoritatibus exornant Vela *dissert.*12. *num.*10. & 11. *tom.*1. Pareja *de instr. edit. tom.*1. *tit.*1. *resol.*2. *num.*11. & *tom.*2. *tit.*6. *resol.*4. *n.*25. & 26. notat Cancer. *par.*2. *var.cap.*3. *num.*35. Non procedit † quando statutum, ut in isto casu, *Constit.* 3. *tit. de manuten.* requirit probationem possessionis be- 33
neficii per instrumentum authenticum, quo casu possessio beneficii non potest probari per testes, ad Ripoll. *var. cap. ult. à num.*159. *ad* 163. Cancer. *par.*2 *var.cap.* 3. *num.*116. Pareja *de instru. edit. tom.*2. *tit.*6. *resol.*4. *nu.* 30. ibi: *Sicut etiam*, Thoro *in compen.decis.par.*3.*sect.* 2. *verbo Probatio liberationis*, *versic. Quod quando fol.* 337. & in ornatum Vela *dissert.* 12. *num.*74. 75. & 76. *tom.*1. Luca ad Franchis *dec.*361. *n.*6.

Declara 1. quando testes sunt examinati in scriptis 34
redacti, nam tunc appellatione instrumentorum, etiam in statutis veniunt testes, cum eadem ratio militet in testibus examinatis in scriptis redactis, & instrumentis, Doctè Menochius *de arbitr. judic. casu* 63. *per totum*, *signanter à num.*5. & *cons.*336. *num.*23. & 24. *lib.*4. Ripoll. *var.c.*5. *num.* 254. & 255. Pareja *de instr. edit. tom.*1. *tit.*1. *resol.*2. *num.*12.13. & 14. Thoro *in compen. dec. part.* 3. *sect.* 2. *verbo Probatio liberationis col.* 2. *in fine*, *vers. Etiam communiter fol.* 337. & *in supplem. verbo remissio col.* 4. *vers. Et ratio est fol.* 359. conducunt Cancer. *part.*1. *var.c.*20. *num.*93. Fontanella *dec.*183.*num.*5. *part.*1. Farinac. *in praxi par.*2.*qu.*66. *n.*297.

Declara 2. ex causa, suadente æquitate, testes ad- 35
mitti possunt ad probandam possessionem beneficii, ad tradita per Cancer. *part.*2. *variar.c.*3.*numer.* 117. Thoro *in compen. dec. part.*3. *sect.*2. *verbo Pactum quod solutio fol.*231.

Ex his duabus declarationibus dixi de mense No- 36
vembris 1687. concedendas esse litteras manutenentiæ Rectori Ecclesiæ Parochialis Villæ de Cambrils, eo quia per testes examinatos, in scriptis redactos in Curia Ecclesiastica Archiepiscopatus Tarraconæ, intra cujus limites est Ecclesia Villæ de Cambrils, constabat, triginta ab hinc annis, & ultra esse in possessione dictæ Rectoriæ Villæ de Cambrils.

Si Beneficiatus manutentus molestetur, turbetur 37
aut possessione spolietur, causa committitur per Cancellarium, vel Regentem Cancellariam ad Regiam Audientiam cum assignatione Relatoris, & coram eo tractatur ea res usque ad restitutionem possessionis beneficii, & fructuum, juris ordine in aliis communibus causis observato, Oliba *de jure fisci c.*15. *numer.*28. *in fine*.

Et nedum proceditur contra laicos non servantes 38
manutenentias, & salvaguardias datas existentibus in possessione beneficiorum, sed qua pœna sint laici puniendi, videndi sunt Oliba *de jure fisci c.* 15. *numer.* 30. & 31. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 2. *num.* 15. *versic. Item quando*, Farinac. *in praxi part.*1. *quæst.* 29. *à numer.* 12. Regens Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.* 2. *titu.* 46. *c.*3. *num.*9.

Sed etiam procedit Dominus Rex contra Clericos, 39
vel alios exemptos spoliantes possessores, & violantes possessionem manutenentiæ per eum concessæ, existenti in possessione beneficii Ecclesiastici, Oliba *de jure fisci c.*14. *num.*243. Cancer. *part.*3. *var. c.*14.*num.* 11. Ripoll. *de regal.c.*21.*numer.*82. Bobad. *in polit. lib.*2. *c.*18.*num.*73. Reg. Vico *ad prag.Reg.Sardin. tom.*2.*tit.* 46. *cap.* 3. *num.* 10. Et habetur in carta nostri Senatus scripta ad Serenissimum Dominum Imperatorem Carolum V. Data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: concedit litteras manutenentiæ in beneficiis Ecclesiasticis, & illis stantibus cognoscit contra Clericos de perturbationibus, & spolio. Intellige, ut non procedat contra personas Clericorum, vel aliorum exemptorum, nisi ad effectum remittendi; sed tantùm procedat contra eorum bona

ad

ad executionem pœnæ pecuniariæ in litteris manutenentiæ impositæ, *juxta l.2. C. ut nemo privatus*, & ex Oldrado, Aufrerio, Cassaneo, Guillermo Benedicto, Conrado, & Tiberio Deciano, docent Bobad. & Reg. Vico *hic citati*.

40 Quòd si Clerici non servantes litteras manutenentiæ per Dominum Regem concessas firmant contentionem in Curia Ecclesiastica, declaratur in Cathalonia per Cancellarium in favorem Curiæ sæcularis. Sic decisum fuit per Rovirola Tertium, Consultoribus Gallego, Pineda, Roig, & Senjust 30. Octobris 1597. ratione firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per Petrum Canyeles Archipresbyterum Ecclesiæ Mediolani procedimentis contra ipsum factis in Curia sæculari Regiæ Audientiæ instante Martino Joanne Duran Administratore Camareriæ Monasterii Beatæ Mariæ de Stagno, super spolio per ipsum prætenso de administratione dictæ Camareriæ, & perceptione fructuum illius, & repetitionis possessionis administrationis dictæ Camareriæ à qua prætendit fuisse spoliatum per dictum Canyeles vigore nonnullarum litterarum manutenentiæ à Regia Audientia per dictum Canyeles & ad ejus instantiam impetratarum obreptitiè, & subreptitiè, & per importunitatem, cum ipse antea esset in possessione dictæ administrationis, Canonico titulo. Fuit declaratum, firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per dictum Canyeles locum non fuisse, nec esse, sed dictæ causæ cognitionem ad dictam Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ pertinere, & spectare. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Benach, & Puigmija 18. Maij 1606. in favorem Prioris, & Conventus Monasterii Sancti Jacobi Ordinis Prædicatorum contra Canonicos, & Communitatem Ecclesiæ de Manlleu, ratione manutenentiæ obtentæ in Regia Audientia per dictum Priorem, & Conventum S. Jacobi super possessione Prioratus de Manlleu, fuit declaratum in favorem Regiæ Audientiæ. Et per Cancellarium Carmona, Consultoribus Astor, Senjust, & Morell 30. Maii 1618. in favorem Joannis Sala Archidiaconi S. Laurentii, & Canonici Ecclesiæ Tarraconæ, & Præpositi & Præposituræ mensis Decembris contra Capitulum Ecclesiæ Gerundæ.

41 Si uni Beneficiato verbi gratia, Petro concedantur litteræ manutenentiæ, alteri Beneficiato, verbi gratia, Paulo non sunt absolutè concedendæ aliæ litteræ manutenentiæ, quidquid fieri posse videatur sentire Oliba *de jure fisci c.15. num.28. vers. Sed, & inter*, sed Paulus alter Beneficiatus debet offerre supplicationem, narrando rationes ob quas dicto Paulo litteræ manutenentiæ concedendæ sunt, & dicto Petro denegandæ, & postea in dicta supplicatione concludere. Ideo dictus Paulus supplicat litteras manutenentiæ concessas Petro revocari, & in sui favorem Pauli scilicet concedi novas litteras manutenentiæ. Et tunc Cancellarius, vel Regens Cancellariam potest sibi ipsi supplicationem committere, sed melius est, quòd in eadem supplicatione petatur, causam uti consistorialem committi in Regia Audientia. Cui supplicationi fit decretatio sequens. Nobilis, seu Magnificus N. recognoscat supplicata, & verbum faciat Provisa per Cancellarium, vel Regentem Cancellariam 21. Augusti 1667. N. scriba mandati. Admissa causa per Senatum fit per Relatorem provisio sequens. Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia providet, quòd dicat pars alia intra decem, cur supplicata fieri non debeant, & ad id expediantur litteræ opportunæ juxta stylum. N. ita fuit observatum in processu Pauli Planes, contra Joannem Codina, referente erudito Senatore Mag. Alexio Tristany, Not. Texidor. Refert D. Petrus de Amigant in addit. ad Ripoll. *in prax. civil. rub.31. fol. mihi 456. in fine*.

42 Similis praxis observatur, quando uni Beneficiato sunt concessæ litteræ manutenentiæ, & alter Beneficiatus venit cum sententia ordinarii Ecclesiastici offert supplicationem modo jam dicto, & causa uti consistoriali commissa in Regia Audientia, fit per Relatorem provisio sequens. Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia providet, quòd inserantur exhibita, & dicat pars altera intra decem, cur supplicata fieri non debent, & ad id expediantur litteræ opportunæ juxta stylum. N. ita observavit noster Senatus die 20. Decembris 1674. inter Joannem Vivet, & Torres Clericum ex una & Josephum Ferrer Clericum ex altera, super beneficio vocato Doma Ecclesiæ Parochialis de Sabia Episcopatus Gerundæ referente Don Francisco de Ribera Scriba Cortes. Verum est, quòd hæc provisio non habuit effectum, licèt sic erat jam factum, quia Regens Cancellariam conquestus fuit, quòd manutenentia erat per eum concessa, & Cancellarius eam commisisset dicto Nobili Francisco de Ribera.

Nota 1. Ex dictis *numer. 41. & 42.* Quòd causa 43
manutenentiæ, & quælibet alia, quæ vertitur coram Cancellario, vel Regente Cancellariam, cum jam sit consistorialis, non evocatur ad Regiam Audientiam, sed Cancellarius, vel Regens Cancellariam committit eam, & assignat Relatorem in Regia Audientia, juxta tradita per Olibam *in §. in bonæ fidei in posteriori interpretatione numer.4. de actionibus*.

Nota 2. Quòd causa manutenentiæ, & quælibet 44
alia, quæ vertitur coram Cancellario non potest committi Relatori in Regia Audientia per Regentem Cancellariam, sed ipse Cancellarius committit Relatori suæ Aulæ Et è contra, si causa manutenentiæ & quælibet alia, quæ vertitur coram Regente Cancellariam, non potest committi per Cancellarium, sed ipse Regens Cancellariam committit eam Relatori suæ Aulæ, & ita observatur, & practicatur. Nam cùm causa sit consistorialis, & pendeat coram Cancellario, vel Regente Cancellariam, intrat regula, quæ servatur in commissionibus causarum. Quòd causa uni Aulæ commissa non potest in illa instantia alteri Aulæ committi, de qua Peguera *in praxi Civili rub.5. num.5. in prin. & decis.176. numer. 1. part.1.* Thoro *in compen. decis. part.3. sect. 3. verbo reclamatio, col. 2. in prin. fol. 7.* decisum per Nostrum Senatum inter Raphaelem Papio, & OEconomum Monasterii Montisserrati referente Astor 12. Aprilis 1612. vidi in archivio Regio, quam etiam refert Fontanella *decis. 6. numer.15. part. 1. & decis. 459. numer. 12. part. 2.* nisi in illis duobus casibus relatis per eumdem Pegueram *in praxi Civil. rub.5. sub numer. 5.* ubi Ripoll. *numer. 20.* idem Peguera *decis. 176. numer.2. & 3. part.1.* Fontanella *decis. 6. num. 13. & decis. 20. num.15. part.1. & decis.484. à nu. 1. part.2. observatum tradit.* Ramon. *cons.38. post num. 110. versic. In prædicta causa*.

Nota 3. Quòd licèt non sit cognitum de possessio- 45
ne beneficii per Judicem Ecclesiasticum, ad quem cognitio spectat, nihilominus Judex sæcularis, qua ratione, & potestate concedit litteras manutenentiæ in beneficialibus manutenendo aliquem in possessione: eadem ratione, & potestate potest easdem litteras manutenentiæ revocare, quia unumquodque eodem genere, quo colligatum est, potest dissolvi, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. juris*, Item quia hujusmodi litteræ manutenentiæ non tribuunt possessionem, sed jubent possessorem manuteneri in possessione, in qua est, & per consequens revocatis litteris manutenentiæ, non revocatur possessio, sed tollitur mandatum factum de manutenendo, ita quòd possessio remanet in eodem statu, in quo partes erant ante concessionem dictarum litterarum, & sic nulli partium fit injuria, ita Michael Ferrer *part.3. observant. capit.415.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.2. tit.46. cap. 3. numer.7.*

Commissa causa manutenentiæ Doctori Regiæ Au- 46
dientiæ, tractanda est summariè, *modo contento, in constit. 1. tit. de manutenen.* Non solum quando petitur revocatio manutenentiæ per antiquiorem possessorem beneficii, sed etiam quando revocatio manutenentiæ petitur cum exhibitione tituli beneficii, & declaratione Judicis Ecclesiastici competentis super proprietate, vel possessione beneficii, semper sum-

ſummariè cauſa manutenentiæ tractanda eſt, Oliba *de jure fiſci c.*15. *numer.*29. Cancer. *part. var. c.*14. *n.*29. & 30.

47 Si beneficiatus, qui eſt in antiquiori, ſeu anteriori poſſeſſione beneficii, antequam per Judicem Eccleſiaſticum ſit cognitum de proprietate, ſeu poſſeſſione beneficii, petat revocationem primæ manutenentiæ conceſſæ illi, qui habet juniorem ſeu poſteriorem poſſeſſionem beneficii, & novas litteras manutenentiæ ſibi concedi. Solet noſter Senatus ita declarare, pro ut obſervavit concluſione ſecuta 21. Junii 1527. referente Magnifico Joanne Sunjer contra Franciſcum Alzedar Presbyterum, & in favorem Damiani Bartholomæi ſuper beneficio inſtituto in Eccleſia ſeu Monaſterio Vallisbonæ ſub invocatione omnium Sanctorum, in qua declaratione neutra pars in expenſis condemnata fuit, ut vidi in Regio archivio in libro concluſionum civilium anni 1527. *fol.* 59. *pag.* 2. & concluſione ſecuta die 14. Octobris 1528. referente dicto Magnifico Joanne Sunyer in favorem Balthazaris del Rio Epiſcopi Scalen. contra Antonium de Ulmis, & Joannem Franciſcum de Ulmis ſuper Archidiaconatu Majoris Eccleſiæ Elnen. In qua prædicti Antonius de Ulmis, & Joannes Franciſcus de Ulmis fuerunt in expenſis condemnati, ut legi in archivio Regio in libro concluſionum anni 1528. *fol.* 64. & die 16. Auguſti 1631. concluſione ſecuta, referente Magnifico Hieronymo Dalmau in favorem Antonii Callar Clerici Vicen. Diœceſis, contra Franciſcum Ferrer Canonicum Eccleſiæ Barcinonæ ſuper poſſeſſione Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Grañena Vicen. Diœceſis, in qua dictus Franciſcus Ferrer fuit in expenſis condemnatus, ut vidi in Regio archivio in libro concluſionum civilium anni 1531. *fol.* 56. alias declarationes tradit Michael Ferrer *part.* 3. *obſerv. capit.* 415. & modernè concluſione ſecuta die 7. Februarii 1667. referente Magnifico Alexio Triſtany in favorem Pauli Planes Clerici contra Joannem Codina Presbyterum ſuper poſſeſſione Rectoriæ Parochialis Sancti Irci termini del Pinell. Celconen. Diœceſis, ſententiam refert Don Petrus de Amigant ad Pegueram *in praxi Civil. rubric.* 31. *fol. mihi* 457.

48 Si quidem poſſeſſio antiquior ſeu anterior eſt manutenenda, eo quia poſſeſſio junior, ſeu poſterior præſumitur clandeſtina, & turbativa, *capit. licet cauſam de probat.* Burat. *dec.*249. *numero* 13. *& dec.*529. *n.* 4. *& dec.*746. *num.* 2. Menoch. *de retinenda poſſeſſ. remed.*3. *n.*723. Duran. *dec.*407. *n.*2. Gratian. *diſcep. foren. c.*526. *n.*43. *& c.* 910. *num.*12. Garcia *de benef. par.* 2. *cap.*10. *numer.*212. Ludoviſ. *deciſ.* 203. ubi Beltramin. *num.*6. idem Ludoviſ. *dec.*549. *num.*1. Fontanella ad Burat. *deciſ.*342. *num.*4. Thomat. *deciſ.* 120. *num.* 11. *part.* 1. *& dec.* 177. *n.*4. *&* 27. *& dec.*216. *à num.*10. *& deciſ.* 288. *num.*1. *&* 4. *part.*2. Fontanella *dec.*322. *num.*2. *&* 3. *part.*2. Auguſtinus Barboſa plures citat *in cap. licet cauſam n.*12. *&* 17. *de probat.* benè exornat Ciroccus *diſcep.* 78. *à numero vigeſimo quarto*, latiſſimè Poſtius *de manuten. obſer.*17. *à num.*2. ubi *numero* 16. ampliat procedere etiam in beneficialibus.

49 Nota unum, quod fuit declaratum per Magnificum Alexium Triſtany in cauſa manutenentiæ ſupra relata *numer.*47. *in fine*. Quòd in beneficialibus ſufficit apprehendere poſſeſſionem beneficii per amplexum altaris, & alios actus, qui fiunt in Eccleſia, & etiam per tactum annuli Eccleſiæ clauſæ, ut cenſeatur acquiſita poſſeſſio, non ſolùm Eccleſiæ, ſed omnium rerum, & jurium illius, ex Cancer. *part.* 3. *var. cap.*14. *ſub num.*53. Poſti. *de manuten. obſer.* 21. *num.*15. ſi fiat in præſentia habentis poteſtatem inducendi in poſſeſſionem, pro ut etiam concurrebat in dicta ſententia referente dicto Magnifico Alexio Triſtany lata, ſic intelligit, & declarat idem Poſtius *de manuten. obſer.*21. *ſub num.* 15. *& deciſ.* 175. *nu.*2. *&* 3. & licèt ſententia lata referente dicto Magnifico Alexio Triſtany fuerit in alia Aula commutata referente Magnifico Didaco de Ferrer 29. Maii 1668. non fuit ex hoc, ſed ex alio motivo, ut videre quis poteſt ex ſententia commutatoria relata per Don Petrum de Amigant ad Pegueram *in praxi Civili rub.*31. *fol. mihi* 458.

Pariter ſi beneficiatus petit revocare manutenen- 50
tiam, & ſibi concedere, per exhibitionem titulorum beneficii, & declarationem Judicis Eccleſiaſtici competentis ſuper proprietate, aut poſſeſſione beneficii, cum manutenentia tantùm duret, quouſque per Judicem Eccleſiaſticum competentem cognitum ſit de proprietate, ſeu poſſeſſione beneficii, *ut dixi numero* 17. Solet noſter Senatus ita declarare, prout obſervavit concluſione ſecuta 20. Martii 1526. referente Magnifico Vincentio Gibert in favorem Bartholomæi Cortit Presbyteri contra Petrum Ferrer Presbyterum ſuper Rectoria Eccleſiæ Parochialis loci de Hoſtafranco Urgellen. Diœceſis, in qua neutra pars fuit in expenſis condemnata, ut legi in archivio Regio in libro concluſionum Civilium anni 1526. *fol.* 44. Et concluſione ſecuta die 1. Junii 1534. referente Magnifico Joanne Paſchal in favorem Michaelis Puig Clerici jurium profeſſoris contra Joannem Laurentium de Marymon aſſertum Clericum filium Georgii Benedicti de Marymon Civis Barcinonæ ſuper Abbatia Monaſterii Beatæ Mariæ de Sarrateix in commendam conceſſa dicto Michaeli Puig à Sanctiſſimo Domino Papa Clemente VII. & declaratum, quòd dictus Gregorius de Marymon ſolveret expenſas, quæ notabilis eſt, & eam legi in Regio archivio in libro concluſionum Civilium añi 1534. *fol.* 28. aliam declarationem magis modernam tradit Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in praxi Civili rub.*15. *in formulis numer.*8. *fol.* 68. aliam moderniorem videbis *infra numer.* 53. & noviſſimè die 3. Decembris 1685. referente erudito Don Joſepho Paſtor in cauſa infra referenda *numero* 52. *in fine*.

Limita 1. ut procedat, quando Judex Eccleſiaſti- 51
cus procedit, & ſententiam profert ſuper beneficio cum cognitione cauſæ, citatis, vocatis, & auditis partibus, tunc per Senatum revocandæ ſunt primæ litteræ manutenentiæ, & concedendæ illi, qui obtinuit coram Judice Eccleſiaſtico, ad Cancer. *part.* 3. *var. capite* 14. *num.*18. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.*2. *tit.*46. *cap.*3. *numer.*2. *Verſ. Lata juris ordine.* ſic que fuit obſervatum in deciſionibus noſtri Senatus 54
*num.*50. Secus autem ſi Judex Eccleſiaſticus procedit ſine cauſæ cognitione, non citato, vocato, nec audito illo, cui primæ litteræ manutenentiæ fuerunt conceſſæ, quo caſu per Senatum noſtrum declaratur locum non eſſe revocationi litterarum N, conceſſarum, non obſtante ſententia per Officialem, & Vicarium Generalem Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus D. in favorem B. lata, cum non monſtretur prædictum N. fuiſſe vocatum, citatum, nec auditum. Ita fuit per Senatum deciſum, concluſione ſecuta 22. Junii 1527. referente Magnifico Joanne Sunjer in favorem Damiani Bartholomæi contra Antonium Alzedar ſuper beneficio inſtituto in Eccleſia, ſeu Monaſterio Vallisbonæ ſub invocatione Omnium San- 55
ctorum, vidi in archivio Regio in libro concluſionum Civilium anni 1532. *fol.*59. *pag.*2. Et in ornatum plures laudant, & multis deciſionibus Rotæ exornant, Omnino videndi Ciroccus *diſcep.* 78. *numero* 34. 35. & 36. Poſtius *de manuten. obſerv.* 12. *à numero* 1. juncto *numero* 57. & in terminis Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.* 2. *tit.* 46. *capit.* 3. *numero* 7. *verſic. Per Judicem competentem*.

Limita 2. ſi à Sententia lata per Judicem Eccle- 52
ſiaſticum ſit appellatum, & ipſe Judex Eccleſiaſticus appellationi detuliſſet, quo caſu per Senatum primæ litteræ manutenentiæ non ſunt revocandæ, quia perindè habetur, ac ſi nulla ſententia per Judicem Eccleſiaſticum lata fuiſſet, ſic Cancer. *part.* 3. *var. c.* 14. *numer.*16. *verſic. Nam* ubi; ſecus tamen dicendum eſt, ſi Judex Eccleſiaſticus non detuliſſet appellationi, ſed ſententiam per eum latam debitæ executioni mandare juſſiſſet, nam tunc non obſtante appellatione, primæ litteræ manutenentiæ ſunt

per

per Senatum revocándæ, & novæ litteræ manutenentiæ concedendæ illi, qui obtinuit sententiam Judicis Ecclesiastici, Cancer latè tradit *parte* 3. *var. capitul.* 14. *à numero* 10. *versicul. Super quo*. Ita fuit in Cathalonia provisum in favorem Antonii Messonada Presbyteri contra Maginum Pons Presbyterum, Omnes Vill. Bergæ super possessione beneficii Sancti Antonii fundati in Ecclesia Monasterii Sancti Petri de la Portella, Ordinis Divi Benedicti, & declaratum, quòd quælibet pars suas solveret expensas, refert Don Petrus de Amigant ad Pegueram *in praxi Civili rub.* 15. *in formulis numero* 8. *fol. mihi* 168. Et conclusione secuta die 3. Decembris 1685. referente numquam satis laudato Don Josepho Pastor, & Mora in favorem Doctoris Bernardi Comes, & Sorts Presbyteri, contra Bernardum Ribera, & Enveja Clericum super possessione beneficii fundati in Ecclesia Parochiali Sancti Jacobi Civitatis Barcinonæ sub invocatione Sanctæ Margaritæ primi nuncupati. Scriba Petro Martyre Vila.

53 Unum tamen notabile ex dicta prag. unica titulo de manutenentis, & traditis supra *numero* 17. omittendum non est. Junctis duabus Aulis civilibus Regiæ Audientiæ scilicet Cancellarii & Regentis Cancellariam resolutum fuisse die 21. Februarii 1674. posse Regentem Cancellariam revocare, in audita parte, litteras manutenentiæ concessas Canonico Nadal in beneficio fundato in Ecclesia de Manlleu contra Archidiaconum Marcadal Omnes Sedis Vicen. Eo quia dictus Archidiaconus Mercadal præsentavit sententiam latam per Archidiaconum Massart Sedis Gerundæ in favorem dicti Archidiaconi Mercadal, in, & cum qua citato, & audito Canonico Nadal declaratum fuit deffinitivè super dicto beneficio in favorem dicti Archidiaconi Mercadal, secus verò dixerunt Domini, si Judex Ecclesiasticus procedens ut merus executor declarasset, nam tunc non revocatur prima manutenentia, sed supplicatio committitur Regiæ Audientiæ, ubi parte audita, ordine judiciali omisso, & cum sola assignatione ad sententiam, deffinitivè declaratur, an manutenentia sit revocanda vel non. Et Ego addo, certum esse in hoc ultimo casu, manutenentiam primam non esse revocandam, *ex traditis nu.* 51.

54 An autem à sententia seu provisione facta in Regia Audientia super confirmatione vel revocatione litterarum manutenentiæ liceat supplicari? Respondetur, quòd sic, ut observatum tradit Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. capite* 415. & in causa referenda *numero* 55. & ita fuit resolutum junctis duabus Aulis civilibus Regiæ Audientiæ in illa causa referente dicto Magnifico Alexio Tristany, de qua supra *num.* 47. *in fine*, à qua fuit supplicatum, & causa supplicationis commissa Magnifico Didaco de Ferrer, qui ex alio motivo eam commutavit, ut dictum est supra *numero* 49. *in fine*, & ambas refert Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in praxi Civili rubric.* 13. *fol. mihi* 457. & 458.

55 Si pars, quæ succumbit in sententia seu provisione Regiæ Audientiæ super revocatione litterarum manutenentiæ, ab ea supplicat, pars, quæ obtinet revocationem litterarum manutenentiæ, petere potest sequestrum apponi coram Judice causæ supplicationis in fructibus beneficii, pro ut fuit observatum per nostrum Senatum, conclusione sequenti. Die jovis 9. Julii 1534. in Regia Audientia ibidem celebrata, Præsidente Hieronymo Albanell Regio Consiliario, interfuerunt sequentes. Hieronymus Dalmau, Franciscus Castello, Petrus Clariana de Seva, Stephanus Salvardeña, & Antonius Piquer. In facto Petri Puig procuratoris Michaelis Puig Jurium Doctoris in Romana Curia residentis ejus filii, supplicantis sequestrum apponi in fructibus Abbatiatus de Sarrateix Diœcesis Urgellen. & petit etiam articulos pro parte Joannis Laurentii de Marymon obtinentis possessionem dicti Abbatiatus in causa supplicationis pro parte dicti Joannis Laurentii interpositæ, & vertentis inter prædictas partes coram Hieronymo Dalmau Relatore oblatos Repelli, parte dicti Joannis Laurentii de Marymon contrarium prætendente, facto verbo per Dalmau. Attento quòd dicta supplicatio fuit interposita in Judicio executivo super revocatione litterarum Regiarum manutenentiæ super possessione dicti Abbatiatus, aliisque meritis processus debitè consideratis, & aliàs fuit conclusum, sequestrum petitum esse ponendum in fructibus dicti Abbatiatus, & ad id aliquam personam destinandam per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum locum Tenentem Generalem nominandam, & quòd pro his fiant commissiones, & litteræ opportunæ. Quo verò ad dictos articulos, attenta natura, & qualitate causæ, ex quibus, & aliis constat ipsos esse impertinentes, & non admissibiles, fuit conclusum, quod declaratur, ipsos esse repellendos, & ipsis repulsis, ad ulteriora dictæ causæ esse procedendum non obstantibus in contrarium deductis. Vidi in archivio Regio.

Nota denique, quòd Officiales Regiæ Audien- 56
tiæ, & alii Officiales sæculares non possunt exigere salarium aliquod pro concessione manutenentiarum, & disponit, *prag. unica titul. de manutenentiis*, Solet tamen Cancellarius, vel Regens Cancellariam pro firma litterarum manutenentiæ, si beneficium est parvi, aut exigui valoris exigere unum florenum argenti valoris decem, & septem solidorum monetæ currentis argenti Barcinonæ, si autem beneficium est magni valoris, facta proportione solet exigere pro firma litterarum manutenentiæ usque ad quinquaginta unum regale argenti currentis monetæ argenti Barcinonæ. Sicque observari mihi dixit Balthazar de Oriol, & Mercer Regius Scriba mandati, ac locum Tenens Prothonotarii, qui ante annum 1640. jam erat Officialis Secretarii Ferez. Cogitavi hanc observantiam, de qua testatur dictus locum Tenens Prothonotarii oriri ex eo. Quia prædicta Regia pragmatica loquitur de Officialibus Regiæ Audientiæ, & non de Cancellario, vel Regente Cancellariam, qui † 57
cum sint Præsidentes Aularum Civilium Regiæ Audientiæ non comprehenduntur in dispositionibus Generalibus, nisi de eis fiat expressa mentio, ad tradita per Portoles ad Molinum §. *resistentia numero* 12. 13. & 14. Bobadilla *in polit. libro* 5. *capite* 3. *numero* 62. Barbosa *voto* 88. *numero* 94. *tomo* 2. intellige si dispositiones generales onus, & gravamen continent, nam tunc speciali, & expressa nota indigent; secus si favorem respiciunt, quo casu eos comprehendunt, Cancer. *parte* 3. *var. capit.* 8. *numero* 71. 72. & 73. Dominus Vice Cancellarius Don Christophorus Crespi *in admonitione ad lectorem numero vigesimotertio*, ubi respondet Fontanella *decis.* 367. *parte* 2. Nec relevat contra istam observantiam, quòd concessio litterarum manutenentiæ sit quasi extrajudicialis. Quia in pluribus casibus extrajudicialibus Cancellarius, vel Regens Cancellariam recipit salarium pro firma.

Quando autem tractatur in Regia Audientia de 58
revocatione litterarum manutenentiæ, Relator non recipit salarium pro sententia, seu promtssione juxta *Constit.* 1. *tit.* de manutenentiis, nedum in prima instantia, ut fuit observatum in illa causa referente dicto Magnifico Alexio Tristany, de qua supra *numero* 47. quæ fuit facta sine salario, & sine clausula expensarum, ut in fine sententiarum, seu provisionum ponitur; sed nec in causa supplicationis, ut fuit observatum in illa causa referente dicto Magnifico Didaco de Ferrer, de qua supra *nu.* 47. quia, & si in Regia Audientia quandocumque fiunt sententiæ, & provisiones in prima instantia sine salario exigitur nihilominus in secunda instantia, fuit tamen per Dominos duarum Aularum Civilium resolutum, non posse practicari in hoc casu, quia cognitio erat quasi extrajudicialis.

AR-

DE GRANADA Biblioteca

ARGUMENTUM.

An Clericus in interdicto possessorio rei profanæ sive recuperandæ, sive retinendæ conveniendus sit à laico coram Judice Ecclesiastico vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Clericus in interdicto recuperandæ possessionis profanæ an sit conveniendus à laico coram Judice Ecclesiastico vel sæculari, num. 1. quidam affirmant, num. 2. sed alii negant, nu. 3. limitatur primò opinio negativa, num. 4. contrarium contra limitationem, num. 5. Conciliantur opiniones, n. 6. limitatur secundò opinio negativa, nu. 7.*

8 *Clericus in interdicto retinendæ possessionis rei profanæ potest conveniri à laico coram Judice sæculari, num. 8. limita quinque modis, num. 9. 13. 14. 15. & 16.*

10 *Pro spoliato, quis apparet se non habuisse, quando dicit se possessorem, & manutentionem petit.*

11 *Pro spoliato non censetur quis se habere ex negligentia recuperationis possessionis naturalis, nisi post lapsum decennii.*

12 *Pro spoliato, non præsumitur in dubio, quis se habere, sed debet ab allegante probari.*

17 *Clericus si obtineat in interdicto summarissimo interim contra laicum coram Judice sæculari, potest laicus coram eodem Judice sæculari prosequi declarationem possessorii plenarii contra Clericum, si in provisione interdicti summarissimi interim apponitur per Judicem sæcularem clausula reservativa, numero 17. & quid, si clausula reservativa non apponitur, numero 19. & 20.*

19 *Clausula reservativa solet apponi semper in provisione interdicti retinendæ possessionis summarissimi interim per Judicem sæcularem.*

21 *Clericus si coram Judice sæculari contra laicum provisionem seu sententiam favorabilem cum reservatione petitorii, an possit laicus coram eodem Judice sæculari contra Clericum prosequi declarationem petitorii, num. 21. quidam affirmant, ex aliquibus regulis generalibus, num. 22. sed alii negant, limitantes regulas generales inter personas diversi fori, n. 23. 24. & 25. & multo magis si Clericus intentat contra laicum merum possessorium, in quo leviores probationes requiruntur, ut in summarissimo possessorio interim, nu. 27. nisi consuetudo, & praxis Regionis aliud introduxisset, n. 27.*

28 *Clausula reservativa sine præjudicio juris tertii præservet jus tàm in petitorio, quàm in possessorio.*

29 *Clericus conveniens laicum coram Judice sæculari in causa summaria, aut super possessorio retinendæ plenario, vel super possessorio retinendæ summarissimo interim, an possit reconveniri super proprietate, & possessorio ejusdem rei.*

DECISIO CCXLI.

1 CIrca primam partem dubii. An Clericus in interdicto possessorio recuperandæ rei profanæ conveniendus sit à laico coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari?

2 Prima est opinio affirmativa, quòd Clericus in interdicto recuperandæ possessionis rei profanæ possit à laico conveniri coram Judice sæculari, & quòd Judex sæcularis possit cogere Clericum, qui laicum possessione rei profanæ spoliavit ad illam laico spoliato restituendam, ut dicunt Maranta, & Bobadilla *locis allegatis* per Dianam, & Thom. del Bene *citandos n.* 3. Peregrin. *dec.* 145. *n.* 16. & alii quos citant Thoro *in compend. dec. par.* 1. *verbo concervatorium an intentari fol.* 115. *par.* 1. Fontanel. *dec.* 322. *n.* 12. *par.* 2.

3 Secunda est opinio negativa, quæ verior est, & magis certa, quòd Clericus in interdicto recuperandæ possessionis rei profanæ conveniendus sit à laico coram Judice Ecclesiastico, & quòd Judex sæcularis non potest cogere Clericum, qui laicum spoliavit rei profanæ, ad illam laico spoliato restituendam. Tum quia Clericus, qui laicum spoliavit possessione rei profanæ, si est à possessione ejiciendus ejici debet tamquam reus, & per vim coactivam auctoritate Judicis Ecclesiastici, qui est Judex competens Clerici, non autem per Judicem sæcularem, qui est incompetens, & impotens. Tum quia in causis spolii requiritur litis contestatio, Menochius plures laudat *de recuper. posse. remed.* 15. *num.* 253. Fermosin. *statim citandus nu.* 6. sed Judex sæcularis per viam judicii nullo modo potest de Clericis cognoscere, quin incidat in pœnam *can. Clericus* 12. *quæst.* 1. Ergo, &c. Ita docent Squillante *de Privileg. Cler. part.* 6. *dub.* 1. *numer.* 73. Afflict. *decis.* 85. Carol. de Graf. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 1035. quos refert, & sequitur Diana *resol. mor. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 74. & *in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 87. Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 15. *numer.* 1. 2. & 3. Martha *de jurisdict. par.* 4. *casu* 38. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *quæst.* 23. *à numer.* 1. *ad* 8. *de constitut.* Menochius *de adispisen. posse. remed.* 4. *num.* 477. & *de recuper. posse. remed.* 15. *à num.* 223. Gratian. *discep. foren. capit.* 238. *numer.* 94. *versic. Cum etiam*, Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 34. *à numer.* 31. Sperell. *decis.* 8. *num.* 37. *lib.* 1. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 23. *versicul. Sublimita.* 2. Grivell. *decis. dolana* 128. *num.* 4. sic observatur in Cathalonia, unam decisionem Cancellarii refert Peguera *decis.* 27. *tom.* 2. alias plures decisiones tradit Fontanella *decis.* 320. *num.* 1. 2. & 3. & ultra Doctores ibidem citatos alios addit *num.* 13. 14. & 15. & *decis.* 321. *num.* 4. & 5. & *decis.* 322. *num.* 6. 7. & 12. *par.* 2. & *de pac. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 3. *num.* 44. & *tomo* 2. *clau.* 7. *glo.* 3. *parte* 10. *num.* 93. Sic in Cathalonia fuit declaratum per Rovirola Tertium, Consultoribus Pineda, Tomer, Calba de Vallesa, & Senjust 2. Aprilis 1598. in favorem Josephi Ferruz Decani, Joannis Mayol Archidiaconi, & Antonii Valenti Cantoris Ecclesiæ Calsonen. Contra Philippum Garriga, & alios super prætenso spolio bajuliarum de Sach, & aliorum officiorum à dictis Ferruz, Mayol, & Valenti facto. Et per eumdem Rovirola Tertium, Consultoribus Dalmau, Pineda, & Senjust. 14. Julii 1598. in favorem Episcopi, & Præpositorum Sedis Dertuzæ contra Guillelmum Saura, & alios Villæ de Alcover.

4 Limitatur 1. hæc secunda opinio negativa, ut procedat si fiat per viam, seu modum cognitionis Judicialis; secus si fiat per viam, seu modum cognitionis extrajudicialis, & defensionis naturalis, nam tunc potest Judex sæcularis se intromittere restituendo laicum spoliatum rei profanæ per Clericum, citando generaliter Omnes, qui sua putaverint interesse, ut cum innumeris docet Carol. de Graf. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 975. & 976. quibus addendi sunt in his terminis loquentes Afflict. *dec.* 85. Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 11. *numer.* 63. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 193. Thoro *in compen. decis. par.* 1. *verbo processus agitur fol.* 426. Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 15. *num.* 4. formam procedendi tradunt Gaspr. Anton. Thesaur. *in addit. ad decis.* 82. *patris sui, versic. Cæterum est advertendum*, Faber. *in C. lib.* 3. *tit.* 1. *dif.* 38. quia si quisquis privatus potest spoliatum juvare, ut probat Abbas *in cap. olim. num.* 1. *de restitut. spoliat.* quanto magis Princeps, & ejus Judices tamquam publicæ personæ poterunt? Præsertim adversùs spoliatorem, quantumcumque Clericum, qui ex suo delicto meliorem suam conditionem facere non potest in præjudicium tertii, ut in suo casu dicit Grivel. *dec. dolan.* 128. *n.* 11.

5 Sed contra istam limitationem tenet Menoch. *de recuper. posse. rem.* 15. *à nu.* 227. *ad* 234. Grati. *discep. foren. c.* 238. *n.* 72. 73. & 97. *in fine*, quos citat idem Carol. de Graf. *de effect. cler. effect.* 1. *n.* 976. *vers. Sed tandem*, & contra Marantam insurgunt Carol. de Graf. *de effect.*

effect. 1. *num.* 1035. Sperell. *dec.* 8. *num.* 37. *lib.* 1. & Bobad. impugnant Djana *loco citato numer.* 9. & Fontanella *dec.* 320. *num.* 1. *in fine par.* 2. & medio extrajudiciaiis cognitionis satisfacit Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 39. *num.* 19. & 20. & refert Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *quæst.* 23. *num.* 4. *vers. Vel quod, juncto nu.* 7. *de constitut.*

6 Carol. verò de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 977. in istis contrariis opinionibus, sic distinguendum esse putat, quòd aut tractatur de spolio beneficii Ecclesiastici, & tunc judex sæcularis non potest de tali negotio se intromittere; aut tractatur de spolio rei temporalis, quo casu Judex sæcularis potest de causa spolii contra Clericum spoliantem cognoscere, & spoliatum restituere.

7 Limitatur 2. hæc secunda opinio negativa, in illis Regnis, & Provinciis, in quibus de consuetudine à tempore immemoriali solent judices sæculares cognoscere etiam inter Clericos de spolio per eos commisso, Thesaur. *decis.* 82. ubi Gaspar. ejus filius *in addit.* Faber *in Cod. lib.* 1. *tit.* 3. *defin.* 55. & *lib.* 3. *tit.* 1. *def.* 38. Grivell. *decis. dolana* 128. & alii ex citatis *dec.* 140. *numero* 17. *hac part.* 4.

8 Circa secundam partem dubii. An Clericus in interdicto retinendæ possessionis rei profanæ conveniendus sit à laico coram judice Ecclesiastico, vel sæculari? Resp. quòd potest conveniri coram Judice sæculari, ut latissimè in propria causa pluribus rationibus probat, contraria proponit, & illis respondet, omnino videndus Fontanella *dec.* 320. 321. & 322. *parte* 2. & plures laudat *dec.* 341. *num.* 30. *par.* 2. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Consultoribus Cordellas, & Sala 11. Martii 1578. in favorem Magdalenæ de Gualbes contra Archiepiscopum Tarraconæ. Et per Magarola Tertium, Consultoribus Roca, & Amell 5. Junii 1621. contra Michaelem Joya obtinentem beneficium fundatum sub invocatione Beatæ Mariæ in Ecclesia Villæ Castellionis Empuriarum ratione procedimentorum in Curia sæculari Regiæ Audientiæ factorum in causa in dicta Regia Audientia vertenti super interdicto retinendæ per dictum Clericum agentem intentato. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Carreres, Mir, & Pexò 13. Julii 1629. contra Don Franciscum Llordat Abbatem Sancti Petri Bissulduni, & OEconomum dicti Monasterii, in favorem Joannis Petri Fontanella I. V. Doctoris Civis Barcinonæ, prætendentis, se turbari, & molestari per dictum Abbatem, & Conventum in possessione in qua existit scribaniæ, sive Notariæ publicæ dictæ Villæ Bisulduni nuncupatæ Monasterii Sancti Petri ejusdem Villæ, quam refert Fontanella *dec.* 322. *num.* 19. *parte* 2. Et per nostrum Senatum in favorem Nobilis Didaci Meca contra Fratrem Don Gasparem Casamijana Abbatem Rivipulli referente Magnifico Francisco Vidal y Roca provisione facto verbo facta die 3. Aprilis 1669. Scriba Pellicer.

9 Limitatur 1. ut procedat, quando laicus intentans interdictum retinendæ possessionis rei profanæ contra Clericum dicit se possidere, & manutentionem petit in possessione, in qua est, quo casu Clericus in interdicto retinendæ possessionis rei profanæ conveniri; potest à laico coram judice sæculari; secus si laicus habuisset se pro spoliato, fatendo se spoliatum, nam tunc Clericus in interdicto retinendæ possessionis rei profanæ conveniri debet coram Judice Ecclesiastico Fontanella *dec.* 320. 321. & 322. *par.* 2.

10 Nota quòd pro spoliato, quis apparet se non habuisse, quando dicit se possessorem, & petit manuteneri, Ludovis. *dec.* 307. *nu.* 12. Fontanella *dec.* 322. *num.* 6. *part.* 2. Postius de *manuten. obser.* 17. *à nu.* 9.

11 Item pro spoliato non censetur, quis se habere ex negligentia recuperationis possessionis naturalis, nisi post lapsum decennii, Ludovis. *decis.* 307. *num.* 13. ubi Bertramin. *num.* 26. Postius *de manuten. obser.* 58. *à n.* 1.

12 Et in dubio non præsumitur quis se habere pro spoliato, sed debet ab allegante probari, Ludovis. *decis.* 307. *num.* 10. Ferentil. ad Burat. *decis.* 342. *num.* 5. Postius *demanuten. obser.* 57. Fontanella *decis.* 321. *num.* 21. *par.* 2.

Limitatur 2. quando Clericus movet, & intentat interdictum retinendæ possessionis rei profanæ contra laicum coram Judice Ecclesiastico, & probat suam intentionem, quo casu tractanda est causa contra laicum coram Judice Ecclesiastico. Ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, Senjust, & Gamis die 6. Septembris 1625. in favorem Communitatis Presbyterorum Ecclesiæ Sancti Joannis Villæ Perpiniani contra Joannem Coll Mercatorem dictæ Villæ habitatorem. 13

Limitatur 3. quando laicus intentat interdictum retinendæ possessionis rei profanæ contra Clericum, & petit manuteneri, & conservari in possessione recipiendi, & exigendi pensiones alicujus censualis, & condemnari Clericum ad solvendum pensiones decursas, nam tunc causa tractanda, & remittenda est ad Judicem Ecclesiasticum. Sic fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Aleny, Rull, & Olzina 8. Octobris 1661. occasione firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per manumissores testamentorum Gasparis, & Annæ Dam, procedimentis contra eos in Curia sæculari Regiæ Audientiæ ad instantiam Michaelis Ferran Civis Honorati Barcinonæ, & Geltrudis ejus uxoris antea Serra factis, prætendentes dictos conjuges Ferrans interim lite pendente manuteneri, & conservari in possessione, seu quasi exigendi, & recipiendi pensiones duorum censualium, unius quindecim librarum, & alterius decem librarum, & condemnari dictos manumissores, & si Ecclesiasticos ad solvendum pro pensionibus decursis dictorum duorum censualium de bonis dictæ manumissoriæ ducentum septuaginta quinque libras, una cum expensis, fuit declaratum in Curia Ecclesiastica per manumissores dictorum conjugum Dams locum fuisse, & esse. Hæc declaratio in abstracto in terminis generalibus potest fundari ex latè traditis per Postium *de manuten. obser.* 57. *à num.* 40. *ad* 74. Sed in concreto, & in specie casu hujus declarationis opponuntur ea quæ tradit idem Postius *de manuten. obser.* 57. *à num.* 74. *cum pluribus sequitur.* 14

Limitatur 4. ut Clericus quamvis in interdicto retinendæ possessionis rei profanæ possit conveniri à laico coram judice sæculari, non est intelligendum privativè, & exclusivè, ut de hoc interdicto retinendæ possessionis rei profanæ cognoscere non possit Judex Ecclesiasticus, sed est intelligendum cumulativè, ut Clericus in interdicto retinendæ possessionis rei profanæ possit conveniri à laico coram Judice Ecclesiastico, ita ut locus sit prævention, per ea quæ tradit Menochius *de recupe. posse. remed.* 15. *à num.* 219. & de jure communi de hoc nullam esse dubitationem testatur Grivell. *dec. dolana* 128. *n.* 12. 15

Limitatur 5. ut procedat solum in profanis, ut Clericus in interdicto retinendæ possessionis in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus non potest conveniri coram Judice sæculari, sed coram Judice Ecclesiastico, & in his terminis loquuntur Menochius *de retinen. posse. remed.* 3. *num.* 347. Ambrosin. *de Immun. Eccles. c.* 20. *num.* 67. & 68. ut observat Fontanella *decis.* 320. *n.* 17. & *dec.* 322. *nu.* 16. *par.* 2. nisi aliud sit de consuetudine in beneficialibus in aliquibus Regnis, & Doctoribus citatis *num.* 7. & de Cathalonia *vide tradita decis.* 240. 16

Sed quid si Clericus obtineat in interdicto summarissimi interim contra laicum coram judice sæculari, an laicus coram eodem judice sæculari possit prosequi declarationem possessorii plenarii contra Clericum, ut deffinitivè super possessorio plenario jus dicatur? Resp. quòd sic, non obstante, quòd Clericus opponat fori declinatoriam, si in provisione interdicti summarissimi interim in favorem Clerici contra laicum, apponitur per Judicem sæcularem clausula reservativa, ut latè probat, contrariaque proponit, & illis respondet Fontanella *dec.* 333. & 334. *par.* 2. qui movetur ex clara doctrina, & resolutione Peregrini, qui septem rationibus comprobat, & contraria proponit, eisque respondet *de fideicom. art.* 48. *à n.* 62. *ad* 70. quem in suis terminis, & aliis similibus sequuntur Carol. de Gras. 17

de

de effect. Cler. effectu 1. *nu.* 947. Caracciol. *de foro Privileg. qu.* 18. *tota*, *signanter num.* 38. Paz *de tenuta par.* 2. *qu.* 64. *sub num.* 13. *in fine*, Cæsar. Argel. *de acquir. posse qu.* 13. *num.* 87. & 88. Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 125. *verſ. Utrum*, Fermoſ. *in cap. propoſuiſti* 19. *q.* 11. *nu.* 7. *verſ. Hinc poſſet de conſtit.* Martha *de ſucceſ. legal. par.* 4. *qu.* 16. *art.* 1. *n.* 41. & 42. Novar. *de collect. fori in* 2. *edit. par.* 1. *ſect.* 3. *q.* 56. latè etiam probat Larrea contraria proponens, & iilis reſpondens *deciſ. Granat.* 6. *tota*, Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *à nu.* 950. Cenſal. ad Pereg. *de fideic. art.* 48. *verſ. Decimonono obſervo cum ſeq. fol.* 305. Anſald. *de juriſd. par.* 3. *tit. unico c.* 16. *à num.* 29. Capi Latro *dec.* 23. *num.* 8. 9. & 10. ubi Manfrella *num.* 10. 11. *à n.* 13. Salgado *de Reg. Protec. par.* 2. *c.* 14. *numer.* 125. & 126. *& latè in labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 6. *à num.* 51. Altimar. ad Rovit. *dec.* 44. *à num.* 2. *ad* 9. Marin. *reſol. jur. lib.* 1. *c.* 206. *ſub num.* 8. *verſ. Secus vero*, ubi Rodoer. *num.* 3. 5. & 6. Thoro *in ſupple. dec. verbo Pecunia liberata à judice laico fol.* 468. Sanfel. *dec.* 2. *poſt numer.* 17. & *num.* 47. Luca *in Theat. veritatis lib.* 3. *diſc.* 58. *num.* 3. & 6. Noguer. *alleg.* 19. *num.* 134. & 135. D. Bonaventura de Triſtany collega noſter *dec.* 7. *à nu.* 9. *par.* 1. remiſſivè Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad qu.* 19. *n.* 55. conducit Poſtius *de manut. obſer.* 50. *à num.* 3. *ad* 9. quidquid Pereg. impugnent Martha *de juriſd. par.* 4. *caſu* 159. *à num.* 22. Gratianus *diſcep. foren. capit.* 238. *à n.* 93. Fermoſin. *in cap. propoſuiſti* 19. *q.* 19. *de foro comp.* quia eos expreſsè reprobant Fontanella, Larrea, Carleval, Salgado, & alii *hic citati*.

18 Clauſula reſervativa ſolet apponi ſemper in proviſione interdicti retinendæ poſſeſſionis ſummariſſimi interim per judicem ſæcularem, ut dicit Fontanella *deciſ.* 344. *n.* 7. *par.* 2. Eamque clauſulam apponi ſolitam in Cathalonia referunt Ramon *conſ.* 59. *in fine*, idem Fontanella *dec.* 334. *n.* 9. & 13. *par.* & magis modernam formulam tradunt Don Bonaventura de Triſtany *dec.* 7. *nu.* 10. *par.* 1. Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in praxi Civili rub.* 15. *in formulis n.* 9.

19 At ſi in proviſione interdicti retinendæ poſſeſſionis ſummariſſimi interim in favorem Clerici contra laicum non apponitur per Judicem ſæcularem clauſula reſervativa, tunc laicus coram eodem judice ſæculari non poteſt proſequi contra Clericum ad declarationem poſſeſſorii plenarii, ſed cauſa poſſeſſorii plenarii tractanda & remittenda eſt ad judicem Eccleſiaſticum, ut deffinitivè ſuper ea jus dicat, ut in his, & ſimilibus terminis docent Zuchard. *in l. fin. num.* 308. *Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, Menoch. *de adiſpicen. poſſe. remed.* 4 *nu.* 476. Martha *de juriſd. par.* 4. *caſu* 159. *à num.* 2. Rovit. *dec.* 44. Socin. *reg.* 10. *fallen.* 1. & 2. Caputaquen. *dec.* 174. *nu.* 4. Vivius *dec.* 526. & *dec.* 527. *nu.* 3. & 7. *par.* 4. Thoro *in compen. dec. par.* 3. *ſect.* 1. *verbo Clericus immiſſus fol.* 165. Guzman *de evid. quæſt.* 7. *à nu.* 61. *verſ. Clericus*, Hermoſilla *libr.* 52. *gloſ.* 7. *num.* 57. *fol.* 236. *col.* 2. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 961. Noguerol. *allegat.* 19. *nu.* 136. Sanfelic. *dec.* 2. *num.* 47. & *dec.* 210. Salgado *de Reg. Protec. par.* 2. *c.* 18. *à num.* 60. & *in labyrint. creditor. par.* 2. *cap.* 7. *à nu.* 42. Capicius Latro *dec.* 122. *num.* 7. ubi Manfrella *nu.* 12. & 13. Marinis *lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 106. *à nu.* 1. *ad* 8. ubi Rodoer. *nu.* 1. 2. & 5. Luca *in Teatro veritatis lib.* 3. *diſcur.* 59. *nu.* 2. Anſaldus *de juriſdc. par.* 3. *tit. unico capit.* 16. *n.* 28

20 Sed Ego invenio, quòd licèt in caſibus Peregrini *de fideicom. ar.* 48. *à n.* 62. *ad* 70. Larreæ *dec. Granat.* 6. Fontanellæ *dec.* 333. & 334. *par.* 2. erat clauſula reſervativa. Adducuntur tamen per eos plures rationes, quæ convincunt, & etiam ſi non eſſet clauſula reſervativa poſſet laicus proſequi declarationem poſſeſſorii plenarii contra Clericum, qui obtinuit contra laicum in interdicto ſummariſſimi interim. Invenio etiam, quòd Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *nu.* 247. Caracciolus *de foro Privileg. quæſt.* 19. *num.* 38. Paz *de tenuta. part.* 2. *quæſt.* 64. *num.* 13. *in fine*, qui referunt, & ſequuntnr doctrinam Peregrini nullum verbum faciunt de clauſula reſervativa. Invenio pariter, quòd Salgado *de Reg. Protec. par.* 4. *cap.* 14. *num.* 125. relata doctrina Peregrini, inquit *n.* 126. ut procedat ſive expreſsè appoſita fuerit clauſula reſervativa, ſive non, quia clauſula illa reſervativa tacitè ineſſe ſubintelligitur, *ex l.* 2. §. *ſi quis à Principe*, & §. *merito*, *ff. nequid in loco publico*, *gloſ. fin. in c.* 2. *ut lite pendente*, *gloſ. in l. fin. Cod. ſi contra jus*, & idem Salgado *nu.* 126. reprobat Martam *de juriſdic. par.* 4. *caſu* 38. *à num.* 22. & iſtum ſequitur Fermoſin. *in cap. propoſuiſti* 19. *qu.* 10. *num.* 2. *de conſtit.* Invenio denique, quòd per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Roca, Beſturs, & Rubi de Marymon 10. Septembris 1629. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica factæ per Capitulum, & Canonicos Sedis Dertuzæ procedimentis in Regia Audientia factis per Procuratores, & Syndicum Civitatis Dertuzæ intentando cauſam poſſeſſorii plenarii contra dictum Capitulum & Canonicos, in quorum favorem in eadem Regia Audientia fuit declaratum interdictum interim macellandi ad uſum, & favorem dicti Capituli, & Canonicorum, prætendentium non poſſe de poſſeſſione, in qua exiſtunt vigore dicti interdicti, & aliàs per dictam Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ in plenario judicio poſtea cognoſci, fuit declaratum, his verbis: firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Dertuzæ per Capitulum, & Canonicos Sedis Dertuzæ locum non fuiſſe, nec eſſe. Quam etiam tradit Fontanella *dec.* 344. *num.* 22. *par.* 2. & de ea meminit Don Bonaventura de Triſtany *dec.* 7. *n.* 19. *par.* 1. Sed nulla mentio in ea fit de clauſula reſervativa primę proviſionis

Utrùm autem ſi Clericus coram judice ſæculari con- 21
tra laicum obtineat in judicio poſſeſſorio proviſionem, ſeu ſententiam favorabilem cùm reſervatione petitorii, poſſit laicus coram eodem judice ſæculari contra Clericum proſequi declarationem petitorii, ut ſuper eo jus dicatur? Quidam affirmant. Tum quia judex cau- 22
ſæ poſſeſſorii, eſt etiàm judex cauſæ petitorii, cum cauſa poſſeſſionis, & proprietatis habeant eamdem cauſæ incontinentiam, & apud eumdem judicem debeant tractari. Tum quia cauſæ continentia non eſt dividenda. Tum quia judex cauſæ præparantis eſt judex cauſæ præparatæ, probant has rationes jura *in c.* 1. ubi Barboſa *nu.* 4. & *in addit. to.* 6. *n.* 1. *de cauſa poſſe. & propriet. cap.* 1. ubi Sahagun *à nu.* 82. *de ſequeſt. poſſe & fruct. l. ordinarii* 13. ubi Barboſa *nu.* 3. *C. de rei vendicat. l. nulli* 10. ubi Barboſa *num.* 1. 2. & 8. *Cod. de judiciis*, *l. ſi de vi. ff. de judi. l. exitus controverſiæ* 35. *ff. de acqui poſſe. l. Is qui deſtinavis* 25. *ff. de rei vendicat. l. liberis* 7. §. *fin. ff. de liber. cau. l.* 1. & 20. *ff. de quibus rebus*, Eugen. *conſ.* 72. *num.* 20. & 21. Menoch. *de arb. jud. caſu* 371. *num.* 8. & 9. Amat. *deciſ.* 13. *num.* 24. & 25. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controver.* 19. *nu.* 18. Maſtrill. *deciſ.* 129. *ex num.* 7. *lib.* 2. Cabedo *deciſ.* 32. *par.* 1. Gail. *lib.* 1. *obſer.* 32. *num.* 11. Garcia *de Nobilit. gloſ.* 1. §. 2. *num.* 12. Tondut. *de preven. jud. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. & *cap.* 24 *num.* 1. Cenedo *collect. ad decretal.* 94. *à nu.* 1. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 29. & 30. Poſtius *de manuten. obſer.* 6. *à num.* 2. Carleval. *de judiciis lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 954. *verſic. Præcipuum fundamentum*, Fermoſin. *in cap. fin. quæſt.* 1. *à nu.* 1. *de judiciis*, Fontanella *dec.* 333. *num.* 10. & 11. *par.* 2. Don Bonaventura de Triſtany *dec.* 7. *num.* 8. *par.* 1. Ego *dec.* 36. *num.* 2. *part.* 1.

Alii negant, & verius, quia regulæ prædictæ, quòd 23
judex cauſæ poſſeſſorii eſt etiam judex cauſæ petitorii. Quod cauſæ continentia non eſt dividenda. Et quòd judex cauſæ præparantis eſt judex cauſæ præparatæ. Limitantur inter perſonas diverſi fori. Nam tunc nullum eſt inconveniens, quòd unus ſit judex ſuper poſſeſſorio, & alter ſuper petitorio, & quòd continentia cauſæ dividatur, & quòd unus ſit judex cauſæ præparantis, & aliùs cauſæ præparatæ, *ut probat. textus expreſſus in cap. ſignificaverunt fin. & ibi notavit. gloſ. verbo ſuper propietate*, ubi Panormit. *num.* 1. Anchar. *num.* 1. & 7. Butrius *num.* 8. Felin. *num.* 8. Imola *num.* 9. Fermoſin. *quæſt.* 1. *num.* 22. & 23. *de judiciis*, *cap.* 1. *gloſ. verbo uno*, ubi Barboſa *num.* 5. & *in addit. tom.* 6. *num.* 3. Graña *à num.* 8. Balboa *à num.* 51. *de cauſa poſſe. & propriet.* Craveta *conſ.* 58. *num.* 7. Vallen. *ad tit. de cauſa poſſe. & propriet.* §. 3. *numer.* 5. Menoch. *de arb. iud. caſs* 371. *num.* 21. Franchis *dec.* 426. Maſtrill. *deciſ.* 138. *num.* 3. *lib.* 2. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 13. *nu.* 15. Cabedo *dec.* 32. *nu.* 5. *par.* 1. Carleval. *de jud. l.* 1. *diſp.* 2. *n.* 955. & 957. *verſ. Reliquum eſt igitur*,

Martha

Martha *de jurisdict. par. 4. cent. 1. casu 34. num. 23. & centur. 2. quæst. 189. num. 3. & 4.* Idem Barbosa *in l. nulli num. 3. & 4. Cod. de judiciis*, Caracciol. *de foro Privileg. quæst. 23. nume. 1.* Paz *de tenuta par. 2. quæst. 64. num. 14.* Peguera *decis. 25. nu. 1. par. 2.* Fontanella *dec. 212. num. 4. par. 1. & decis. 333. n. 12, 13. & deci. 334. n. 1. & 20. part. 2.* Don Bonaventura Tristany *decis. 7. nu. 8. versic. Limitari tamen, & nu. 12. par. 1.* Ego cum innumeris *dec. 9. nu. 73. par. 1.*

24 Nec te conturbet, quod aliqui dicunt, textum in dicto *cap. significaverunt fin. de judiciis*, agere de quasi possessione juris patronatus, de cujus proprietate non posse tractari coram judice sæculari, sic Vincentius quem refert Joan. Andreas *ibidem num. 3.* cui videtur adhæsisse Paz *de tenuta par. 2. quæst. 64. numer. 15. & 25.* eidem favere Cov. *pract. cap. 35. num. 1.* quos refert, sed non sequitur Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 956.*

25 Nam contrarium est verius, quòd res de qua agebatur *in cap. significaverunt fin. de judiciis*, erat res profana, & temporalis, agebatur enim in eo textu de electione Magistratus sæcularis, Universitatis sæcularis, ut advertunt Joan. Andræas *in eo textu nu. 3.* Barbos. *in addit. tom. 3.* Fermos. *q. 2. nu. 26.* Berojus *in rub. n. 61. de jud.* Igneus *in l. necessarios, §. non aliàs n. 544. ff. ad sillanian.* Covar. *pract. c. 33. nu. 1, vers. Nec obest*, Menoch. *de recuper. posse. remed. 15. num. 217.* Garcia *de Nobilitate glo. 1. §. 2. num. 25.* Guttier. *canonicar. lib. 1. q. 24. nu. 29.* Graña *in cap. 2. nu. 25. post glo. 1. jud.* Vega *in c. quanto nu. 70. de jud.* Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 19. nu. 19.* Carleval. *de judiciis li. 1. disp. 2. nu. 957. in prin.*

26 Absque dubio, meo parvo judicio tradita *num. 23.* sunt intelligenda, quando Clericus intentat contra laicum simpliciter merum possessorium, quod causa proprietatis non habet admixtam, neque tamquam via ad petitorium, sed imò qua facilius obtinetur in possessione, & in eo leviores probationes requiruntur (prout sufficiunt leviores probationes ad obtinendum in possessorio summarissimo interim, Ciarlin plures citat *controv. foren. lib. 1. cap. 127. num. 16.* alios addit. Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valen. c. 11. §. 5. nu. 85. & 86.* innumeros Postius *de manut. obser. 38. nu. 6.*) maximè ubi neque leges, neque consuetudo introduxerunt quamdam specialem connexionem inter possessorium, & petitorium; Nam tunc ubi actor, & reus sunt diversi fori, & judex decernens possessionem est incompetens comparatione ejus, qui futurus est reus in judicio petitorio, dividendum est judicium petitorium à possessorio, & æquè apud diversos judices de possessorio, & petitorio est tractandum, & in his terminis accipiendum esse textum *in cap. fin. de judiciis*, dicit Carleval. *de judi. lib. 1. disp. 2. num. 259.* & tradit Tondut. *de præven. judi. par. 1. cap. 24.* quem citat Don Bonaventura Tristany *dec. 7. num. 19. versic. Vel quando par. 1.* Sed ipse Dominus Tristany contrarium defendit per aliquas rationes *à nu. 20.*

27 Benè tamen aliàs verum est, quòd Judex possessorii est judex petitorii, etiam quando actor, & reus sunt diversi fori, unus Clericus, alter laicus, casu quo possessorium habet connexionem id est admixtam causam proprietatis ex consuetudine, & praxi regionis legibus Regiis introducta, ut in judicio tenutæ majoratuum Hispanorum *ex l. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. recop. & l. 5. tit. 19. lib. 4. recop.* nam tunc contra Clericum, qui obtinuit coram judice sæculari in judicio tenutæ, quod est possessorium summarissimum interim, pertinet cognitio petitorii ad eumdem Judicem sæcularem, ex latè traditis per Paz *de tenuta par. 2. c. 64.* Fermosi. *in cap. fin. quæst. 1. à num. 29. de judiciis*, & solùm in his terminis sunt intelligendi Carleval. *de jud. libr. 1. disp. 2. num. 950. 958. & 959. vers. Aliter igitur*, Don Bonaventura de Tristany *dec. 7. à num. 9. part. 1.* aliàs enim istorum dicta nullum habent fundamentum, & ex diametro se opponunt dispositioni textus *in ca. fin. de judiciis.*

28 An Clausa reservativa sine præjudicio juris tertii præserver jus, tam in petitorio, quàm in possessorio? Quæstio est dubia. In qua alii affirmant. Alii negant. Alii conciliant. Videantur Beltramin. ad Ludovinum *dec. 332. nu. 5.* Barbosa *claus. 157. nu. 11. & 12.* Postius *de manuten. obser. 50.*

Hinc tractandum erat. Utrùm Clericus conveniens 29
laicum coram judice sæculari in causa summaria, aut super possessorio retinendæ plenario, aut super possessorio retinendæ summarissimo manutentionis apud nos vocato interim possit reconveniri super proprietate, & petitorio ejusdem rei? Sed quia pertinet ad materiam reconventionis, ad eam Lectorem remitto, de qua infra *decis. seq. 242.*

ARGUMENTUM.

An Clericus conveniens laicum in causa merè Civili coram Judice sæculari possit reconveniri per laicum actione merè Civili coram eodem Judice sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Reconventionis materia est intricata, & valdè involuta, subtilis, & præclara, utilis, & practicabilis.*

2 *Reconventio quo jure sit permissa.*

3 *Reconventio quid sit.*

3 *Reconventio facta censetur, non solùm quando reconvenit actorem verbis expressis, dicendo reconveniendo peto &c. Sed etiam quando reconventio fit tacitè per equipollens faciendo mutuam petitionem, nu. 4. ac similiter reconventio facta censetur, licet reus non utatur verbo reconventionis, dummodo reus factum narraverit, ex quo resultat tacita reconventio, numero 5.*

6 *Reconventio dividitur in duas species, alia propria, alia impropria.*

7 *Reconventio propria quid sit.*

8 *Reconventio quo tempore proponi debeat de jure communi variæ sunt opiniones, num. 8. sed veritas est, quòd debet fieri ante litis contestationem, vel paulo post, num. 9. in Cathalonia fieri debet post oblationem libelli, nu. 10. in Valentia fieri debet intra triduum à die contestationis litis, nu. 17. in Regnis Castellæ proponenda est intra viginti dies à litis contestatione num. 19.*

11 *Reconventio debet fieri in Cathalonia in scriptis supplicatione, vel scedula.*

12 *Reconventio valet in Cathalonia facta intra octo dies post oblationem libelli, quamvis intra eosdem octo dies non fuerit parti intimata, sufficit intimari procuratori, qui comparuit.*

13 *Reconventio potest etiam fieri in Cathalonia, durante tempore citationis ante oblatum libellum.*

14 *Reconventio adeò fieri debet in Cathalonia infra octo dies post oblationem libelli, quod si reus in comparitione protestetur sibi salvum esse jus ad reconventionem, non poterit elapsis octo diebus actorem reconvenire.*

15 *Minor non restituitur in integrum lapsis octo diebus in Cathalonia ad faciendam reconventionem, nu. 15. nisi minor non modicè læderetur, ut quia actor esset Clericus, vel difficilis conventionis, num. 16.*

19 *Reconventio impropria quid sit.*

20 *Reconventio fieri potest multo post litem contestatam, usque ad conclusionem in causa, & usque ad sententiam & post sententiam in quacumque parte judicii, ac etiam usque ad executionem sententiæ, n. 20. ad effectum tantùm prorogationis jurisdictionis, nu. 21.*

21 *Reconventio propria non solùm prorogat jurisdictionem judicis cognoscentis de conventione, quamvis alioquin incompetentis, sed etiam ad effectum simultanei processus, ut causa conventionis, & reconventionis unica sententia terminetur.*

tur. At reconventio impropria non operatur, ut judex debeat in utraque causa conventionis, & reconventionis pari passu procedere, sed tantùm operatur effectum prorogationis jurisdictionis judicis alioquin incompetentis, n. 21. & 22. quid in Regnis Castellæ, n. 23. quid in Cathalonia n. 24

25 *Reconventio fieri potest coram judice conventionis etiam si aliàs sit incompetens ad cognoscendum de causa reconventionis, nu. 25. rationes num. 27. reconvenire potest reus actorem coram proprio judice ipsius rei, etiam si judex habito respectu ad actorem incompetens videatur ad cognoscendum de causa, super qua reconvenitur, num. 26. & 27. rationes referuntur, n. 27. 28.*

29 *Reconventio fieri debet coram judice reconventionis, nu. 29. adeo quòd reus non potest reconvenire actorem coram diverso judice, n. 30. nam natura reconventionis est, quòd fiat sub uno judice, nu. 31. nisi actor taceat, & non opponat, quo casu potest fieri reconventio coram alio judice, & valebit processus, nu. 32.*

33 *Reconventio in omnibus causis est permissa, nisi quatenus reperiatur expressè prohibita.*

34 *Reconventio coram omni judice locum habet nisi expressè reperiatur prohibita.*

35 *Clericus conveniens laicum in causa merè civili coram judice sæculari an possit per laicum actione merè civili reconveniri coram eodem judice sæculari, nu. 35. refertur opinio Panormitani, nu. 36. opinio Felini, nu. 37. Opinio Barbatiæ, & aliorum, nu. 38. opinio negativa, nu. 39. opinio affirmativa, num. 40. conciliantur opiniones numero 41. sed affirmativa opinio verior est, nu. 42. Amplia 1. ut Clericus reconventus coram judice sæculari non potest liti per eum introductæ renuntiare, num. 43. Sub amplia, num. 44. limita ampliationem, numero 45. Sublimita limitationem tribus modis, n. 46. 48. & 49. Amplia 2. ut Clericus possit reconveniri coram judice sæculari, tam ordinario, quàm delegato, num. 50. Amplia 3. ut Clericus possit reconveniri coram judice sæculari limitatam jurisdictionem habenti quoad certam summam etiam si reconventio fiat per reum de majori summa, num. 51. Amplia 4. ut Clericus reconventus per laicum coram Judice sæculari ligatur, & subjectus est legibus, & statutis sæcularibus, tam quoad ordinaria, quam quoad decisoria, num. 52. & 53. Limita, 1. data fraude per laicum, ut possit Clericum reconvenire coram judice sæculari, nu. 54. Limita 2. quando Clericus non aliter per viam conventionis, seu denuntiationis simpliciter procedit contra laicum, nu. 55. Limita 3. quando Clericus agit nomine alieno, non potest reconveniri nomine proprio, nu. 56. limita 4. quando Clericus agit nomine proprio, non potest reconveniri nomine alieno, nu. 57. limita 5. ut Clericus non possit reconveniri super re diversa, & separata à petitione, nu. 58. sed hæc limitatio impugnatur, nu. 59. limita 6. quando Clericus agit contra laicum coram judice sæculari in possessorio retinendæ plenario, non potest reconveniri coram eodem judice sæculari in petitorio, nu. 60 sed contrarium, num. 69. conciliantur opiniones num. 74. & dantur tres advertentiæ, nu. 75. 76. 77. & 78. limita 8. quando Clericus agit contra laicum coram judice sæculari in possessorio manutentionis interdicti summariissimi interim, non potest reconveniri in petitorio, coram eodem judice sæculari, num. 79. contrarium, num. 80. conciliantur opiniones, num. 81 & qtando conciliatio procedat, num. 82. 83. & 84. limita 8. quando Clericus convenerit laicum in causa merè Civili coram judice sæculari, non potest reconveniri super re spirituali, vel spirituali annexa, num. 85. limita 9. quando Clericus convenit laicum in causa merè civili coram Judice sæculari, non potest reconveniri in causa Criminali etiam Civiliter intentata coram eodem Judice sæculari, num. 86. limita 10. ubi per reconventionem veniret gravanda persona Clerici, propter quam Clericus possit incarcerari; nam tali casu reconventio non admittitur, num. 87. limita 11. quando causa reconventionis Clerici coram Judice sæculari pararet præjudicium causæ conventionis per Clericum motæ, nam tunc reconventio non procedit, num. 88. limita 12. quando Clericus reconventus coram Judice sæculari, si ab eo condemnetur, non potest fieri executio per Judicem sæcularem, nec in persona, quæ semper censetur excepta, nec in rebus Clerici reconventi, sed mittere debet litteras requisitorias ad subsidiarias Judicem Ecclesiasticum, num. 89.*

46 *Procurator ad lites non potest liti renuntiare absque speciali mandato, n. 46. & 47.*

53 *Clericus agens contra laicum in foro sæculari ligatur legibus, & statutis sæcularibus, nedum quoad ordinatoria Judicii, sed etiam quoad decisoria.*

61 *Causæ omnes possessoriæ in Cathalonia sunt summariæ.*

62 *Reconventio in causis summariis non potest fieri de causis plenariis, n. 62. contrarium, nu. 70. conciliantur opiniones, n. 74.*

63 *Dotis causa summaria est.*

64 *Reconventio non admittitur in causa dotis, nu. 64. contrarium, num. 71. conciliantur opiniones num. 74.*

65 *Censualium causa, in qua proceditur per præceptum de solvendo contra hæredes, seu bona tenentes summaria est.*

66 *Reconventio non admittitur in causa executiva, nu. 66. contrarium, nu. 72. conciliantur opiniones, nu. 74.*

67 *Depositi causa summaria est.*

68 *Reconventio non admittitur in causa depositi, n. 68. contrarium, nu. 73. conciliantur opiniones, num. 74.*

77 *Reconventio quoad utrumque effectum habet locum in Regnis, quibus omnes causæ sunt summariæ.*

90 *Corpus Ecclesiasticum potest reconveniri in causa merè Civili coram Judice sæculari.*

91 *Laicus conveniens Clericum in causa merè Civili coram Judice Ecclesiastico potest reconveniri actione pariter merè Civili coram eodem judice Ecclesiastico.*

92 *Laicus conveniens officialem seu Familiarem Sancti Officii coram Inquisitoribus Hæreticæ pravitatis in causa merè Civili potest reconveniri alia causa merè Civili coram eisdem Inquisitoribus.*

93 *Reconventio Clerici in causa merè Civili coram Judice sæculari non procedit in casibus illis in quibus proponi non potest contra cæteros laicos.*

94 *Reconventio auget salarium, n. 93. sed non mutat nec auget qualitatem, & naturam causæ, n. 95.*

96 *Excommunicatus non potest actorem reconvenire.*

DECISIO CCXLII.

REconventionis materia intricata est, & valdè involuta, ut ait Subsellius interpres Saliceti *in authent. & consequenter num. 1. in princ. Cod. senten. & interloc. omni. jud.* subtilis, difficilis, & præclara, ut existimavit Socin. relatus per Gisebertum, valdè tamen utilis, & practicabilis, ut inquit Trentacinq. *var. lib. 2. de mutu. petit. resol. 1. num. 1.* tradunt hæc Gisebert. *de reconven. cap. 1. nu. 4. 5. & 6.* Maresca *de reconvent. enarrat. 1. nu. 43.* 1

Est tamen reconventio propè modum Omni Jure permissa, Divino, Canonico, & Civili, ac Juri naturali consentanea, probant Gisebert. *de reconvent. cap. 1. nu. 7. & à n. 15.* Maresca *de reconvent. enarrat. 1. à num. 16.* 2

Varias definitiones reconventionis tradunt Doctores. 3

ctores. Tres refert Giſebertus *de reconvent. capit.* 4. *nu.* 3. plures alias cumulat Mareſca *de reconvent. enarrant.* 1. *à num.* 44. Sed mihi arridet, quòd reconventio nihil aliud eſt, quàm mutua petitio, quæ à reo fit adversùs actorem, de Jure Canonico probatur *in cap.* 1. ubi Gonzal. *nu.* 6. *de mutu. petit.* de Jure Civili *in l. Papinianus, authent. & conſequenter C. de ſenten. & interloc. omni. jud.* de Jure noſtro Cathaloniæ *in conſtit.* 1. *tit. de excep. y reconvent.* Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 13. *n.* 1. Hodierna ad Surd. *dec.* 26. *num.* 13. Reg. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. cap.* 13. §. 2. *nu.* 56. Cardoſo *in prax. jud. par.* 1. *verbo reconventio num.* 1. Tondunt. *de prævent. judi. par.* 2. *cap.* 58. *nu.* 1. Conciol. *ad ſtatut. Eugubii lib.* 2. *rub.* 15. *nu.* 1. Franchis *deciſ.* 376. Molignat. *de reconven. quæſt.* 1. *num.* 21. Fermoſin. *in rub. num.* 1. *de manu. petit.* Thoro *in compen. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo reconventio col.* 3. *ante med. verſic. Quæ juxta fol.* 36. Fontanella *deciſ.* 343. *nu.* 3. & 4. & *deciſ.* 450. *nu.* 8. *par.* 2. Don Bonaventura Triſtany *deciſ.* 7. *ſub num.* 26. *parte* 1.

4 Ex qua definitione inferto, Quòd reconventio facta cenſetur, non ſolùm, quando reus reconvenit actorem verbis expreſſis, Dicendo reconvento, ſed etiam quando reconventio fit tacitè per æquipollens faciendo mutuam petitionem, & ſic facta habet eamdem vim, ac ſi facta eſſet reconventio expreſſa, Franchis *deciſ.* 376. Fontanella *deciſ.* 343. *à num.* 3. *par.* 2. Don Bonaventura de Triſtany *dec.* 7. *num.* 26. *part.* 2. Vilaplana ad Pegueram *in conſtit. Itemne ſuper Laudemio verſic.* 7. *num.* 33. & 34. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Magarola, Carreras, & Guerau 14. Decembris 1629 in cauſa Civitatis Balagarii contra Capitulum Eccleſiæ Ilerden. Super ſervitutibus paſcendi pecora, apletandi, & adaquandi, ac etiam venandi, & lignandi, in terminis de Vallfogona, la Zayda, Timonal, & Panelles altes, qui ſunt ejuſdem Capituli, referunt Fontanella *dec.* 340. 341. 342. & 343. *ſignanter num.* 21 *par.* 2. Triſtany *dec.* 7. *nu.* 27. *in fin. par.* 1. & per Cancellarium Erill, Conſultoribus Rubi de Marymon, & Ramon 4. Novembris 1628. in favorem Syndici Civitatis Tarraconæ contra Capitulum, & Canonicos Sedis Metropolitanæ Tarraconæ, quam declarationem infra referam, *num.* 42. *verſic. quinto*, & tradit Fontanella *dec.* 343. *ſub. num.* 8. & *dec.* 345. *num.* 7. & 8. *par.* 2. & in aliis duabus declarationibus referendis, *num. ſeq.*

5 Quinimò reconventio facta cenſetur, quando reus factum narraverit, ex quo reſultet reconventio tacita, & per æquipollens, Cancer ſic obtinuiſſe teſtatur, *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 21. *in fine* & ex eo tradunt Fontanella *deciſ.* 343. *num.* 6. *in fine*, & *deciſ.* 345. *nu.* 17. *par.* 2. Triſtany *deciſ.* 7. *num.* 26. *par.* 1. Vilaplana in addit. ad Peguer. *in conſtit. Item ne ſuper Laudemio verſ.* 7. *num.* 34. Mareſca *de reconven. enarrat.* 1. *à num.* 145. notat Cutel. *deciſ.* 16. *num.* 26. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Erill, Conſultoribus Beſturs, Guerau, & Llorens 10. Februarii 1632. in favorem Nobilis Eliſabetis de Peguera, contra Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Barcinonæ, quam declarationem infra referam *num.* 42. *verſic. Quarto* & tradunt Vilaplana in addit ad Pegueram *in conſtit. Item ne ſuper laudemio verſic.* 7. *num.* 37. *in princ.* Fontanella *deciſion.* 345. *num. par.* 2. & meminit de ea Dominus Triſtany *deciſ.* 7. *num.* 27. *par.* 1. Et per Cancellarium Monferrat, Conſultoribus Paſtor, & Mora, & Portell die 7. Novembris 1687. in favorem Egregii Don Franciſci de Blanes Comitis de Centellès, contra Doctorem in Sacra Theologia Joſephum Bollò Presbyterum Rectorem Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Columbæ de Centellès, Vicen. Diœceſis, de qua infra *num.* 42. *verſic.* 7.

6 Reconventionis diviſio impugnatur à Giſeberto dicente reconventionis nullas eſſe ſpecies ſpecificas, ſed ad inſtar actionum varias eſſe diſtributiones, *de reconvent. cap.* 5. *toto* ſed latius diviſionem proſequitur Mareſca *de reconv. enarrat.* 1. *à num.* 1124. *verſic. Plurium ſpecierum cum ſeq.* Quibus emiſſis, dico. Quòd reconventio dividitur in duas ſpecies, unde cæteræ deſumi poſſunt. Nam alia eſt propria. Alia impropria, Mareſca *de reconv. enarrat.* 1. *n.* 129. Vela *diſſer.* 45. *n.* 91. *verſ. Quamquam, col.* 4. ibi: *Dixi ſingulariter*, junctо ibi: *Aliter enim fol. mihi* 334. *tom.* 2. Anſaldus *de juriſdict. par.* 3. *tit. unico capit.* 9. *num. centenſimo decimo tertio, verſ. Nec reconv.*

Reconventio propria eſt, quæ fit antè, vel in continenti poſt litis conteſtationem, Mareſca *de reconv. enarrat.* 6. *num.* 122. *verſic. Fundatur*, notat idem Mareſca in ſtricta propoſitione *de reconv. enarrat.* 3. *num.* 12. *juncto num.* 25. *verſic. Hoc eſt*, & *nu.* 112. Vela *diſſert.* 45. *num.* 91. *verſ. Quamquam col.* 4. ibi: *Dixi ſingulariter fol.* 334. *nu.* 2. 7

Eo quia de Jure communi, & valde controverſum ſit inter ſcribentes, quo tempore proponi debeat reconventio? Et variæ fuerint opiniones antiquorum, & modernorum, *ut referunt glo. in cap.* 1. *verbo reſpondere*, Panormit. *num.* 12. Socin. *num.* 39. Fermoſin. *qu.* 3. *num.* 1. & 2. *de mutu. petit.* Bartol. *in authent. & conſequenter num.* 12. *Cod. de ſentent. & interloc. Omni jud.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſt.* 6. *num.* 6. Morla *in empor jur. par.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 13. *à num.* 11. Thoro *in comp. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verb. Reconventio fol.* 34. Vela *diſſert.* 45. *num.* 91. *verſic. Quamquam col.* 6. ibi: *tamen quia tomo* 2. Giſebert. *de reconv. capit.* 19. Ommium latiſſimè Mareſca *dereconv. enarrat.* 3. *à num.* 12. *uſque ad finem*. veritas eſt, † quòd reconventio de jure communi fieri debet ante litis conteſtationem, vel paulo poſt, *gloſ. in authent. & conſequenter*, ubi communiter Doctores *Cod. de ſenten. & interlo. omni. jud.* Oliba *de actionib. part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. *in fine*, Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 2. Bellon. *de poteſt, eor. quæ fiunt in continenti cap.* 14. *nu.* 2. Thoro *in comp. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo reconv. col.* 2. *ad med. verſic. Subſequitur quod fol.* 30. & plures addit. *fol.* 42. *in prin.* Vela *diſſert.* 45. *num.* 91. *verſic. Quamquam col.* 4. *verſ. Dixi ſingulariter fol.* 314. *col.* 2. Manfrella ad Capic. Latro *deciſ.* 141. *num.* 5. & 6. & poſt longam diſputationem reſidet Mareſca *de reconv. enarrat.* 3. *à nu.* 12. 8

Sed in Cathalonia loco termini juris communis diſpoſitum eſt quòd reconventio fieri debeat infra octo dies poſt oblationem libelli, *conſtitut.* 1. *de excepcions, y reconventions*, Oliba *de actionib. par.* 1. *lib.* 3. *capit.* 4. *num.* 17. Peguera *in praxi civil. rub.* 11. *num.* 3. ubi Ripoll. *num.* 23. idem Ripoll. *variar. cap.* 4. *num.* 51. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 6. & *par. cap.* 13. *num.* 3. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæſt.* 9. *ſub num.* 241. Romaguera ad Conciol. *ad ſtat. Eugubii lib.* 2. *rub.* 15. *num.* 17. Don Bonaventura Triſtany *deciſ.* 6. *nu.* 39. *par.* 1. Mareſca *de reconv. enarrat.* 3. *nu.* 137. 10

Debet tamen in Cathalonia in ſcriptis cum ſupplicatione, vel ſchedula fieri, *conſtit.* 4. *tit. de excep. y recon.* Peguera *in prac. civi. rub.* 11. *nu.* 4. 11

Valet etiam in Cathalonia reconventio facta infra octo dies poſt oblationem libelli, quamvis infra eoſdem octo dies non fuerit parti intimata ut probat, & deciſum in noſtro Senatu teſtatur Ripoll. *var. cap.* 4. *num.* 70. in addit. ad Peguer. *in praxi civili rub.* 11. *num.* 24. & 25. ſequitur Fermoſin. *in rub. quæſt.* 15. *nu.* 3. *de mutu pet.* conducunt à tradita *deciſ.* 14. *num.* 12. *par.* 1. Dixi parti intimata, ſi ipſa reum convenerit; ſi autem reus conveniatur per procuratorem, & reus reconveniat actorem, neceſſe non habet reconventionem facere notam domino, ſed ſufficit intimari procuratori, qui comparuit, Olea *de ceſſi. jur. tit.* 7. *qu.* 4. *num.* 28. 29. & 30. videndus Altimar. *de nullit. rub.* 12. *qu.* 20. *à num.* 66. quos conſulendos dicit Romaguera in addit ad Conciol. *ad ſtat. Eugubii lib.* 20. *rub.* 15. *nu.* 30. 12

Benè tamen in Cathalonia poteſt fieri reconventio durante fortè termino citationis ante oblatum libellum, docet Oliba *de actionib. par.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 28. 13

Et adeò in Cathalonia reconventio fieri debet infra octo dies poſt oblationem libelli, quòd ſi reus in comparitione proteſtetur ſibi ſalvum eſſe jus ad reconveniendum, non poterit elapſis octo diebus actorem reconvenire, quia talis proteſtatio nihil operatur contra legis diſpoſitionem, ut ex Giurba *dec.* 108. *nu.* 4. & aliis, ſic obtinuiſſe anno 1618. tradit Cancer. *par.* 2. *var. ca.* 13. 14

num.

num. 5. Ripoll. ad Pegueram *in praxi civili rub.* 11. *nu.* 28. Mereſca *de reconven. enarrat.* 3. *nu.* 26. & 141. Barboſa *clauſ.* 142. *nu.* 1.

15 Nec minor in Cathalonia reſtituitur in integrum lapſis octo diebus ad faciendam reconventionem, quia nulla læſio conſiderari poteſt, vel ſaltem eſt modica, pro qua non datur reſtitutio, ſic per noſtrum Senatum deciſum referunt Ripoll. *var. cap.* 4. *n.* 56. & 57. & *in addit. Pegueram in praxi civi. rub.* 11. *num.* 29. *in prin.* Fontanella *de pac. nup. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 59. *verſic. Ego hucuſque*, Xammar. tres deciſiones noſtri Senatus cumulat *deſi.* 23. qui in confirmationem plura adducit in allegat. *à num.* 1. *ad* 10. & *num.* 14. Fer-

16 moſin. *in rub. quæſt.* 15. *num.* 1. *de mutu. petit.* Niſi minor non modicè læderetur, veluti quia Clericus ageret contra minorem, qui poterat Clericum reconvenire coram judice ſæculari, *ut infra num.* 33. tunc ſi minor ipſum Clericum non reconvenerit intra dictos octo dies, cum iſto caſu valdè minor læderetur, poteſt reſtitutionem in integrum implorare, & ipſa obtenta, ipſum Clericum reconvenire. Ripoll. *var. c.* 4. *num.* 58. & *in addit. ad Pegueram in praxi civili rub.* 11. *nu.* 29. *verſic. Si verò*, Fermoſin. & ſi cogitandum reliquat *in rub. qu.* 15. *nu.* 2. *de mutu. petit.* & idem quando actores, qui erant reconveniendi per minorem, eſſent difficilis conventionis, cum eſſent diverſorum fororum, & poſſent ſequi diverſæ, & contrariæ ſententiæ, & per minorem plures ſumptus faciendi eſſent, tunc etiam conceditur minori beneficium reſtitutionis in integrum propter omiſſam reconventionem infra tempus octo dierum, ita Fontanella deciſionem noſtri Senatus refert *de pac. nup. tom.* 2. *clau.* 9. *gloſ. unica par.* 2. *num.* 17. & *deciſ.* 19. *num.* 6. *par.* 1. Xam. noſter *defin.* 23. *num.* 10. *verſic. Imo*, & *num.* 11. & 12. Mareſca, & ſi in his multum diſcurrat *de reconv. enarrat.* 6. *nu.* 47.

Si plura velis addere in confirmationem prædictorum *nu.* 15. & 16. vide ex noſtris Cancer. *par.* 2. *var. c.* 1. *nu.* 301. & 302. Ripoll. *var. cap.* 4. *nu.* 42. & 43. & *in addit. ad Peguer*, *in praxi civili rub.* 9. *nu.* 49. 50. & 51 Fontanel. *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *nu.* 59. & *deciſ.* 19. *nu.* 5. & 6. *par.* 1. Romaguera in addit. ad Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 4. *nu.* 22. & 23. omnium latius Xamm. *deſi.* 13. *à nu.* 13. *cum plurib. ſeq.* ex alienigenis Lucam ad Franchis *deciſ.* 439. *nu.* 1. & 2. Fermoſin. *in cap. Paſtoralis* 4. *quæſt.* 2. *de exception.* Capi. Latro *deciſ.* 149. *à nu.* 11. ubi Manfrella *à n.* 8. qui mille alios laudant.

17 In Regno Valentiæ reconventio fieri debet intra triduum à die conteſtationis litis *forus* 1. *verſic. Ne puſque cum verſ. ſeq. de clamis non mutandis*, Reg. Matth. *de reg. Reg. Valen. c.* 13. §. 2. *n.* 54.

18 Jure Regio Regnorum Caſtellæ, reconventio proponenda eſt intra viginti dies à litis conteſtatione, *l.* 1. Azevedo *nu.* 60. *in fine*, *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.* Balboa *in cap.* 2. *nu.* 67. *in fine de ord. cogn.* Rodriguez *de exam. proceſ. cap.* 6. *nu.* 38. *verſ. Ex qua*, & *nu.* 50. Monteroſo *in ſua prac. tract.* 2. *pag.* 2. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 7. *nu.* 6. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *n.* 13. *in fine*, Fermoſin. *in c.* 1. *qu.* 3. *nu.* 11. & *qu.* 4. *nu.* 1. & 2. *de mutu. petit.* Mareſca *de reconven. enarrat.* 3. *nu.* 138. Paz *in praxi tom.* 1. *temp.* 7. *nu.* 12. Vela *diſſert.* 45. *nu.* 91. *verſ. Quamquam col.* 5. *in fine tom.* 2. Salgado *de ſuppli. ad Santiſſi. par.* 2. *c.* 9. *n.* 18.

19 Reconventio impropria eſt illa, quæ fit multò poſt litis conteſtationem, Socin. *in cap.* 1. *nu.* 97. *verſ. Aut hæc de mutu. petit.* Mareſca. *de reconven. enarrat.* 3. *nu.* 22. & *enarrat.* 6. *num.* 222. *verſic. Fundatur*, Giſebertus *de reconv. cap.* 19. *num.* 8. Cancer. *par.* 2. *var. capit.* 13. *n.* 17. Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *nu.* 13. Fermoſin. *in capit.* 1. *qu.* 3. *num.* 6. *de mutu. petit.* Vela *diſſert.* 45. *nu.* 91. *verſ. Quamquam col.* 4. ibi. *Aliter. enim. fol.* 3334. *tom.* 2.

20 Et quòd reconventio fieri poſſit multò poſt litem conteſtatam, id eſt uſque ad concluſionem in cauſa, quam nos dicimus proceſſus denuntiationem, ſed etiam uſque ad ſententiam, & ut aliqui dicunt poſt ſententiam, in quacumque parte judicii, uſque ad executionem ſententiæ, de quibus videantur textus *in cap. diſpendia*, §. *reus quoque* Anchar. *n.* 1. Franch. *n.* 5. Innocen. *n.* 4. Bald. *n.* 12. Zabarella *n.* 12; Barboſa *n.* 4. *de reſcript. in* 6. *gloſ. in c.* 1. *verbo reſpondere* ubi Barboſa *n.* 15. *de mut. pet.* Carol. de Graſ. *de effet. Cler. effectu* 1. *n.* 762. *in prin.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 7. *n.* 5. & 9. *verſ. Poſt ſententiam*, Cancer. *par.* 2. *var. c.* 13. *n.* 14 15. 16. 17. 18. & 37. Gizebert. *de reconv. c.* 19. Scialoja *de foro comp. c.* 13. *nu.* 3. Mareſca *de reconv. enarrat.* 3. Fermoſin. *in c.* 1. *qu.* 3. & 4. & *in c.* 2. *qu.* 2. *de mut. pet.* Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *nu.* 11. *verſ. Tercio opinio fuit*, & *n.* 12. Luca ad Franc. *dec.* 376. *à n.* 2. Anſald. *de juriſd. par.* 3. *tit. unico c.* 9. *à num.* 80. multos alios addit. Vela *diſſert.* 45. *n.* 91. *verſ. Quamquam col.* 4. ibi: *Aliter enim fol.* 334. *n.* 2.

Diffet verò reconventio propria ab impropria. Nam 21
reconventio propria, quæ fit de jure communi ante litis conteſtationem, vel paulo poſt, & in Cathalonia poſt octo dies poſt oblationem libelli, & in Valentia intra tres, & in Regnis Caſtellæ intra triginta dies à conteſtatione litis, non ſolùm prorogat juriſdictionem judicis cognoſcentis de conventione, quamvis alioquin incompetentis; ſed etiam ad effectum ſimultanei proceſſus, facit enim currere ſimul proceſſum, in quo fuit facta ipſa reconventio cum proceſſu cauſæ conventionis prius motæ, & debent ſimul eadem ſententia terminari, lata ſuper utroque judicio conventionis, & reconventionis, quia conventio, & reconventio propria pari paſſu ambulant, & utraque cauſa terminari debet unica ſententia, *c.* 1. ubi Bar *n.* 9. *de mut. pet.* Maſtril. *dec.* 41. *n.* 1. & 2. *par.* 1. Caſtillo *dec.* 19. *nu.* 2. & 3. *lib.* 1. Riccius *collect.* 1969. *verſ.* 3. *infero*, Muſcatel. *in praxi par.* 3. *gloſ. verbo actorem n.* 5. Rota *dec.* 39. *nu.* 3. *apud Farinac par.* 1 *recentior.* Cutel. *dec.* 16. *n.* 30. *verſ. Quibus*, Ripoll. *var. c.* 4. *n.* 74. Thoro *in comp. dec. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo reconventio*, *verſ. Subſequitur*, ibi: *Sed hoc ſane fol.* 30. Balboa *in c.* 2. *n.* 66. *de ord. cogn.* Martha *de juriſd. par.* 4. *caſu* 107. *n.* 6. Mareſca *de reconv. enarrat.* 1. *à n.* 102. *ad* 105. & *reconv.* 3. *à n.* 149. ſic intelligendi Ciarlin. *contr. for. c.* 73. *n.* 11. *libri.* 1. Golinus *de procurat. par.* 4. *c.* 4. *n.* 11. ſequitur namque reconventio conventionem ſicut umbra corpus, ut dicit Fontan. *dec.* 449. *n.* 23. & ex eo tradit Mareſc. *de reconv. enarrat.* 1. *nu.* 117.

At reconventio impropria, quæ fit multò poſt litem 22
conteſtatam, non operatur, ut judex debeat in utraque cauſa conventionis, & reconventionis, pari paſſu procedere, & utramque una ſententia terminare; ſed tantùm operatur effectum prorogationis judicis alioquin incompetentis, ut actor reconventus teneatur ſtare juri, & aſſiſtere judicio coram judice, quem ipſe elegit, *c. diſpendia*, §. *reus quoque*, ubi Franc. *nu.* 5. Barboſa *nu.* 4. *de reſcrip. in* 6. idem Barboſa *in c.* 1. *n.* 15. *verſic. Licet verum ſit de mutu. petit.* Giſebert. *de reconv. c.* 9. *n.* 8. Riccius *collect.* 2287. *verſ. Reconventio tamen*, Manfrella ad Capi. Latro *dec.* 141. *n.* 5. & 6.

Hanc differentiam inter reconventionem propriam, 23
& impropriam docent, & probant Maranta *de ordi. judic. par.* 4. *diſt.* 6. *nu.* 56. & 10. Franchis *dec.* 376. *nu.* 3. ubi Luca *à nu.* 1. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13 *nu.* 13. Oſaſcus *dec.* 1. *nu.* 11. *in fine*, Coſta *de reme. ſubſid. remed.* 120. *nu.* 21. & 22. Conciol. *ad ſtat. Eugub. l.* 2. *rub.* 5. *n.* 2. 3. & 4. Pet. Barboſa *in l. qui prior. à nu.* 7. *junctis traditis à nu.* 20. *ff. de judi.* Giurba *dec.* 7. *nu.* 3. Carleval. *de jud. l.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 6. *n.* 27. & *diſp.* 7. *n.* 2. 3. 4. & 5. Giſebert. *de reconvent. cap.* 20. *num.* 2. & 3. Duran. *dec.* 375. *nu.* 19. & 21. Rota *dec.* 209. *num.* 8. *par.* 6. *recen.* Pereg. *dec.* 42. *n.* 20. Tondut. *de præven. jud. par.* 2. *c.* 58. *à nu.* 2. Hodier. ad Surd. *dec.* 26. *nu.* 24. Cardoſo *in praxi verbo reconventio n.* 2. & 4. Bellon. *de poteſt. eor. quæ fiunt incontinenti lib.* 1. *c.* 14. *n.* 2. 3. & 4. Trentacinq. *var. lib.* 1. *de mutu. petit. roſol.* 1. *n.* 4. & 5. Vivius *dec.* 118. *nu.* 1. & 2. Novarius *de elect. fori ſect.* 1. *qu.* 15. *nu.* 8. & 9. Thoro *in comp. dec. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo reconventio fol.* 29. & *verbo reconv. col.* 3. *in fine. ver. Ex contrario cum ſeq. fol.* 31. & *verbo reconv. fol.* 34. & *verbo reconv. col.* 2. *verſ. Inſinuare fas putavi uſque ad finem omnium videndus fol.* 38. & *in addit. fol.* 41. & *verbo Terminus fol.* 327. Ambroſ. *de Imm. Eccl. c.* 20. *n.* 38. & 39. Squillante *de priv. Cler. c.* 7. *n.* 63. & 64. Auguſt.

Barboſa

Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 143. & 144. Marinis ad Reverter *decis.* 413. *num.* 1. 2. & 3. Muta *dec.* 12. *num.* 22. Scaccia *de re judicata glo.* 7. *qu.* 4. *in spec.* 3. *num.* 48. Rodriguez *de examin. proces. cap.* 1 *num.* 50. Vallen. *in rub. de mut. petit.* §. 3. *nu.* 1. Maresca *de reconv. enarrat.* 3. *num.* 36. & 146. Vela *dissert.* 45. *num.* 91. *versic. Quamquam col.* 4. *versic. Dixi singulariter fol.* 334. *tom.* 2. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 762. Caracciolus *de foro privil. quæst.* 16. *nu.* 12. & 13. Scialoja *de foro compet. cap.* 13. *num.* 3. *versic. Sed deffert*, Salgado *de suppli. ad Santissim. par.* 2. *cap.* 9. *à num.* 14. & *cap.* 14. *num.* 38. Ansaldus *de jurisdict. par.* 3. *tit. unico cap.* 9. *à num.* 82. *juncto num.* 113. latè & benè Fermosin. *in cap.* 1. *quæst.* 3. *à nu.* 3. *ad* 19. ubi Gonzalez *nu.* 6. *de mut. petit.* ex nostris Oliba *de action. par.* 1. *tit.* 3. *cap.* 4. *num.* 18. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 13. *nu.* 9. *junctis traditis num.* 14. 15. 16. 17. & 18. Fontanella *dec.* 344. *à n.* 17. *par.* 2.

23 Secundum membrum distinctionis de jure communi benè procedit. An autem procedat in Regnis Castellæ, quando reconventio fit post viginti dies à litis contestatione? Affirmant Fermosin. *in cap.* 1. *quæst.* 4. *n.* 3. & 4. *de mutu petit.* Vela *dissert.* 45. *n.* 95. *col.* 6. *vers. Proinde tom.* 2. negant Azevedo *l.* 1. *nu.* 60. & 6. *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.* Monteroso *in prax. tract.* 2. *par.* 2. quos citatos Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 7. *n.* 6.

24 In Cathalonia enim, si reconventio fiat post octo dies post oblationem libelli, benè procedit quoad effectum prorogationis judicis quamvis incompetentis, Oliba *de actionib. lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 4. *à num.* 19. Fontanella *dec.* 345. *num.* 8. *versic. Quarto par.* 2. Dominus Tristany *dec.* 7. *num.* 39. *par.* 1. intelligi si actor reconventus taceat, & non contradicat, nec opponat de lapsu temporis, eo autem invito, sive tacitè, sive expresè, vel eo contradicente, aut opponente de temporis lapsu, si reconventio fuerit facta post octo dies post oblationem libelli, reconventio non est admittenda, etiam ad effectum prorogationis judicis, Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 4. & 19. Ripoll. *var. c.* 4. *n.* 55. & *in addit. ad Pegues. in praxi civili rub.* 11. *n. nu.* 26. & 27. Romaguera in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugu. lib.* 2. *rub.* 15. *num.* 18. Fermosin. *in cap.* 1. *qu.* 4. *nu.* 9. *de mutu. petit.* & ex Cancerio tradunt Maresca *de reconv. enarrat.* 3. *nu.* 143. Thoro *in compen. dec. par.* 3. *sect.* 3. *verbo reconven. col.* 2. *in fide*, Hodierna ad Surd. *dec.* 26. *nu.* 26. & in terminis juris communis scribunt Socin. *in c.* 2. *num.* 97. *col. fin. in prin. vers. Aut quærit utrum fieri possit de mut. petit.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 6. *num.* 6. *ad medium*, Surd. *cons.* 313. *num.* 11. quos citat Maresca *de reconvent. enarrat.* 3. *nu.* 22. Ambrosin. *de Immun. Eccl. cap.* 20. *num.* 39. *in fine*, Squillante *de Privil. Cler. cap.* 7. *num.* 64. August. Barbosa *de jure Eccl. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 243. Martha *de jurisd. par.* 2. *cap.* 107. *num.* 6. Ancarrant Hondet. & Intrigliol. quos citat, sed non sequitur Thoro *loco statim allegando*. Et licèt contrarium teneant Franchis. *dec.* 376. *in fine*, Thoro *in compen. dec. par.* 3. *sect.* 3. *verbo reconventio in addit. col.* 3. *versic. Et quamvis aliqui fol.* 32. sed quidquid isti Doctores disputent in terminis juris communis, loquor respectu Constitutionis nostræ, sic Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 13. *numer.* 21. *versic. quidquid*. Sub intellige, & subdeclara, si reus super reconventione articulaverit, & probationes fecerit, actore non opponente, nec contradicente, nisi post probationes factas, nam tunc super reconventione tenetur judex ferre sententiam, Cancer. *par.* 2. *var. ca.* 13. *n.* 4. & 20. Maresca *de recon. enar.* 3. *n.* 143.

25 His præhabitis, conclusio notabilis est, quòd reconventio fieri potest coram judice Conventionis, etiam si aliàs sit incompetens ad cognoscendum de causa reconventionis, *l. cum Papinianus authen. & consequenter, Cod. de sentent. & interlocut. omni. jud.* Sic Petrus Barbosa *in l. qui prior.* 29. *nu.* 10. *ff. de jud.* Trentacinq. *var. lib.* 2. *de mutu. petit. resol.* 1. *num.* 51. Cardoso *in prax. jud. verbo reconvent. num.* 5. Fermosin. *in rub. qu.* 4. *n.* 2. & 3. *de mut. pet.*

26 Ita quòd reus potest reconvenire actorem coram proprio Judice ipsius rei, etiam si is judex habito respectu ad actorem sit incompetens, *glos. fin. in cap.* 1. *de mut. pet.* Pet. Barbosa *in l. qui prior.* 29. *num.* 28. *ff. de jud.* Thoro *in compen. decis. par.* 3. *sect.* 3. *verbo Reconventio col.* 4. *vers. Verum enim verò fol.* 31. Maresca *de reconv. enarrat.* 2. *nu.* 92. Riccius *collect.* 112. Faber. *in C. l.* 3. *tit.* 1. *dif.* 39. Conciol. *ad stat. Eugu. l.* 2. *rub.* 15. *n.* 6. Regens Mattheu *de Regi. Reg. Vale. c.* 13. §. 2. *n.* 53 Scialoja *de foro comp. c.* 13. *nu.* 1. Don Bonaventura de Tristany *dec.* 7. *sub n.* 29. *par.* 1.

Rationem assignat textus *in dicta l. Papinianus* 14. *C.* 27 *de senten. & interloc. omni jud.* quòd cujus judicis actor observat judicium, eum contra se habere judicem non designetur, *concordat. can. accusatores* 3. *quæst.* 8. Panormit. *in c.* 1. *num.* 2. *de mut. petit.* Bartol. *in authen. & consequenter nu.* 3. *C. de sentent. & interloc. omn. judic.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 6. *n.* 13. & *in l. si actor. num.* 43. *ff. de procurat.* Trentacinq. *var. lib.* 2. *de mutu. petit. resol.* 1. *nu.* 56. *in fine*, Cutel. *dec.* 16. *n.* 11. Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *nu.* 5. *in fine*, Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 747. *vers. Pro qua*, Merlin. *controv.* 23. *n.* 26. *to.* 2. Marinis *to.* 2. *resol. jur. c.* 179 *nu.* 6. Carocius *excep.* 22. *q.* 5. *nu.* 2. Manfrella ad Capi. Latro *dec.* 141. *nu.* 1. latè & doctè Petrus Barbosa *in l. qui prior* 29. *à nu.* 11. & 79. *ff. de jud.* Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *q.* 54. *n.* 8. *in fine*, Gizebert. *de reconv. c.* 11. *nu.* 5. Ansald. *de jurisd. par.* 3. *tit. unico c. à nu.* 52. Caracciol. *de foro Privil. qu.* 16. *nu.* 4. Fermosin. *in rub. q.* 4. *nu.* 9. *de mutu. petit.* Scialoja *de foro comp. c.* 13. *nu.* 1. *in fine*.

Fundatur hæc ratio in publico favore, ut finis liti- 28 bus imponatur, *cap. finem litibus, de dolo, & contu.* sic Anchar. & Larata, quos refert, & sequitur Cutel. *dec.* 16. *num.* 12. addo Morlam *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13 *n.* 6. ac ad evitandas litium expensas, Maresca post alios *de recon. enarr.* 2. *nu.* 104. & ne reus possit trahere actorem ad alia judicia, & sic eum perturbare, & deviare, ne actor coram primo judice agat, & litem prosequatur, *juxta tex. in l. si idem*, §. *quid si mutuæ ff. de jurisd. omn. jud.* sic Bartor. *in authen. & consequenter nu.* 3. *vers. Secunda ratio est*, *C. de senten. & inter. om. jud.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 747. *ver. Alia potest esse*, Panormit. *in c.* 1. *n.* 2. *in fine de mut. pet.* Costa *de remed. subsid. remed.* 120. *n.* 19. Caracciol. *de foro priv. q.* 16. *num.* 5.

Quinimò per hoc reconventio fieri debet coram ju- 29 dice conventionis, *c.* 1. ubi Barbos. *n.* 2. *de mut. petit.* idem Barbos. *de jure Eccl. uni. lib.* 1. *c.* 39. §. 2. *n.* 137. *in fine*, *vers. Reconv. enim*, & *in repertorio verbo reconv. in prin.* & alii citati *n.* 25. Maresca *de reconv. enarrau.* 9. *num.* 86.

Adeò quòd reus non potest reconvenire Actorem co- 30 ram diverso judice, *c. dispendia*, §. *reus quoque, de rescr. in* 6. *l. si idem*, §. 1. *ff. de jurisd. om. jud.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 6. *n.* 14. Card. *in prax. jud. verbo recon. n.* 5. *in fine*, Muscatel. *in prax. par.* 3. *glo. actorem n.* 4. Pet. Barbosa *in l. qui prior* 29. *n.* 19 *ff. de jud.* Cutel. *dec.* 16. *n.* 12. *vers. Et per hoc* Maresca *de recon. enarrat.* 1. *n.* 177

Augus. Barb. *in c.* 1. *nu.* 3. *de mut. petit.* Quia natura † 31 reconventionis est, quòd fiat sub uno judice, Surd. *cons.* 396. *n.* 3. *vol.* 3. Scaccia *de re jud. glo.* 7. *q.* 4. *spec.* 2. *nu.* 49. & 58. Ambrosin. *de Imm. Eccl c.* 20. *n.* 36. *ver. Quia circa*, Thoro *in comp. dec. par.* 3. *sect.* 3. *verbo recon. in addit. in fine fol.* 42. Nisi actor taceat † & non opponat, 32 quo casu potest fieri reconventio coram alio Judice, & valebit processus, Pareyra *de resol. emph. ca.* 17. *nu.* 10. *vers.* 14. Menochius *lib.* 2. *præsum.* 46. *n.* 23. Barb. *in c.* 1. *n.* 3. *de mut. pet.* Cancer. *par.* 2. *var. c.* 13. *n.* 18.

Inde ait Lupus *allegat.* 67. *nnm.* 6. *vers. Quæro pœne*, 33 quem sequitur Tuschus *prac. concl. verbo recon. concl.* 61 *n.* 1. & ex eis refert Cutellus *dec.* 16. *n.* 12. *in fine*, quòd reconventio est de Jure communi in omnibus causis permissa, nisi quatenus reperiatur expresè prohibita, *l. nec non* §. *quod eis ff. ex quib. causis maior.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 6. *n.* 35. *vers. Venio* ad tertiam Fenson. & Pijola quos citat Conciol., *ad stat. Eugu. lib.* 2. *rub.* 15. *n.* 16. Ansaldus *de jurisd. par.* 3. *tit. unico c.* 9. *n.* 60. Maresca *de recon. enarrat.* 5. *nu.* 1.

Similiter reconventio regulariter coram omni Ju- 34 dice locum habet, nisi expresè reperiantur prohibita, *per regulam l. cum Papinianus* 14. *C. de sent.*

& interloc. om. jud. can. accusatores versi. Cujus in agendo 3. *quæst.* 8. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *de mut. petit. resol.* 1. *numer.* 44. Gisebert· *de reconvent. quæst.* 24. *nu.* 1. Maresca *de reconven. enarrat.* 2. *nu.* 13. *& enarrat. n.* 2. Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 6. *nu.* 13.

35 Difficultas verò est. An ista conclusio, & ratio in ejus conformationem adducta *à num.* 24. procedat, quando actor, & reus sunt diversi fori, hoc est, quòd actor sit Clericus, & reus laicus. Ut si Clericus conveniat laicum in causa merè Civili coram Judice sæculari, possit laicum actione pariter merè Civili Clericus reconveniri coram eodem Judice sæculari? Quæ quidem quæstio est longa, ut ait Maranta *de ord. jud. par.* 4. *distinc.* 6. *nu.* 53. profundissima secundùm Trentacinq. *var. lib.* 2. *de mutuis petit. resol.* 1. *num.* 32. difficilis, & gravis, dicunt Morla *in empor. juris par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *num.* 2. addit ad Bartol. *in authent. & consequenter nu.* 19. *littera B, versic. tunc autem Cod. de sentent. & interl. om. jud.* Thoro *in compend. dec. par.* 3. *sect.* 3. *verbo reconventio col.* 4. *prope finem versic. Quod adeo fol.* 31. & inter scribentes non mediocris dubitationis est, ut inquit Ambrosin. *de Immun. Eccles.* imò continet magnam apud Doctores utriusque censuræ, utait Afflictis *dec.* 173. *num.* 1. & ex eo Thesaur. *quæst. foren. l.* 1. *qu.* 98. *nu.* 3. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *sect.* 3. *verbo reconv. col.* 2. *versic. Sed antequam fol.* 38. latè & tritè examinatis articulis per Doctores, & varii varia dixerunt, Socin. *in cap.* 1. *num.* 28. *de mutu. petit.* Panormitan. *in cap. at si Clerici num.* 19. *de jud.* multum trita, & fearta feciata, quia sunt opiniones, & hinc indè argumenta, Tusch. *prac. conclu. littera I, conclu.* 461. *num.* 3. & quòd sint diversæ opiniones, Cancer *par.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 54. Carol. de Gras. *de effect. cler. effectu* 1. *nu.* 745. *in fine*. Thesaur. *quæst. foren. lib.* 1. *qu.* 98. *in prin.* & quamvis obstructa sit magnis difficultatibus, est quæstio perelegans, & jucunda, Gisebet. *de reconv. c.* 11. *in prin.*

36 Nam Panormit. *in cap. at si Clerici nu.* 19. *de judiciis* Postquam tradidit opinionem affirmativam, advertit, quòd iste passus est valdè tritus per Doctores, & quòd hodie Judicio suo parum habet utilitatis. Sed eum impugnat Gisebert. Quia vix altera quæstio invenitur æquè in foro, judiciisque frequentata, *de reconven. qu.* 11. *nu.* 1.

37 Felinus autem *in cap. at si. Clerici nu.* 7. *quasi Glosa in verbo, & num.* 8. 9. & 10. *de judiciis*, postquam disputato articulo dixit opinionem affirmativam esse communem, concludit se eam non firmare, & relinquere arbitrio Lectoris. Quem etiam impugnat Gisebert. *de reconven. c.* 11. *nu.* 2.

38 Andræas Barbatia *in c. at si Clerici de judiciis*, censet ad diluendam summam difficultatem hujus necessariam esse novam Summi Pontificis decisionem, prout eum referunt Decius *in c. at si Clerici nu.* 155. *in fine de judiciis*, Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *q.* 13. *n.* 2. Gisebertus *de recon. c.* 11. *in prin.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 747. Maja *de consul.* 20. *n.* 15. 16. & 17 Martha *de jurisd. par.* 4. *cent.* 2. *casu* 107. *nu.* 3. Larrea *dec. Granat.* 4. *sub n.* 25. Maresca *de recon. enar.* 2. *n.* 94.

39 Alii in terminis juris communis tenent opinionem negativam, quos referunt, sed non sequuntur Farinac. *in praxi par.* 1. *q.* 8. *sub nu.* 99. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 747. Martha *de jurisd. par.* 4. *cent.* 2. *casu* 107. *n.* 2. rationes hujus opinionis negativæ tradunt Socin. disputato articulo magis æquam testatur *in c.* 1. *n.* 27. *vers. Item prædicta in fine de mutu. petit.* Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *q.* 13. disputato pariter articulo *à nu.* 2. cum Cino, Felino, & Mantua veriorem dicit *n.* 7. *vers. Et quamvis*, multos alios citat sed non sequitur Maresca *de recon. enarrat.* 2. *n.* 94. & rationes hujus negativæ opinionis refert *n.* 95. judicatum testatur Capella Tholosana *dec.* 95. Larrea latè decisum tradit *dec. Gran* . 4. *à n.* 15.

Llorens 11. Februarii 1632. de qua ſupra *num.* 5. *&* *num.* 42. *verſic. Quarto*, Quod procedit, etiam ſi res diverſa, & ſeparata à conventione ſit illiquida, Cancer *part.* 2. *var. capit.* 13. *num.* 30. Mareſca *de reconv. enarrat.* 1. *nu.* 77.

60 Limita 6. quando Clericus agit contra laicum coram Judice ſæculari in poſſeſſorio retinendæ plenario, non poteſt reconveniri coram eodem Judice ſæculari in petitorio, Bald. Angel. Caſtr. Menochi. Natta, & alii quos citat Honded. *conſ.* 21. *num.* 26. 27. *&* 28. *lib.* 1. Maſtrill. *dec.* 41. *incip.* Don Marius *nu.* 6. *tomo* 1. Maranta *de ordi. judic. par.* 4. *diſt.* 6. *num.* 48. *verſ. Si vero actor agit poſſeſſorio* Martha *de juriſdict. par.* 4. *cent.* 2. *caſu* 107. *num.* 7. *verſ. Item non fit*, Fontanella latè refert *deciſ.* 344. *à nu.* 9. *ad* 16. *par.* 2. Tondut. *de præven. jud. par.* 2. *capitul.* 58. *num.* 15. Auguſt. Barboſa *in cap. fin. num.* 4. *de ord. cognit.* Giſerbet. *de reconv. cap.* 15. *num.* 4. *verſic. Sic vice verſa* Don Bonaventura de Triſtany *dec.* 7. *à nu.* 24. *par.* 1. remiſſivè Cancer. *par.* 2. *c.* 13. *n.* 53.

61 Ratio eſt, quia in Cathalonia cauſæ omnes poſſeſſoriæ ſunt ſummariæ, *Conſtit.* 1. *&* *fi. tit. de cauſ. ſummar.* Fontanella *deciſ.* 344. *num.* 11. *par.* 2. Ripoll. *var. cap.* 5. *num.* 243. & in addit. ad Peguer. *in praxi civi. rub.* 14. *à num.* 57. *de jure* Maranta *de ord. jud. par.*

62 5. *diſt.* 6. *num.* 46. Et reconventio † in cauſis ſummariis, (& ſi fieri poſſit de aliis cauſis ſummariis) non tamen fieri poteſt de cauſis plenariis Honded. *conſ.* 21. *n.* 27. *l.* 1. Maſtrill. *dec.* 41. *incip.* Don Marius *n.* 4. *tom.* 1. Carol. de Graſſ. plures citat. *de effect. Cleri. effectu* 1. *num.* 764. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de mut. pet. reſ.* 1. *num.* 13. Cardoſo *in praxi jud. verbo reconv. num.* 22. Squillante *de Privil. Cler. cap.* 7. *num.* 95. multos alios cumulant Auguſt. Barboſa *de jure Eccl. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 144. Mareſca *de reconv. enarrat.* 5. *à num.* 37. Petrus Barboſa *in l. qui prior* 29. *à num.* 33. *ff. de Judiciis*, Anſaldus *de juriſdict. par.* 3. *tit. unico. cap.* 9. *à num.* 94. Manfrella ad Capi. Latro *dec.* 141. *num.* 8. Fermoſin. *in rub. quæſt.* 10. *num.* 4. *&* 5. *de mut. pet.* Riccius *collect.* 1159. *in prin.* Reg. Mattheu *de Regi. Reg. Vale. capit.* 11. §. 1. *num.* 53. *&* 54. Cutel. *deciſ.* 16. *num.* 30. Giurba pluribus laudatis *deciſ.* 74. *num.* 5. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 26. *nu.* 13. Thoro *in comp. deciſ. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo Reconventio col.* 2. *in fine verſic. Et ſimiliter fol.* 31. ex noſtris Cancer. *par.* 2. *var. capi.* 13. *num.* 42. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clau. unica gloſ. unica nu.* 11. *&* *dec.* 344. *num.* 12. *par.* 2, Ripoll. ad Pegueram *in praxi Civi. rub.* 11. *n.* 10. Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 7. *num.* 25. *parr* 1. Dominus Villaplana in addit. ad Peguer. *in conſtit. Item ne ſuper laudemio. verſic.* 7. *num.* 35. quidquid dicat cum diſtinctione Ripoll. *var. capite* 4. *num.* 64. *&* *in addit. ad Peguer. in praxi Civil. rub.* 11. *nu.* 11.

63 Ideoque in cauſa dotis, quæ ſummaria eſt, ſive agatur de dote exigenda vel reſtituenda, ſive pater, vel hæres mulieris, ea defuncta petat dotem ſibi reſtitui, ſive inter pauperes, ſive inter Divites, *ex generalitate conſtit.* 5. *titul. de cauſ. ſummar.* docent Ripoll. *var. capitul.* 5. *num.* 239. 240. *&* 241. *&* *in addit. ad Pegueram in praxi Civili rub.* 14. *num.* 84. Fontanella *de pact. nup. tomo* 2. *clauſ.* 8. *gloſ. unica part. unica nu.* 5. 13. 14. 15. *&* 16. *&* *deciſ.* 344. *num.* 13. *part.* 2. & de jure præter Ripoll. & Fontanella *hic citatos*, videndi Tiraquel. *de Privil. piæ cauſæ priv.* 157. Reg. Mattheu *de Regi. Reg. Valen. capitul.* 11. §. 1. *num.* 73. non ad-

64 mittitur † reconventio, deciſum per noſtrum Senatum tradit Fontanella *de pact. nup. tomo* 2. *clau.* 8. *glo. unica part. unica num.* 11. *&* *deciſ.* 344. *num.* 13. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in praxi Civil. rubr.* 11. *num.* 11. Auguſt. Barboſa *in cap.* 1. *num.* 8. *verſic. Sic etiam de mut. petit.* Mareſca *de reconv. enarrat.* 2. *n.* 57.

65 Similiter in cauſa executiva ex inſtrumento guarentigio vigore ſtatuti, vel conſuetudinis pro penſionibus cenſualium, aut violariorum, etiam quòd procedatur per præceptum de ſolvendo contra hæredes, ſeu bona tenentes, quæ ſummaria eſt, *ad conſtit.* 3. 4. *&* *fin. titul. de cauſ. ſummar.* Cancer, Fontanella, & Mareſca locis ſtatim allegandis, idem Mareſca poſt alios *de reconv. enarrat.* 5. *num.* 138. non admittitur † reconventio, Fontanella de- 66
ciſum in noſtro Senatu refert *de pact. nup. tomo* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *num.* 54. *verſic. Quæ ſententia poſt princip.* Cancer. *part.* 2. *var. capitul.* 13. *à num.* 40 & eamdem deciſionem noſtri Senatus tradit *num.* 42. *verſic. In cauſa*, Mareſca *de reconv. enarrat.* 5. *nu.* 56. *&* 126. & de jure Maranta *de ordi. judi. part.* 4. *diſt.* 6. *num.* 39. Honded. *conſ.* 21. *num.* 28. *lib.* 1. Trentacinq. *var. lib.* 2. *reſol.* 1. *nu.* 14. Maſtrill. *deciſ.* 41. *incip.* Don Marius *num.* 7. *tom.* 1. Parlador. *rer. quotid. l.* 2. *cap. fin. par.* 5. §. 11. *nu.* 31. Tuſch. *pract. conclu. littera R*, *conclu.* 61. *nu.* 15. *&* 16. Menoch. *de adip. poſſe. remed.* 4. *nu.* 649. Scaccia *de ſent. &* *re jud. glo.* 7. *quæſt.* 4. *inſpect.* 3. *nu.* 156. quos, & alios citat Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 7. *nu.* 9. quibus addendi ſunt Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n* 771. *&* 772. Caracciol. *de foro Privileg. quæſt.* 16. *ſub nu.* 16. Anſald. *de juriſdict. par.* 3. *tit. unico cap.* 9. *à nu.* 137. Scialoja *de foro compet. cap.* 13. *num.* 25. Cevallos *de cog. per viam violen. par.* 2. *quæſt.* 68. *num.* 13. Auguſt. Barboſa *in cap.* 1. *num.* 8. *ante finem de mut. pet. &* *de jure Eccl. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *ſub num.* 144. *&* *num.* 151. Guttier. *lib.* 1. *pract. qu.* 112. Flamin. Chartar. *dec.* 3. *à num.* 6. Fermoſin. *in rub. quæſt.* 10. *à num.* 1. *de mut. petit.* Merlin. *cent.* 2. *controv.* 24. *à num.* 4. Manfrella ad Capi. Latro. *deciſ.* 141. *ſub nu.* 8. Thoro *in comp. deciſ. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo reconvent. col.* 2. *verſ. Certum eſſe fol.* 31. Giſebertus *de reconven. cap.* 13. *num.* 14. Mareſca *de reconven. enarra.* 1. *num.* 83. *&* *latè enarrat.* 5. *num.* 133. Hodierna ad Surd. *dec.* 26. *nu.* 15. *in fine &* *nu.* 19. Ripoll. *var. c.* 4. *n.* 52. *&* *in addit. ad Peguer. in praxi Civi. rub.* 11. *nu.* 12. *verſic. Quibus*, *&* *nu.* 13. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 3. *n.* 118. *&* *cap.* 13. *à num.* 40. plures modernos addit Romaguera in addit. ad Conciolum *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 3. *n.* 75. *&* *rub.* 15. *n.* 13.

Rurſus in cauſa depoſiti, quæ ſummaria eſt, *con-* 67
ſtit. 1. *de cauſ. ſummar.* cum celeritatem requirat, Mareſca *de reconvent. enarrat.* 5. *num.* 98. & habeat executionem paratam, & procedatur in ea executivè, *conſtit.* 2. *&* 3. *tit. de action. &* *obligat.* idem Mareſca *de reconvent. enarrat.* 5. *num.* 98. *Hoc penſitavere*, Cuenca multos citat *de comanda clau.* 6. *num.* 17, ubi Niño *in addit. num.* 4. Barboſa *in l. ſi quis.* 1. *num.* 6. *Cod. depoſui*, & dixi ſupra *dec.* 221. *num.* 9. ſi depoſitum ſit purum non habens diem, juramentum, nec fidejuſſorem, *conſtit.* 7. *tit. de action. &* *obligat.* & ſi non eſt purum, proceditur via ordinaria ſummaria per præceptum de ſolvendo intra decem cum clauſula juſtificativa Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 9. *verſic. Et ſic*. Ut fuit obſervatum per noſtrum Senatum die 4. Julii 1670. referente Magnifico Alexio Triſtany Regio Conſiliario in favorem Nobilis Agnetis de Rocaberti, Argenſola, & Monſuar uxoris Nobilis Joſephi de Rocaberti Bajuli Generalis Cathaloniæ, agentis vigore Cartæ comandæ Regni Aragonum contra Nobiles Nicolaum Llop, & Valls, & Mariam de las Peñas, & Duarte. Quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata referente Magnifico Joſepho Aleny Regio Senatore 24. Septembris ejuſ-
dem anni 1670. Scriba Preve. Non habet † lo- 68
cum, nec admittitur reconventio adverſùs depoſiti reſtitutionem, Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſt.* 6. *nu.* 39. Trentacinq. *var. lib.* 2. *reſol.* 1. *n.* 15. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 770. Cardoſo *in praxi jud. verbo reconvent.* Surd. *conſ.* 322. *n.* 8. Hodierna ad Surd. *dec.* 26. *ſub num.* 10. Tuſch. *tract. conclu. littera R*, *conclu.* 61. *nu.* 17. Molignet. *de reconv. quæſt.* 43. Giſebert. *de reconven. cap.* 13. *num.* 7. Giſebert. *de reconven. cap.* 13. *num.* 7. Mareſca *de reconven. enarrat.* 5. *à num.* 110. Squillante *de Privil. Cler. cap.* 7. *num.* 71. Scialoja *de foro comp. c.* 13. *n.* 26. Auguſt. Barboſa *de jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 152. *&* *in capit.* 1. *ſub num.* 8. *de mut. pet. &* *in cap. fin. nu.* 5. *in fine de depoſito*, Bellonus *de poteſt. cor. quæ fiunt inconti. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 6. Maſtrill. *dec.* 41. *incip.* Don Marinus *n.* 5. *tom.* 1. Anſaldus *de juriſdict. par.* 3. *tit. unico cap.* 9. *num* 131. 132. *&* 133. pro ut nec compenſatio admittitur ad retardandam depoſiti reſtitutionem, ut ex multis docent Barboſa *in l. fin. nu.* 24. *&* 25. *C. de comp. &* *in l. ſi quis* 11. *à n.* 7.

C. de-

C. depositi & in c. fin. n.5. de deposito, Manfrella ad Capi. Latro *dec.*124.*n.*20. Maresca *de reconven.enarrat.2.num.* 101.& 102. Cuenca *de comanda clauſ.6. nu.*19. ubi Niño *in addit. n.6.*

69 Adversùs limitationem 6. Et contenta in ea *nu.* 6. docent plures, quòd Clericus conveniens laicum coram Judice sæculari in possessorio retinendæ plenario, potest reconveniri in petitorio coram eodem Judice sæculari, Franchis *dec.*193. ubi Luca multis citatis *num.* 1. Vivius *dec.*49. *n.*4. Maranta *de ord.jud.par.*4.*dist.*6. *nu.*48. Guido Papa *cons.*183. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.*776. Barbosa *de jure Eccl.uni. lib.*1.*c.*39.§.2. *num.*138. Thoro multos citat. *in compen. dec.part.*1.*verbo Clericus Judicium retinendæ fol.*93. Borgia *inveſtigat. contra Fabrum lib.* 20. *cap.*6. *num.*6. Romag. in addit. ad Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.*2.*rub.*15. *num.*32. latissimè Fontanella *dec.* 344. & 345. *part.*2. decisum in Cathalonia per Cancellarium Agullana, Consultoribus Magarola, Puigmija, Ferruz, & Rubi Coll die 7. Septembris 1609. referunt idem Fontanella, Ripoll ad Pegueram & Dominus Tristany, ut tradidi supra *nu.*24. *verſ.* 1. Et per Cancellarium Monserrat, Consultoribus Pastor, & Mora, & Portell, die 7. Novembris 1687. *tradidi ſupra n.*42.*verſ.*7.

70 Et adversùs dicta *n.* 61. & 62. Quòd reconventio admittatur in causis summariis de causis plenariis docent Gisebertus *de reconven. c.*18. plures cumulat Maresca *de reconven.enarrat.*5.*n.*41.42.& 43. Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri III. tom.*2.*collat.*6.*c.*9. *fol.*77.*fol.*59. *in novis, per tex.in l.ſed, & hæc* §.*non ſolum, ff.de procurat.* Cancer. *part.*2.*var. c.*13. *n.*50. 51. & 52.

71 Et quòd in causa dotis admittatur reconventio latè Maresca *de reconven.enarrat.*5. *à n.*57. *verſ.Quandoquidem, ad n.*65. *qui à n.* 66. latè tractat, an in causa dotis admittatur reconventio Civiliter de adulterio.

72 Et quòd in causa executiva possit admitti reconventio executiva, si intra terminum primæ executionis liquidari potest Carlev. multis laudatis *de jud. lib.* 1. *tit.*2. *disp.*7.*n.*10. Maresca *de reconven. enarrat.*5. *n.*141.& *à n.*144.*ad* 153. & alii citati *n.*165. & 166.

73 Et quòd in causa depositi possit fieri reconventio, tenet Bald. *in l.penult. verſ. Ulterius nota C. depositi*, quem referunt Caroc. *de depoſito, par.*2.*qu.*53. *in prin.* Scialoja *de foro compet.c.*13.*num.*26.*verſ.Sed.Bald.* Bertachin. & Tepatus quos refert, sed non sequitur Maresca *de reconven. enarrat.*5.*n.*110. *in fine prin.*

74 Cæterum veritatem amando, cum reconventio duo habeat privilegia, seu duos effectus, unum simultanei processus, alterum prorogationis jurisdictionis Pet. Barbosa *in l.qui prior.*29.*n.*7. & 10. *ff.de jud.* Carleval. *de judic.lib.*1. *tit.*2.*disp.*7.*nu.*3. Tondut. *de præven.jud.p.art.*2. *c.*58.*n.*2. Maresca *de reconven.enarrat.*1.*à num.*75. Fermosin. *in c.*1.*q.*1.*num.*22.*de mut.pet.* conciliantur omnia in hac 6. Limitatione contenta, distinguendo duos casus, Primum, quo ad effectum, ut causa conventionis pari passu ambulet, & ambæ causæ eadem sententia terminentur. Secundum, quo ad effectum prorogationis, ut Clericus teneatur stare juri in causa reconventionis coram eodem Judice, coram quo reus fuit conventus. In 1. casu Clericus conveniens laicum coram Judice sæculari in possessorio retinendæ plenario non potest reconveniri in petitorio coram eodem Judice sæculari, nec procedit reconventio in causis summariis de causis plenariis, nec in causa dotis, nec in causa executiva, nec in causa depositi, & in his terminis procedunt deducta *n.*60.62. 63.64. 65.66.67. & 68. In 2. casu, Clericus conveniens laicum coram Judice sæculari in possessorio retinendæ plenario potest reconveniri in petitorio coram eodem judice sæculari, & admittitur reconventio in causis summariis de causis plenariis, & in causa dotis, & in causa executiva, & in causa depositi, & effectus erit, ut finita causa conventionis, agitetur postea causa reconventionis, & in his terminis procedunt tradita, *n.*69.70. 71.72. & 73. sic conciliant, declarant, & docent Maranta *de ord.jud.part.*4. *dist.*6.*num.*36.*verſ. Non tamen intelligas, & n.*36. *verſ. Aut una eſt ſummaria, & num.*39.*verſ.Puto tamen, & num.*48. *verſ. Si vero*, ibi. *Unum tamen addo*, Carol.de Graſ.*de effect.Cler. effect.*1.*ſub num.*777.Scacc. *de ſenten.& re jud.gloſ.* 7. *qu.* 4.*ſpec.*3.*à num.*140.Muscatel. *in praxi lib.*1. *part.*3.*gloſſ. actor.n.*12. & 15.Pet. Barbosa *in l.qui prior* 29. *à num.* 33. *ad* 41. *ff.de jud.* Carleval. *de judiciis lib.*1. *tit.*2. *diſp.*7.*nu.* 11. Fermosin. *in rub.qu.*10.*n.*2.*in fine*, & *n.*4.*junctο n.*6. *de mutu petit.* Giurba *deciſ.*75.*n.*5.*junctο num.*9. Carocius *de depoſito part.*2.*q.*53. Trentacinq. *var.lib.*2.*de mut. petit. reſol.*2. *n.*13. & *n.*15. *verſic.Hæc illatio*, Canc.*part.* 2.*var.c.*13. *n.*33. & 43. Fontanella *dec.*334. *à num.*17.*ad* 25. *part.*2. Don Bonaventura Tristany *dec.*7. *nu.*25. *verſic. Tamen hac part.* 1. Romaguera in addit.ad Conciol. *ad ſtat.Eugubii lib.*2. *rub.*3. *num.* 76. Tondut. *de præven. jud.part.*2.*c.*38.*nu.*5. *in fine*, Scialoja *de foro compet.cap.* 13. *n.* 12. & 26. *verſ. Sed Maranta*, Hodierna ad Surd. *dec.*26.*num.*24. Molignet. *de reconven.quæſt.*44. Maresca *de reconven. enarrat.*2.*à num.*47. & 97. & *n.*110. *verſic. Limitat*, ibi: *Vel ſi alia*, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen c.*13.§.2.*num.*56. Mastrill. *dec.*41. *incip. Don Marius n.*10. *tom.*1. alios addunt Sanfelicius *lib.*2. *dec.* 184. *n.*2. & *fin.* Merlin. *contr.cont.*2.*c.*24.*n.*4. & *ſeq.* latissimè Thoro *in comp.dec.part.*3.*ſect.*3. *verbo reconventio col.*3. *in fine, verſic. Ex adverſo replicabatur fol.*31.& *in ſupplemento verbo remiſſio col.*1. *verſ. Quod licet juris regula, & col.*4. *verſ. Quod ſane, uſque ad finem fol.*541. quidquid dicant idem Sanfelicius *dicta deciſ.*584.*à n.*50. idem Merlinus *dicto c.* 24. quia contra eos est verior sententia, ut tradunt Tondut. *dicto c.*58. *n.* 12. Scialoja *dicto c.*13.*n.*25. *verſ. Sic etiam*, Maresca *dicta enarrat.* 5. *n.*212. *in fine, junctο nu.* 154. *cum ſeq.* Romaguera in addit. ad Conciol. *ad ſtat.Eugub. lib.*2.*rub.* 15.*n.*24.

Sed adverte primò. Quòd ut Clericus conveniens 75
laicum in possessorio coram judice sæculari possit reconveniri per laicum in petitorio coram eodem judice sæculari, vel ut admittatur reconventio in causis summariis de causis plenariis, aut in causa dotis, vel in causa executiva, aut in causa depositi, & in aliis causis privilegiatis ad effectum prorogationis, debet fieri reconventio expressa, vel tacita, durante judicio possessorio, vel durante lite causæ summariæ, aut dotis, vel executivæ, aut depositi, & similium. Lite autem finita in possessorio, vel in aliis causis privilegiatis, non potest deinde Clericus conveniri, vel reconveniri à laico coram judice sæculari, sed est conveniendus, vel reconveniendus coram judice Ecclesiastico, *juxta textum in cap. fin. de judiciis*, qui licèt non loquatur in reconventione, Fontanella, *dec.*344. *num.*26. *part.*2. sic hoc in casu est intelligendus, ut latè tradit idem Fontanella *dec.*345. *à n.* 10. *ad* 17. *part.* 2. & docent Franchis *dec.* 193. *n.* 9. Carol. de Graſ. post alios *de effect. Cler. effectu* 1. *n.*784. Barbosa *in c.*1. *n.*13. *in fine, de mut. pet.* Tond. *de præven. jud.part.*2. *c.*58. *ſub n.* 15. Trentacinq. *var. lib.*2. *reſ.*1. *n.*33.*verſ.*2. videantur tradita *deciſ.*241. *à n.*21. *hac part.*4.

Adverte 2. prædicta *n.*74. tradita intelligenda es- 76
se quoad modum procedendi, non quoad vim probationum, nam si causa conventionis levi probatione probari posset, non ita causa reconventionis, quæ pleniorem probationem sui natura requireret, Menochius *de arb. jud. quæſt.*44.*n.*10. Cutel. *dec.*16.*num.*31. *verſ.*3. *dicimus*, Maresca *de reconven. enarrat.*3. *num.* 156. & *enarrat.*5. *numer.*143. Cancer. *part.*2. *var. c.*13. *num.*52.

Adverte 3. ut in Regionibus quibus ex statuto om- 77
nes causæ sunt summariæ, ut in Regnis Neapolis, & Siciliæ, & in patria Pedemontana in omnibus causis indistinctè habet locum reconventio quoad utrumque effectum simultanei processus, & prorogationis, Osascus *dec.*1. *num.*11. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 777. *in fine*, Burgius *de modo proceden. ex abrupto quæſt.*5. *à numer.*302. Cutel. *deciſ.*16. *num.*31. Menochius *de arb. jud. quæſt.*44. *num.*78. & 9. Peregrin. *deciſ.*142. *num.*10. Cancer. *part.*2. *var. cap.* 13. *numer.*51. *verſ. Quod advertit*, Franchis *deciſ.* 193. *num.* 3. Manfrella ad Capicium Latro *deciſ.* 141. *numer.*8. Scialoja *de foro compet.c.*13.*numer.*12. *in fine*, Maresca *de reconven. enarrat.*5. *n.*54. *verſ. In aliquibus*, quidquid in contrarium teneat *verſ. Sed verius eſt*, notat Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen.cap.* 11.§.1. *num.*54. *verſic.Nec diſſentiunt.* Idemque † quan- 78
do causa est summaria ex rescripto, seu decreto Principis, Cutel. *deciſ.* 16. *numero* 33. Maresca *de re-*

con-

conven. enarrat. 5. numer. 44. 45. *&* 46. Regens Mattheu *de regim. Reg. Valent. cap.* 11. *num.* 56. *verſ. Quæ quidem*, latè Fermoſinus *in capit. fin. quæſt.* 1. *de mut. petit.*

79 Limita 7. quando Clericus agit contra laicum coram judice ſæculari in poſſeſſorio manutentionis interdicti ſummariſſimi interim, non poteſt reconveniri in petitorio coram eodem judice ſæculari. Idemque eſt in quolibet actore, quia in poſſeſſorio manutentionis interdicti ſummariſſimi interim non datur, nec admittitur reconventio. Anna *ſingul.* 433. Riccius *collect.* 112. *verſic. Et num. in judicio*, Poſtius *de manuten. obſerv.* 65. *numero primo* Amendola ad Franchis *deciſ.* 193. *numer.* 17. Luca ad Franchis *deciſ.* 193. *num.* 2. Borgia *inveſtig. contra Fabrum lib.* 10. *cap.* 6. *n. fin.* Romag. in addit. ad Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 15. *num.* 31. Fermoſin. *in rub. quæſt.* 10. *nu.* 5. *& num.* 7. *in fine de mutu. petit.* quia in cauſa momentaneæ poſſeſſionis non admittitur reconventio, Giſebertus plures citat. *de reconventione c.* 13. *numer.* 9. & poſſeſſorium manutentionis interdicti ſummariſſimi interim dicitur poſſeſſorium momentaneum. Poſtius multis laudatis *de manut. obſer.* 3. *n.* 28.

80 Sed contra iſtam limitationem 7. quòd Clericus conveniens laicum coram judice ſæculari in poſſeſſorio manutentionis interdicti ſummariſſimi interim poſſit reconveniri in petitorio coram eodem judice ſæculari deciſum junctis Aulis Regii Concilii Regni Neapolis teſtatur Amendola ad Franchis *dec.* 193. *nu.* 18. ſed iſte Actor aliud dicit *nu.* 17. ex Anna *ſingul.* 433. ut notat Luca ad Franchis *dec.* 193. *n.* 2. & obſcurè loquitur *n.* 18. ut advertit Fontanella *dec.* 345. *n.* 5. *par.* 2. ut ipſe Fontanella hanc opinionem latè defendit, & ſequitur *dicta dec.* 345. *tota par.* 2. idem facit Don Bonaventura de Triſtany *dec.* 7. *à num.* 14. *part.* 1. ſic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Erill, Conſultoribus Beſturs, Guerau, & Llorens ann. 1632. in favorem Nob. Eliſabethis de Peguera contra Capitulum Eccleſiæ Barcinonæ, *de qua ſuprà n.* 5. *& n.* 42. *verſic. Quarto*. Et per eumdem Cancellarium Erill, Conſultoribus Rubi de Marymon, & Ramon 4. Novemb. 1638. in favorem Syndici Civitatis Tarraconæ contra Capitulum, & Canonicos Sedis Metropolitanæ Tarraconæ, *de qua ſupr. num.* 4. *& num.* 42. *verſ. Quinto*.

81 At quia in hac materia reconventionis idem judicandum videtur de poſſeſſorio ſummariſſimo, quod de poſſeſſorio plenario, ſeu petitorio, Fontan. *dec.* 345. *n.* 6. *part.* 2. diſtinguendum eſt, nam aut igitur quoad effectum; ut cauſa conventionis, & reconventionis pari paſſu ambulet, & ambæ cauſæ eadem ſententia terminentur, & tunc Clericus conveniens laicum coram judice ſæculari in poſſeſſorio manutentionis interdicti ſummariſſimi interim non poteſt reconveniri in petitorio coram eodem judice ſæculari, & ita procedit limitatio 7. adducta *nu.* 79. ſi verò agitur ad effectum prorogationis juriſdictionis, ut Clericus teneatur ſtare juri in cauſa reconventionis coram eodem judice coram quo reus fuit conventus, iſto caſu, Clericus conveniens laicum coram judice ſæculari in poſſeſſorio manutentionis interdicti ſummariſſimi interim poteſt reconveniri in petitorio coram eodem judice ſæculari, & ſic procedit opinio tradita *n.* 80. vide quæ cum adventitiis tradidi *à n.* 74. *ad* 78.

82 Reſtat verò videndum pro totali intelligentia limitationis 6. & 7. An aut Clericus poſſit reconveniri in petitorio coram judice ſæculari, neceſſarium ſit, quòd Clericus judicium inſtituat, & conveniat laicum coram judice ſæculari in poſſeſſorio retinendæ plenario, vel poſſeſſorio ſummariſſimo interim, an autem ſufficit, quòd laicus judicium inſtituat, & conveniat Clericum coram judice ſæculari in poſſeſſorio retinendæ plenario, vel poſſeſſorio ſummariſſimo interim? Reſp. quòd neceſſe eſt, quòd Clericus judicium inſtituat, & conveniat laicum coram judice ſæculari, ut poſſit reconveniri expreſsè, vel tacitè coram eodem judice ſæculari, ſic Fontanella *dec.* 119. *n.* 2. *incip. tractabatur par.* 2.

83 Ratio evidens eſt, quia ut Clericus poſſit reconveniri coram judice ſæculari, debet eligere ſpontè, & voluntariè judicem ſæcularem, ex ratione tradita ſuprà *nu.* 17. ut fuit obſervatum per Cancellarios Cathaloniæ cum ſuis Conſultoribus in declarationibus traditis *num.* 4. *verſ.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 7. At ſi non ſpontè, & voluntariè elegit judicem ſæcularem, ſed neceſſitate coactus, non poterit reconveniri coram eodem judice ſæculari, Pet. Barboſa *in l. qui prior* 29. *numer.* 49. *ff. de jud.* Fermoſ. *in c.* 1. *qu.* 1. *num.* 30. *de mut. pet.* Mareſca *de reconv. enarrat.* 2. *n.* 110. Font. & ſi videantur hæſitare *dec.* 335. *n.* 12. *par.* 2. quod procedit, etiam ſi Clericus conventus per laicum coram judice ſæculari in poſſeſſorio ſummariſſimo interim, ipſe coram eodem judice ſæculari intentat pariter poſſeſſorium ſummariſſimum interim, quia cum ex neceſſitate ſaltem cauſativa hoc faciat, propter injuſtitiam, quam ſibi invito exiſtimat fieri poſſe per judicem ſæcularem, non poterit reconveniri, ad tradita per Bartol. *in auth. & conſequenter num.* 15. *C. de ſenten. & interl. omn. jud.* Pet. Barboſa *in d. l. qui prior* 29. *verſ. exemplum erit*, *ff. de judic.* Fermoſin. *in c.* 1. *qu.* 1. *num.* 30. *verſ. Ut contingit*, *& in c. fin. qu.* 2. *de mut. pet.*

Ex quibus non arridet proviſio facta per Magnificum Joſephum Aleny Regium Conſiliarium 13. Julii 1669. & declaratio Cancellarii Pons, Conſultoribus Paſtor, & Triſtany 30. Maii 1670. in favorem Iſidori Mates Curritoris auris Civitatis Barcinonæ contra Prioriſſam, & Conventum Monaſterii Monialium Carmelitarum Excalceatarum ejuſdem Civitatis, de quibus ſuprà *numer.* 42. *verſ.* 6. *& dicto numer.* 42. *in fine*. Nec reſponſio tradita à Doctiſſimo collega Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 7. *num.* 35. 36. *&* 37. *part.* 1. Quia ut liquet ex dicta proviſione facta per Magnificum Joſephum Aleny quam ad litteram refert Dominus Triſtany *dict. deciſ.* 7. *num.* 2. *part.* 1. dictus Iſidorus Mates judicium inſtituit, & convenit Prioriſſam, & Conventum dictarum Monialium Carmelitarum Excalceatarum in Regia Audientia intentans in initio litis interdictum ſummariſſimum interim, & ſic Prioriſſa dictarum Monialium non elegit ſpontè, & voluntariè Regiam Audientiam, ſed coactè, & licèt poſtea Prioriſſa ſummariſſimum interdictum interim ſimiliter intentavit in eoque obtinuit, hoc fecit ex neceſſitate ſaltem cauſativa, propter injuſtitiam quam ſibi invitæ exiſtimavit fieri poſſe per judicem ſæcularem, conſequenterque non potuit Prioriſſa dicti Conventus Monialium per dictum Iſidorum Mates reconveniri ſuper petitorio in Regia Audien. Eo maximè, quia lis mota per dictum Mates contra Prioriſſam, & Conventum dictarum Monialium fuit affectatè procurata ſub ſpe, & intentione reconveniendi Prioriſſam coram Regia Audientia, *ex late traditis n.* 54. 84

Limita 8. Quando Clericus convenit laicum in cauſa merè civili coram judice ſæculari, non poteſt reconveniri ſuper re ſpirituali, vel ſpirituali annexa, *gl. in c.* 2. *verbo aut condemnare*, ubi Berojus *numer.* 149. Decius *num.* 153. Felin. *num.* 10. *verſ. Secundo fallit de foro compet.* Aufrer. ad Capel. Tholoſ. *deciſ.* 95. *littera B, verſ. Secundo fallit*, Maranta *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 6. *num.* 53. *verſ. Primus*, *& diſt.* 11. *num.* 59. *in addit. ver. Quartò limita*, Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 10. Farin. *in praxi part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 102. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 766. Medices *de comp. part.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 9. Giſebert *de reconven. c.* 11. *num.* 32. Bolaños *in Cur. Philip. tom.* 1. *par.* 1. §. 5. *ſub nu.* 18. Squillante *de Privil. Cler. c.* 7. *numer.* 70. Pereyra *de manu Regia lib.* 2. *c.* 22. *num.* 3. Carocius *de excep. excep.* 22. *quæſt.* 5. *num.* 8. Pet. Barboſa *in l. qui prior* 29. *num.* 90. *&* 91. *ff. de judi.* Aug. Barboſa *de jure Eccl. uni. l.* 1. *c.* 39. §. 2. *num.* 147. *& in c.* 1. *num.* 15. *verſ. Vel quando de mut. pet.* Tondut. *de præv. jud. part.* 2. *c.* 58. *num.* 11. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 162. Martha *de juriſd. par.* 4. *cent.* 2. *caſu* 107. *num.* 10. Amend. ad Franch. *dec.* 193. *n.* 7. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *qu.* 68. *n.* 6. *&* 10. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Val. c.* 13. §. 1. *n.* 54. *verſ. Quo reſpectu*, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 120. *nu.* 5. Fermoſin. *in rub. q.* 4. *n.* 13. *&* 14. *de mut. pet.* Anſal. *de juriſ. part.* 3. *tit. unico c.* 9. *à n.* 121. Diana *reſ. mor. par.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 65. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſ.* 73. *n.* 2. Thom. del Bene *de Immu. Eccl. tom.* 1. *c.* 7. *dub.* 11. *ſect. n.* 3. Leand. *q. mor. to.* 4. *tract.* 3. 85

tract.3. disp.15. quæst.13. in fine, Larrea *dec.4. num.20.* Maresca *de reconven.enarrat. 2. à num. 111.* Cancer.*part. 2.var.c 13. num.58. & 59.* Ripoll.*var.c.1.num.121.* Morla *in emp. jur. part.1. tit.2. in præmis. numer.154. versic. Nec obstat tertio*, ibi : *Quod sæcularis*, Fontanella *de pact. nup. tom.1. claus.4.glos.13. part.2. numer.18. & latè decis.319. à numer.3. part.2.* Romag. in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugub. lib.2. rub.15. numer.22.* Ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari, 27. Junii 1626. & per Cancellarium Erill, 19. Decembris 1631. quas declarationes supra tradidi *decis.201. num.8.*

86 Limita 9. quando Clericus convenit laicum in causa merè civili coram judice sæculari, non potest reconveniri in causa criminali etiam civiliter intentata coram eodem judice sæculari, Felin. *in c. at si Clerici num. 10. versic. Fallit tertiò*, ubi Decius *à num. 148.* Berojus *num.149. de jud.* Aufrer. ad Capel. Tholos. *decis. 95. littera B, vers. Tertiò fallit* Maranta *de ordin. jud.part.4. dif.6. num.53.vers. Secundas, & dist.11. nu. 59. in addit. vers. Quinto*, Morla *in emp.jur. part.1. tit. 2. q.13. nu. 10. vers. Et non solum*, Farin. *in praxi crim. part.1. q.8. num.100.* Jul.Clar. *§.fin.q.36. num.6.* Carocc. *de excep.in excep.2. q.5. num.9.* Thoro *in compend.decis. part.3. sect.3. verbo reconventio col.3. post prin. fol.31.* Bolaños *in Curia Philip. tom.1. par.1. §.5. sub numer.18.* Bobad. *in polit. lib.2. c.162.* Carol.de Gras. *de effect.Cler. effect.1.num.763. 764. & 765.* Giseber. *de reconven. c.11. num.33.* Cevallos *de cognit. per viam violen.part.2.quæst. 68.num.11.* Decian. *tract.crim.lib.4.c.9.n.17.* Petr.Barb. *in l.2.§.legatis à n.163. & in l.qui prior 29. à num.86. ff. de judiciis*, Martha *de jurisd.part.4. cent.2.casu 107.nu. 9. & num.11.* Portoles a Molinum, §. *Clericus num.44.* Morla *in emp.jur.part.1.tit.2.in præmis.num.154.in fine*, ibi: *Et hæc sententia*, Trentaciq. *var.lib.2.de mut.petit. res.1.n.33.vers.3.* Borell. *in sum. dec.part. tit.7.num.84.* Pereyra *de manu Reg. part.2. cap. 122.num.4.vers. Dixi, vel de natura*, Squillante *Privil.Cler.c.7.num.69.* Tondut. *de præven. jud. part.2.c.58.n.10.* Manfrella ad Capi. Latro *dec.141.nu.11.* Caracciol.*de foro Privil.qu.16.num. 14.* Scaccia *de jud.par.1.capite 11. n.93. vers.In criminali*, Augustt.Barbosa *in cap.1.n.15.juxta tria de mut.petit. & de jure Eccl. uni. lib.1.c.39.§.2. n.148.* Gregor. Lopez *l.57.nu.4.vers. Item limita nisi reconventio tit.6. part.1.* Amendola ad Franchis *dec.193.n.8.*ubi Riccius *in fine*, Ansald.*de jurisd.part.3.tit.unico c.9. n.117.* Maresca *de reconven.enarrat.2.n.105.ad 110.* Ripoll.*var.c.1.nu.121.* Cancer.*var.part.2.c.13.n.60.*Fermosin. *in rub.quæst.6.de mutu.petit.*Gambacurta *de Immun.Eccl.lib.7.cap.13.n.3. vers.3.est casus*, Bonacina *de censur.in Bulla Cœnæ disp. 1.qu.16.sect.1.punct.6. n.8.vers. Limita secundo*, Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.9.n.352.vers.2. cessat*, Diana *res.mor.part.4. tract.1.res.65. & in coordinat. part.9. tract.2.res.73.nu.2.* Thom.del Bene *de Immun.Eccl.tom. 1.c.6.dub.1.n.6. in fine, & dub. 11.n.1.2.& 3.& c.7.dub. 11.sect.1.n.3.* Leander. *q.mor.par.4.tract.3.disp.15. q.13.*

87 Limita 10. ubi per reconventionem venirer gravanda persona Clerici, propter quam Clericus possit incarcerari, nam tali casu non admittitur reconventio, Felin. *in cap.at si Clerici num.10.vers. Fallit quarto de jud.* Aufrer.ad Capel.Tholosan. *dec. 195. littera R, vers. Quarto fallit*, Maranta *de ordin.jud.part.4. dist.11. numer.59. in addit. versic. Sexto limita*, Scaccia *de jud. lib.1. cap. 11.num.102.* Farinac. *in prax. part.1.quæst.8. num.103.* Martha *de jurisd. part.4. cent.2.casu 107. numer.13.* Carol. de Gras. *de effect. Cler.effectu 1.num.773. & nu.189.* Vela *dissert.45.num.91. vers. Quamquam*, ibi : *In his namque*, Diana,Thom. del Bene, Leander,& alii *locis citatis num.86.*

88 Limita 11. quando causa reconventionis Clerici coram judice sæculari pareret præjudicium causæ conventionis per Clericum motæ, nam tunc non procedit reconventio, Carol. de Gras. *de effect.Cler. effectu 1.num. 782.* latè Fontanella *dec. 335. tota signanter à num. 13.p.2.*

89 Limita 12. quòd Clericus reconventus coram judice sæculari in casu licito, si ab eo condemnetur, non potest fieri executio per judicem sæcularem, nec in persona, quæ semper censetur excepta nec in rebus Clerici reconventi, sed mittere debet litteras requisitorias subsidiarias ad judicem Ecclesiasticum, Ursil. ad Afflict. *dec.173.num.2.* Vivius *dec.49.num.6. lib.1.* Cevallos *de cognit. per viam violen. part.2. quæst.54. nu. 12.* Fontanella *dec.109.num.5.part.2.* Borell.*in sum.decis. part.1,tit.7. num.85.* Bonacina *de legib.disp.10. quæst.2. punct. 1. §.4. num.5. limit.3. & ad Bullam Cœnæ disp. 1. qu.16. punct.4. §.6. numer.8.* Ansald. *de jurisd. part.3.tit. unico c.9.à num.127.* Riccius *collect. 2287. vers. Quod cum*, Fermosin. *in rub. quæst. 7. tota de mut. pet.* Amat. *resol.86. num.60. vers. Licet actualis*, Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. secundum editionem Romanam anni 1630. cap.11.* Caroccius *de excep. in excep. 22. quæst. 5. num.14.* Trentacinq. *var.lib.2. de mut.petit.resol.1.num. 33. versic. Tertio*, ibi: *Nota in hoc casu*, Tondut. *de præven. jud. part.2. cap.58. nu.23.* Reginald. *in praxi fori pœniten.lib.2. num.352.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.1.num.790. & 791.* Martha *de jurisd. part.1. c.50. num.34. & par.4. cent. 2. casu 151. num. 2.* Marinis *resol. lib.1. resol.53. numero 17.* Manfrella ad Capi. Latro *dec. 141. num.13.* Augustt. Barbosa *de jure Eccl. uni.lib.1.cap. 39.§.2.n.157.* Squillante *de Privil.Cler.cap.7. numer.74.* Bellet. *disq.Cler.part.1.tit.de favore Cler. Reali §.3.nu.3.* Vela & si disputet *dissert. 45. num.91. vers. Quamquam* ibi. *Sed nec in bonis*, Ciarlin. *contr. foren. lib.1. c.53.nu. 32.* Diana *res. mor. part. 4. tract. 3. & 65. & in coordin. par.9. tract.2. res.73.n.4. & res.83, tota*, Thom. del Bene *de Immun. Eccl.tom.1.c.7. dub.11.sect.2. tota*, Leander *q.mor.tom.4. tract.3. disp.15.qu.12. in fine*, Maresca plures addit. *de reconv. enarr.at.2. n.118.* Sed circa hanc limitationem Lector videat tradita *dec.223. hac part.4.*

Quod dixi de reconventione Clerici in causa me- 90
rè civili coram judice sæculari, procedit etiam in corpore Ecclesiastico, ut si Capitulum Canonicorum, Communitas Clericorum, Monasterium, seu Collegium Religiosorum, vel Monialium per suum Syndicum, OEconomum, Procuratorem seu Rectorem nomine Ecclesiæ conveniat laicum in causa merè civili coram judice sæculari, potest pariter Corpus Ecclesiasticum reconveniri per laicum actione merè civili coram eodem judice sæculari, Quia Corpus Ecclesiasticum non habet majus, aut fortius privilegium fori, quàm singulæ personæ Ecclesiasticæ, ut abundè exornavi *dec.123. à num.1. ad 14. part. 3.* ubi sub *num. 2.* dixi in confirmationem, quòd eædem rationes, quæ procedunt de quolibet Clerico, procedunt etiam in qualibet speciali Communitate Ecclesiastica, Suarez *lib.4. de Immun. Eccl. c.31. num.10.* Cast. Palaus *in oper. mor. part.2. tract. 12. disp. unica punct. 11. num. 4.fol.133.* & expressè hanc sententiam ex Joan.Andr. Felino, Imola, & Decio probat Rodriguez *quæst. regul. tom. 2. quæst. 62. art. 11.* quos refert Larrea *decis. 4. num.11. in fine*, quidquid dicant Bald. & Alexander de Nevo, quos sequitur Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu 1. num.781.* quos nervosè defendit, & secundùm eorum opinionem in Granatensi Prætorio ita judicatum, testatur idem Larrea *decis.4. tota*, Augustt. Barbosa *in c.1. in fine de mut. pet.* quia contra eos, & alios quos citat Larrea *dec.4. num. 22.* est verior, & receptior sententia, ut testatur Fontanella *decis.337. à num.3. ad 11. par.2.* Maresca *de reconv. enarrat.2. num.142.143. & 144.* fuitque observatum per collaterale Concilium Regni Neapolis in casu relato per Thoro *in compen. decis. part.3. sect.2. verbo laicus fol.5.* & fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Puigmari 14. Decembris 1629. contra Capitulum Ecclesiæ Ilerden. & per Cancellarium Erill, 10. Februarii 1632. contra Capitulum Canonicorum Ecclesiæ Barcinonæ, & per eumdem Cancellarium 4. Novembris 1638. contra Capitulum, & Canonicos Sedis Metropolitanæ Tarraconæ : Et per Cancellarium Monserrat 7. Novembris 1687. contra Doctorem Josephum Bollò Rectorem Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Columbæ de Centelles, *quas declarationes tradidi n.4. & num.42. vers.3. 4.5. & 7.*

Sicut, è contrario, si laicus conveniat Clericum 91
in causa merè civili coram judice Ecclesiastico, potest laicus per Clericum reconveniri actione pariter merè civili coram eodem judice Ecclesiastico, propter

pter eaſdem rationes, & jura tradita, *à num.* 25. expreſsè *gloſſ. in c. fin. verbo de jure verſic. Item per reconventionem de excep. in* 6. Aretin. Aufrer. & Cavalcan. quos refert, & ſequitur Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1, *num.* 796. Gallup. & Bero quos citat, & deciſum tradit Cutel. *dec.* 16. *num.* 25. *verſ. Et per eumdem*, quibus addendi ſunt Felinus *in c. at ſi Clerici nu.* 8. *in fine*, *verſic. Ad ſecundum de judic.* Queſad. *diver. quæſt. c.* 20. *n.* 4. Aviles *in c. prætor.* 20. *gloſſ. uſurpen. num.* 11. *in fine*, Bobad. *in polit. l.* 2. *c.* 17. *num.* 128. Bolaños *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *num.* 18. *verſ. De que ſe ſigue*, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 120. *num.* 8. Scialoja *de foro comp. c.* 13. *nu.* 2. *verſic. Et ſic*, Faber cum deciſione Senatus Sabaudiæ *in ſuo C. lib.* 3. *tit.* 12. *def.* 12. Mareſca *de reconv. enar. num.* 99. Thoro cum deciſione Collateralis Conſilii Regni Neapolis *part.* 3. *ſect.* 2. *verbo laicus fol.* 5.

92 Sic ſi laicus conveniat Officialem, ſeu familiarem Sancti Officii coram Dominis Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in cauſa merè civili, poteſt laicus reconveniri per Officialem, ſeu familiarem Sancti Officii, alia cauſa merè civili coram eiſdem Inquiſitoribus, latè probat contrariis reſpondens Cutel. *dec.* 16. *à nu.* 4. *ad* 10. *ſignanter à n.* 21, *ad* 28. & deciſum teſtatur *nu.* 33. *verſ. Item hic in fine*, quem ſecutus fui *deciſ.* 30. *numer.* 134. *par.* 1. addo Mareſc. *de reconv. enar.* 2. *nu.* 54. niſi lis fuerit per Officialem ſeu familiarem S. Officii affectata, & procurata Cancer. ita obtinuiſſe teſtatur *part.* 2. *var. c.* 13. *n.* 56. *verſ. Et ita*, Ego *d. dec.* 30. *n.* 135. *p.* 1.

93 Animadvertendum tamen eſt pro regula generali, quòd reconventio Clerici in cauſa merè civili coram judice ſæculari non procedit in caſibus illis, in quibus proponi non poteſt contra cæteros actores laicos, Martha *de juriſd. par.* 4. *cent.* 2. *caſu* 107. *numer.* 7. Cevall. *de cognit. per viam violen. par.* 2. *q.* 68. *numer.* 13. Mareſca *de reconv. enar.* 2. *n.* 120.

94 Unum ultimò ſcias, quòd in Cathalonia ſalarium exigitur, & recipitur à judice de reconventione, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis*, *Ferdinandi tom.* 2. *collat.* 9. *c.* 7. *nu.* 33. *fol.* 202. *in noviſ.* ubi Deſpujol *verbo ſalarium non recipitur fol.* 186. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 13. *num.* 1. & 7. Ripoll. *var. c.* 4. *num.* 62. & *in addit. ad Peguer. rub.* 5. *n.* 5. latè Fontanella *dec.* 214. *à nu.* 4. *ad* 9. *part.* 1. Romag. in addit. ad Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 15. *numer.* 19. & idem in aliis Regnis, quibus recipitur ſalarium de ſententiis, ut citatis Mier. Ferrer. & Cancer. practicis noſtris tradit Mareſca *de reconven.*

95 *enar.* 1. *num.* 104. Non tamen † auget nec mutat reconventio qualitatem, & naturam cauſæ, ut major dicatur ad effectum evocationis ad Regiam Audientiam, aut ut non poſſit decidi ab uno ſolo Re latore, vel ad effectum denuntiationis proceſſus, Ferrer. *part.* 1. *obſer. c.* 4. & *part.* 3. *c.* 287. Peguer. *in praxi civ. rub.* 21. *num.* 3. Mareſ. *de reconv. enar.* 1. *n.* 227. Deſpujol ad Mier. *verbo ſalarium non recipitur*, *verſ. Licet autem fol.* 186. Ripoll. *var. c.* 4. *num.* 59. 60. & 61. & *in addit. ad Peguer. in praxi civ. rub.* 5. *num.* 6. & 7. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 13. *n.* 1. & 7. Fontan. *dec.* 214. *à num.* 9. *part.* 1. Romag. in addit. ad Conc. *ad ſtat. Eug. lib.* 2. *rub.* 15. *num.* 20.

96 An autem reus excommunicatus poſſit actorem reconvenire? Reſp. quòd non, *c. cum inter* 5. ubi Barboſa & Fermon. *de exception. gloſſ. in capit. intelleximus de judiciis*, Socin. *in c. ſacris numero* 315. & 316. ubi tribus modis limitat *de ſenten. excommunicat.* Carocius *de excep. excep.* 86. *num.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 8. *Privileg.* 83. *num.* 2. Pereg. *de jure fiſci lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 19. Carol. de Graſ. *de excep. exec.* 4. *num.* 22. Caſt. Palaus *in oper. mor. part* 6. *tract.* 29. *diſp.* 2. *punct.* 14. §. 2. *ſub num.* 10. Lezana *in ſum. q. regul. part.* 3. *verbo excommunicatio ſub n.* 36. Fermoſin. *in cap. intelleximus q.* 22. *de judiciis*, Fontanella *dec.* 351. *num.* 7. *part.* 2. Xammar. *defin.* 134. *num.* 17. Leand. aliis additis *quæſt. mor. part.* 4. *tract.* 2. *diſp.* 12. *qu.* 4. ubi intelligit, niſi aliàs in defenſionem propriam.

ARGUMENTUM.

An Clericus de juribus, & impoſitionibus receptis, & exactis à vaſſallis laicis teneatur reddere rationem in Curia ſæculari Officii Magiſtri Rationalis.

SUMMARIUM.

1 *Clericus de juribus, & impoſitionibus receptis & exactis à vaſſallis laicis tenetur reddere rationem in Curia ſæculari Officii Magiſtri Rationalis.*

2 *Clericus ſequeſtri fructuum beneficii de Regio patronatu tenetur rationem reddere in Curia ſæculari Officii Magiſtri Rationalis, numer.* 2. & 3.

4 *Magiſter Rationalis infra quantum tempus debet audire computa Officialium Regiorum triennalium.*

5 *Magiſter Rationalis infra quantum tempus debeat abſolvere, vel condemnare Officiales Regios triennales pro omiſſionibus commiſſis.*

6 *Officiales Regii tam perpetui quàm temporales quando debent querelari pro omiſſionibus, ut poſſint condemnari in quantitatibus omiſſis, unà cum pœna undecupli, n.* 6. 7. & 8.

9 *Officiales Regii, tam perpetui quàm temporales, ſi definitis computis in Officio Magiſtri Rationalis comparuerint cum memoriali aſſerentes recepiſſe aliquas partitas, de quibus computum non dederunt, an ſint audiendi, vel condemnandi.*

10 *Officiales dantes computa in Officio Magiſtri Rationalis juxta extractionem, & verificationem computorum per Notarios ſuarum Curiarum extractorum, ſi aliquas quantitates celaverint, condemnari poſſint ad ſolvendum quantitates celatas in redditione computorum, unà cum undecuplo.*

11 *Jurati, Conſules, ſeu Patiarii qui in Cathalonia portant baculum propter mortem, ſeu abſentiam Vicariorum, & Bajulatorum, teneantur reddere rationem in Officio Magiſtri Rationalis, & ſi in eis fraudes commiſerint, poſſint condemnari in quantitatibus fraudatis, unà cum undecuplo.*

12 *Vicarii Regii, qui ſonum emiſerunt, non poſſunt illius inſecutionem pecuniis, vel compoſitionibus remittere, numer.* 12. & *ſi hoc faciunt, & fraudant, condemnantur cum undecuplo, num.* 13.

14 *Magiſter Rationalis an poſſit remittere, & componere pœnas omiſſionum Officialibus Regiis in totum, vel in partem, pro ut ſibi benè viſum fuerit, n.* 14. & 15.

16 *Contra fidejuſſores, vel hæredes Officialis Regii ſuper omiſſionibus in computis, factis, quomodo procedendum ſit per Magiſtrum Rationalem, n.* 16. & 17.

17 *Teſtis deponens in Officio Magiſtri Rationalis contra Regium Officialem ſuper omiſſionibus in redditione computorum commiſſis an debeat eſſe cognitus, n.* 18. & *an major omni exceptione, n.* 19. 20. 21. 22. & 23.

24 *Teſtes ſingulares an probent in Officio Magiſtri Rationalis contra Officialem, ejuſque fidejuſſores condemnandos in quantitatibus omiſſis, & fraudatis, unà cum pœna undecupli, numer.* 24. 25. 26. & 27. *diſtingue duos caſus n.* 28. 29. 30. 31. & 32. & *quo numero eſſe debeant, n.* 33. 34. 35. 36. 37. & 38. & *condemnandum ad pœnam ordinariam, num.* 39. & 40. & *de obſervantia Officii Magiſtri Rationalis, n.* 41.

42 *Teſtes carcerati, ſeu compoſiti non probant contra officiales, & quid in Officio Magiſtri Rationalis.*

43 *Testes non probant in criminalibus absque expressione temporis saltem mensis, & quid in Officio Magistri Rationalis.*

DECISIO CCXLIII.

1 REsp. affirmativè, sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Manegat, Consultoribus Ferrer, Amell, Peguera, & Guardiola 26. Augusti 1587. contra Capitulum Canonicorum Sedis Barcinonæ, Dominum Castri, & termini Villæ de Sitges, ut rationem redderet in Officio Magistri Rationalis de juribus, & impositionibus per dictum Capitulum receptis, & exactis in dicta Villa de Sitges. Et refert Ripoll. in addit. ad Pegueram *in praxi civil. rub. 4. num. 119.* Ego *dec. 10. n. 112. part. 1.* me citato Bolero *de decoctor. tit. 2. quæst. 5. n. 8. in fine.*

2 Similiter Clericus administrator, collector, seu sequester fructuum beneficii de Regio patronatu tenetur reddere rationem in Curia sæculari Officii Magistri Rationalis. Ita fuit in Cathalonia declaratum per Jalpi Tertium 23. Januarii 1655. ratione mandati contra Joannem Baptistam Vila I. V. Doctorem Presbyterum, & Canonicum Sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ uti collectorem fructuum Archidiaconatus Bitulonæ, vulgò *de Bessors*, de patronatu Domini nostri Regis à Curia sæculari Locum Tenentis Magistri Rationalis, cum quo ei injunctum fuit, quatenus ut collector prædictus redderet computum dictorum fructuum per eum collectorum, fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per ejus fisci Procuratorem, & dictum Joannem Baptistam Vila Presbyterum, & Canonicum dictæ Ecclesiæ locum non fuisse, nec esse. Quam declarationem tradidi *dec. 10. n. 113. par. 1.*

3 Et in alio casu per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Vilosa, Pons, & Castellvi, & Rull, 3. Octobris 1661. occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ per Venerabilem Abbatem Sancti Cucuphatis Vallen. antiquiorem, & eo nomine Præsidentem Sacræ Religionis Sancti Benedicti Ordinis Claustralis Provinciæ Tarraconæ, & Fratrem D. Gasparem Cassamijana, & Fratrem Ugonem de Montaner dictæ Religionis, ut administratores spolii Venerabilis Fratris D. Jacobi Meca quondam Abbatis Sancti Salvatoris de Breda, electi Monasterii Beatæ Mariæ de Ripoll, procedimentis ad instantiam Procuratoris Fiscalis Patrimonialis factis, prætendentis dictos administratores debere solvere de bonis dicti spolii dicti Abbatis Meca pensiones, ad quas dicta Abbatia de Ripoll de tempore, quo fuit sequestrator Regius, Jacobus Verneda, qui virtute commissionis Regiæ dicto Abbati Meca fructus dicti Abbatiatus de Ripoll tradidit, fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica locum non fuisse, nec esse.

Sed quia item venit in manus tractare de Officio Magistri Rationalis, præter ea quæ tradidi *dec. 10. à num. 105. ad 140. part. 1.*

4 Quæro 1. infra quantum tempus Magister Rationalis debet audire computa Officialium Regiorum triennalium? Resp. quòd infrà quatuor annos postquam habere desierint dicta officia triennalia, tenetur absolvere, vel condemnare pro culpis, negligentiis, & omissionibus per eos in eorum officiis commissis, quod si non fecerit, tam dicti Officiales, quàm fidejussores sunt absoluti, *Constit. unica, tit. de Ofici de Mestre Racion.il*, Berart. *in specu. visit. c. 14. num. 5.*

5 Quæro 2. An Magister Rationalis teneatur infra quatuor annos absolvere, vel condemnare Officiales Regios triennales pro culpis, negligentiis, & omissionibus per eos in eorum officiis commissis, an verò sufficiat, quòd intra quatuor annos Fisci Procurator Patrimonialis querelam instituat contra eos pro omissionibus commissis? evenit iste casus in officio Magistri Rationalis contra Joannem de Tort Vicarium Villæ Francæ confluentis, qui opposuit inter alia de lapsu quadriennii de jure nostro patrio in favorem Regiorum officialium triennalium indulto. Sed quia constabat ex meritis processus dictum Joannem de Tort dictum officium obtinuisse, & rexisse usque ad mensem Maii 1603. & querelam instante Fisci Procuratore Patrimoniali receptam fuisse contra eum pro omissionibus per illum commissis 5. Januarii 1606. tribus annis, & octo mensibus tantùm elapsis à die quo regimen perfecerat, sicque non adhuc dicto quadriennio emerso: fuit condemnatus, elapsis tribus quadrienniis, in quantitate fraudata cum pœna undecupli, sententia lata die 3. Decembris 1620. Referente Magnifico Ludovico Besturs Assessore Bajuliæ Generalis, & Fisci Advocato Patrimoniali existente Magnifico Hipolito de Montaner. Verum tamen est, quòd sua Regia Majestas remisit dicto Joanni de Tort pœnam undecupli, voluit autem, quòd solveret simplum, ut constat ex epistolico rescripto. Dat. Matriti 11. Septembris 1621. quod habetur in regestro 1. Regiorum rescriptorum Officii Magistri Rationalis *fol. 139.*

Quæro 3. Quando Officiales in Officio Magistri Ra- 6
tionalis debent querelari pro omissionibus, ut possint condemnari in quantitatibus omissis, unà cum pœna undecupli? Resp. quòd finitis, expeditis computis, juxta Regiam pragmaticam Serenissimi Domini Regis Alphonsi. Dat. in Fœlicibus Castri 18. Octobris 1441. & in hoc non est ulla difficultas, vidi enim infinita exemplaria in Officio Magistri Rationalis.

Cum hac tamen distinctione, quòd si Officiales sint 7
perpetui, hoc est durante vita, ut receptor Bajuliæ Generalis, & similes, si in primo computo commiserint fraudes, & illud jam fuerit definitum possunt querelari & puniri in quantitate fraudata unà cum pœna undecupli. Ita fuit declaratum in Officio Magistri Rationalis in favorem Fisci Procuratoris Patrimonialis contra Raphaelem Balcells receptorem Bajuliæ Generalis, & ejus fidejussores Martinum Joannem de Spuny, & Petrum Ferran, Relatore Don Accasio de Ripoll Assessore Bajuliæ Generalis, & Fumaz, & Desplà Fisci Advocato 11. Decembris 1628. nam cum dictus Raphael Balcells 28. Septembris 1599. fuisset nominatus receptor Bajuliæ Generalis, & dedisset computa sua, usque ad annum 1605. scilicet septem computa, unum pro quolibet anno, & in computis annorum 1602. & 1603. fraudaverit Regium patrimonium, & illa fuissent definita, non obstante, quòd non fuissent definita computa anni 1605. & pars hæredum dicti Balcells & suorum fidejussorum formiter opposuerit schedula oblata 3. Aprilis 1628. dicta computa non fuisse finita, nec definita in Officio Magistri Rationalis, replicante Fisci Procuratore Patrimoniali Schedula oblata 20. Junii 1628. quòd computa annorum 1602. & 1603. jam erant finita, & definita, fuit declaratum contra hæredes dicti Balcells & eorum fidejussores, condemnando illos in pœnam undecupli, simul cum quantitate fraudata.

At si Officiales sint triennales, & in eorum com- 8
putis fraudes commiserint, non possunt condemnari in pœnam undecupli, simul cum quantitatibus fraudatis, nisi omnibus computis totius triennii finitis, & expeditis, ita ut non sint alia computa daturi, Ramon ita audivisse testatur *cons. 35. sub numero 31.* Adeò quòd si Officiales triennales dederint computum pro primo anno, & in eo fraudaverint Regium patrimonium, & hujusmodi computum fuerit finitum, & expeditum, possunt pro eo querelari, sed solùm modò condemnari in quantitate fraudata, non autem in pœna undecupli, sed expectanda est conclusio computi ultimi triennii. Ita fuit observatum in Officio Magistri Rationalis referente Magnifico Ludovico Besturs, Assessore Bajuliæ Generalis, & Magnifico Hipolito de Montaner Fisci Advocato Patrimoniali die 4. Martii 1617. contra Antonium Alguer Vicarium, & Bajulum Villæ & Vallis de Ribes, in qua defuncto dicto Alguer

guer ante præsentationem ultimi computi fuerunt condemnati fidejussores in simplo quantitatis fraudatæ, reservato jure Fisci Procuratori quoad pœnam undecupli in alio judicio. Similis per eumdem Relatorem, & Fisci Advocatum 11. Februarii 1617. in causa fidejussorum Petri Ciurana Vicarii Podii Ceritaniæ. Similis 30. Octobris 1659. referente Nobili Josepho de Balaguer tunc Assessore Bajuliæ Generalis, nunc Decano Regiæ Audientiæ, me Fisci tunc Advocato Patrimoniali in favorem Francisci Vicens, & aliorum fidejussorum Francisci de Duran Vicarii Civitatis Minoriss. Et referente Nobili Josepho de Potau Assessore Bajuliæ Generalis, me Fisci Advocato Patrimoniali die 20. Novembris 1656. Petrus Mas Vicarius Regius Villæ Franchæ Pœniten. qui finito triennio continuavit usque ad adventum novi successoris, sed pro primo triennio dedit computa, & cum in eis fraudasset, petiit Fisci Procurator Patrimonialis illum in quantitatibus fraudatis cum pœna undecupli condemnari, atquia ipse adhuc continuabat officium, fuit tantùm in simplo quantitatum fraudatarum condemnatus, & absolutus à pœna undecupli.

9 Quæro 4. si Officiales, tàm perpetui, quàm triennales, si finitis, & definitis computis in officio Magistri Rationalis comparuerint cum memoriali asserentes recepisse aliquas partitas, de quibus computum non dederunt, an sint audiendi, vel condemnandi? Resp. Quòd quidquid aliud sit, quando agitur de condemnandis Officialibus, pro crimine barataræ, de quo latè Bobad. *in polit. lib. 5. capit. 1. à num. 99.* Berart. *in specu. visit. cap. 17. à numer. 123.* Tamen quod attinet ad pœnam undecupli in officio Magistri Rationalis, sic distinguendum existimo. Nam aut Officiales exhibent memoriale ante factam denuntiationem per Fisci Procuratorem, vel ante ceptam querelam contra illos, eo casu, sunt audiendi, & est locus purgationi moræ. Si verò Officiales exhibent memoriale jam facta denuntiatione per Fisci Procuratorem, vel jam capta querela contra eos, non est locus purgationi moræ, sed sunt condemnandi in quantitatibus fraudatis, unà cum pœna undecupli, ad Bobad. *in polit. lib. 4. cap. 5. num. 18.* Guttier. *pract. lib. 4. quæst. 37. num. 35.* Farinac. *de furtis quæst. 173. numer. 24.* Alfaro *de offic. fiscal. gloss. 20. §. 3. numer. 75.* Xammar. *de offic. jud. par. 1. quæst. 11. num. 51.* Et ad tradita per Ripoll. *var. cap. 7. numer. 242. & 243.* Cancer. *part. 3. var. capit. 6. numer. 111.* Pichard. *in disput. de mora num. 108. & 118.* & juxta secundum membrum distinctionis fuit observatum in officio Magistri Rationalis referente Magnifico Ludovico Besturs Assessore Bajuliæ Generalis, & Magnifico Hypolito de Montaner Fisci Advocato Patrimoniali 16. Maii 1616. contra Laurentium Rabassa Bajulum Villæ de Terrassa, qui transacto anno, quatuor mensibus post computa finita, & definita, & incepta contra eum querela pro aliquibus omissionibus comparuit cum memoriali, sed fuit dictum non licere dicto Rabassa prædictum memoriale, nec alia computa præsentare, cum scienter illa fraudasse, & omisisse credatur. Idem antea fuit declaratum in favorem Fisci Procuratoris contra Thomam Mercader Lenjador domicellum Civitatis Dertuzæ in capite tertio sententiæ latæ referente Hieronymo Pujadades Assessore Bajuliæ Generalis, & dicto Magnifico Hipolito Montaner Fisci Advocato Patrimoniali 26. Aprilis 1613. quæ fuit in gradu supplicationis confirmata 17. Aprilis 1617. referente Magnifico Joanne Gallego antiquiore Doctore Regiæ Audientiæ, eodem Magnifico Hipolyto de Montaner Fisci Advocato. Similis in favorem Fisci Procuratoris contra Josephum Mas olim Bajulum Villæ Franchæ Pœniten. die 2. Novembris 1656. referente Magnifico Thoma Arques Assessore Bajuliæ Generalis, me existente Fisci Advocato Patrimoniali.

10 Quæro 5. An Officiales dantes computa in Officio Magistri Rationalis juxta extractionem, & verificationem computorum per Notarios suarum Curiarum extractorum, si aliquas celaverint quantitates, possint condemnari ad solvendum quantitates celatas in redditione computorum unà cum undecuplo? Resp. Quòd sic, reservato jure dictis Officialibus, si quod eis competit contra prædictos Notarios in alio judicio, sic fuit observatum in officio Magistri Rationalis 30. Aprilis 1616. ad relationem Magnifici Ludovici Besturs Assessoris Bajuliæ Generalis, existente Magnifico Francisco Mijavila Franquesa Fisci Advocato Patrimoniali contra Joannem de Ribes olim Vicarium Campi Rotundi. Similis 13. Julii 1616. referente dicto Magnifico Ludovico Besturs, & existente Advocato Fisci dicto Magnifico Francisco Mijavila Franquesa contra Petrum Puig olim Subbajulum Villæ de Puigcerda. Similis 13. Septembris 1625. contra Julianum Mauran olim Bajulum de Prada de Confient, referente Nobili Acasio de Ripoll Assessore Bajuliæ Generalis, ac intervenientibus Magnificis Hypolito Montaner de Regio Concilio, & Fisci Advocato, Assessoribus Bajuliæ Generalis de quo casu latè scripsit idem Ripoll. *var. cap. 1. num. 380. ad 387.* Et modernè ita fuit decisum 11. Julii 1661. ad relationem Magnifici Gomes & Puiguert, Assessoris Bajuliæ Generalis, me existente Fisci Advocato Patrimoniali, contra Franciscum Guells Bajulum Villæ Franchæ Pœniten. Conferunt tradita per Berart *in spec. visit. cap. 16. n. 65.*

Quæro 6. An Jurati, Consules, seu Patiarii, qui in 11
Cathalonia portant baculum propter mortem, seu absentiam Vicariorum, & Bajulorum teneantur reddere computa in Officio Magistri Rationalis, & si in eis fraudes commiserint, possint condemnari in quantitatibus fraudatis unà cum pœna undecupli? Resp. Quòd sic. Ita fuit observatum 30. Aprilis 1616. ad relationem Magnifici Ludovici Besturs Assessoris Bajuliæ Generalis, existente Magnifico Francisco Mijavila Franquesa Fisci Advocato Patrimoniali, contra Joannem Caderset, Consulem in ordine primum Villæ Campi Rotundi, & propter defectum Vicarii dictæ Villæ, Regentem Officium Vicarii ejusdem Villæ. Similis 18. Martii 1617. ad relationem dicti Magnifici Ludovici Besturs, & Magnifico Hypolito de Montaner existente Fisci Advocato Patrimoniali, contra Galcerandum Font, Consulem in Ordine primum Villæ Oloti, & propter mortem Locum Tenentis Regentis Vicariam dictæ Villæ, Regentem Officium Locum Tenentis Vicarii ejusdem Villæ Oloti. Pro quibus conferunt Fontanella cum decisione nostri Senatus *de pac. nup. tom. 1. claus. 4. gl. 10. part. 2. n. 93.* Berart *in spec. visit. cap. 4. n. 23.*

Quæro 7. An Vicarii Regii, qui sonum emiserunt, 12
possint illius insecutionem pecuniis, vel compositionibus remittere? Resp. Quòd non, *const. 10. anni 1599.* Don Michael de Calderò *dec. 31. nu. 53. part. 1.* Fontanella, dicit malè servari in Cathalonia, cum vix aliud habeant, ex quo majores pecunias extrahant, quàm ab his compositionibus, *de pac. nup. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 45.*

Adeò quòd Vicarii Regii si insecutionem soni emis- 13
si pecuniis, & compositionibus remiserint, tenentur de hujusmodi pecuniis, & compositionibus computum dare in Officio Magistri Rationalis, at si omiserint & penes se retinuerint, condemnantur ad solvendas quantitates defraudatas Regio Fisco Patrimoniali, unà cum undecuplo. Sic fuit observatum in favorem Fisci Procuratoris Patrimonialis contra Petrum Gibert Vicarium, & Bajulum Villæ Cervariæ, qui solitus erat committere tractatum, & concordiam compositionum Michaeli Centoll Regio Portario, Procuratori Fiscali Curiæ Cervariæ, & hoc ad majorem cautelam, ut fraudulenter compositiones totius fierent, & signanter in sonis emissis, accepta pecunia per dictum Centoll per eum composita, & tractata, dictus Vicarius Petrus Gibert tractata, & conventa per dictum Centoll adimplebat, condemnatus fuit in quantitatibus fraudatis unà cum undecuplo, die 4. Decembris 1612. ad relationem Magnifici Francisci Roig Assessoris Bajuliæ Generalis, & Hypolito de Montaner Fisci Advocato, quæ postea fuit executioni demandata in locum dicti Magnifici Francisci Roig provisione facta 26. Octobris 1630. per Nobilem Accasium

de

de Ripoll Assessorem Bajuliæ Generalis, & Fumaz, & Despla Fisci Advocato. Similis 21. Novembris 1656. contra Joannem Gras, & Sans Vicarium Regium Civitatis Tarraconæ, referente Nobili Josepho de Potau Assessore Bajuliæ Generalis, me Fisci Advocato Patrimoniali. Similis 25. Novembris 1656. contra Franciscum Aguilò Vicarium Villæ Montisalbi, relatore Magnifico Thoma Arques Assessore Bajuliæ Generalis, me Fisci Advocato.

14 Quæro 8. an Magister Rationalis possit remittere, & componere pœnas omissionum Officialibus Regiis in totum vel in partem, prout sibi benè visum fuerit? Resp. Quòd antiquitus facere poterat cum interventione coadjutorum ordinariorum, & extraordinariorum, *juxta pragmaticam Serenissimi Domini Regis Alphonsi dat. in Fœlicibus Castri contra pontem currum 15. Octobris* 1441. prout fecit Nobilis Gaspard de Vilanova, & Perves, Baro de Perves, Locum Tenens Magistri Rationalis 23. Februarii 1594. cum Doctore Andræa Ribelles, Regente Vicariam Civitatis Dertuzæ, qui fuit remissus, & compositus in quantitate centum, & decem librarum, & cum Petro Daroca Subvicario ejusdem Civitatis Dertuzæ, qui fuit compositus, & remissus in quantitate triginta librarum. Idem fecit dictus Nobilis Gaspar de Vilanova die 4. Februarii 1606. cum Matthæo Esteve Bajulo Villæ de Prada de Conflent, qui fuit remissus, & compositus in quantitate ducentum librarum.

15 Hodie verò Magister Rationalis non potest remittere, & componere pœnas omissionum Regiorum Officialium, ex Regia Epistola tenoris sequentis. Extra. *Al muy Reverendo en Christo Padre, y amado Consejero nuestro el Arcobispo de Sarageca, Nuestro Lugar Tiniente, y Capitan General en los Nuestro Principado de Cataluna, y Condados de Rossellon. y Cerdano.* Intus vero. *El Rey, muy Reverendo en Christo Padre, del nuestro Consejo, Nuestro Lugartiniente, y Capitan General. Hase recibido vuestra Carta de 18. de Junio mas cerca passado, con los papeles que en ella venian, para satisfaccion de las remissiones, que en el Officio de Maestre Rational se han hecho de penas de onze tantos, y la relacion de las causas que se tratan sobre los quintos de las imposiciones entre mi Regio Fisco, y algunas Universidades. Y aunque las hechas hasta aqui se podian, y devian escusar, es mi Real voluntad, que dea qui adelante no se hagan por convenir assi à mi Real servicio, y que luego me aviseis con particularidad, que composiciones son las de la memoria, que he visto, de que cantidad la remission, y que tanta la pena, que devian. E quanto à las causas de los quintos sere muyp servido procureis, y deis orden, que se tenga particular cuydado, en que se despachen con toda la brevedad possible. Dat. En San Lorenzo à 20. de Agosto* 1611. YO EL REY *Ut. Don Didacus Clavero Vicecancellarius. Ut. Don Monserratus Guardiola Regens. Ut. Don Josephus Banatos, Regens. Ut. Don Philippus Tallada Regens Don Franciscus Gassol Prothonotarius.* Et in hac conformitate, prævia consultatione fuit observatum año 1657. in causa contra hæredes Laurentii de Arronis Vicarii Civitatis Barcinonæ, qua pro hac vice dispensavit sua Regia Majestas, ut Locum Tenens Officii Magistri Rationalis posset componere, & remittere pœnam quantitatum fraudatarum.

16 Quæro 9. quomodo procedendum sit in Officio Magistri Rationalis contra fidejussores Officialis, Regii super omissionibus in computis factis? Respond. Quòd prius recipienda est informatio super dictis omissionibus, & ea recepta, expediendum est mandatum decem dierum dictis fidejussoribus, forma solita, & deindè petitur per Fisci Procuratorem publicatio Inquisitionis, absque responsionibus personalibus dictorum fidejussorum, & proceditur, datis defensionibus, & eis publicatis ad assignationem Sententiæ. Ita fuit observatum in processu contra Fidejussores Antonii Alguer Vicarii, & Bajuli Villæ, & Vallis de Ribes.

17 Similiter quando Officialis Regius vivit, datque sua computa, & in eis fraudat, & capta ab eo depositione, vel antea decedit, recipitur informatio quantitatum fraudatarum, & expeditur mandatum decem dierum fidejussoribus, & facta reproductione mandati, petitur per Fisci Procuratorem publicatio Inquisitionis, sic fuit observatum contra fidejussores Petri Romeu Bajuli de Prada de Conflent, & contra fidejussores Petri Ciurana Vicarii Villæ de Puigcerda.

Quæro 10. An testis deponens contra Regium Officialem super omissionibus, & fraudibus in redditione computorum in officio Magistri Rationalis debeat esse cognitus? Resp. Quòd, & si verissimum sit, quòd testis deponens in causis Criminalibus debet esse cognitus, ut de jure communi, & nostro municipali probat noster Don Michael de Calderò *dec. 7. nu. 14. par. 1.* Et quando Fiscus agit ad pœnam undecupli dicitur agere Criminaliter, *ut tradidi dec. 10. n. 124. in fine part 1.* Tamen de stylo, & praxi Tribunalis Officii Magistri Rationalis non est necessarium, testis sit cognitus, sed sufficit, quòd testis dicat ætatem, & quòd fuit citatus, juratus, & interrogatus, &c. Ut vidi in quamplurimis exemplaribus, signanter in processu contra Doctorem Andræam Miralles Regentem Vicariam Civitatis Dertuzę & contra Petrum Daroca Subvicarium ejusdem Civitatis, qui fuerunt postea compositi, & remissi 4. Februarii 1594. in quantitatibus contentis supra *n.* 14. & in processu contra Petrum Mattheu Steve Bajulum Villæ de Prada de Conflent qui fuit compositus, & remissus 4. Februarii 1606. in quantitate contenta *n.* 14. & in processu contra Joannem Ribes Vicarium Campi Rotundi, qui fuerunt condemnati ipse, & sui fidejusores 30. Aprilis 1616. memini supra *n.* 10. & in processu contra Joannem Caderset ut Consulem in Ordine primum Villæ Campi Rotundi, & ob defectum Vicarii ejusdem Villæ, contra quem fuit lata sententia 30. Aprilis 1616. memini supra *nu.* 11. & in processu contra Antonium Alguer Vicarium, & Bajulum Villæ, & Vallis de Ribes, qui, & ejus fidejussores fuerunt condemnati die 4. Martii 1617. memini supra *num.* 8. & in processu contra Galcerandum Font, uti Consulem in ordine primum Villæ Oloti ob mortem Locum Tenentis Regentis Vicariam dictæ Villæ, Regentem Officium Locum Tenentis Vicarii ejusdem Villæ, qui fuit condemnatus 18. Martii 1617. memini supra *n.* 11. & in processu contra Jacobum de Miralles domicellum Civitatis Urgelli Gubernatorem Vice Comitatus de Castellbo, qui, & sui fidejussores condemnati fuerunt 8. Januarii 1620. & in processibus respectivè contra Petrum Mas Vicarium Villæfranchæ Pœniten. Joannem Gras, & Sans Vicarium Regium Civitatis Tarraconæ, & contra Franciscum Aguilo Vicarium Villæ Montisalbi. 18

Quæro 11. An testes contra Officiales Regios super omissionibus, & fraudibus in Officio Magistri Rationalis deponentes debeant esse omni exceptione majores, & hæc qualitas, quòd testes sint omni exceptione majores, sit per Regium Fiscum diligenter articulanda, & concludenter probanda? quòd licèt de jure testes deponentes contra officiales debent esse omni exceptione majores, ut probat pluribus laudatis Berart *in specu. visit. c. 5. numer. 6. & 7.* quibus addo Farinac. *in praxi part. 3. quæst. 11. numer.* 268. Conciol. *resol. crim. verbo Syndicat. resol. 2. numer. 3. & ad stat. Eugubii lib. 4. rub. 66. num.* Molin. *de ritu nup. lib. 1. compar. 8. à num. 1.* Guazzin. *defen. 33. cap. 14. nu. 5. vers. Qui duos testes*, Reg. Mattheu *de re crim. controv. 2. num. 18. & 19.* Cyriacum *controv.* 486. *num.* 58. Bobad. *in polit. tom. 2. lib. 5. c. 1. num.* 224. Larream *dec. 98. num. 39. & allegat. Fiscal.* 48. *numer.* 26. Carenam *resol. 9. num. 1.* adeò quòd qualitas ista, quòd testes sint omni exceptione majores, est articulanda per Regium Fiscum, & concludenter probanda idem Berart *in specu. visit. cap. 5. num. 9.* Carena *resol. 9. num. 2.* Larrea *dec. 98. num. 40. & allegat. Fiscal.* 48. *num.* 37. Castillo *dec. 164. numer. 25. tom. 2.* Bobad. *in polit. lib. 5. c. 1. num.* 224. generaliter multis citatis noster Sapientissimus Don Michael de Calderò *dec. 41. nu. 26. part. 1.* Narbona *l. 82. gloss. 2. à numer. 37. tit. 2. recop. & l. 2. gloss. 4. nu. 19. tit. 11. lib. 8. recop.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 6. c. 8. num. 48.* Molinus *de ritu nup. lib. 1. compar. 8. num. 42.* 20

Tamen in practica non servatur probandi qualitatem in testibus, quòd sint omni exceptione majores, de quo in nostris terminis miratur Bobad. *in polit. lib. 5. c. 1. n. 224.* 21

num.224. in fine, & cum eo Berart. *in spec. visit. cap.5. num.78. & 79.* Larrea *dec.98. num.41. & alleg. fiscal.48. num.26.* Sed meo parvo judicio, in vanum admirantur præcitati Doctores, quia qualitas testium,
22 † ut sint omni exceptione majores, debet articulari, & probari non servatur in praxi, ut dicunt Farinac. *in praxi nu.215.* Carena *de Offic. Sanctæ Inquis. par. 3. tit.10. num.66.* Conciolus *res. crim. verbo Fama res.3, sub num.4.* quos citat Don Michael de Calderò *decis. 41. num.27. part.1.* notat Dominus Vicecancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.14. num.73. vers. Non tamen*, & de jure defendit Narbona *l.82. gloss. 2. à num. 45. tit. 5. lib. 2. recop.* & benè isti dicunt. Quia testes omni exceptione majores dicuntur, qui nulla exceptione, seu nota, & si minima repelli possunt, *gloss. verbo majores in cap. 1. de consangui. & affinit. gloss. verbo idoneos in §. Item verborum de inutilib. stipulat.* Peguera *decis.17. num.40.* Farinac. multos citat *in praxi part. 2. quæst.62. num.1.* Molinus *de ritu nup. lib.1. comparat. 8. num.5.* Sperell. *decis.81. num.4. lib.1.* Quesada Pilo *dissert. 16. num.17. in fine*, Conciol. *resol.crim. verbo Testium miscellanea res.9.nu.3.* Berart. *in specu. visit. cap.5. num.8.* Diana *resol. moral. part.4. tract.6. resol.6. & in coordin. part.5. tract.11. res. 6. sub num.1.* Barbosa *in cap.1. num.9. de consanguinit. & affinit.* Quòd si requi-
23 reretur † ut testes sint omni exceptione majores, difficiliter reperirentur, & possem exclamare cum sapiente. Quis est hic, & laudabimus eum; ut dixerunt Cavalcan. *de testib. part.3. num.34.* Guazzin. *defen.33. cap.14. num.5. vers. Qui duo testes in fine*, Reg. Mattheu *de re crim. contr. 2. num.25. & controv. 28. num.14. & 15.* Don Michael de Calderò *dec.41. num. 27. in fine part.1.* notat Grasset. *in anatomo necis prodit. §.29. num.264.* Quapropter juxta istam praxim in Tribunali Officii Magistri Rationalis nulla fit probatio qualitatis testium deponentium de omissionibus, & fraudibus Officialium quòd sint omni exceptione majores, & talis est stylus, & practica in hoc Tribunali, ut vidi in quamplurimis exemplaribus.

24 Quæro 12. An testes singulares probent in Officio Magistri Rationalis contra Officialem ad eum, ejusque fidejussores condemnandos in quantitatibus emissis, & fraudatis unà cum pœna undecupli? Resp. quòd licèt re-
25 gulariter † probatio clara, & evidens requiratur ad probandum crimen omissionum, & fraudum, ut Officiales possint condemnari, Bobad. *in polit. lib.5. capit.1. numer.220.* Berart. *in specu. visit. capit.5. num. 10. & 19.* Cyriacus *contr.486. num.56.* Conciol. *resol. crim. verbo Syndicatus resol.2. num. 1. & ad stat. Eugubii lib.4. rub.66. numer. 2.* Castillo *decis. 164. num.23. & 24. lib.2.* Farinac. *in praxi part.3. quæst.111. nu.264.* Carena *res.9. sub num. 1. & nu. 2. vers. Quod.* Cum jus benè præsumat de Officialibus, maximè pro Senatoribus
26 Regiis, Larrea *decis.98. num.40.* Mastrill. *de Magist. lib.6. cap.10. à num.199.* Reg. Sesse *in causa Syndicatus post tract. de inhibit. num.6.* Carena *res.9. num.1.* Berart. *in specu. visit. cap.3. num.68. vers. Undè, & cap.5. à nu. 1.* Farinac. *in praxi par.3. quæst.111. nu. 261.* Valenzuella *cons. 102. numer.25. & 26.* Cyriacus *controver. 486. à num.45.* Conciol. *ad stat. Eugubii lib.4. rub.66. numer.2. & resol.crim. verbo Syndicatus resol.2. num.2.* Narbona, *l.82. gl.2. nu.7. tit.5. lib. 2. recop.* Solorzano *de jure ind. tom.2. lib.4. c.8. n.17.* Don Michael de Calderò *dec.100.*
27 *nu.42. 43. & 44. par. 2.* Tamen quia † hujusmodi delictum est difficilis probationis, & non soleat committi palam sed occultè, Bossius *in prax. crim. tit. de Officiale corrupto n.14.* Mascard. *de probat. concl.165. numer.1. & 2.* Menochius *de arb. jud. casu 116. n.22. & 23.* Castillo *dec.165. num.20. lib.1.* Larrea *alleg. Fiscal.48. numer. 13.* Valenzuella *cons.102. n.43. & 44.* Don Michael de Calderò *dec.100. n.37. par.2.* Merlinus *cent. 2. contr.29. numer.2.* Farinac. *in praxi par.3. qu.111. numer.277. in fine.*

28 Ideoque à Doctoribus in hoc crimine omissionum, & fraudum Officialium Regiorum duplex probatio consideratur. Una regularis, & alia irregularis, Bobad. *in polit. lib.5. cap.1. nu. 220. vers. Pero porque*, Berart. *in spec. visit. cap.5. n.56. & 57.*

29 In primo casu ubi tractatur probatione regulari secundùm aliquos, requiruntur duo testes de visu contestes, prout sufficiunt in quacumque causa etiam ardua; & gravi, Bobad. *in polit. lib.5. c.1. num.220. vers. Y otra es*, Berart. *in spec. visit. cap.5. numer.58. & 59.* Vel cum unico teste, cum alia semiplena probatione, Bobad. *hic citatus, vers. O un testigo.* At secundùm alios, duo testes de visu contestes de eodem facto deponentes non sufficiunt, sed sunt necessarii tres testes de visu contestes, scilicet duo ad probationem, & alter ad præsumptionem evincendam, quam habent Officiales in sui favorem, nam tot sunt necessarii, quando est aliquid probandum contra juris præsumptionem, sic Speculat. Deci. Jason. Avendaño, & Mieres, quos refert, sed non sequitur idem Bobad. *hic citatus vers. Y aun mas*, Pegna, Rauden. & Giachar. quos citat Berart. *in specu. visit. cap. 5. num. 60. vers. Verum nec per duos testes*, Vargas *consid. pract. de Syndicatu part.8. tit. 1. consid. 16. numer. 11. & tit.2. consid. 2. num. 8. & sequ.* & reprobato Bobadilla benè exornat Don Michael de Calderò *dec.100. num.39. 40. & 41.* & in ornatum addo Garciam *de expen. cap.9. n.13. vers. Item adverte, & de Nobilit. glos.2. num.§.1. num.38.* Reg. Sesse *dec.2. num.10. tom.1.* Suelves *cons.51. numer. 5. tom. 1.* Domin. Vicecancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.14. n.69.* Farin. *in praxi part.2. q.63. n.239. & 240.*

In secundo casu ubi tractatur de probatione irre- 30
gulari, si agitur contra Officiales præeminentes, utpote contra Senatores Regios non censetur probatum hoc crimen omissionis, nedum per testes singulares, nec per duos testes de eodem facto deponentes, Bobadilla *in polit. lib. 5. capit. 1. numer.231.* Berart. *in specu. visit. capit. 5. numer. 60.* Gallego *in respon. pro Syndicat. capit. 1. à numer. 33.* Carena *resol.9. num. 4. versic. Semperque*, ubi allegat Bobadilla *in polit.lib. 5. capit.1. numer.203.* ubi inquit, *Y por esse* (loquitur generaliter de omnibus Officialibus) *no se deve dar credito à los testigos contra ellos, sino fueren muchos, porque prenden, castigan, increpan, y reprimen à los subditos.* Don Michael de Calderò *dec.100. à num. 44. part.2.*

Si verò agitur de probatione irregulari contra Offi- 31
ciales inferiores censetur hoc crimen omissionum per plures singulares probatum, ad minus semiplenè, & quandoque plusquam semiplenè, Berart. *in specu. visit. cap.5. à num.61. præcipuè num. 64.* Sed etiam plenè Bobad. *in polit. lib.5. c.1. num. 223.* Aviles *in cap.1. prætor. gl. dativas num.28.* Farinac. *in praxi part. 2. quæst. 64. n.296.* Barbosa *in cap.4. num.69. de testib.* Larrea *alleg. 48. num.24.* Berart. *in specu. visit. capit.5. num.65.* Reg. Matthæu *de re crim. contr. 40. numer.43.* Mastrill. *de Magistrat. lib.6. cap.2. num. 33.* maximè concurrentibus aliis adminiculis, & circumstantiis, Aviles, Berart, & Mastrill. *locis hic citatis.* Farinac. *in praxi part.2. q.64. n.302.* Barbosa *in cap.4. num.71. de testib.* Narbona *l.82. glos.2. à num.8. tit.5. lib.2. recop.* quia hujusmodi crimen probatur sicut dolus indiciis, & conjecturis, Boer. Craveta, & Plotus quos citant Bajard. ad Clar. *§. fin.q.73. num.18. versic. Et barataria*, Berart. *in spec. visit. cap.5. num.66.* idque eo, quia cum hoc crimen fiat in secreto, *ut dixi numer.27.* sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ, Castillo *dec. 164. nu.34. lib.1.* Don Michael de Calderò *dec.100. n.37. part.2.* post multos Narbona *l.82. gl.2. à nu.18. lib.2. recop.* Azevedo *l.6. n.1. & 2. tit.9. lib.5. recop.* Reg. Sesse *dec.214. n.1. tom.2.* Aponte *dec.16. n.11.*

Sed cum omnis probatio judicis arbitrio remittatur, 32
l. testium fides 3. §. ideoque, ff. de testibus, ob quod communi calculo Doctores consuluerunt, quòd si judex inducatur ad credulitatem, potest fidem adhibere testibus singularibus. Socin. Curt. Junior Craveta, Paris. & Tiraquel. quos refert, & sequitur Aponte *dec.16. num. 7. & 8.* & ex eo Castillo *dec.164. numer.32. & 33.* quibus ad Menochium *de arb. jud. casu 90. à numer.1. signanter num. 5. & 6.* Larream *allegat. Fiscal. 48. numer. 14.* Covarruv. *lib.3. var. capit.3. numer.5. versic. Hinc profecto in fine*, Barbosam *in capit.4. sub num.72. de testib.* & alios quos citat Farinac. *in praxi part. 2. quæst. 64. à num.310.* ideoque sequitur Fermosin. *in cap. tam litteris 33. quæst. 2. num.46. de testibus*, confert idem

Farin.

Farinac. *in praxi part.2. quæst. 62. numer.* 327. Narbona *l.82. gl.2.n.55.tit.5.lib.2.recop.*

33 Quo autem numero testium singularium judex inducí potest ad credulitatem, fidemque adhibendam testibus singularibus, ut probatæ remaneant omissiones, & fraudes Officio Magistri Rationalis? Resp. quòd aliqui dicunt, quòd ad minus debent esse quatuor testes singulares, ut in terminis testium inhabilium, seu non omni exceptione majorum affirmarunt relati per Gabriel. quem refert Farinac. *in praxi part.* 2. *quæst.62. n.*325. alii docent, quòd sufficiunt tres testes, ut in eisdem terminis tenuerunt relati per Gabriel. quem, & alios citat idem Farinac. *hic citatus num.* 326. & hæc meo videri est verior opinio, *ex dicendis*, *nu.* 34.35.36.37. *&* 38.

34 Quæ opinio, nedum procedit, quando agitur contra Officialem propter unicam omissionem, & fraudem, ut tribus testibus singularibus remaneat fraus, & unica omissio probata, ex traditis, pluribus citatis per Farinac. *in praxi part.2. quæst.* 64. *n.*114. Berart. *in spec.visit. c.5. n.67.* Bobad. *in polit. lib.5. c.1. num.221.& 222.* Larrea *alleg.Fiscal.*48. *n.*40.

35 Sed etiam quando agitur contra Officialem propter tres omissiones, & fraudes, quo casu tres testes singulares plenè probant omissiones, & fraudes, ut si unus testis deponat de una omissione, & fraude, alter de alia, & alius de alia, optimè probant, & ita observatur in Regnis Castellæ, Neapolis, & Siciliæ, ut in terminis Regni Castellæ, *attentis l.8. tit.25. lib.2. ordinamen.& l.6. tit.9. lib.3. recop.* docent Avendaño *in c.2.prætor. nu. 19. vers. Hodiè vero par.1.* Aviles *in c.1. prætor.gloss. dativas numer.*28. Azevedo *l.6. n.5. tit.9. lib.* 3.*recop.* Paz *in praxi tom.1. par.8. c. unico numer.* 35. *&* 36. Narbona *l.82.gloss.1. num.8.tit.5. lib.2. recop.* Solorz. *in polit.lib. 5.c. 11. vers. Con que fol.* 854. Fermosinus *in c.tam litteris* 33. *quæst.3. nu.*60. *de testibus*, Valenzuela *cons.* 102. *num.*48. *tom.*2. Reg. Mattheu *de re crim. contr.*40. *num.* 41. de Regno Neapolis *ex Pragmat. incip. quis nescit. tit. de muneribus*, tradunt Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 73. *num.*18. *vers. Et per Regiam Pragmaticam*, Aponte *dec.*16. *num.*9. Merlinus *contr. foren. cent.2. controv.* 28. *&* 29. de Regno Siciliæ *ex Pragmat. 3. tit. ne Official. mun. accip.* docent Mastrill. *de Magistrat. lib.6.c.2.num.* 33. *&* c.8. *num.* 46. Castillo *decis.* 64. *num.*13. *tom.*2. & de Regnis Castellæ, & Neapolis, Bobad. *in polit.lib. 5.c,1. numer.*223. & de omnibus his Regnis, Castellæ, Neapolis, & Siciliæ Larrea *allegat.Fiscal.*48. *num.*2. *& per totam allegationem*, noster Don Michael de Calderò *dec.*100. *num.*36. *par.*2. Et quamvis in hoc Principatu jus municipale in his non habeamus ut dicit Dominus de Calderò hic citatus *nam.*36. *in fine.* Tamen de jure communi ita statutum habemus, Reg. Sesse cum multis probat *decis.* 214. *num.*3. *t.*2. ad quem se refert Mastrill. *de Magistrat. lib.6. c.*8. *num.* 46. idque propter delicti atrocitatem, Reg. Sesse *dec.*214. *in prin. tom.* 2. Narbona *l.*82. *gl.*2. *numer.*32. *tit.*5. *lib.*2. *recop.* Solorzano *in polit.lib.*5.*cap.*11.*versic. Por los quales fol.*853. Bobad. *in polit. lib.*5.*c.*1.*num.* 223. & reipublicæ utilitatem, Larrea *alleg. Fiscal.* 48. *n.*2. ex duplici ratione.

36 Prima, quia hoc crimen omissionum, & fraudum est tantæ abominationis, detestabile, & horrendum, Farinac. *in praxi par.*3. *q.* 111. *n.*2. ut æquiparetur crimini læsæ Majestatis, Grammat.*cons.*35.*n.*2.Maschard. *de probat.concl.*164. *n.9.& concl.* 166. *nu.*4. Bajard.Clar. §.*fin.qu.*73.*n.*19. Farinac. *in part.*3. *qu.*111. *nu.*3.Larrea *alleg.Fiscal.*48. *sub num.* 1. Et crimen † læsæ Majestatis probatur per testes singulares Mascard. *de probat.con-*
37 *clus.*462. *nu.*16.*&* 17. Larrea *alleg.Fiscal.*48. *sub num.*3. Farinac. *in praxi part.*2.*qu.*64. *num.*220. *& num.*221.ait, quòd ad probandum hoc crimen, quod non unico temporis momento, sed ex pluribus, & diversis actibus, ut plurimum perficitur, testes singulares admittuntur, *&* n.222. inquit, tunc demùm procedere, quando hujusmodi crimen fuit commissum per plures actus, & tractatus, tunc enim testes singulares, quorum unus deponit de uno actu, & alter de alio, optimè probant, etiam quòd in loco, & tempore discordent; ad quod inter alios citat Osascum *dec.*79. *n.*39.

Secunda, quia testes non dicuntur singulares ratione actuum, sed respectu finis, & ideo si sunt contestes respectu finis, non dicuntur singulares, nam sufficit in substantialibus concordare, quæ faciunt ad finem causæ, ut dicit Ansald. *de jurisd. par.*2. *tit.*9. *c.*5. *num.* 54. *&* 55. & in terminis Azevedo *l.*6. *n.*9. *&* 10. *tit.*9. *lib.*3. *recop.* Larrea *alleg. Fiscal.*48. *num.*24. 38

Verùm difficultas versatur. An tres, seu alii multi testes singulares super omissionibus, & fraudibus Officialium in suis computis sint sufficientes ad eos condemnandos pœna ordinaria; Plures tenent, quòd non, ut probat Farinac. *in praxi part.*2. *quæst.*64. *à nu.* 126. *ad* 131. *&* n.256. *cum duob. seq. &* numer. 303. Gallego *in respon. de sindicatu c.*1. *num.*54. Berart. *in specu. visit. c.*5. *n.* 59. noster Don Michael de Calderò *dec.*100. *n.*57. *&* 58. *part.*2. 39

Sed contrarium, quòd sic junctis adminiculis Petra *de fideicom. c.* 12. *n.* 529. At absque mentione adminiculorum Regens Sesse *dec.*214. *num.*3.*tom.*1. ubi postquam dixi, tres testes singulares, etiam de proprio, vel singulari facto deponentes, sufficere ad probandam judicis baratariam, ob excogitatas fraudes judicis illam committentis, Doctoribus citatis addit, sic fuisse habitum pro constanti in denuntiatione Don Gabrielis Blasco de Alagon anno 1602. sed non fuisse probatam baratariam. Et concludit, verùm in processibus inquisitionum contra Officiales delinquentes vidisse ex hoc eos suspensos, & punitos, quos non nominasse. 40

Verùm in Officio Magistri Rationalis Cathaloniæ (in quo iste, casus quotidie succedit) particulares habentur sanctiones, & observantiæ, ut testatur Don Michael de Calderò *dec.* 100. *nu.* 58. *vers. Hæc omnia*. Et primò contra Antonium Algner Vicarium Vallis de Ribes delatum de pluribus omissionibus in suis computis, condemnatum fuisse die 4. Martii 1617. Celatore Besturs, & Montaner Fisci Advocato pro decem compositionibus, & de duobus ex illis, nempè pro compositione Antonii Gasparis Bellafont de Pardines, & Martini Tuban Agricolæ de Pardines solùm constabat per testes singulares, & aliqui testes deposuerunt absque expressione temporis. Secundò contra Josephum Mas Bajulum Villæ Franchæ Pœniten. condemnatum fuisse die 20. Novembr. 1665. Relatore Arques, & me Fisci Advocato pro septem delaturis, & omissionibus, & de aliquibus earum solùm constabat per testes singulares absque temporis expressione. Tertiò contra Petrum Comeu Bajulum Villæ de Prada de Confient delatum de pluribus omissionibus, de quibus constabat per memorialia authentica duorum notariorum, & per testes de omissione compositionis quatuor librarum sexdecim solidorum Arnaldi Dotra, tantùm deposuerunt tres, scilicet dictus Arnaldus Dotra, & Martinus Dotra, ejus patres, qui compositionem solvit, & Arnaldus Cicart, qui solùm dixit Bajulum Petrum Romeu illum capturasse, & postea intellexisse à pluribus personis prædictam compositionem factam, & omnes illi testes deposuerunt absque expressione temporis Celatore Gallego, & Astor Fisci Advocato condemnatum fuisse die 20. Junii 1608. in dicta quantitate, unà cum undecuplo. Quartò. Michael Ferrer Bajulus Villæ de Vergas, Celatore Didaco de Ferrer, & me Fisci Advocato condemnatus fuit pro undecim delaturis die 18. Decemb. 1663. sed de compositione Gabrielis Fortià tantùm constabat de ejus depositione, & de depositione Joannis Costa, qui dicto Bajulo dedit unam libram octo solidos pro dicto Gabriele Fortià, & omnes sine temporis expressione. Et de alia compositione Antonii Pons quantitatis viginti quatuor regalium monetæ argenteæ solum etiam constabat ex depositione dicti Antonii Pons, & Hieronymi Joher qui pecuniam tradidit, & omnes similiter sine expressione temporis. Quintò. Michael Alegret Bajulus Villæ Novæ de Cubells, Relatore Vicentio Sabater, & me Fisci Advocato condemnatus fuit pro quinquaginta quatuor delaturis, & omissionibus, & de aliquibus puta compositionibus Joannis Amat, Magini Mafols, Raymundi Vinyes, Petri Joannis Gaso, Petri Bordes, Damiani Roig, Joannis Estallella, & Raphaelis Ferrer, solùm constabat ex depositionibus ipso- 41

rum compositorum in unis delaturis, & in aliis ex depositionibus ipsorum compositorum, & illorum qui pecunias solverant. Sextò, possunt ad institutum videri, processus Petri Gibert Vicarii Villæ Cervariæ. Petri Mas Vicarii Villæ Franchæ Pœniten. Joannis Gras, & Sans Vicarii Regii Tarraconæ. Francisci Aguilo Vicarii Montisalbi. Raphaelis Garau Vicarii Barcinonæ. Et alii plures reconditi in officio Magistri Rationalis.

42 Habes etiam lector in his, & aliis declarationibus, quòd licèt de jure testes carcerati, compositi, inquisiti, aut condemnati non probent contra Officiales; Maschard. *de probat. concl.* 899. *n.*12. Menochius *lib.*5. *præsump.*43. *num.*17. Bobadilla *in polit. lib.*5. *cap.*1. *n.*66. *vers. Tampoco*, quos, & alios citat Berart. *in spec. visit. cap.*5. *sub num.*34. quibus addendi sunt idem Bobad. *in polit. lib.*5. *cap.*2. *n.*64. *&* 74. Farinac. *in praxi part.*3. *quæst.*111. *num.*269. Giurba *cons.*72. *num.* 55. 56. *&* 57. Guazzin. *defen.*26. *cap.*10. *num.*1. *in fine*, Larrea *dec.*98. *num.*38. Reg. Mattheu *de re Crim. contr.*18. *num.* 56. Vargas Machuca *de Syndicatu tom.*2. *fol.*201. *vers. Los condenados* Don Michael de Calderò *dec.*18. *num.* 13. *part.*1. *& in addit. post part.* 2. *eodem num.* 13. addit Conciolum *resol. crim. verbo Syndicatus resol.*2. *num.*3. *&* 4. *& ad stat. Eugubii lib.*4. *rub.* 19. *num.*13. *& lib.* 4. *rub.*66. *num.*3. Bonden. *de jure controv. tom.*1. *collect. leg.*32. *nu.* 36. Tamen in officio Magistri Rationalis hujusmodi testes carcerati, compositi, inquisiti, aut condemnati probant querelas, & compositiones contra Officiales.

43 Tandem habes ex eisdem declarationibus, quòd licèt testes in criminalibus teneantur exprimere tempus, saltem mensem, Farinac. *in prax. part.*2. *qu.*64. *num.*111. Intrigliol. *dec.*40. *n.*22. *&* 23. Don Michael de Calderò *dec.*7. *nu.*33. *ubi declarat num.* 35. *&* 36. in officio tamen Magistri Rationalis testes deponentes contra Officiales de compositionibus per eos factis probant etiamsi deponant absque expressione temporis.

ARGUMENTUM.

An Eleemosynæ seu stipendia pro celebratione Missarum, si non solvantur, peti debeant coram Judice Ecclesiastico, vel coram Judice sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Legata pro Celebratione Missarum cito, & maxima cura adimpleri debent.*

2 *Legata, & debita Defunctorum absque rationabili causa differentes solvere, cùm primum facere possint, peccant mortaliter.*

3 *Missarum stipendium, si non est solutum, peti potest apud Judicem sæcularem, cum talis lis sit facti num.*3. *imò coram eo peti debet, num.*4. *nisi personæ aliundè, inter quas lis agitur ad forum Ecclesiasticum pertineant, n.*5.

6 *Missarum stipendium, ubi agitur de quæstione juris, quibus Missæ dicendæ sunt, aut de loco ubi sunt dicendæ, aut de numero illarum, aut de qualitate, an de Beata Virgine Maria, an Defunctorum, cum cantu, an sine cantu, ad Judicem Ecclesiasticum spectat, cum totum hoc negotium spirituale sit, aut spirituali annexum, etiamsi inter laicos lis oriatur, numer.* 6. *Amplia, numero* 7.

8 *Missæ stipendium rectè, & licitè conceditur, & rectè, & licitè à Sacerdotibus accipitur absque labe simoniæ, n.*8. *etiamsi Sacerdotes sint divites, num.*9. *fallit in Parochis in illis diebus, quibus tenentur missam celebrare non possunt pro ea manualem Eleemosynam recipere, n.*19.

11 *Stipendii justi taxa pro celebratione Missarum fieri pertinet ad summum Pontificem vel ad Episcopos, & si nulla sit lex, quæ hanc taxam determinet, ad consuetudinem est recurrendum, & si non adsit consuetudo, existimanda est à viris prudentibus, & timoratis existimatione, n.*11. *potestates verò sæculares in hac taxatione se intromittere non possunt, nu.* 12. *& an pro Missa cantata possit recipere Sacerdos majus stipendium, quàm pro Missa recitata, & quid pro Missa recitata in die festo n.*15.

14 *Missarum celebratio ad effectum obtinendi legatum pro eis celebrando relictum, vel pro exigenda pensione censualis pro eorum celebratione creati probatur juramento Parochi, Rectoris, & Guardiani illius Ecclesiæ, cui fuit factum tale legatum vel creatum censuale pro eleemosyna Missarum, n.*14. *ratio traditur, num.* 15. *sivè agatur de re minima, sive de re magna, n.* 16. 17. 18. *&* 19.

20 *Missas, exequias, & officia defunctorum an possit, quis vivens facere pro se celebrari tamquam mortuus, erecto tumulo, quibus ipse præsens assistat? Negant plures n.*20. *sed probabilius alii affirmant n.*21. *&* 22.

23 *Missas funebres, & exequias faciens pro se celebrari vivens, licèt utilius sit, valdè tamen utiles, & necessarias esse Missas, & Anniversaria, quæ dicuntur post mortem.*

24 *Missas celebrare est licitum omnibus Sacerdotibus die Jovis Sancti, num.*24. *etiam absque Prælati licentia, n.*25. *non solùm in secreto, sed etiam publicè, n.*26. *si talis viget consuetudo Ecclesiarum, n.*27. *dummodo celebretur, antequam Missa Solemnis finiatur, n.*28.

29 *Missa Funebris ritu de Requiem solemnis, corpore præsente celebrari potest in Dominicis, & diebus festivis, num.* 30.

31 *Festum Annuntiationis Beatæ Virginis, si incidit in die Jovis Sancti, & eo die non detur consuetudo celebrandi Missas privatas, quid faciendum est, ut fideles missam audire possint.*

32 *Missas celebrare non est licitum Sacerdotibus die veneris Sancti, n.*32. *nec publicè, nec in secreto, num.*33. *etiam ex causa communicandi moribundum, nu.*34. *& Sacerdotes tali die celebrantes peccant mortaliter, n.*35.

36 *Missam audire Populus non tenetur in die veneris Sancti, etiamsi in illo die occurrat festum Annuntiationis Beatæ Virginis.*

37 *Festum Annuntiationis si occurrit in Dominica Quadragesimæ non fit officium de Annuntiatione, nisi in Ecclesiis sub Annuntiationis invocatione dedicatis.*

38 *Festum Annuntiationis non licet celebrare in majori Hebdomada.*

39 *Missam fideles audire non tenentur in illo die, in quem post Paschæ transfertur festum Annuntiationis.*

40 *Fidelibus an liceat communicare die veneris Sancti, num.*40.41.

42 *Missas privatas an sit licitum Sacerdotibus celebrare in Sabbato Sancto, si in illo die nullum Festum de præcepto occurrit, nu.* 42. *&* 43. *& quid si incidit Festum Annuntiationis Beatæ Virginis in Sabbato Sancto, n.*44. *& quid faciendum sit, ut fideles Missam audire possint, n.*43. *&* 44. *& qua hora Missæ dicendæ sint, n.*45. *& quænam Missæ privatæ celebrari debeant, n.*46. *& an sint dicendæ Litaniæ, nu.*47. *& an cum Vesperis, n.*48.

49 *Campanæ in Sabbato Sancto non possunt pulsari in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, n.*49. *& quid in aliis diebus, num.*50.

AR-

DECISIO CCXLIV.

1 LEgata pro celebratione Missarum citò, & maxima cura, solicitudine, ac diligentia adimpleri debent, ut potissimum animarum remedium, quia testator jubens Missas dicere, & stipendia designavit, licèt multum meriti consequatur, non tamen fructum Sacrificii consequitur, nisi realiter dicantur, Soto *in 4. sententiarum disput. 45. quæst. 2. art. 4. vers. Respondet*, Lara *de anniversar. lib. 1. cap. 1. num. 21. 22. & 23.* Lezana *in sum. quæst. regul. part. 4. verbo legata regularibus relicta num. 37. in fine*, Amostazo *de causis piis lib. 2. cap. 5. num. 1.*

2 Dixi citò, & maxima cura, solicitudine, ac diligentia. Nam differentes absque rationabili causa solvere legata, & debita Defunctorum, cum primùm facere possint, peccant mortaliter, ut tradunt Navarrus, & Spino, & communiter Summistæ, & Theologi, refert Bossius *in mor. tom. 2. tit. 12. num. 342.* quibus addendi sunt Villalobos *in sum. mor. part. 2. tract. 30. dif. 26. n. 5.* Lezana *in sum. quæst. reg. par. 4. verbo legata regularibus relicta num. 38.* Barb. *in l. nulli num. 26. C. de Episc. & Cler.* & alii plures, quos citant Diana *res. mor. part. 3. tract. 1. & misc. 1. res. 50. & part. 4. tract. 4. & miscel. res. 162. & part. 8. tract. 5. resol. 52. & in coordin. part. 6. tract. 9. res. 30. n. 1. & res. 42. & 43.* Amostazo *de causis piis lib. 1. cap. 12. à num. 12.*

3 Sed ad institutum. Si stipendia, & Eleemosynæ Missarum non solvuntur, inquit Fagundez, quòd ubi lis est facti, hoc est, cum jam numerus Missarum dictus sit, & stipendium non sit solutum, poterit hoc debitum peti apud judicem sæcularem, *de præcep. Eccl. præcep. 3. lib. 3. cap. 5. num. 3. vers. Ubi autem* & fuit observatum in Regio Senatu Cathaloniæ in declarationibus referendis *n. 14.* & apud Carenam *res. 41. n. 3.* conducunt Amostazo *de causis piis lib. 6. cap. 6. n. 16. vers. Rursus, & nu. 69. vers. Ad Tertium*, & alii à me laudati *dec. 2. à nu. 7. part. 1.* conducunt etiam, quæ tradunt Doctores super solutione decimarum, quando agitur de quæstione facti, quos citavi *dec. 186. num. 3. hac part. 4.* quidquid dicant Guido Papa *dec. 576. n. 3. vers. Sed an causa* Azevedo *l. 10. n. 50. tit. 1. lib. 4. recop.* Borell. *in sum. dec. par. 1. tit. 43. n. 121.* Scialoja *de foro compet. cap. 28. sub n. 51.*

4 Sed in Cathalonia stipendium Missarum, & Anniversariorum petendum est apud judicem sæcularem, ut fuit declaratum per Magarola Tertium, Consultore Morell. 22. Septembris 1620. in facto contentionis inter Conventum Monasterii de Jesus Civitatis Barcinonæ, & Lucretiam Despuig. in comprobationem videantur dicenda *infra dec. seq.*

5 Limita nisi personæ, inter quas lis oritur, ad forum Ecclesiasticum pertineant, sic idem Fagundez *de præcep. Eccl. præcep. 5. lib. 3. cap. 5. n. 3. in fine.*

6 Ubi verò quæstio est juris, hoc est, cum de stipendiis, quibus Missæ dicendæ sunt, agitur, aut de loco ubi sunt dicendæ, aut de numero illarum, aut de qualitate, an de Beata Virgine, an Defunctorum, cum cantu, an sine cantu, ad Judicem Ecclesiasticum pertinet, etiamsi inter laicos lis oriatur, cum totum hoc negotium spirituale sit, aut spirituali annexum, Fagundez *de præcep. Eccl. præcep. 5. lib. 3. cap. 5. numer. 3. in prin.* Amostazo *de causis piis lib. 6. cap. 6. num. 62. vers. Ducor.* conducunt, quæ tradunt Doctores super decimis, quando agitur de quæstione juris, quos cumulavi *dec. 186. n. 3. hac par. 4.*

7 Adeò quòd quamvis Tribunal Judicis sæcularis constet ex Judicibus Ecclesiasticis simul cum sæcularibus, non possunt Judices Ecclesiastici hujus Tribunalis sæcularis cognoscere de causis Missarum, cum quæstio Juris est, nam oportet, ut Judices Ecclesiastici à potestate Ecclesiastica constituti sint, ut Tribunal Ecclesiasticum efficiant, ita Fagundez *de præcep. Eccl. præcep. 5. lib. 3. cap. 5. num. 4.*

8 Infero 1. ex dictis, quòd stipendium Missæ rectè, & licitè conceditur, & rectè, & licitè à Sacerdotibus accipitur absque labe simoniæ, ut comprobat consuetudo vetustissima Ecclesiæ, & contrarium tenere est error impius, & intolerabilis. Quia non datur ut pretium, cum non versetur circa spiritualia in pretium fructus ex Sacrificio applicandi, sed circa aliqua extrinseca pretio æstimabilia, nempè pro sustentatione Sacerdotis, pro labore extrinseco, aut pro celebrando in tali loco, aut tempore, aut quia Sacerdos privat se facultate dandi operam aliis rebus pretio æstimabilibus, sic Timoth. Graffis, Guttier. Vigolin. Henriquez, Morla, Ledesma, Suarez, Vasq. Bartholom. ab Angelo, Cened. Fraxinel. Coninch, Azor, Lessius, Homobon. Fagundez, & Lezana, quos refert, & sequitur Barbosa *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 17. numer. 2. & in collectan. ad Conc. Trid. sess. 22. de Sacrificio Missæ, nu. 1.* quibus addendi sunt Villalobos *in sum. mor. par. 2. tract. 37. dif. 1. n. 11.* Leander *mor. tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 1.* & alii plures quos citant Cast. Palaus *in oper. mor. part. 4. tract. 22. dis. unica punct. 14. num. 3.* Amostazo *de causis piis lib. 2. c. 3. num. 1. 2. & 3.*

9 Etiamsi Sacerdotes sint divites, sive ex bonis patrimonialibus, & hæreditariis, sive ex bonis Ecclesiasticis, ut sunt aliqua beneficia simplicia, Canonicatus, &c. Quibus dicti Sacerdotes non tenentur celebrare, possunt rectè, & licitè pro Missis dicendis stipendia accipere, Villalobos *in sum. mor. part. 1. tit. 8. dif. 15. num. 6.* Barbosa *in collectan. ad Concil. Trident. sess. 22. de Sacrificio Missæ num. 2. in fine*, Guttier. *canonicar. lib. 1. c. 29. num. 10.* Fagundez *de præcep. Eccl. præcep. 1. lib. 3. c. 8. n. 1. 2. & 3.* Castrus Palaus *in oper. mor. part. 4. tract. 22. disp. unica punct. 14. num. 3.* Machado *en su perfeto Confessor lib. 4. par. 1. tract. 12. documen. 8. n. 1.* Leander *quæst. mor. tom. 2. tract. 8. disp. 4. q. 2.* Amostazo *de causis piis lib. 2. cap. 3. n. 6.*

Sed istud stipendium pro una Missa unius diei non est sumendum ex quantitate pecuniæ, qua Sacerdos indiget ad congruam sustentationem unius diei. Et licèt in hoc discordent Doctores, hæc est magis communis, & recepta Sententia, etiam si Sacerdos sit pauper, qui nullum habeat beneficium, nec patrimonium ad se alendum, maximè ex decreto celebrationis Missarum, quod authoritate Urbani VIII. edidit Sacra Congregatio Concilii die 21. Junii 1625. *& habetur tom. 4.* Bullarii *inter constitutiones Urbani num. 43.* Barbosa *in collectan. ad Concil. Trident. sess. 22. de Sacrificio Missæ num. 10.* & videantur latè Diana *res. mor. part. 2. tract. 14. res. 8. & part. 1. tract. 1. & miscellan. 1. res. 24. & in coord. tom. 2. tract. 1. res. 21. & 23.* Leander *quæst. mor. tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 4.* Cast. Palaus *in oper. mor. part. 4. tract. 22. disp. unica punct. 14. num. 4.* Fagundez *de præcep. Eccl. præc. 1. lib. 3. c. 8. à n. 4.* Lezana *in sum. quæst. regul. part. 1. c. 3 n. 5. & part. 4. verbo Missa n. 14. & 15.* Amost. *de causis piis l. 2. c. 3. à n. 4. cum seq.*

10 Parochi autem in illis diebus, quibus tenentur Missam celebrare, non possunt pro ea manualem recipere eleemosynam, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii, referunt Barbosa *de offic. Parochi part. 1. capit. 11. num. 12. & dec. Apostol. 476. num. 11.* Diana *res. mor. par. 4. tract. 4. & miscel. resol. 232. & in coordinat. part. 11. tract. 1. res. 57.*

11 Infero 2. ex dictis. Quòd taxa justi stipendii pro celebratione Missarum fieri pertinet ad summum Pontificem, vel ad Episcopos, at si nulla sit lex, quæ hanc taxam terminet, ad consuetudinem est recurrendum, & si nulla adsit consuetudo desumenda est à viris prudentibus, & timoratis ex communi hominum existimatione, videantur Villalobos *in sum. mor. part. 1. tract. 8. dif. 15. num. 4. & 5.* Cast. Palaus *in opere mor. par. 4. tract. 22. disput. unica punct. 14. num. 4.* Fagundez *de præcep. Eccles. præcep. 1. lib. 3. c. 8. n. 5.* Barbosa *de potest. Epis. part. 2. alleg. 24. à n. 3. & in collect. ad Concil. Trident. sess. 22. de Sacrificio Missæ n. 3. & decis. Apostol. 476. num. 5.* latissimè Amostazo *de causis piis lib. 2. c. 4. à n. 1. cum plurib. seq.* Apud nos extat Constitut. Provincialis Tarraconæ *14. tit. de celebrat. Missar.* quæ taxat Duos solidos Barcinonenses pro singulis Missis. Verùm hodie in Cathalonia propter mutationem temporum dantur ad minus quatuor solidi, hoc est, duo regalia monetæ æroseæ Barcinonis pro stipendio singularum Missarum. Prout in Archiepiscopatu Toletano Missæ privatæ ad duorum regalium Eleemosynam taxantur, ut tradit Amostazo *de causis piis li. 2. c. 4. sub n. 19.*

12 Pro Missa cantata, vel solemni potest recipere Sacerdos majus stipendium, quàm pro Missa recitata, & quid pro Missa recitata dicenda in die festo, videantur Amostazo *de causis piis l.2. c.4. à n.14. ad 24.* ubi dicit, quòd in dicto Archiepiscopatu Toletano missæ Solemnes, vel cantatæ ad quatuor regalium Eleemosyn. taxantur, Diana *res.mor.part.1. tract.14. res.9. & in coordin. par.2. tract.1.res.34.* Leander *quæst.mor.tom.2.tract. 8. disp.4.qu.7.* Lezana *in sum. quæst.regul.part.2. verbo Missa num.24.*

13 Undè Potestates Sæculares, Gubernatores Civitatum vel Regii Consiliarii non possunt facere taxam justi stipendii pro celebratione Missarum, nec se intromittere ad illam faciendam, cum id privativè ad potestatem Ecclesiæ pertineat, quia est assignatio sustentationis partialis Ministrorum Ecclesiæ, & respicit in simul rem summè spiritualem, ut est Missa, ut contra Fagun. *de præc. Eccl.præc.1.lib.3.c.7.num.16. &* 17. docet Cast.Palaus illius rationibus respondens *in oper.mor.par.4.tract. 22. dis. unica punct.15.n.5.6. &* 7. refert, & sequitur Amostazo *de causis piis lib.2. cap.4. n.13.*

14 Quæro 1. quomodo probetur celebratio Missarum ad effectum obtinendi legatum pro eis celebrandis relictum vel exigendi pensionem censualis pro earum celebratione creati, quando hæres dicit Missas non fuisse celebratas? Resp. Quòd probatur juramento Parochi, seu Rectoris, & Guardiani illius Ecclesiæ, cui fuit factum tale legatum, vel creatum censuale pro celebratione Missarum, sic Guido Papa ita vidisse in sua Curia sæpissimè determinari, & fieri testatur *dec.614. n.1. vers. Et idem dico*, ubi Joan. de Cruce *in additionibus ad eandem dec.* sequuntur Mascard. *de probat.concl.709.n.2.* Simon de Prætis *de interp.ultim.volun.lib.4.interpr.2.ad 4.num. 77. fol.mihi 475.* Borginus Caval. *dec. 16. à num.12. li.4.* quidquid reclamet, & decisum referat Thes. *quæst. for. 82. n.2. &* 3. *li.1.* quem sequitur Genuen. *in prac.tract.8. qu.227.* remissivè Gratian. *discep.foren. c.350.nu.32.li.2.* Quia contra Thesaur. est verior sententia, ut docent Riccius *col.211. vers. Quæro de una controversia*, Carena *alleg.41.* tota, qui *n.3.* ita pronuntiatum testatur per Dom. Gasparem de Aliferis Vicarium Don Consalvi de Salamanca Prætoris Cremonæ anno 1636. Sic fuit ter de meis temporibus in nostro Senatu Cathaloniæ pronuntiatum. Primò in causa OEconomi Hebdomadarii, & Communitatis Presbyterorum Ecclesię Parochialis Sancti Petri Puellarum Civitatis Barcinonæ ex una, & Nobilis Mariæ de Cordelles, & Montras uxoris Doctoris Josephi Montras Civis Honorati Barcinonæ ex altera, in qua me referente de mense Martii 1657. scriba Francisco Ribes, fuit condemnata dicta Nobilis Maria de Cordelles, & Montras, non obstante, quòd opponebat Missas fundatas non fuisse celebratas, ad solutionem sex pensionum censualis pretii ducentum quadraginta librarum pensionis duodecim librarum pro celebratione Missarum pro animabus Michaelis, & Eleonora de Cordelles creati, unà cum expensis. Hoc intellecto, quòd Presbyteri in humanis existentes, qui librum Missarum fundatarum deferunt in dicta Ecclesia, jurarent dedisse ordinem celebrandi Missas fundatas pro dictis Michaele, & Eleonoræ de Cordelles. Hoc etiam intellecto, quòd Sacerdotes dictæ Ecclesiæ, qui vivunt, jurarent Missas in dicta Ecclesia fundatas celebrasse ab anno 1644. ad 1655. ad intentionem Presbyterorum, qui tunc temporis librum Missarum fundatarum deferebant. Secundò, die 2. Junii 1657. relatore Magnifico Ludovico Ferrer fuit idem declaratum in favorem OEconomi Conventus Sancti Francisci de Paula Civitatis Barcinonæ contra Doctorem Jacobum Torrent Civem Honoratum Gerundæ, scriba Congost. Tertiò, die 17. Septembr. 1668. conclusione in Aula Regentis Cancellariam secuta referente Magnifico Francisco Vidal y Roca, Actuario Cortell. in favorem Cypriani Bonau Rectoris Ecclesiæ Parochialis Sanctorum Petri, & Pauli de Prato contra Mariam Annam Moreno viduam. Hoc motivo, quòd celebratio Anniversariorum, & Missarum probatur juramento Parochi, seu ejus Vicarii, & fuit dicta Vidua Moreno condemnata ad solvendum dicto Rectori Bonau tercentum duodecim libras pro duodecim pensionibus censualis pretii quingentum viginti librarum pensionis annuæ viginti sex librarum, unà cum expensis. Hoc intellecto, quòd dictus Rector Bonau, & ejus Vicarius juravsent fuisse Missas celebratas.

Ratio est, quia regulariter ea, quæ in animo consistunt, cum tantùm soli Deo nota sint, & non possint probari per testes, juramento probantur, *gloss. in can. de occidentis 23. quæst.5. gloss. clemen. exivi de Paradiso, de verb.signif.gloss. in l.2.ff. de interrogat. action.* & tunc juramentum succedit in locum plenæ, & concludentis probationis, *cap. cum in tua qui matrimon. accus. poss. glos. in cap. significasti verbo si tua est de homicid. glos. in l.1. verbo non occidendi animi, ff. ad leg. Cornel. de siccar.* Covar. *pact.cap.32. num.4. versic. Ceterum*, Mascard. *de probat. concl.94. à numer.5.* Farinac. *cons.60. à num.105. lib.1.* Iranzo *de protestat. considerat. 98. num.2.* Barbosa *in cap. ut circa numer. 7. & 8. de electione in 6.* Valenzuel. *cons.105. numer.100.* Seraphin. *de Privileg. juramenti Privileg. 1. num. 3.* Caroc. *de excep.cont.præjud.sentent.excep.49. à num.65.* Cirocchus *discep.43. numer.9.* Pareja *de instru. edit. tom.2.tit.6. resol.3. numer.38. 39. &* 40. Ripoll. ad Peguer. *in praxi civi.rub.9. num.39.* Costa *de facti scientia, & ignoran. in spect.84.num.1. &* 2. Sed celebratio, & applicatio Sacrificii Missæ consistit in animo Sacerdotis eam celebrantis. Ergo standum est ejus juramento. Sic argumentantur Guido Papa *decis.614.* Riccius *collect.211. vers. Verum est enim*, Carena *resol. 41. num.1. vers.2. quia.* 15

Nec te conturbet Guidonem Papam loqui dicta *decis.* 16
614. quando agitur de re minima; secus si agitur de re magna, prout in casu Thesauri *quæst. foren.82. n.3. lib.* 1. cum ea quæ in animo consistunt, per solum juramentum probentur, quando sunt parvi præjudicii, latè Mascard. *de probat. concl.709. à nu.8.* secus si sint magni præjudicii, idem Mascardus *de probat.concl.94.num.18. & concl.709. n.12.*

Quia præterquam quòd hujusmodi distinctionem 17
parvi, vel magni præjudicii impugnent Doctores tenentes, quòd etiam in his, quæ sunt magni præjudicii, & quæ in animo consistunt, probentur per juramentum, ut probat Roman. *cons.76. n.5.* & loquendo in criminalibus Farinac. *cons.60. num.106. lib.1.* Osascus *dec.71. à num.14.* Pareja *de instru. edit. tom.2. tit.6. res.3. num.* 40. non est curandum de Thesauro *loco citato*, quæ prædictam facit distinctionem, & in individuo illum impugnant Riccius *collect.211. vers. Et illud quod dicit*, Carena *res.41. n.2.* ut in declarationibus nostri Senatus supra relatis *n.14.*

Præterea si traditio Thesauri esset vera, oporteret, 18
ut Parochus quoties esset celebraturus, portaret, & haberet testes in sacculo, ut dicit Riccius *collect.211. versic. Præterea*, & ex eo Carena *res.41. ante finem.*

Quinimò addit Borguin. Cavalc. *dec. 16. à n.12. vol.* 19
4. quòd si Missæ celebrandæ essent omissæ, adhuc solvere debens legatum, non potest pœnes se illud retinere, sed solvendum esset Parocho Ecclesiæ, distribuendum in alium usum ejusdem Ecclesiæ, & refert Carena *resol. 41. sub n.2.*

Quæro 2. An quis vivens Missas, exequias, & Of- 20
ficia defunctorum possit facere pro se celebrari tamquam mortuus, erecto tumulo, quibus ipse præsens assistat? Negant plures, quia addunt, talem consuetudinem esse superstitiosam, & omnino tollendam, sic Layman *in theolog. mor.lib.5. tract.5. de Sacrificio Missæ c.2.numer. 15.* Cast. Palaus *in oper.mor.part.4. tract.32. disp. unica punct.6.num.19. vers. Nihilominus*, Garcia *in sum. mor. tract.3. dif.10. dub.7.nu.13.* Diana *res.mor.part.5. tract. 13. & miscel.1. res.2. & part.9. tract.2. res.78. & eadem part.9.tract.2.res.18. & in coordinat.part.2.tract.1.resol. 79. tota, & part.4. tract.1.res.25. n.2.*

Sed alii probabilibus affirmant. Quia Missæ, exequiæ, 21
& officia defunctorum celebrari facere vivens pro se majoris utilitatis sunt, quàm si post mortem dicerentur, nam Missæ post mortem tantùm satisfactoriæ sunt, sed ante mortem satisfactoriæ, & meritoriæ. Magis enim expedit satisfactionem in vita dare, quàm sperare ut detur, quando anima in purgatorio cruciatur. Et sic addunt Doctores affirmantes talem consuetudinem

lici-

licitam, & omnibus modis laudandam esse, prout fecit Albertus Magnus, & fecerunt Carolus V. & Philippus III. Hispaniarum Reges, & solitum est fieri in Hispania, & in statu Lorenæ, ita Novar. *cons.6.de celebrat. Missar.* Zerola *in praxi Episc.part.2. verbo Missa*, §.10. Fagundez *de præc. Eccl.præcep.1. lib.3. cap.10.numer.13.* Barbosa *in collect. ad Concil. Trid. sessi.22. de Sacrificio Missæ c.7. n.10. & 11.* & alii plures quos citant Lezana *in sum. q.regul.part.4. verbo Missa n.54.* Leander *q.mor. tom.2. tract.8.disp.4.qu.22. & 23.* Amostazo *de causis piis lib.2. c.7. n.1.* Cast. Palaus, & Diana, & si non sequantur ille *in oper. mor. par.4. tract.22. disp. unica punct.6.n.19. in prin.* iste *ref. mor. par.5. tract.13. & miscel. 1. res. 2. & in coord. par.2. tract.1. ref.79. n.1. & 2.*

22 Et licèt Novar. Zerola, & alii limitent affirmativam sententiam, modò non dicantur orationes, quæ monstrant, & supponunt aliquem esse mortuum, ut oratio Inclina Domine, in qua dicitur, quam de hoc sæculo migrare jussisti, ne in oratione mendacium committatur; verùm hanc limitationem non admittunt Bartol. à Sancto Fausto *de Eucharistia lib. 2. qu.* 148. Fagundez, Lezana & Leander locis citatis *n.21.* & in primitiva Ecclesia mos fuit, ut recepto Viatico Missa pro moribundo diceretur, ut ex Lara tradit Amostazo *de causis piis lib.2. c.7. sub n.1. ante finem.*

23 Et quamvis utilius sit in vita Missas funebres, & exequias dicere, tamen abnegandum non est, valdè utiles, & necessarias esse Missas, & Anniversaria, quæ dicuntur post mortem, hoc enim certum esse, ex Divo Thoma, Covar. & Lara docet Amostazo *de causis piis lib.2.c.7.n.3.*

24 Quæro 3. de casu quo consultus fuit à quodam amico, cum duobus sequentibus. An licitum sit omnibus Sacerdotibus celebrare die Jovis majoris Hebdomadæ, feria quinta Cœnæ Domini? Resp. quòd licèt aliqui negent, *per tex. in can. in Cœna 17. de consecrat. dist.2.* quem referunt Fagundez, Diana, Leander, & Amostazo *statim allegandi*, Affirmant probabilius communiter Doctores. Tum quia antiquissima consuetudo de qua in dicto *can. in Cœna 17. de consecrat. dist. 2.* introducta in pluribus Ecclesiis unicam Missam solemnem celebrandi in die Jovis Sancti, in qua omnes Sacerdotes, Diaconi, & Clerici communicent, non fuit introducta per modum obligationis, etiam in locis ubi vigeret, sed devotionis, ut Apostolorum communio aptius de manu Christi Domini commemoretur. Tum quia prædicta consuetudo abrogata jam est in pluribus Ecclesiis, cum passim eo die Sacrificium celebretur, sic Novar. Angles, Sotus, Suarez, Ledesma, & communis, quos refert, & sequitur Villalobos *in sum. mor.part.1. tract.8.dif.20. nu.1.* Sotus, & Suarez, quos refert, & sequitur Lezana *in sum.q. regul.part.1. c.21.n.18.in prin.* quibus addendi sunt Cardoso *in praxi jud. verbo Missa n.5. vers. In feria autem quinta*, Guttier. *canonicar. lib. 1. c.30. n.36.* Sa *verbo Missa n.23.* alios plures cumulant Cast. Palaus *in oper. mor.part.4. tract.22. disp.unica pun. 7. n.2. vers. Sed de feria quinta*, Barbosa *in cap. te referente 12. n.2. de celebrat. Missarum, & in can. Sabbato 13. n.3. vers. De feria quinta, & in addit. par.6. n.2. de consecrat. dist.3. & de offi. Parochi part.1. c.11. num.49.* & disputato articulo, reprobatisque contrariis Fagundez *de præc. Eccl. præcep.1. lib.3. c.15. numer. 13. & 14.* Diana *res.mor. part.6. tract.6. & miscel.1. resol.19. vers. Non desinam, & part.11. tract. 5. & miscel.5. resol. 32. & in coordin. part.2. tract.1. ref.73. & part.8. tract.4. resol.46. n.4.* Leand. *quæst.mor.tom.2. tract.8. disp.5.quæst. 20.* Amostazo *de causis piis lib.6. c.2.à num.7. ad 14.*

25 Etiam absque Prælati licentia, quæ necessaria non est, ut dicit Vasquez *tom.3. disp. 232. c.2. n.15.* refert, & sequitur Diana *res.mor.par.6. tract.6. & miscel.1. resol.19. vers. Non desinam, & in coordin. par.8. tract.4. res.46. num.4.* & docent Guttier. *canonicar.lib.1.cap.30. num.36.* Fagundez *de præc. Eccl. præc.1. lib.3. c.15. numer.14.*

26 Nedum in secreto, ut dicunt Lezana *in sum. quæst.regul.part.1.c.21. n.18.* Barbosa *in can. Sabato in addit.tom. 6. num.2. in fine de consecrat. dist. 3.* & est prudens consilium secretò celebrare absque concursu Populi, ut dicunt Villalobos *in sum.mor.part.1. tract.8.dif.20.nu.1.in fine*, Barbosa *de Offi. Parochi part.1. c.11. nu.49.* ad tollendum scandalum si quod ex ignorantia fortè detur, ut ajunt Fagundez *de præcep.Eccl. præc.1.lib.3. c.15. nu.14. in fine*, Leander *quæst.mor.tom.2.tract.8.disp.5.quæst.20.* sed etiam publicè, Guttier. *canonicar.lib.1.cap.30.n.36.* Fagundez *de præc. Eccl. præcep. 1. lib. 3. c.15. num.14.* Leander *quæst.mor.tract.2. tract.8. disp.5. quæst.20.* ubi scandalum non detur, Fagundez *loc.cit.n.14. in fine.*

Si talis vigeat consuetudo Ecclesiarum celebrandi die 27
Jovis Sancti, Amostazo *de causis piis lib.6.c.2.n.12.* prout celebratur Romæ, testantur Vasquez *tom.3.disp.232. c.2. n.15.* Diana *res.mor.par.6. tract.6.& miscel.1.res.19. vers. Non desinam in fine & part.11. tract.5.res.32. & in coordinat.part.2.tract.1.ref.73.nu.3. & part.8.tract.2. resol.46.n.4. in fine*, & in Castella, ut tradit Amostazo *de causis piis lib.6.cap.2.n.14.* Sed in Cathalonia non video vigere talem consuetudinem.

Dummodo celebretur antequam Missa solemnis finia- 28
tur, & Corpus Christi Domini in locum designatum recondatur. Nam Missa solemni finita nequeunt Sacerdotes absque gravi culpa Missas privatas dicere, quia jam incipit Officium Parasceves, cum vesperæ dicantur, & recolitur memoria realis mortis, & sepulturæ Christi Domini, ita Vasquez *tom.3. dist.232.c.2.num.24.* quam sequuntur Cast. Palaus *in oper.mor.par.4. tract. 21. disp. unica punct.7.n.2. in fine*, Barbosa *in can. Sabato 13.n.3. vers. De feria quinta in fine de consecrat. dist.3. & de Offi. Parochi par.1. cap.11. num.49. in fine*, Amostazo *de causis piis lib.6. c.2. num.* 14. pluribus citatis, & reprobatis contrariis, Diana *res.mor. part.11. tract.5. & miscel.5. ref.32. & in coordin.part.2.tract.1. res.73.num. 4.5.6.7. & 8.*

Sicut † Missa funebris ritu de Requiem solemnis, 29
corpore præsente, celebrari potest in Dominicis, & diebus festivis, ubi viget consuetudo sepeliendi defunctos simul cum Missa, ut declaravit Sacra Congregatio Ritus refert Barbosa *de offic. Parochi part.1. c. 1.n.25. & dec. Apostol.478.nu.6.* Amostazo *de causis piis lib.6.c.2. num.3. & 4.* etiamsi ex aliqua causa corpus non sit præsens, ut si ex causa detineatur in aliqua ca- 30
pella, vel oratorio, adhuc Missa solemnis de Requiem dici valet, quamvis dies sit festus, idem Amostazo *de causis Piis lib.6. c.2. num.6.* Nisi sint dies solemnes. Barbosa *dec. Apostol.478. num.7.* quod declarat, ut per Amostazo *supr.n.5.*

Ubi verò non datur consuetudo celebrandi Mis- 31
sas privatas die Jovis Sancti, feria quinta Cœnæ Domini. Et eo die incidat festum Annuntiationis Beatæ Virginis, seu aliud festum de præcepto, prout contingit anno 1651. quid faciendum sit? Resp. quòd fideles tenentur audire Missam sub pœna peccati mortalis, & sic plures Missæ dicendæ sunt, ut fideles præcepto satisfaciant, & ob id plures Sacerdotes pro Singulis Ecclesiis assignandi sunt ab Episcopis, ut in illa die sine scrupulo celebrent, & commodè populus ratione hujus festivitatis possit satisfacere præcepto audiendi Missam, sic Diana *res.mor.part. 11. tract.5. & miscel.5. resol.31. & in coordinat. par. 2. tract. 1. resol.73. num.9. 10. & 12.* vide dicenda infra *n.43. & 44.*

Quæro 4. An licitum sit Sacerdotibus celebrare 32
die Veneris majoris Hebdomadæ feria sexta parasceves? Resp. quòd non, quia Missa illius diei non est Missa, neque propriè Sacrificium, cum Officium illius diei fiat absque novæ hostiæ consecratione, & solum suscipitur hostia, quæ ex die præcedenti consecrata remansit secundùm ordinem Romani Missalis, *can. Sabbato Consecrat. dist.3. gloss. in can. visum verbo excipitur de consecrat.disp.1.* sic Divus Thomas *part.3. quæst. 83. num.2.* Azor. *instit.mor.tom.1.lib.10.cap.24. quæst.3.* Villalobos *in sum.mor.par.1.tract.8.dif.20.num.2.* Lezana *in sum.q.regul.part.1.c.21.num.18.vers. In die autem* Cardoso *in prax.jud.verbo Missa n.5. vers. Feria 6.* Guttier. *canonicar.li.1.c.30.n.35.* Cast. Palaus *in oper.mor.par. 4.tract.22.disp.unica pun.7.n.2.in prin. & n.3.* Sa *in sum. verbo missa nu.23.* Diana *res.mor.par.4.tract.4. & miscel. res.237. & par.12. tract.2. res.18. & in coord. part.2. tract.2. resol.45. & par.9. tract.7. resol. 111.* Leander *qu.moral.tom.2.tract.8.disp.5.qu.22.* Amostazo *de causis*

piis lib. 2. c.2. n.13. vers. Sed in die, alios plures citant Fagundez *de præcep. Eccl. præc. l.3. c.4. num.17,18,& 19, & c.16. n.15.* Barbosa *in can. Sabbato* 13. *num.* 3. *& in addit. tom.6. nu.1. de consecrat.dist.3. & de officio Parochi par.1. c.11. num.48.*

33 Nec publicè, nec secretè, Lezana *in sum. q.reg. part. 1. c.21. num.* 18. *versic. In die autem*, Cardoso *in praxi judic. verbo Missa n.* 5. *vers. Feria sexta*, Fagundez *de præc. Eccl. præc.1. lib.3.c.16. n.15.*

34 Etiam ex causa communicandi moribundum, ut ex Pasqualigo *de Sacrificio Missæ quæst.* 356. *num.* 2. tradit Amostazo *de causis piis lib.6, c.2, numer.13. vers. Sed in die*,

35 Et Sacerdotes celebrantes feria sexta Paraſceves majoris Hebdomadæ peccant mortaliter, Lezana *in sum. quæst. regul. part.1. c.21. num.18. vers. In die autem*, Fagundez *de præc. Eccl. præc.1. lib.3. c.16. num.15.* Barbosa *de offic. Parochi part.1. c.11.nu.48.*

36 Nec Populus tenetur sub reatu peccati mortalis Missam audire in die Paraſceves feria sexta Cœnæ Domini, etiam si in illa die occurrat festum Annuntiationis Beatæ Virginis, seu aliud festum de præcepto, sic Divus Thomas *par.3. q.83. art.2. ad 2.* & cum eo omnes ferè Theologi, Novar. *in manuali c. 25. nu.* 88. & cum eo omnes Canonistæ, Lezana *in sum. qu.regul. part.1.c.11. num.18. vers. In die autem*, Fagundez *de præc. Eccl.præcep.1. lib.3. c.4. n.18. & 19. & c.16. n.15.* alios plures addunt reprobatis contrariis, & ita declarasse Sacram Congregationem Ritus 19.Februarii 1622.testatur Diana *resp. mor. part.2. tract.14. res.62. & part.5. tract.13,& miscel. 2. res.61. & part. 12. tract. 2. res.* 18. *& in coordinat. part.2. tract.3. res.19. tota, & res.25. num.3.versic. Sic enim feria sexta, & part.9. tract.2. res.*111. Leander *q. mor. t.3. tract.* 8. *disp.* 5. *q.* 23. Barbosa *de officio Parochi par.1.c.*11.*n.*46. *&* 47. *& dec. Apostol.19. num.4.*

37 Nota tamen, quòd si festum Annuntiationis occurrat in Dominica Quadragesimæ non fit Officium de Annuntiatione, nisi in Ecclesiis sub Annuntiationis invocatione dedicatis, sicque declarasse Sacram Congregationem Ritus in Ulixbonen. 1. Septembris 1617. refert Barbosa *de officio Parochi part.1. c.11. num.* 48. *ante finem, & dec. Apostol.* 19. *n.2.*

38 Nota etiam, quòd Annuntiationis festum non licet celebrari in majori Hebdomada, & ita declarasse Sacram Congregationem Ritus 25. Martii 1614. testatur Barbosa *de offic. Parochi par. 1. c. 11. num.*48. *in fine, & dec. Apost.*19. *num.*3.

39 Sed utrùm fideles teneantur Missam audire in illo die, in quem post Pascha transfertur festum Annuntiationis? Resp. quòd non, quia festum solùm transfertur quoad Officium, non quoad præceptum audiendi Missam, ut ex Homobono tradit Barb. *de offic. Parochi part. 1. c. 11. n.*48. *post med.*

40 Si quæris An liceat fidelibus communicare die Veneris majoris Hebdomadæ feria sexta Paraſceves? quæstio est controversa, communis tamen opinio affirmat,cum nullo jure sit prohibitum, Quia textus *in can. Sabbato de consecrat. dist.*3. qui allegatur pro opinione negativa, tantum loquitur de celebratione, & non de communione. Et Missale Romanum ordinans, ut feria quinta reservetur Eucharistia pro infirmis, non prohibet, quòd reservetur pro sanis, & ipsis non liceat communicare, sed tantùm infirmis, & id ordinat, & præcipit pro infirmis, quia ipsis in periculo existentibus est sub præcepto necessaria, & non sanis. Etenim, & si ea die fideles non communicent, id non omittitur regulariter, quasi necessarium sit ea die non communicare, sed quia est congruens, cum sit dies maximi mœroris, sic Suarez, & Ledesma, quos refert, & sequitur Villalobos *in sum. mor. part.1. tract.8. dif.20. num.2. vers. Hase de advertir*, Layman, Sa, & Vasquez, quos refert, & sequitur Cast.Palaus *in oper.mor.par.4.tract.21. disp.unica punct.7.n.3. vers. Verum sicut*, Fagundez *de præc. Eccles. præc.1.dib.3. c.16.n.15.* alios plures addunt Leander *q.regul.tom.2.tract.8.disp.5.q.24.* Diana *res.mor.part.4.tract. 4. & miscel. res.237. & part.6. tract. 4. res.46. & par.9. tract.7. & miscel.2.res.24. & in coordinat. part.2. tract.2. res.45.n.1. & 2. & res.46. n.1. & 2. & part.8. tract.4.res. 46. n.1. 2. & 3.* & ita in praxi observari Matriti in Parochia Sancti Martini refert Machado *en su perfeto Confessor lib.4.part.1. tract.11.documen.11.n.2.* & ex eo Diana *res.mor. part.9.tract.7. miscel.2.res.24. & in coordin. part.2. tract.2. res.46. sub num.2.* & tradunt Fagundez *de præc.Eccl.præc.1.lib.3.c.16. sub num. 15.* Leander *q. mor. tom.2.tract.8.disp.5.q.24. ante finem*. Et Ego etiam vidi observatum Matriti in dicta Parochia Sancti Martini, & vidi similiter anno 1662. in Monasterio Beatæ Virginis Mariæ de Monte-Serrato Monachos, & Eremitas illius Conventus die Veneris Sancti communicare. Verùm suppositis declarationibus Sacræ Congregationis Ritus sub diebus 9. Maii 1606. & 19. Februarii 1622. quòd Eucharistia Sanctissima in die Paraſceves non est distribuenda aliis quàm infirmis de quibus Gavant. *in rubr. Missalis part.4.tit.9.n.25.* Barbosa *de offi. Parochi par.1. cap.20.n.16. & dec. Apost.* 337. *n.15.* Diana *resol. mor. part.6. tract.6. & miscel.1. resol.19. & part.9. tract. 7. & miscel.2. res.24. & in coordin. part.2.tract.2. res.46. n.1, & part.8. tract.4. res.46. num.1.* Leand. *q.mor. part. 2. tract.8. disp.5. qu. 24. in princ.* ipse Diana nunc existimat in feria sexta Paraſceves non esse administrandam Eucharistiam nisi infirmis, *resol. mor.part.9. tract.7. & miscel.2. res.24. & in coordin. part.2. tract.2. res.46. n.2. in fine*, & notat Leand. *q.mor. tom.2. tract.8. disp.5.qu. 24. in fine*.

Undè qui vovit singulis festivitatibus Annuntiationis 41
Beatæ Mariæ communicare, si festum istud in die Veneris majoris Hebdomadæ feria sexta Paraſceves venerit, non tenetur in illa die Eucharistiam Sacrosanctam sumere, ut consuluit Diana *res.mor. part.6. tract. 6. & miscel.1. res.19. & in coord. par.8. tract.4. res.46. num.1. 2. & 3.*

Quæro 5. An liceat omnibus Sacerdotibus in Sabba- 42
to Sancto Missas privatas celebrare, si in illo die nullum festum de præcepto occurrat? Tres sunt opiniones. Prima negat *per tex. in can. Sabbato de consecrat.dist.*3. Nisi id fiat cum licentia Prælati, non verò absque illa, secunda affirmat etiam si id fiat absque licentia Episcopi, quam non esse necessariam dicunt, si cautè & absque scandalo fiat, quia prohibitio cessandi à celebratione Missarum privatarum, *de qua in can. Sabbato de consecrat. dist.*3. generaliter cessavit. Tertia docet, in hoc standum esse consuetudini locorum. De quibus videantur Azor. *inst.mor.tom.1. lib.10. c.24. q.3.* Guttier. *canonic.lib.1.c.30.num.36.* Fagund. *de præc. Eccl. præc. 1. lib. 3. cap.26. num.17.* Cast.Palaus *in oper. mor.part.1. tract. 22. disp. unica punct.7. num.2. in prin. & nu.4. toto*, Villalob. *in sum. mor.part.1. tract.8. dif.20. sub num.2.3. &* 4. Lezana *in sum. quæst. regul. part.1. c.21. num.18. in fine, vers. In die*, Cardoso *in prax. jud. verbo Missa nu. 5. in fine, vers. Sabbato etiam*, Barb. *in can. Sabbato* 13. *numero* 3. *vers. De Sabbato, & in addit. tom.6. numer. 1. de consecrat. dist.3. & de offic. Parochi part. 1. cap.11. n.50.* Garcia *in sum.mor. tract.3. dif.2. dub.4.n.14.* Diana *res.mor.part.4. tract. 4. & miscel. res.* 237. *& part. 9. tract.7. & miscel.2. res.24. & part.11. tract.8. & miscel. 8. res.66. & in coord.part.2. tract. 1. res.75. n.1. & tract. 2. res.45. nu.3. & res.46. num.3.* Leand. *quæst.mor.par.2. tract.8.disp.5.quæst.26.* Amost. *de causis piis lib.6. cap.2. à n.7. ad* 13.

Hinc Missa de Requiem, nec solemnis, nec privata 43
dici potest Sabbato Sancto, etiam corpore præsente, quoties mos fuerit non dicendi Missas privatas,nec aliàs, nisi solemnem, ita Amosta. *de causis piis lib. 2. cap. 6. à n.7. ad* 13.

Si autem festum Annuntiationis Beatæ Virginis 44
Mariæ incidit in Sabbato Sancto, pro ut incidit anno 1606. & anno 1617. vel incidat in Sabbato Sancto festum Sancti Georgii Martyris Patroni Cathaloniæ, prout incidit anno 1630. seu incidat aliud festum de præcepto. An liceat Sacerdotibus Missas privatas celebrare? Resp. quòd secundùm opinionem eorum, qui tenent, licitum esse in Sabbato Sancto privatim celebrare, etiam absque licentia superioris, cessat quæstio, sive eo die incidat festum Annuntiationis Beatæ Virginis Mariæ, sive non, ita Fagundez *de præc. Eccl. præc. 1. lib. 3. c. 16. numero 19.* Secundùm autem opinionem eorum, qui tenent, non esse licitum in Sabbato Sancto Missas privatas

cele-

celebrare, nisi cum licentia Superioris, non licet Sacerdotibus Missas privatas celebrare, etiam si eo die incidat festum Annuntiationis Beatæ Virginis Mariæ, sic Villalob. ubi ita ait. *Yen el ano de* 1606. *que cayò la Annunciacion en Sabado, consultò el Obispo de Salamanca Letrados para este caso, y resolvieron, que no se dixesse, y lo mismo fue en Valladolid, à donde estava à la sazon la Corte, y no sabemos, que en parte ninguna se aya hecho lo contrario en este tiempo, ni en el ano* 1617. *que cayo tambien la Annunciacion aquel dia.*

45 Quid igitur faciendum si festum Annuntiationis Beatæ Virginis, vel aliud festum de præcepto incidat in Sabbato Sancto, ut fideles Missam audire possint? Resp. Villalobos *in sum. mor. part.* 1. *tract.* 8. *dif.* 20. *num.* 5. per hæc verba. *Cayendo la Annunciacion en Sabado Santo, lo que se deve hazeres, que el Superior provea, que se digan las Missas Mayores en las Iglesias del lugar à diferentes horas, tracandolo de manera, que todos pueden oyr Missa à otra hora.*

46 Sed probabilius existimo, quòd si in Sabbato Sancto inciderit festum Annuntiationis, seu aliud de præcepto, Episcopi ordinent in singulis Ecclesiis aliquas Missas privatas horis opportunis celebrare, ut Populus possit satisfacere præcepto audiendi Missam. Tamburin. *in opusc. de Sacrificio Missæ lib.* 1. *capit.* 6. §. 1. *numer.* 2. Lugo *de Sacram. lib.* 5. *c.* 5. *quæst.* 4. *numer.* 3. Fagund. *de Præcep. Eccl. Præc.* 1. *lib.* 3. *capit.* 16. *numer.* 19. Cardin. Lugo *de Sacram. Eccl. disput.* 20. Martha *en su perfeto Confessor tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 7. *docum.* 11. *num.* 4. Azor. *inst. mor. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 4. *vers. Si quæras.* Sic factum testatur Hieronym. Garcia per Archiepiscopum Cæsaraugustæ occurrente in Sabbato Sancto, festo Sancti Georgii de præcepto in ea Civitate anno 1639. & ipsam tali die in Ecclesia sui Conventus dixisse, *in sum. tract.* 2. *dif.* 4. *punct.* 3. *numero* 16. & factum fuisse in Civitate Neapolitana refert Leone *de Capellis sect.* 17. *nu.* 178. Joan. de la Cruz asserit anno 1617. occurrente festo Annuntiationis in Sabbato Sancto plures Missas celebratas esse in singulis Ecclesiis Toletanæ Diœcesis, *in direct. conscien. part.* 2. *de Sacrif. Missæ quæst.* 2. *dub.* 2. *concl.* 1. Leand. testatur de facto anno 1606. occurrente festo Annuntiationis in Sabbato Sancto plures Missas celebratas fuisse in Toletana Diœcesi, quam ipsum etiam in tali die in suo Complutensi Collegio celebrasse *quæst. mor. tom.* 2. *tract.* 8. *disput.* 5. *quæst.* 25. Diana *res. mor. part.* 2. *tract.* 14. *resol.* 21. *& part.* 9. *tract.* 7. *& miscel.* 2. *res.* 24. *& part.* 11. *tract.* 5. *& miscel.* 5. *resol.* 32. *& in coordin. part.* 2. *tract.* 1. *resol.* 73. *num.* 10. 11. *&* 12. *& resol.* 74. *num.* 1. *&* 2. *& eadem part.* 2. *tract.* 2. *resol.* 46. *num.* 6. Barbosa *de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *numer.* 45. *& in addit. tom.* 6. *in can. Sabbato numer.* 1. *versic. Si festum de consecrat. dist.* 3. qui plures alios cumulant.

47 Qua autem hora licitum sit Sabbato Sancto Missas privatas celebrare de ordinatione Episcopi, occurrente eo die festo Annuntiationis, vel alio de præcepto: Variæ sunt opiniones, videantur Castrus Palaus *in oper. mor. part.* 4. *tract.* 22. *disput. unica punct.* 7. *numer.* 5. Azor. *instit. moral. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 4. *versic. Si quæras*, Fagundez *de præcep. Eccl. præcep.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 17. Hieronymus Garcia *in sum. tract.* 2. *dis.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 3. *num.* 17. pluribus citatis Diana *resol. mor. part.* 4. *tr.* 4. *& miscel. res.* 237. *& part.* 6. *tract.* 7. *& miscel.* 2. *res.* 24. *& part.* 11. *tract.* 6. *& miscel.* 8. *res.* 66. *& in coordinat. part.* 2. *tract.* 1. *res.* 75. *numer.* 9. *& eadem part.* 2. *tract.* 2. *res.* 45. *num.* 5. *versic. Difficultas est, & num.* 4. *&* 5. Leander. *quæst. mor. tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 5. *quæst.* 28. ubi probabilius docet, Missas privatas dici posse in Sabbato Sancto ante Missam Solemnem, quia ita tenet usus piorum hominum, & Diana *in coordinat. part.* 2. *tract.* 1. *resol.* 75. *numer.* 9. refert posse dici summo mane, quia nihil est, quòd cogat in contrarium, & piorum usus ita se habet, & testatur Romæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ in die Sabbati Sancti summo mane Sacerdotes incipere Missas privatas celebrare.

48 Quænam verò Missæ privatæ celebrari debeant in die Jovis Sancti, aut in die Sabbati Sancti occurrente festo Annuntiationis Beatæ Virginis, seu alio de præcepto? Variæ etiam sunt opiniones, videantur Machado, *en superfecto Confessor tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 7. *documen.* 11. *num.* 5. Leander *quæst. mor. tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 5. *quæst.* 22. Diana *resol. mor. part.* 2. *tract.* 14. *res.* 21. *& part.* 4. *tract.* 4. *&* Miscel. *res.* 237. *& part.* 11. *tract.* 5. *& miscel.* 5. *res.* 32. *& eadem part.* 11. *tract.* 8. *& miscel.* 8. *resol.* 66. *& in coordinat. part.* 2. *tract.* 1. *res.* 73. *num.* 13. *& res.* 74. *num.* 3. *& res.* 75. *num.* 10. *&* 11. *& eadem part.* 2. *tract.* 2. *res.* 45. *num.* 3. Barbosa *de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *num.* 45. *in fine, & in addit. tom.* 6. *num.* 1. *in fine de consecrat. dist.* 13. sed probabilius est, dicendam esse in Sabbato Sancto Missam ordinariam illius diei, non verò Missam Annuntiationis, vel alterius Sancti, si incidat in illum diem, cum illud non celebretur, sed transferatur, aliàs esset Missas confundere.

Litaniæ, & Prophetiæ non sunt dicendæ in Missis 49
privatis Sabbati Sancti, quia non pertinent ad Missam, sed ad Officium cantandum in Choro, & sic Missæ privatæ eo die, facta confessione, incipere debent à Kyrie eleison, Leander post alios *quæst. mor. tom.* 2. *tract.* 8. *disp. unica quæst.* 27. Diana *loco statim citando*. Et
Missas † privatas in Sabbato Sancto dicendas esse cum 50
Vesperis, quia vesperæ in illa die sunt pars Missæ, latè Diana *resol. mor. par.* 11. *tract.* 8. *& miscel.* 8. *resol.* 66. *& in coordinatis par.* 2. *tract.* 1. *resol.* 75. *à n.* 2.

Noto denique, quòd campanæ in Sabbato Sancto 51
non possunt pulsari in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice, tàm in Ecclesiis sæcularibus, quàm regularibus, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, etiam propè, & extra muros existentibus, & etiam in Ecclesiis confraternitatum, etiam si adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, probat Barbosa *decis. Apostol.* 82. *num.* 3. 4. *&* 5. *& de jure Eccl. univ. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 69. 70. *&* 71. *& voto* 102. *num.* 32. *lib.* 3. Lezana *in sum. quæst. regul. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 44. Daniel de Nobilibus *disp.* 70. *num.* 50.

In aliis verò diebus per annum præter Sabbatum 52
Sanctum campanæ pulsari possunt ad Salutationem Angelicam indifferenter ante vel post pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice, nisi fortè adesset consuetudo, (pro ut est in Cathalonia) ut non pulsentur in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Matrice, quæ servanda erit, probat idem Barbosa *decis. Apostol.* 82. *num.* 6. *& de jure Eccl. univ. lib.* 3. *capit.* 3. *num.* 74. idem Lezana *quæst. regul. part.* 1. *c.* 9. *num.* 44.

ARGUMENTUM.

An dotis constituendæ, vel restituendæ causa tractanda sit contra laicum coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Dotis constituendæ causa est tractanda, & tractari debet contra laicum coram Judice sæculari.*

2 *Dotis restituendæ causa, quando de matrimonio agitur coram Judice Ecclesiastico, tractanda est, & tractari debet contra laicum apud eumdem Judicem Ecclesiasticum, tamquam dependens à causa matrimonii, numero* 2. *Amplia* 1. *ut si causa matrimonii principaliter tractatur coram Judice Ecclesiastico, & incidenter, & accessoriè petatur dos, & ejus fructus, Judex Ecclesiasticus est competens contra laicum, nedum in causa dotis restituendæ, sed etiam ejus fructus, num.* 3. *Amplia* 2. *etiam si petatur dos, & ejus interesse, num.* 4. *Amplia* 3. *etiam finita causa separationis matrimonii, num.* 5. *Limita* 1. *si in causa matrimonii non fuerit facta mentio*

restitutionis dotis, numer. 6. Limita 2. si dos malitiosè petatur incidenter in causa matrimonii, n.7.

4 *Dotis restituendæ causa, quando super matrimonio nulla est controversia sed de dote principaliter, & de per se agitur contra laicum ad ejus restitutionem, an de ea cognoscat, & cognoscere debeat Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis? Gravis est quæst. num. 8. sed communis, & vera resolutio est, quòd de hujusmodi causa restitutionis dotis contra laicum principaliter, & de per se intentata cognoscit, & cognoscere debet Judex sæcularis, & nullatenus Judex Ecclesiasticus, num. 9.*

10 *Dotis causa principaliter mota contra laicum est mixti fori, n.10. sed contrarium est verius, quòd non sit mixti fori, n.11.*

12 *Dotis restitutionis causa principaliter mota contra laicum peti, & tractari debet coram Judice Ecclesiastico, n.12. sed reprobatur, cum contrarium sit verius, n. 13.*

14 *Dotis restitutionis causa principaliter mota contra laicum debet tractari coram Judice Ecclesiastico, quando vidua soluto matrimonio dotem repetit, num. 14. sed confunditur, cum contrarium sit verius, n.15.*

16 *Dotes viduarum Ecclesia protegere tenetur, & quomodo hoc procedat, ad intellectum textus in cap. nuper 9. de donation. inter virum, & uxor. n.16. & 29.*

17 *Vidua est persona miserabilis n.17. etiam si dives sit num.18.*

19 *Miserabilium personarum causas indistinctè cognoscit Judex Ecclesiasticus, num.19. si miserabilis persona sit pauper, secus si dives, numero 20. & 21. sed contrarium observatur, num.29.*

22 *Judex Ecclesiasticus se intromittere potest, quando Judex sæcularis est negligens in administranda justitia viduis, & aliis miserabilibus personis, num. 22. sed observatur contrarium, numer. 29.*

23 *Judex Ecclesiasticus se intromittit, quando ad Judicem sæcularem non potest haberi recursus.*

24 *Judex Ecclesiasticus potest succurrere viduam, & aliam quamlibet personam miserabilem oppressam, & spoliatam bonis propriis, & de hac causa cognoscere, nu.24. 27. & 28. etiam nulla data negligentia, Judicis sæcularis, numer. 25. sed contrarium, numer. 26. & signanter, numer.29.*

30 *Causæ omnes ad viduas, & pauperes spectantes possunt exequi per Episcopos, & Judices Ecclesiasticos: intellige quoad protectionem, secus quoad jurisdictionem, numero 90. & quid importet hæc protectio, n.31.*

32 *Judex Ecclesiasticus potest jus dicere in causa dotis contra laicum principaliter mota ex consuetudine legitimè præscripta, numer. 32. sed contrarium verius est, nisi in duobus casibus, n. 33.*

34 *Judex Ecclesiasticus in Regnis Indiarum, vel in aliis Provinciis remotis potest oppressos succurrere, n. 39. sed contrarium verius est, n.35.*

36 *Judex Ecclesiasticus etiam principaliter, & ad partis instantiam competens est contra laicum, quando dos in testamento pupillæ pauperi relinquitur, numer. 36. sed contrarium observatur, n.38.*

37 *Dos est causa pia, maximè quando relinquitur puellæ extraneæ pauperi, num. 37. sed vide numer. 38. & 39.*

40 *Judex Ecclesiasticus cognoscere potest, quando dos relinquitur Religiosæ, vel alicui Ecclesiæ, vel pio loco, nu.40. sed vide, n.41.*

42 *Pater an teneatur, & cogatur dotare filias solo officio Judicis, vel jure actionis, numer. 42. potest tamen cogi per judicem illas nubere, & dotare, num.43. vel indicta mulcta, vel captis pignoribus, vel etiam per capturam personæ, numer. 44. tam per judicem Ecclesiasticum, quàm per Judicem sæcularem, nu.45. sed vide, n.46. & 47.*

48 *Alimenta præsentia, & futura ad instantiam partis contra laicum coram quo Judice principaliter petenda sunt, n.48. & 49. & n.50.*

51 *Legata profana ad instantiam legatariorum petenda sunt contra laicum coram Judice sæculari.*

DECISIO CCXLV.

CIrca primam quæstionis partem. An dotis constituendæ causa tractanda sit contra laicum coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari? Resp. Quòd tractanda est, & tractari debet coram Judice sæculari, ut consuluit Anchar. *cons.21, num.11.* ubi agens de dote constituenda, inquit, non reperiri textum, neque dictum Doctorum asserentium, quòd Judex Ecclesiasticus censeatur competens. Cujus dictum sequuntur Felinus *in cap. licet ex suscepto num. 1. versic. Limita tamen de foro compet.* Cevallos *de cont. per viam violen. part. 2. quæst. 13. numero 3. col. 5. in princ. & prope finem versic. Et secundùm hanc, & col. 3. in princ.* & notarunt Additio ad Panormit. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.16. littera D, versic. Dico in fine de constitut.* Paz *in praxi tom. 2. prælud. 2. numer.21. prope finem vers. Maximè* Castillo *tom. 8. de aliment. cap. 6. nu. 18. vers. Procedit autem*, Fontanella *de pact. nup. tom.2. clau. 5. gl.1. part.1. num. 34. versic. Nonnulla*, ubi loquens de constitutione dotis, testatur, non vidisse unquam per aliquem huc usque in Cathalonia tentatum convenire alium pro dote apud Judicem Ecclesiasticum. 1

Quoad secundam quæstionis partem an causa dotis restituendæ sit tractanda coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari? Resp. Quòd si causa matrimonii principaliter tractatur coram Judice Ecclesiastico, ad cujus cognitionem pertinet, *ut latè probavi dec.174. p.3.* & incidenter & accessoriè petatur dos, tunc Judex Ecclesiasticus competens est in causa dotis restituendæ contra laicum, & coram eo tractari potest, tamquam dependens à causa matrimonii, *probant jura in capit. 1. c.2. & expressus in cap. de prudentia 3.* ibi: *Vos, qui de matrimonio principaliter cognovistis, de dote, quæ est causa incidens, accessoriè cognoscere voluistis, de donation. inter virum, & uxorem sit intelligenda gl. verbo vacante in cap. licet ex suscepto* 10. *de foro compet.* ita Additio ad Panormit. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.16. littera D, vers. Dic de constitut.* Quesada *diver. quæst. cap.29. num.14.* Riccius *dec.217. nu. 2. vers. Quia quando part.2.* & in addit. ad Franchis *dec.244.* Morla *in empor. jur. part.1. tit.2. in præmis. nu. 152.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu 1. num.667.* Cevallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 13. numer.1. versic. Quia quando*, Luca ad Franchis *dec.244. numer. 4. & dec. 312. num. 7.* Sperell. *dec. 1. num. 15. vers. Quoties tamen, & dec. 8. num.29. lib. 1. & dec.138. num.109. lib.2.* Ansalduf. *de jurisd. part. 4. tit.10. num.61.* Merlinus *controver. 93. num. 13. centur. 2.* Thoro *in suppl. dec. verbo Brachium sæculare, col.1. in fine, & col.2. post prin. fol. 73.* Cancer. *part.3. var. cap.11. à numer. 169.* Fontanella *de pact. nup. tom. 2. clauf.6. glos.2. part.10. nu. 55. 56. & 57.* decisum in Luzitania tradit Cabedo *dec.115. part.1.* & in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Fontanet, Torner, Astor, Salba de Vallseca, Senjust, & Puigmija de mense Decembris 1602. in favorem Hieronymæ Alzina contra Franciscum Alzina Sartorem Villæ Perpiniani ejus virum, referunt Cancer. & Fontanella *ille num.172. iste n. 57. in fine.* Non expresè sed tacitè ob lapsum temporis ad declarandas contentiones per jura patriæ præfixi, refert idem Fontanella *num. 58. & 59.* Adde si vis quàm plures alios citandos *numer.9.*

Amplia 1. ut si causa matrimonii principaliter tractetur coram Judice Ecclesiastico, & incidenter, & accessoriè petatùr dos, & ejus fructus, Judex Ecclesiasticus competens est contra laicum, nedum in causa restitutionis dotis, sed etiam ejus fructus, & Judex 2

sæ-

sæcularis tenetur brachium concedere Judici Ecclesiastico, qui declaravit causam matrimonii, unà cum restitutione dotis, & ejus fructus, ut disputato articulo decisum in Regno Neapolis tradit Thoro *in supple. dec. verbo Brachium sæculare fol.* 73. meminit de hac declaratione Carleval. *de judiciis tom. 2. part. 1. tit. 3. disp. 17. nu. 15. in fine.*

3 Amplia 2. ut si causa matrimonii coram Judice Ecclesiastico principaliter tractetur, & incidenter, & accessoriè repetatur dos, & ejus interesse, Judex Ecclesiasticus competens est contra laicum, nedum in causa restitutionis dotis, sed etiam ejus interes-
4 se, & Judex sæcularis tenetur brachium impartiri sententiæ Judicis Ecclesiastici, per quem vir condemnatus fuerit ob divortium factum ad restitutionem dotis unà cum interesse, testatur decisum Sanfelicius *dec.* 293. & ex eo Thoro *in supplemen. dec. verbo Judex sæcularis an teneatur fol.* 316. & illum videndum admonet. Luca ad Franchis *dec.* 311. *num.* 7. *in fine.*

5 Amplia 3. ut Judex Ecclesiasticus, qui fuit in causa separationis matrimonii, ea etiam finita, est Judex competens contra laicum circa dotem ejusque interesse, refert bis decisum in Senatu Regni Neapolis, Arias de Messa *var. resol. lib. 2. cap. 3. nu.* 11. & ex eo Thoro *in supple. dec. verbo Judex Ecclesiasticus fol.* 317.

6 Limita 1. omnia prædicta *à num.* 2. cum suis ampliationibus, si mulier in causa separationis matrimonii petit dotem sibi restitui, unà cum fructibus, seu interesse, ac ita Judex Ecclesiasticus de causa matrimonii cognoscens, etiam causam dotis, ejusque fructus, & interesse incidenter motam debet definire, sed si hoc non fecit, non dicitur adhuc functus suo officio, & consequenter finita causa matrimonii, adhuc dotis causam cum fructibus, & interesse incidentem potest definire; secus si in causa matrimonii non fuerit facta mentio restitutionis dotis, ita ut non possit dici causam dotis ejusque fructus, & interesse fuisse incidentem respectu causæ matrimonii si finita causa matrimoniali, dos principaliter, ejusque fructus, & interesse peterentur, non potest Judex Ecclesiasticus de ea cognoscere, *juxta dicenda numer. 9.* & ita procedit textus *in cap. de prudentia 3. notat. in specie. glos. penultima de donat. introd. vir. & uxor.* & magis probant Anchar. & Isernia quos refert, & sequitus Petrus Barbosa *in l. 1. par. 1. num. 47. versic. Nec obstat secundum ff. solu. matr.* sic intelligendi sunt Cutellus *de Immun. Eccles. lib. 2. quæst. 86. num. 5.* Martha *de jurisdict. part. 2. cap. 21. num. 16. versic. Verum est*, Ansaldus *de jurisdict. part. 2. tit. 10. cap. 1. num. 66.* Thom. del Bene *de Immun. Eccl. tom. 2 cap. 10. dub. 6. sect. 3. nu. 2. versic. Adeo.*

7 Limita 2. si dos malitiosè petatur incidenter coram Judice Ecclesiastico, coram quo non est probatum verbum de causa matrimonii, tunc Judex Ecclesiasticus neque accessoriè potest cognoscere de dote, quia non est accessorium, ubi principale non subsistit, Cevallos *de cognit. per viam violent. part. 2. qu. 13. nu. 5. in fine.*

8 Si verò super matrimonio nulla sit controversia, sed de dote principaliter, & de per se agitur contra laicum ad ejus restitutionem, puta si constante matrimonio agat mulier de dote, quia forte maritus labitur facultatibus, vel dissipat bona sua, vel quia mortuus est, an de ea cognoscet, & cognoscere debeat Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis? Hæc quæstio licèt sæpe se offerat in praxi, & satis sit à Doctoribus ventilata, ut inquit Cevallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 13. in prin.* & in ejus resolutione dissentio sit inter Doctores, ut ait Azevedo *l. 10. nu. 44. tit. 1. lib. 4. recop.* & variè de ea loquantur Interpretes, ut dicit Fermosinus *in cap. licet ex suscepto 15. quæst. 2. in prin. de foro compet.* remissinè Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de competen. jurisd. q. 18. n. 19.*

9 Communis tamen, & vera resolutio est, quòd de hujusmodi causa restitutionis dotis contra laicum principaliter, & de per se intenta cognoscit, & cognoscere debet judex Ecclesiasticus. Tum quia laicus super causis temporalibus, & profanis conveniendus est coram Judice sæculari, *ut tradidi deisc. 177. num. 1. par. 3.* & causa restitutionis contra laicum est temporalis, profana Pet. Barbosa, Castillo, & alli *locis citandis*. Tum quia isto casu observanda est regula, actor sequitur forum rei, ut tradunt Martha, & alii *statim allegandi*. Tum quia in terminis probant jura *in l. in contractibus §. fin. in fine per locum ab speciali* ubi Bald. *in fine C. de non numerata pecunia*, qui quidem textus jure canonico correctus non reperitur, ut observant Fachin. & Castillo *locis allegandis, cap. ex tenore, de foro compet. cap. de prudentia 3. à contrario sensu de donat. inter vir. & uxor.* sic docent *glo. verbo accessoriè in dicto cap. de prudentia 3.* ubi Præposit. *num. 1.* Butri. *num. 4.* August. Barbosa *num. 1. 2. & 3. de donat. int. vir. & uxor.* Angel. *in l. 1. num. 6.* Alexand. *num. 15.* Ripa communem dicit. & optimè defendit *num. 48.* Parsi. veriorem dicit *num. 9.* Bulgar. *num. 21.* Crot. veriorem esse dicit opinionem *num. 65.* Aretin. *num. 4. & 5.* Purpurat. *num. 36.* Alciatus testatur post multam veterum altercationem videri receptiorem *num. 2* Bolognet. *num. 86.* Curt. Juni. in ad Castren. *num. 5. verbo Ecclesiarum littera E*, Pet. Barbosa *par. 1. num. 46. versic. Confirmatur ff. solu. matrimo.* Additio ad Panormit. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 16. littera D, in fine prin. & versic. Dic*, ubi Felin. *num. 58. de constitut.* Socin. *in cap. excedens, el. 2. per illum textum num. 9. ut lite non contest. & in rub. num. 2. & 9. versic. 36. & in cap. licet ex suscepto num. 14. versicul. 12. casus de foro competen.* Jason. *in authent. quod locum num. 10. C. de collat.* Palatius Rub. *in cap. per vestras not. 2. nu. 20. de donat. int. vir. & uxor.* Campeg. *de dote part. 1. privil. 9. num. 2.* Gomez hanc esse puram opinionem, & tenendam in judicando, & consulendo dicit *in l. 50. tauri numero 33.* Molina veram, & juridicam sibi videri, & opinionem contrariam apud Suprema Tribunalia non admitti inquit *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 75.* ubi ejus Additionat. semper observanda duxisse dicunt *eodem num. 76.* Ripoll. veram resolutionem esse ait *var. resol. cap. 10. nu. 28.* Sanchez *de matrimo. lib. 10. disp. 8. num. 15. versic. Quando autem usque ad finem*, Guttier. veriorem tamen, & etiam communem profitetur *practicar. lib. 1. quæst. 44. nu. 9.* idem Guttier. veriorem tamen, communem etiam, & tenendam esse tradit *pract. lib. 3. quæst. 28. num. 28. 29. & 31.* Molina *de justit. & jure tom. 2. tract. 443.* Paz *in prax. tomo 2. prælud. 2. num. 21. versic. In aliis vero casibus*, Azevedo *lib. 10. nu. 44. & 45. tit. 1. lib. 4. recop.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 102.* Cabedo *decis. 125. nu. 3. par. 1.* Idem Barbosa *de potest Episcopi par. 3. allegat. 84. num. 19. 29. & 30. & in cap. ex litteris in num. 3. de pignorib.* Vega *in cap. ex thenore 11. numr 39. de foro compet.* Martha ita in dies practicari testatur *de jurisdict. par. 2. cap. 21. à num. 15. signanter numero 21.* Nevizan. communem opinionem legistarum, & ideo tenendam in foro canonico, cum inter canonistas sit discordia, & contrarietas refert *in Sylva nup. lib. 1. num. 47.* Cassanate judicatum testatur 5. Decembris 1600. *cons. 27.* Molinus noster *de ritu. nup. lib. 1. comparat. 23. num. 14. & 15.* Auguian. *de legibus tom. 1. libr. 2. contro. 13. nu. 17.* Bolaños *in Curia Philip. tom. 1. par. 1. §. 5. num. 9.* Reg. Sesse *dec. 268. n. 15. & 16. tom. 3.* Farinac. *cons. 190. num. 21. & 22. lib. 2.* Tondut. hanc sententiam veram existimare dicit *de præven. jud. par. 2. c. 23. à n. 4.* Ferrer Ilerdensis *in const. hac nostra temp. 3. n. 81. & 82.* Diana *resp. mor. par. 1. tr. 2. res. 87. alias 86. & res. 117. alias 116. & in coordi. par. 9. tract. 2. res. 231. num. 10. & resolut. 291. num. 3. ver. Et si.* Cutel. *de Immun. Eccles. lib. 2. quæst. 86. & quæst. 87. num. 4. & 5.* Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom. 1. cap. 8. dub. 20. sect. 1. num. 12. & tom. 2. cap. 10. dub. 6. sect. 3. num. 1.* Balboa *in cap. tuam à num. 15. de ordin. cognit.* Fermosin. *in cap. ex tenore 11. quæst. 4. num. 7. & 8. & in cap. ex parte 15. quæstion. 2. & 3. de foro compet.* Castillo *tom. 8. de alimen. cap. 6. à num. 5. vers. Primus casus est, & à num. 18.* Fachineus *contro. jur. lib. 20. cap. 37.* Cenedo *canonicar. quæst. 37.* Cevallos *de cognit.*

per

per viam violen. par. 2. quæſt. 13. Merlinus *controv.* 93. *tom.* 2. Anſaldus *de juriſdict. par.* 4. *tit.* 10. *cap.* 1. *à numero* 54. *cum plurib. ſeq.* & alii citati *num.* 2. ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Manegat 22. Junii 1584. in favorem Catharinæ Vilana contra Joannem Fila, & per Rovirola Tertium, 7. Januarii 1597. in favorem Narciſæ Serviola Villæ Martorelli contra Salvatorem Gibert Parochiæ Aquævivæ occaſione mandati, ſeu cartelli citatorii inſtante dicto Gibert, quo per Curiam Eccleſiaſticam Gerundæ injungebatur dictæ Serviola quatenus quamdam dotem reſtitueret dicto Gibert. Niſi obligatio reſtitutionis dotis eſſet juramento firmata, nam tunc occaſione juramenti poteſt cognoſcere Judex Eccleſiaſticus de cauſa reſtitutionis dotis contra laicum, Ripoll duas declarationes Cancellarii Cathaloniæ refert *var. reſol. c.* 1. *n.* 269. *&* 270.

10 Hinc infero 1. quòd licèt nonnulli Interpretes exiſtiment cauſam dotis principaliter motam contra laicum eſſe mixti fori, atque ita poſſe actorem pro ea agere contra laicum, vel coram judice Eccleſiaſtico, vel coram Judice ſæculari, eſſeque locum prævention, ut tenent Decius *in authen. quod locum nu.* 1. *C. de collat.* Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 96. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 667. Thoro *in ſupple. dec. verbo Brachium ſæculare fol.* 73. Sperell. *dec.* 1. *num.* 15. *verſic.* Quamvis *lib.* 1. plures citat Riccius *dec.* 217. *à num.* 1. *par.* 2. & alii quam plurimi, quos in unum congerunt, ſed non ſequuntur Cenedo *canonic. quæſt.* 37. *à num.* 1. *ad* 6. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *qu.* 13. *nu.* 1. *&* 2. Caſtillo *tom.* 8. *de alimen. c.* 6. *n.* 1. *&* 18.

11 Tamen magis communiter, & verius docent alii Doctores, cauſam dotis principaliter motam contra laicum, non eſſe mixti fori, ſed tractandam fore, & eſſe coram Judice ſæculari, ſic reprobatis contrariis Gomez *in l.* 50. *Tauri num.* 53. Petrus Barboſa *in l.* 1. *par.* 1. *num.* 46. *in fine verſic. Neque obſtat ff. ſolut. matri.* Guttier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 44. *à num.* 6. *ad* 10. *& lib.* 3. *qu.* 29. *num.* 28. *&* 29. Paz *in praxi tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 41. Azevedo *l.* 10. *num.* 44. *&* 45. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Molina *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 75. *verſic. Imo, & num.* 66. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 102. Martha *de juriſdict. par.* 2. *cap.* 21. *à num.* 17. Farinac. *conſ.* 190. *num.* 21. *&* 22. *tom.* 2. Fermoſin. *in ca. ex tenore quæſt.* 4. *num.* 7. *&* 8. *& in cap. ex parte* 15. *qu.* 2. *à num.* 2. *de foro comp.* noſter Ilerdenſis Ferrer. *in conſtitut. hac noſtra temp.* 3. *num.* 82. Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *num.* 28. 29. *&* 30. Caſtillo *de aliment. tom.* 8. *cap.* 6. *à num.* 18. Sanchez *de matrimo. lib.* 10. *diſpu.* 8. *num.* 15. *verſic. Utrum autem* Fachineus *contro. jur. lib.* 10. *capit.* 37. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract. reſol.* 87. *alias* 86. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 291. *num.* 2. *in fine*, Auguſt. Barboſa *in cap. de prudentia* 3. *num.* 3. *de donat. inter. vir. & uxor. & de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 84 *num.* 29. *&* 30. Cenedo *pract. quæſt.* 37. *à num.* 6. *& per totam*, Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæſt.* 13. *à num.* 3. *& per totam*, Merlinus *contro.* 93. *cent.* 2. Caſſanate *conſ.* 27. Fontanella *de pact. nup. com.* 2. *clau.* 5. *gloſ.* 1. *par.* 1. *nu.* 35. & alii ex citatis *nu.* 9.

12 Infero 2. opinionem Doctorum tenentium cauſam reſtitutionis dotis principaliter contra laicum motam propter magnam cum matrimonio connexionem tractari, & peti debere coram Judice Eccleſiaſtico, & ad ejus forum pertinere, ut tenent Aufrer, qui multos citat, & re communi teſtatur *de juriſ. Eccl. tomo* 14. *tractat. quæſt.* 27. *num.* 21. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *in præmis. num.* 154. *verſicul. Rurſus*, Sperell. *dec.* 1. *num.* 15. *in prin. lib.* 1. Riccius *dec.* 217. *tomo* 2. Fontanella *de pact. nup. tomo* 2. *clau.* 5. *gloſ.* 2. *part.* 10. *num.* 58. *&* 59. & alii quamplurimi, quos referunt, ſed non ſequuntur Cenedo *pract. qu.* 37. *à numero* 1. Cevallos *de cognit. per viam violent. par.* 2. *qu.* 13. *nu.* 1. *&* 2.

13 Verùm hæc opinio communiter eſt reprobata. Et noſtra Sententia, quòd cauſa reſtitutionis dotis principaliter mota contra laicum ſit tractanda apud Judicem ſæcularem, & ad ejus forum pertineat, verior eſt, & magis communis, & in judicando, & conſulendo tenenda, docent reprobatis contrariis Guttier. *pract. libro* 1. *quæſtion.* 44. *à num.* 6. *ad* 10. Martha *de juriſdict. part.* 2. *capitul.* 21. *à num.* 15. Tondutus *de prævent. juriſdict. part.* 2. *capitul.* 23. *à num.* 4. Fermoſin. *in cap. ex parte* 15. *quæſt.* 2. *tota de foro compet.* Cenedo *pract. quæſt.* 37. *à. num.* 6. Cevallos *de cognit. per viam violen. libro* 2. *quæſtion.* 13. *à num.* 3. laudati ſupra *num.* 9. *&* 10.

Infero 3. quòd licèt regula ſupra tradita *numer.* 9. quòd de cauſa reſtitutionis dotis principaliter contra laicum intentata cognoſcat, & cognoſcere debeat Judex ſæcularis. Limitant aliqui Doctores, quando vidua ſoluto matrimonio dotem repetit, nam tunc etiam ſi principaliter agat pro dote, Judex Eccleſiaſticus cognoſcat, & tractari poteſt cauſa reſtitutionis dotis contra reum laicum coram Judice Eccleſiaſtico, ut cum aliis voluit Baldus Novellus *de dote part.* 9. *privileg.* 16. Aufrer. *de poteſt. Eccleſ. ſuper laicos fol.* 27. Palacios *in capit. per veſtras not.* 2. *num.* 13. *&* 24. Riccius *deciſion.* 217. *n.* 4. *part.* 2. referunt Paz *in prax. tomo* 2. *prælud.* 2. *n.* 21. *verſic. Quæ opinio*, Cenedo *pract. quæſtion.* 37. *num.* 2. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *qu.* 13. *num.* 2. *in fine*. 14

Cæterùm hæc limitatio confunditur per *cap. de præſentia* 3. *de donat. inter vir. & uxor.* ubi probatur, Judicem Eccleſiaſticum poſſe cognoſcere de cauſa dotis, quando venit incidenter ad cauſam matrimonii: ergo extra prædictum caſum Judex Eccleſiaſticus non cognoſcit. *Confunditur etiam per tex. in cap. tenore, de foro compet.* ubi per viam regulæ probatur, Eccleſiam non cognoſcere de cauſis viduarum. Et expreſsè prædictam limitationem impugnant Gomez *in l.* 50. *tauri num.* 53. *in fine*, *verſicul. Nec etiam placet*, Guttier. *pract. libr.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 9. *verſic. Concludens non eſſe tenendam*, Graña *in capit. ex parte* 15. *num.* 4. ubi Fermoſinus *quæſt.* 3. *nu.* 4. *de foro compet.* Petrus Barboſa *in cap.* 1. *part.* 1. *num.* 49. *ff. ſolu. matri.* Bolaños *in Curia Philip. tomo* 1. *part.* 1. §. 5. *num.* 9. Caſtillo *tomo* 8. *de aliment. cap.* 6. *num.* 18. *verſic. Procedit. autem*, notant Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. parte* 2. *allegat.* 84. *num.* 30. Et indiſtinctè abſque prædicta limitatione loquuntur Bobad. Azevedo, Molina, Martha, Cenedo, Cevallos, Fachineus, Tondutus, Merlinus, & alii laudati, *num.* 9. 15

Infero 4. ad intellectum textus in *capit. nuper.* 5. *de donat. inter virum, & uxorem*, dum dicit, quòd Eccleſia dotes viduarum protegere tenetur. Nam non inde ſequitur, ergo Judex Eccleſiaſticus adiri poteſt generaliter tamquam ordinarius in cauſis dotalibus, niſi in tribus caſibus jure canonico expreſſis, *de quibus infra à num.* 17. *ad* 27. & extra illos ſtandum eſt regulæ *cap. ex tenore* 11. *de foro compet.* Quòd Eccleſia non cognoſcit principaliter de cauſis viduarum, ſic Petrus Barboſa *in l.* 1. *par.* 1. *num.* 49. *verſic. Neque obſtant rationes, ff. ſolu. matrim.* Caſtillo *tomo* 8. *de aliment. capit.* 6. *num.* 19. *verſic. & ſubjungit.* Fachineus *contro. jur. lib.* 10. *cap.* 37. *verſic. Secundum* Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 6. Graña *in cap. ex tenore* 11. *num.* 3. Vega *num.* 31. Fermoſin. *quæſt.* 1. *num.* 10. *de foro comp.* vel dic, quòd cauſæ viduarum pertinent ad Eccleſiam quoad protectionem, *ut tradit gloſ. verbo injuſtitia in cap. ex tenore* 11. *de foro comp.* Cevallos *de cog. per viam violen. par.* 2. *qu.* 13. *nu.* 6. *in fine*, & alii infra *n.* 30. 16

Infero 5. quòd licèt vidua ſit perſona miſerabilis, *l.* 1. *C. quando Imperator inter Pupil. & vid.* Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 4. Peguera *in praxi civil. rub.* 4. *num.* 3. Fontanel. *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 11. *num.* 74. Martha *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 5. Paſchal. *de pat. poteſt. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. *&* 93. Menoch. *de arb. judic. caſu* 66. *numer.* 6.. Trentacinq. *var. libr.* 2. *de judiciis reſol.* 7. *num.* 6. Anſaldus *de juriſdict. par.* 4. *tit.* 10. *cap.* 1. *num.* 75. Scialoja *de foro compet. cap.* 16. *n.* 4. & alii quamplurimi, quos citant Caſtillo *controver. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 3. Carleval. *de judiciis lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 533. Auguſt. Barboſa *in l.* 1. *à num.* 1. *Cod. quando Imperat.* 17

18 *Imperat. int. pupil. & vid.* Etiam si sit dives, secundùm veriorem opinionem, ad effectum recurrendi ad consistorium Principis, Paschal. *de pat. potest part. 2. cap. 2. nu. 96.* Martha *de jurisd. par. 2. cap. 21. num. 6* Thesaur. *decis. 177. num. 3.* Gail. *lib. 1. obser. 1. num. 40* Novar. *in pragmat. 2. collect. 2. num. 16. tit. ubi de delicto* Franchis *decis. 100.* Menochius *de arb. jud. casu 66. num. 5.* Covar. *pract. cap. 6. num. 2. versic. Obtinet tamen*, Scialoja *de foro compet. cap. 6. num. 4. versic. Sic etiam*, Petrus Barbosa *in l. 1. par. 1. num. 50. in fine, ff. solut. matrim.* Castillo *contro. lib. 1. cap. 25. nu. 25.* Fermosin. *in cap. ex tenore 11. quæst. 2. numer. 9. de foro compet.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. à num. 541.* Augustin. Barbosa *in l. 1. num. 10. C. quando Imper. int. pup. & vid. & in c. significantibus 38. num. 53. de offi. delega.* Cancer. *par. 2. var. cap. 2. num. 6. & 7.* Ripoll. ad Pegueram *in praxi civil. rub. 4. num. 49.* remissivè Fontanella *de pact. nup. tomo 1. claus. 4. glos. 11. n. 84.*

19 Et de causis miserabilium personarum indistinctè cognoscit Judex Ecclesiasticus, *c. super quibusdam 26.* ubi August. Barbosa *nu. 8. de verb. signif. c. significantibus 38.* ubi Abbas, & communiter Doctores *de offi. delegati, can. si quis de potentibus, 24. quæst. 3.* Palacios *in cap. per vestras not. 2. num. 21.* Covar. *pract. cap. 6. nu. 3* Maranta *de ord. jud. par. 3. dist. 11. num. 9.* Pet. Barbosa *in l. 1. par. 1. num. 49. versic. Cæterum, ff. solu. matri.* Martha *de jurisd. par. 2. cap. 21. num. 1.* Pereyra *de manu. Regia par. 2. cap. 25. num. 11.* August. Barbosa *de potest. Episco. part. 1. tit. 3. cap. 2. num. 55. & de jure Eccles. uni. lib. 3. cap. 27. num. 23.* Sperell. *decis. 1. num. 17 lib. 1.* Fermosin. *in cap. ex tenore 11. quæst. 1. num. 1. & 2. & in cap. ex parte 15. quæst. 1. num. 1. in prin. & qu. 4. num. 6. de foro compet.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. tit. 10. cap. 1. nu. 70. 80. 81. & 85.* ubi ampliat in causis minimis, Diana *resol. mor. par. 4. tract. 1. resol. 90. & in coordinat. par. 9. tract. 2. resol. 307. num. 1.* Bossius *de aliment. cap. 21. nu. 1182.*

20 Intelligendum est, si vidua, vel alia miserabilis persona sit pauper; secùs si dives. Nam quando vidua est pauper de ejus causis cognoscit Judex Ecclesiasticus, notant communiter Doctores *in c. ex parte de foro comp.* Covar. ut invitus fatetur *pract. c. 6. n. 3.* Maranta *de ord. jud. par. 4. dist. 11. num. 9. versic. Quod intellige.* Petrus Barbosa *in l. 1. par. 1. numer. 49. versic. Secundus est, & num. 50. versic. Utrum orphani, & viduæ, ff. solu. matrim.* Castillo *tom. 8. de aliment. c. 6. num. 19. versic. Secundus est*, Ansaldus *de jurisd. par. 4. tit. 10. cap. 1. num. 67. 70. 71. 72. 73. & 74.* Augustin. Barbosa *de potest. Episcop. par. 3. alleg. 48. num. 29. ad finem, & in cap. per vestras 7. num. 6. de donat. int. vir. & uxor.* Diana *resol. mor. part. 4. tract. 1. resol. 90. & in coord. par. 9. tract. 2. resolut. 307. n. 2.*

21 Et in his terminis est intelligendus textus *in c. per vestras 7. de donat. inter vir. & uxor.* in quo Judex Ecclesiasticus de causa dotis cognoscit. Quia loquitur de paupere, atque ita de miserabili persona, de cujus causa Pontifex, & Judices Ecclesiastici sunt competentes, ita Palacios *in dict. c. per vestras not. 2. num. 5.* Augustin. Barbosa *nu. 6. de donat. int vir. & uxor.* idem Barbosa *de potest. Episco par. 3. alleg. 84. n. 29. versic. Nec contrarum*, ideoque ad Ecclesiam defferri potest causa dotis, non dotis favore, sed paupertatis, ita Petrus Barbosa *in l. 1. par. 1. num. 49. versic. Secundus est, juncto vers. Cæterum ff. solu. matr.* Ansaldus *de jurisd. part. 4. tit. 10. cap. 1. num. 67. in fine*, alios plures intellectus ad illum textum tradit Cevallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 13. n. 9. 10. & 11.*

22 Infero 6. Quòd Judex sæcularis quando est negligens in administranda justitia viduis, & aliis miserabilibus personis, Judex Ecclesiasticus se intromittere possit, *cap. ex tenore 11. in fine, cap. licet ex suscepto de foro compet. c. qualiter de judiciis*, Ego plures laudavi *decis. 28. num. 37. & part. 1. & in addit. positis post par. 2. decis. num. 37.* quibus addendi sunt Casaneus *in consuet. Burgunt. rub. 1. §. 5. verbo sil na grasse num. 62. fol. mihi 50. pag. 2.* Azevedo *l. 14. num. 12. tit. 9. lib. 3. recop.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. à num. 108 ad 113.* Ybañez de Faria ad Covar. *lib. 1. var. cap. 4. nu. 11.* Cevallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 13. num. 10. & 11.* Martha *de jurisd. part. 2. cap. 21. nu. 12.* Petrus Barbosa *in l. 1. par. 1. nu. 49. vers. Primus est ff. solu. matri.* Castillo *de aliment. tom. 8. cap. 6. n. 19. vers. Primus est*, Fermosin. *in c. ex tenore 11. qu. 1. sub num. 5. de foro compet.* Scialoja *de foro comp. c. 16. nu. 80. post prin.* Carol. de Graf. *de effect. Cler. effecto 1. num. 391.* Fontanella *de pactis nup. tom. 1. claus. 4. glos. 11. nu. 81.* notat Bossius *de dole cap. 4. num. 21. vers. At certum videtur, & aliment. c. 21. nu. 1182.* & alii quamplures, quos citat Solorzanus *de jure Ind. tom. 2. lib. 3. c. 7. à n. 55. & in polit. libr. 4. cap. 7. versic. Pertenece tambien fol. 547.*

Et idem quando ad Judicem sæcularem non potest 23
facile haberi recursus, *argumento l. in contractibus §. fin. ad finem, Cod. de non num. pecu.* Alciat. *in l. 1. sub num. 2. ff. solut. matrim.* Petrus Barbasa, Castillo, & Solorzan. *locis citatis nu. 22.* latè Ciarlin. *contro. foren. lib. 1. c. 56. totu.*

Infero 7. quòd quando vidua, & alia quælibet mi- 24
serabilis persona est oppressa, & spoliata bonis propriis, Judex Ecclesiasticus eam succurrere potest, & de hac causa cognoscere, *c. ex parte*, ubi Panormit. *n. 11.* Socin. *n. 6.* August. Barbosa *n. 6. & 7. & in addit. tom. 6. nu. 1. & 2. de foro com.* Garras. *in l. 1. lectu. 2. n. 25. ad finem*, Bosognet. *nu. 87.* Pet. Barbosa *par. 1. nu. 47. ver. Neque obstant. & n. 49. in fine, vers. Tertius, & est ff. solut. matr.* Martha *de jurisd. par. 2. cap. 21. num. 12.* Azevedo *l. 10. num. 47. tit. 1. lib. 4. recop.* Angulan. *de legib. tom. 1. lib. 3. contro. 22. nu. 48.* Castillo *tom. 8. de alimen. cap. 6. num. 19. vers. Paimus, est*, Fermosin. *in c. ex tenore 11. qu. 1. nu. 5. 7. 8. & 11. in cap. ex par. 15. qu. 2. nu. 5. 6. & 7. & qu. 3. sub nu. 2. de foro compet.* Valasc. *de Privil. Pauper. qu. 52. nu. 13.* Vega *in c. ex part. 15. n. 24. & 25. de foro compet.* Scaccia *de judiciis tom. 1. lib. 1. c. 12. nu. 17.* Cenedo *pract. qu. 14. nu. 4.* Menoch. *de retin. posse remed. 3. à n. 411. & de recup. posse. remed. 15. num. 248.* Solorzano *de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 7. à n. 55. & in polit. lib. 4. cap. 8. vers. Pertenece tambien. fol. 547.* Ansaldus *de jurisd. par. 4. tit. 10. c. 1. à nu. 68.* Diana *resol mor. part. 1. tract. 2. resol. 118. alias 117. & in coordinat. par. 9. tract. 2. resol. 306. n. 1. & 2.* Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom. 2. c. 10. dub. 9. sect. 4.* Et aliqui † ampliant, etiam nulla data negligentia judicis sæcularis posse viduas, pupillos, & alias personas pauperes oppressas trahere adversarios suos ad judicem sæcularem, & in ejus foro convenire; ut Anguianus, Diana, & Thom. del Bene *locis citatis* Sed oppositum, † quòd cum oppressione, & spolio 25
debeat concurrere ne negligentia judicis sæcularis tenent Covar. *pract. cap. 6. nu. 1. vers. Nec quidquam urget*, Martha *de jurisd. par. 2. cap. 21. num. 12. & 13.* Cutel. *de Immun. Eccles. lib. 2. qu. 118.* Fermosin. *in ca. ex part. 15. qu. 4. num. 8. de foro compet.* notat Castillo *tom. 8. de aliment. capitut. 6. numer. 20. versicul. Et concludit.*

Sic est intelligendus textus *in c. ex litteris de Pi-* 26
gnorib. quia in eo casu mulier erat oppressa per Judicem sæcularem, ex quo propter delictum mariti fuerat spoliata propria dote, & ideo judex Ecclesiasticus se intromittit. Et si replices, quòd in eo textu mulier non erat vidua, sed habebat vivum maritum, & sic privilegio miserabilium personarum oppressarum non potuisse uti. Respondetur, quòd in illo textu maritus propter maleficium fuit bannitus, & aufugit, & sic mulier pro vidua reputabatur. Idem namque est non habere maritum, quàm illum habere inutilem, sic Petrus Barbosa *in lib. 1. par. 1. num. 47. versic. Neque obstant, ff. solu. matrim.* Fermosin. *in c. ex tenore 11. quæst. 1. num. 11. & 12.* ubi Graña *num. 4. de foro compet.* August. Barbosa *in c. litteris 5. sub num. 3. de pignorib. & de potest. Episcop. par. 3. alleg. 84. n. 29. in fine*, Cevallos *de cognit. per viam violen. lib. 2. quæst. 13. nu. 7. & 8.* Fachineus *contro. jur. lib. 10. c. 37. vers. Tertium est.*

Et similiter est intelligendus textus *in cap. super* 27
quibusdam in fine de verbo signif. Quia ideo in eo textu viduam super re profana petiisse coram Judice Ecclesistico. Quia non solùm erat vidua, sed

etiam

etiam oppressa, & spoliata fuerat, ita Fermosin. *in c. ex tenore* 11. *quæst.* 1. *nu.* 8. ubi Graña *num.* 5. *de foro compet.* Balboa *in cap. ex parte* 15, *nu.* 3. *de foro compet.* Petrus Barbosa *in l.* 1. *part.* 1. *nu.* 50. *in prin. versic Juxtaff. solu. matri.*

28 Verùm enim verò, licèt prædictæ illationes 4. 5. 6. & 7. de quibus *à num.* 17. *ad* 18. de jure procedant. Tamen in Cathalonia, & in Regnis Castellæ, Luzitaniæ, Italiæ, & Galliæ in praxi observatur. Quòd vidua, ac alia miserabilis persona pauper, aut quando opprimitur, & bonis spoliatur, vel etiam quando judex sæcularis est negligens in administranda justitia hujusmodi personis, non potest causa dotis, nec alia principaliter contra laicum excitari, moveri, & tractari coram judice Ecclesiastico, sed excitanda, movenda, & tractanda est coram Judice sæculari, qui hujusmodi personis pauperibus, aut oppressis, & bonis spoliatis justitiam ministrabit, & si fuerit negligens ejus Superior adeundus est, scilicet Regia Audientia, per quam viduis, pupillis, pauperibus, & aliis oppressis, & bonis spoliatis per viam gravaminis, querelæ, aut appellationis, vel ex officio plenè succurritur, & breviori tempore prædictæ personæ litibus suis, & querelis finem imponent, aliàs de facili præjudicaretur jurisdictioni Judicis sæcularis, & inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem sequeretur magna confusio. Sic ex nostris Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi tom.* 2. *collat.* 9. *c.* 35, *num.* 32. *& à num.* 48. *signanter nu.* 63. *fol.* 330. *&* 331. *in & Curia Barcinonæ Regis Alphonsi tom.* 2. *collat.* 11. *c.* 2. *num.* 68. *&* 69. *fol.* 500. *in novis*, Oliba *de jure fisii cap.* 31, *num.* 45. *& c.* 11. *num.* 44. 45. *&* 46. *& c.* 14. *num.* 111. Bosch. *dels titols de honor lib.* 2. *cap.* 36. §' 36. *versic. Les causes*, Ripoll. *de regal. c.* 6, *num.* 50. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 11. *num.* 81. *in fine*, *& tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 1. *nu.* 34. *& decis.* 289. *nu.* 4. *par.* 2. Ego *dec.* 28. *num.* 38. *par.* 1. & de nostra Cathalonia meminit Bossius *de dote c.* 4. *nu.* 21. *prope finem.* Ex Castellanis Gregor. Lopez *l.* 58. *verbo à dezar al Rey versic. Hæc tamen difficulter tit.* 6. *par.* 1. Covar. *pract. cap.* 6. *num.* 1. *versic. Imo*, *& in hoc in fine*, *versic. Tamen*, Azevedo *l.* 4. *num.* 12. *versic. Quod an hodie*, *tit.* 9. *lib.* 3. *& l.* 10 *nu.* 47. *&* 48. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Avendano *de exequen. mandat. reg.* 1. *cap.* 19. *nu.* 8. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17 *num.* 102. *versic. Y aun mas*, *& nu.* 109. *&* 110. Ybañez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *num.* 13. Bolaños *in Curia Philip. tom.* 2. *par.* 1. §. 5. *num.* 9. videndus Castillo *tom.* 8. *de aliment. c.* 6. *nu.* 19. *versic. Cæterum*, *& num.* 20. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 7. *à num.* 60. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 7. *versic. Y verdaderamente fol.* 547. *& versic. Y mirando fol.* 548. Fermosin. *in c. qualiter* 17. *quæst.* 1. *num.* 31. *&* 37. *quæst.* 10. *de judiciis*, *& in c. ex tenore* 11. *quæst.* 1. *num.* 3. *&* 4. *& in c. ex parte* 15. *quæst.* 4. *nu.* 7. *&* 8. *de foro compet.* Molina *de Primog. Hisp. lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 76. Carleval. *de judi. l.* 1. *disp.* 2. *num.* 134. Ex Luzitanis Pereyra *de manu. Regia par.* 2. *cap.* 35. *num.* 11. Ex Italis Faller. in addit. ad Marantam *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 9. *versic. Additio*, *& nu.* 11. *versic. Additio*, Martha *de jurisd. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 12. Ansaldus *de jurisd. par.* 4. *tit.* 10. *c.* 1. *à nu.* 91. Cutel. *de Immun. Eccles. lib.* 2. *qu.* 118. *n.* 1. ubi testatur de receptissima Praxi omnium Provinciarum, ac inviolatam consuetudinem contrarios actus non admittere, Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectum* 1. *numer.* 391. ibi: *Quando esset difficile adire ad Superiorem ipsius judicis laici negligentis*, Scialoja *de foro compet. cap.* 17. *num.* 80. *in princ. versic. Quod intellige*, ex Gallis Cassaneus *in consuet. Burgundiæ rub.* 1. §. 5. *versic. Sil nagrasse.* 62. ibi: *Auditur Superior*, & notant Covar. & alii quamplures *hic laudati*. Et ex Theologis agnoscunt Angulan. *de legib. lib.* 3. *contro.* 22. *nu.* 50. Diana *resol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *res.* 117. *&* 118. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 306. *n.* 2. ibi: *Scio praxim in contrarium esse*. Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 2. *lib.* 10. *dub.* 6. *sect.* 4. *nu.* 2. *in fine*, *ubi de praxi*, *& usu quotidiano*, testatur Bossius *de aliment. c.* 21. *nu.* 1182. *col.* 2. *in prin.* vide infra *numero* 46.

Infero 8. ad intellectum *tex. in can.* 1. *& seq. dist.* 87. quòd omnes causæ ad viduas, & pauperes spectantes possunt exequi per Episcopos, & Judices Ecclesiasticos. Non sunt intelligendi de judicio quoad jurisdictionem, sed tantùm quoad protectionem, sive patrocinium, quod pia mater Ecclesia affectuosè impartitur omnibus miserabilibus, *ita glos. in c. ex tenore verbo injustitia*, ubi Graña *num. fin.* Vega *num. fin.* Fermosin. *quæst.* 1. *num.* 9. *de foro compet.* Covar. *pract. cap.* 6. *num.* 1. *in fine prin.* Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 13. *num.* 6. *in fine*, Solorzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 7. *nu.* 63. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 7. *versic. Y mirando fol.* 548. Mieres noster *in Curia Barcinonæ Regis Alphonsi tom.* 2. *collat.* 11. *c.* 2. *nu.* 31. *fol.* 497. *in novis*. & notavi supra *nu.* 16. *in fine*. 30

Et licèt aliqui addant, quòd Judex Ecclesiasticus utens hujusmodi protectione, & patrocinio potest compellere censuris judicem sæcularem, ut suo munere fungatur, modò sit negligens, & requisitus, non faciat, nec administret justitiam, *can. Administratores* 23. *qu.* 5. *c. judæi* 5. *glos. verbo excommunicationis de judæis*, docet Suarez *de censur. disp.* 20. *sect.* 1. *n.* 14. quem refert Bellet. *disqui. Cler. par.* 1. *tit. de favore Cler. Reali*, §. 5. *num.* 38. & Acuña *in can. quisquis n.* 1 *pag.* 757. quos citat Solorzano *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 7. *num.* 64. *& in polit. lib.* 4. *c.* 7. *versic. Y usando fol.* 548. confert quod dicit Divus Thomas 2. 2. *qu.* 4. *art.* 2. *in responsione ad primum*, quem refert Gregor. Lopez *l.* 48. *à dezir al Rey in fine tit.* 6. *par.* 1. quod non practicatur, nec unquam vidi, nec audivi practicatum per Judicem Ecclesiasticum, nec Dominum Regem tale permissurum, *ex traditis n.* 29. 31

Infero 9. quòd licèt consuetudine legitimè præscripta possit Judex Ecclesiasticus jus dicere in causa dotis motæ principaliter contra laicum, prout observatur in Curia Ecclesiastica Neapolitana ut tradit Riccius *decis.* 217. *à nu.* 4. *par.* 2. alios plures recenset Novarius *lib.* 1. *qu. foren.* 47. *n.* 12. 32

Tamen non est curandum de dicto Riccii, Novarii, & aliorum, quos impugnat Tondutus *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 23. *num.* 7. *&* 8. & illorum opinio solùm sustineri potest in duobus casibus. Primò partibus consentientibus, & minimè reclamantibus, & sic vigore prorogationis jurisdictionis Ecclesiasticæ, & in his terminis loquitur Riccius *dicta decis.* 217. *num.* 4. *par.* 2. Secundò quando consuetudo esset privilegio introducta, Fermosin. *in c. ex tenore* 11. *q.* 1. *n.* 5. *in fine de foro compet.* 33

Infero 10. quòd licèt nonnulli dicant, in Regnis Indiarum, vel in aliis Provinciis remotis, ubi non possit absque gravi difficultate, & absque congrua spe opportuni remedii adiri Dominus noster Rex, seu alius superior, ut tollat oppressiones, & gravamina, posse Episcopum, seu Judicem Ecclesiasticum se interponere, ac oppressis succurrere, & in hujusmodi causis procedere, Gregor. Lopez *l.* 48. *verbo Adezir al rey propè finem*, *versic. Æquum tamen tit.* 6. *par.* 1. Humada, Perez, & Matienco quos refert, & sequitur Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 110. *vers. Pero en un caso*. Mexia de Cabrera *in formular. Immun. Eccles. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 10. *in fine*, Fermosin. *in c. qualiter* 17. *quæst.* 10. *nu.* 1. *de judiciis*, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 7. *num.* 58. *&* 59. & ubi casum excusationis tradit *& in polit. l.* 4. *c.* 7. *vers. Y que esto sea justissimo cum duob. seq. fol.* 547. 34

Verùm nec in Regnis Indiarum, vel in aliis Provinciis remotis, hoc hodiè practicari posse existimo, cùm in eis adsint Pro Reges, Regiæ Audientiæ, quos oppressi adire possunt, ut eos liberent ab oppressione judicum inferiorum, ut ex ejsdem Doctoribus citatis *nu.* 34. clarè colligitur, dum dicunt, posse procedere Episcopos, ut Judices Ecclesiasticos, ubi non possit adiri Dominus Rex, seu alius Superior, *ad tradita suprà n.* 29. 35

Infero 11. quòd licèt communi scribentium placito receptum sit quòd quando in testamento puellæ pauperi relinquitur, Judex Ecclesiasticus etiam principaliter, & ad partis instantiam est competens contra laicum, ut præstetur, quia hoc legatum est 36

pium,

pium, cujus executor est Episcopus ita Guttier. *pract. lib.* 1. *qu.* 44. *num.* 10. *& lib.* 3. *qu.* 29. *nu.* 30. *&* 31. Bob. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 102. *in fine*, ibi: *O dexada por manda de testamento*. Cenedo *practicar. quæst.* 37. *num.* 7. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 13. *sub num.* 3. *col.* 2. *ad medium*, *& num.* 4. Castillo *to.* 8. *de alimentis c.* 6. *n.* 21. Augu. Barb. *in c. ex literis* 5. *nu.* 3. *in fin. versic. Undè colligo de pignorib.* Fermosio. *in c. ex parte* 15. *qu.* 2. *num.* 9. *de foro compet.* Ripoll. *var. resol. capite* 10. *num.* 30. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 117. *aliàs* 11. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 231. *num.* 2. Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 10. *dub.* 6. *sect.* 3. *num.* 1. *in fine*, *& num.* 3. *versic. Quod tamen*, notat Bossius *de dote c.* 4. *n.* 21. *versic. At certum videtur*.

37 Infero 12. quòd dos est causa pia, *ex l. cum his*, §. *si in ea opinione*, *ff. de condic. indeb.* exornant Spinus *in specu. testament. glo.* 11. *princip. à nu.* 21. Novarius *in rub. de legatis piis collect.* 1. *nu.* 9. ergo Judex Ecclesiasticus principaliter adiri potest in causa dotis etiam contra laicum, sic argumentantur multis citatis, Riccius *decis.* 217. *par.* 2. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 3. *num.* 2. quòd maximè procedit, quando dos relinquitur puellæ extraneæ pauperi, nam tunc dos dicitur causa pia, Boer. *decis.* 94. Petrus Barbosa *in l.* 1. *par.* 1. *num.* 55. *prope finem*, *vers. Quid in dote*, *& par.* 3. *num.* 18. *vers. Quare ff. solut. matri.* multos aliòs addunt Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 44. *n.* 8. *& de juramen. confirmat. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 9. *&* 10. Augustt. Barbosa *in repertor. pract. concl. verbo Dos vers. Dos dicitur fol.* 104. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *qu.* 13. *n.* 12. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 21. *par.* 2. *à nu.* 12. *ad* 18. Scialoja *de foro compet. c.* 28. *nu.* 59.

38 Sed existimo, quòd prædictæ illationes 11. *&* 12. de quibus *num.* 39. *&* 40. in Cathalonia non admitterentur ad instantiam partis, *ex his quæ tradidi num.* 29. & in terminis de Regno Castellæ Azevedo *l.* 10. *nu.* 48. *vers. Infero*, *& n.* 49. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop.* Guttier. *practic. lib.* 1. *qu.* 44. *num.* 9. *juncto num.* 8. Molina de Hispan. primog. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 75. Imò causa dotis juncto *nu.* 76. & in his terminis intelligo procedere Capellan. Tholos. *dec.* 214. Riccius *collect.* 215 *vers. Item laicus*, Tiraquel. *de privil. piæ causæ privil.* 150. Borrell. *in sum. dec. par.* 1. *tit.* 43. *n.* 121. Scialoiam *de foro compet. c.* 28. *n.* 51.

39 Nec relevat, quòd aliqui dicant, quòd dos est pia causa, maximè quando dos relinquitur mulieri extraneæ pauperi. Quia alii verius docent, id esse impropriè, & ideo non gaudere privilegiis piæ causæ, sic Fachineus *cuntrov. jur. lib.* 10. *cap.* 37. *vers. Quartum*, & sentiunt Marinis, & Reg. Mattheu docentes dotem, & piam causam æquiparari, *ille resolut. jur. l.* 1. *c.* 247. *n.* 8. *iste de Regim. Reg. Valen. c.* 11. §. 1. *sub n.* 73. & Novarius loquitur per verbum habetur, *in rub. de emptione*, *& vendit. collect.* 1. *n.* 1.

40 Infero 13. quòd licèt aliqui dicant, quòd quando dos relinquitur Religiosæ, aut alicui Ecclesiæ, vel Hospitali pro authoritate Episcopi constructo, vel confirmato, potest Judex Ecclesiasticus cognoscere contra laicum, ut tenent Axevedo *l.* 10. *n.* 46. *&* 49. *in fine tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 102. *in fine*, notat Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *qu.* 13. *n.* 4. Bolaños *in Curia Philip. tom.* 1. *par.* 1. §. 5. *n.* 9.

41 Sed dubito, quòd hæc illatio procedat in Cathalonia ad partis instantiam, *ex dictis in hac decisione n.* 29. *& in decis. præcedenti*, *n.* 3. *&* 4.

42 Infero 14. quòd licèt gravis sit difficultas inter Doctores. An pater teneatur, & cogatur dotare filias suas officio Judicis, vel jure actionis, de qua Petrus Barbosa *in l.* 1. *par.* 4. *à nu.* 4. *ff. solu. matrim.* Cevallos *com. cont. com. quæst.* 5. Fachineus *controver. juris lib.* 13. Sanchez *de matrimo. lib.* 4. *dis.* 26. *num.* 2. Guttier. *de matri. c.* 80. *n.* 6. Gail. *lib.* 2. *observ.* 95. Spinus *in specu. testamen. glo.* 11. *princip. nu.* 31. *&* 32. Merlin. *de legitima l.* 3. *tit.* 1. *q.* 22. *nu.* 6. Oliba *de actionib. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 43. ubi Montaner *nu.* 12. & alii quamplures quos citant Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clau.* 5. *glo.* 1. *par.* 1. *num.* 29. Bossius *de dote cap.* 4. *à num.* 13.

Sed quidquid sit de hoc. Illud certum est, Quòd 43
si filia sit nubilis, & pater negligat eam nubere congruamque dotem dare pro ineundo matrimonio, Judex instante filia, & si ipsa præ rubore, & verecundia non audet judicem adire, instantibus ejus propinquis, consanguineis seu cognatis, imò ipse Judex ex officio, si viderit expedire, potest cogere, & compellere patrem nuptui filiam tradere, & congruam dotem constituere Novellus *de dote parte* 6. *privileg.* 17. *n.* 6. *&* 7. Boer. *decis.* 130. Pet. Barbosa *in l.* 1. *par.* 4. *n.* 3. *ff. solu. matri.* Rebel. *de obligat. justitiæ par.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *n.* 5. Cast. Palaus *de justitia*, *& jure par.* 7. *disp.* 9. *punct.* 4. §. 1. *nu.* 4. Merlin. *de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 12. *nu.* 1. *& qu.* 22. Fontanella *de pact. nup. to.* 2. *clau.* 5. *glo.* 1. *par.* 1. *nu.* 31. 32. 37. *&* 38. Bossius *de dote cap.* 4. *n.* 21. Vel indicta † mulcta, vel captis pi- 44
gnoribus, vel per capturam personæ, ut per eam afflictionem obligationi legis satisfaciat, ut docent Doctores citati, Novellus *nu.* 6. Pet. Barbosa *n.* 3. Rebel. *nu.* 4. Cast. Palaus *nu.* 4. Fontanella *n.* 33. Bossius *nu.* 21 *Vers. Potuit vere Judex*, Giurba *in consuetud. Messan. cap.* 3. *glo.* 1. *par.* 1. *n.* 3.

Hujusmodi quæ compulsio fieri potest nedum per 45
Judicem sæcularem, sed etiam per Judicem Ecclesiasticum, quamvis pater negligens dotare filiam sit laicus, affirmant And. Siculus *in c. ex litteris n.* 4. *de pignorib.* Pet. Barbosa *in l.* 1. *par.* 4. *n.* 3. *circa finem ff. solut. matri.* ubi ait id colligi etiam ex doctrina Bartoli *in l. solent. n.* 13. *ff. de alimen. & cibar. legat.* Rebel. *de just. & jure par.* 2. *l.* 5. *tit.* 4. *n.* 5. Fontanel. *de pact. nup. to.* 2 *clau.* 5. *glo.* 1. *par.* 1. *n.* 33. *vers. Et hanc compulsionem*. Bossius *de dote c.* 4. *n.* 21. *vers. At vero*, Cast. Palaus *de just. & jure par.* 7. *disp.* 9. *punct.* 4. §. 1. *n.* 4. addit, quòd si per Judicem Ecclesiasticum intentetur coactio, fit per censuræ promulgationem, cum hæc causa sit mixti fori.

Sed dubitat Fontanella, quòd id in Cathalonia ad- 46
mitteretur, ex iis quæ docet Antonius Oliba gravissimus olim illius Supremi Senatus Doctor, in commentar. ad usar. *alium namque c.* 11. *n.* 44. de jure fisci in constitutionibus Cathaloniæ, ubi ex Mieres tradit non permittere regem nostrum invictissimum, quòd ad forum, & tribunal Ecclesiasticum causæ laicales, & quæ ducendæ sunt inter laicos, trahantur prætextu miserabilitatis, paupertatis, viduitatis, pietatis, (hujus ratione volunt aliqui posse Ecclesiam cognoscere de causis dotalibus) quia ad id habet erectam Regiam Audientiam in Cathalonia, ut ibi hujusmodi causæ decidantur, & pro eis ad ipsum Regem habeatur recursus, non ad alium; Fontanella inquam *de pact. nup. to.* 2. *clau.* 5. *glo.* 1. *par.* 1. *n.* 34. & ex eo Bossius *de dote c.* 4. *n.* 21. *ante finem*, adde tradita *n.* 29.

Neque etiam observatur in Cathalonia, quòd præ- 47
dicta compulsio fiat in dicta mulcta, vel captis pignoribus, vel etiam per capturam personæ. Sed introducitur causa in Regia Audientia, in qua taxatur dos competens, & pater condemnatur ad eam solvendam filiæ, Decisionem nostri Senatus refert Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clau.* 5. *glo.* 1. *par.* 1. *nu.* 56. *& dicta clau.* 5. *glo.* 8. *par.* 1. *sub n.* 38. de qua meminit Cancer. *par. var. resol. cap.* 11. *num.* 5. 6. *&* 7. & advertunt Pet. Barbosa *in l.* 1. *par.* 4. *n.* 3. *vers. Sed circa ff. solu. matr.* Ripoll. *var. resol. c.* 10. *n.* 48. Bossius *de dote c.* 4. *n.* 21. *vers. Quod si adhuc.*

Infero 15. ad quæstionem illam. Alimenta præ- 48
sentia, & futura ad instantiam partis contra laicum coram quo Judice principaliter petenda sint? In qua nonnulli arbitrantur, alimentorum litem, seu quæstionem esse mixti fori, dataque præventione coram Judice Ecclesiastico proponi, & expediri posse. Alii asseverant, alimentorum causam posse tractari coram Judice Ecclesiastico, quando illa pauperi, & aliundè non habenti legata, seu debita sunt; secus si diviti, vel aliàs habenti, undè se aleret, relinquuntur, vel ab eo peterentur, nam tunc petenda sunt coram Judice sæculari. Alii dixerunt, quòd alimenta filio spurio pauperi à patre, vel à

matre,

matre, fratre, vel eorum hæredibus debita peti possent apud Judicem Ecclesiasticum, imò plures addiderunt solùm peti posse coram Judice Ecclesiastico. Et alii quòd peti possunt coram judice sæculari. Et quid quando hæredes sunt diversi fori, quia unus est Clericus, alter laicus? de quibus videndi sunt Bartol. *in solent. 3. nu. 13. & 14. ff. de aliment. & cibar. legat.* Trentacinq. *variar. lib. 1. de alimentis res. 1. n. 49.* Surdus *de alimentis tit. 8. Privileg. 9. toto*, Covar. *in epito. ad 4. par. 2. c. 8. §. 6. n. 6.* Lara *in l. si quis à liberis in prin. n. 39. & in §. idem rescripsit., nu. 78. ff. de libe. agnoscend*, Spinus *in specu. testa, glo. 16. pr. n. 109* Gratian, *discep. foren. c. 60, n. 30. & 31. & c. 154. à nu. 11. ad 17.* Bob. *in polit. lib. 2. cap. 17. nu. 105.* ibi: *O alimentos*, Petrus Barbosa *in l. 1. par. 4. n. 82. ff. solu. matr.* Rebel, *de obligat. just. par. 2. lib. 5. qu. 2. num. 14.* Reg. Sesse *decis. 268. num. 15. & 16. & decis. 285. num. 4. to. 3.* Cenedo *pract. quæst. 14.* Cevallos *de cogni. per viam violen. par. 2. quæst. 21.* Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 44. à num. 1. ad 6.* August. Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 81. num. 9. 10. & 11.* Bellet. *disquis. Cler. part. 1. tit. de favore Cler. reali §. 5. num. 69. & nu. 70.* Ciarlin. *controver. foren. lib. 1. c. 28. nu. 16. & 17. & c. 56. num. 7.* Sperell. *decis. 138. nu. 109. & 110. lib. 2.* Fermosinus *in cap. si Clericus 5. quæst. 9. tota, & in ca. ex parte 15. quæst. 2. nu. 10. in fine de foro compet.* Valascus *de Privi. pauper. par. 1. quæst. 52.* Castillo *tom. 8. de aliment. c. 6. à num. 7. ad 18. & c. 26.* Bossius *de aliment. c. 21. à num. 1178. ad 1186. & de dote cap. 4. num. 21. in fine, versic. At certum videtur*, Diana *resol. moral. par. 1. tract. 2. resol. 86. aliàs 85. & in coordinat. par. 9. tract. 2. resol. 285.* Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom. 2. cap. 10. dub. 6. sect. 5.* Ansaldus *de jurisd. par. 4. tit. 10. cap. à n. 42. ad 54.*

49 Ceterùm prædicta in hac illatione *num. 84.* existimo in Cathalonia, & in reliqua parte Hispaniæ practicari non posse, *ex dictis nu. 29. & 49.* & docent ex Castellanis Azevedo *l. 10. nu. 45. in fine tit. 1. lib. 4. recop.* Cevallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 53.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 15. num. 76.* ubi Additionat. *eodem nu. 76.* Guttel. *de Immunit. Eccl. lib. 2. quæst. 86.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disp. 8. num. 15. in fine*, Molina *de just. & jure disput. 611. num. 11.* Merlin. *controv. 93. cent. 2* Cassanate *cons. 27.* Castillo *tom. 8. de alimen. c. 26. versic. Contrarium namque.* & de Senatu Pedemontano Thesaur. *dec. 211. n. 4.*

50 Addunt tamen plures, quòd in omnibus causis, quibus laici possunt conveniri coram Judice Ecclesiastico, qui dicuntur mixti fori, id non est favor, nec privilegium, cum ibi tardius justitia obtineatur, & lites in eo ferè sint immortales, & vitas hominum pœnè excedunt propter longas dilationes, & plures appellationes, quas jus canonicum permittit, & reo concedit. Et sic melius est, ut hujusmodi causæ in foro sæculari petantur, ubi citius jus redditur, & breviori tempore justitia ministratur, Palacios *in c. per vestras not. 2. nu. 24. de donat. inter. vir. & uxor.* asserens ob hanc rationem se multoties consuluisse personis Ecclesiasticis, Monasteriis, & piis locis habentibus Judices Ecclesiasticos, coram quibus possent laicos convenire, quòd illos convenirent coram judicibus sæcularibus, quoniam suam justitiam citius ibi consequerentur, Paz *in praxi tom. 2. prælud. 2. num. 39. in fine*, ubi addit, quòd ipse antequam Palacium videret pluries amicis, & clientulis consuluit, Bobadilla *in polit. lib. 2. c. 17. nu. 166.* Cenedo *pract. q. 14. nu. 8.* Cevallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 21. num. 10.* Fermosin. *in c. si Clericus 5. q. 9. n. 15. de foro compet.* Ansaldus *de jurisd. par. 4. tit. 10 c. 1. nu. 99.* notarunt Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. l. 3. c. 9. n. 4. & in polit. lib. 4. c. 9. vers. Pero fol. 564.* Vela *dissert. 40. n. 38. tom. 2.*

51 Unum ultimò scias, quòd legata profana ad instantiam legatariorum petenda sunt contra laicum coram Judice sæculari, Capella Tholosana *dec. 112.* Aufrer. ad Capel. Tholosanam *decis. 51.* Pereyra *de manu. Regia par. 2. cap. 16. num. 13. & 14.* Fermosinus *in c. si Clericus 5. qu. 9. nu. 14. vers. Vel Tertio*, Azevedo *l. 10. nu. 49. tit. 1. lib. 4. recop.* Belluga *in specu. Princ. rub. 17. §. finali à nu. 11.* alios plures cumulant Bobad. *in polit. lib. 2. c. 17. n. 105. vers. Porque de otra manera el lego glo. littera F*, Borrell. *in sum. decis. par. 1. tit. 43 n. 117. 118. & 119.* Carleval. *de judi. lib. 1. disp. 2. nu. 334. 335. & 336.* Cenedo *pract. cap. 14. nu. 8.* Cevallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 21. n. 8.* Castillo *tom. 8. de aliment. c. 6. n. 10* Amostazo *de causis piis to. 2. lib. 6. c. 6. num. 62. vers. Et confirmo.* Scialoja *de foro compet. c. 82. n. 50.* Ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Loris 20. Septembris 1577. in favorem Antonii Palomer Parochiæ, & termini Hostaltrici contra Antoniam Palomer viduam petentem legatum, dotem, & legitimam. Et per Cancellarium Manegat 11. Septembris 1685. in favorem tutoris, & curatoris pupillæ Angelæ Cess. Et per Rovirola Tertium 27. Junii 1596. contra Antonium Amplada, & in favorem Josephi Quinza laici agricolæ loci de Pals.

ARGUMENTUM.

An Judex sæcularis habeat arbitrium in prolatione sententiæ, si vicinus cogi potest ad vendendum domum, vel fundum pro constructione, reædificatione, vel ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii.

SUMMARIUM.

1 *Vendere rem suam nemo invitus cogitur.*
2 *Nec emere rem alienam, numero 2. amplia in numero 3.*
4 *Nec locare, nec conducere.*
5 *Nec cedere jus suum.*
6 *Nec permutare.*
7 *Nec alios contractus facere.*
8 *Etiam justo pretio.*
9 *Rationes referuntur remissivè.*
10 *Vendere, emere, locare, conducere, cedere, permutare, ac alios contractus facere pluribus in casibus quis invitus compellitur.*
11 *Vendere rem propriam quis invitus compellitur favore Religionis nedùm ad alicujus Ecclesiæ, vel Monasterii ædificationem, sive jam destructi reædificationem, sed etiam adjam constructi ampliationem. Amplia a num. 24. Limita à num. 54.*
12 *Socius si in re communi Ecclesiam ædificare velit, aliter socius partem suam vendere tenetur.*
13 *Religionis causa ad publicam spectat utilitatem.*
14 *Ecclesiæ, & Religionis favor, nedùm rei privatæ, sed publicæ uttilitati præferendus est.*
15 *Ecclesia gaudet omnibus Privilegiis Reipublicæ.*
16 *Ecclesia, & Respublica æquiparantur.*
17 *Ædificia privata propter publici ædificii constructionem dirui possunt.*
18 *Princeps, & alius Officialis pro effectu deputatus potest domum privati destruere pro decore, & pulchritudine Civitatis, pro amplianda Civitate, & via publica.*
19 *Vendere domum suam cogitur quis invitus favore publico pro ornatu Reipublicæ.*
20 *Civitates ornari domibus, & Palatiis publicè interest.*
21 *Vicinus, qui Palatium construere vult., potest cogere vicinos ad vendendum domunculas deformes ibi cohærentes.*
22 *Nobilis pauper habens palatium destructum cogitur illud vendere diviti ædificare volenti, nisi ipse velit reficere.*
23 *Ratio summa est, quæ pro Religione facit.*
24 *Vendere rem suam quis invitus cogitur nedùm pro constructione aut ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, sed etiam pro constructione Hospitalis seu cujusvis loci pii.*
25 *Item pro constructione, vel ampliatione Capellæ, vel Oratorii Ecclesiæ.*

26 *Item pro erigenda, & complenda, seu ampliandа tribuna Ecclesiæ.*
27 *Item pro erectione, vel ampliatione campanilis.*
28 *Item pro atrio conficiendo, vel ampliando antè res Ecclesiæ, vel Monasterii.*
29 *Item pro construenda, & ædificanda domo prope Ecclesiam, seu Monasterium pro habitatione Parochi, Clerici, seu Religiosi, qui debet Ecclesiæ, seu Monasterio inservire.*
30 *Item pro Claustro faciendo, vel ampliando.*
31 *Item pro ampliatione Chori, & Novitiatus Monasterii.*
32 *Item pro scalis fabricandis,*
33 *Item pro dormitorio extendendo.*
34 *Item pro commoditate Sacristiæ.*
35 *Item pro scholis fabricandis, vel ampliandis.*
36 *Item pro officinis de novo faciendis.*
37 *Item pro construendo viridario, ejusque ampliatione.*
38 *Item pro amplianda platea ante Ecclesiam, seu via publica ad portam lateralem Ecclesiæ directa amplianda pro ejusdem Ecclesiæ ornatu, etiam si adsit major commoditas pro ingressu Ecclesiæ, quamvis domus non sit vicina, & adsit via publica intermedia.*
39 *Item pro ampliatione domus Religiosorum si non habent locum congruentem ad habitandum.*
40 *Item pro ampliatione circuitus, vel Monasterii.*
41 *Item pro omni eo quod connexum esset Monasterio,*
42 *Item pro Seminario puerorum.*
43 *Item si domus non sit allodialis, sed feudalis, vel emphiteuticaria.*
44 *Item si quis donavit Ecclesiæ partem rei suæ cum pacto expresso, ne in futurum molestari possit pro ejus ampliatione.*
45 *Item si domus sit prohibita alienari, & perpetuo fideicommisso subjecta, n. 45. 46. & 47.*
48 *Item quando ab utroque latere sunt plura ædificia privata, est in electione Ecclesiæ, vel Monasterii eligere partem, in qua vult ædificare.*
49 *Item in locatione.*
50 *Item etiam si Ecclesia, vel Monasterium commiserit spolium, si domus est incorporata.*
51 *Item si Ecclesia, vel Monasterium commiserit attentatum si domus est incorporata.*
52 *Item ad vendendum servitutem altius non tollendi.*
53 *Item ad tollendum fenestras.*
54 *Ecclesia, vel Monasterium pro constructione, seu ampliatione an possit cogere aliam Ecclesiam, vel Monasterium rem suam vendere, opinio negativa, n. 54. rationes referuntur n. 55. & 56. opinio affirmativa, n 57. conciliatrix, nu. 58. contrariis respondetur n. 59. & 60.*
55 *Privilegiatus contra privilegiatum non gaudet privilegio suo, n. 55. & quomodo hæc regula intelligitur, n. 59.*
56 *Privilegia contraria ubi duo concurrunt, attenditur illud, in quo agitur de damno vitando, & non illud quod versatur in lucro captando, nu. 56. & quomodo hæc regula intelligatur, nu. 60.*
61 *Vendere quis non cogitur rem suam pro ampliatione hospitii Religiosorum.*
62 *Vendere compulsus rem suam pro constructione, ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, non tenetur eam tradere, antequam incipiatur ædificium.*
63 *Vendere rem suam Ecclesiæ vel Monasterio quis non cogitur, si non petat pro se, sed ut aliis complaceat.*
64 *Vendere rem suam Ecclesiæ vel Monasterio quis non cogitur, si eam petat pro ampliatione rerum particularium Ecclesiæ, vel Monasterii.*
65 *Vendere rem suam quis non cogitur pro Ecclesiis in nemore existentibus.*
66 *Vendere partem rei suæ Ecclesiæ vel Monasterio quis non cogitur, nu. 66. nisi concurrat necessitas, vel utilitas, nu. 67.*
68 *Vendere rem suam Ecclesiæ, vel Monasterio, ut quis cogatur, plura requiruntur.*
69 *Primò requiritur necessitas ædificationis, seu ampliationis Ecclesiæ, vel Monasterii, nu. 69. & quod sit moralis, nu. 70. sed veritas est, quòd sufficit utilis, n. 71. usque ad n. 78.*
73 *Necessitas moralis quæ sit.*
74 *Necessitas ampliationis arbitrio Judicis remittitur, nu. 74. & quomodo debet Judex regulare arbitrium, nu. 65. nedum favore Ecclesiarum Cathedralium, aut Parochialium, sed etiam favore Monasteriorum Religiosorum, & Religiosarum, num. septuagesimo sextò, quid in Principe, numero 77. & quid Senatus facere soleat, num. 78.*
79 *Secundò requiritur contiguitas domus ipsi Ecclesiæ vel Monasterio.*
80 *Tertiò requiritur, quòd vicinus non patiatur magnum detrimentum, num. 80. & 81. & quando dicatur afferri vicino magnum detrimentum, arbitrio Judicis relinquitur, num. 82. casus referuntur, n. 83. & 84.*
85 *Quartò requiritur, quòd venditio fiat justo pretio, nu. 85. & 86. nec potest haberi fides de pretio, sed statim pretium præsenti pecunia numerata solvi nu. 87. nisi urgeat extrema, & inevitabilis necessitas, nu. 88.*
89 *Pretium non est dandum hoc in casu ab aliis oblatum, sed justum.*
90 *Pretium justum est, quod Judex arbitrabitur, n. 90. prævia æstimatione n. 91. per peritos, nu. 92. & secundùm eorum æstimationem Judex declarationem faciet n. 93.*
94 *Pretium Domus, quomodo æstimandum, n. 94. & solvi debet antequam res Ecclesiæ, vel Monasterio vendatur, & tradatur, n. 95. & deponendum est integrum, n. 96.*
97 *Ecclesia non potest ædificari in præjudicium alterius Ecclesiæ.*
98 *Rector Ecclesiæ Parochialis potest se opponere pro juribus suæ Ecclesiæ conservandis adversùs constructionem novæ Ecclesiæ, & potest novum opus nuntiare.*
99 *Ecclesia non potest construi cum diminutione decimarum, primitiarum, & reddituum alterius Ecclesiæ.*
100 *Præjudicium Ecclesiæ Parochialis in nova constructione alterius Ecclesiæ in quo consistat.*
101 *Oblationum appellatione, quæ contineantur.*
102 *Oblationes, & eleemosynæ de jure Parocho debentur, nu. 102. fallit, quando fiunt in aliquo Monasterio Regularium, nu. 103.*
104 *Obventionum appellatione quæ veniant.*
105 *Decimæ personales de jure debentur Parocho apud quem suscipiuntur Ecclesiastica Sacramenta.*
106 *Decimæ personales in Cathalonia non sunt in usu, nec vix in toto Orbe Christiano.*
107 *Sepulturæ electio est facultativa, n. 107. & 108.*
109 *Populi concursus non ita frequens an impediat Ecclesiam prope aliam ædificari, affirmativa num. 109. negativa, num. 110. & num. 111. maximè in Collegiis Societatis Jesu, nu. 112. 113. 114. & 115.*
112 *Societati Jesu, ejusque Religiosis interdictum est stipendia recipere ex voto pro Missis, concionibus, lectionibus, aliisque piis Officiis.*
116 *Campanarum strepitus impedit Ecclesiam prope alteram ædificari, si de eo liquet, aliàs secus, maximè si numerus campanarum restringitur ad unicam tantùm campanam, eamque satis exiguam ponderis vigintiquinque librarum.*
117 *Societas Jesu solet modicè pulsare campanas, & modico temporis spatio.*
118 *Ecclesia nova ædificari non potest, si officiat luminibus alterius Ecclesiæ.*
119 *Ecclesia ædificari potest intra quadraginta passus alterius Ecclesiæ.*
120 *Missam audire in propriis Parochiis an fideles teneantur, n. 121. 122. 123. 124. 125. 126. & 127.*
do, vel ampliando ante fores Ecclesiæ, vel Monasterii cogitur quis invitus vendere domum propriam, quia atrium est pars Ecclesiæ, & sine eo esse non debet, *can. si quis in atrio* 17. *qu.* 4. *arg. l. quæ tota, ff. de rei vindic.* sic latè Girazel. *decis.* 37. *a num.* 7. qui *nu.* 19. refert Senatum Neapolitanum die 10. Januarii 1601. apud Actuarium de Ferrariis condemnasse Lauram de lo duce matrem, & tutricem filiorum quondam Decii Caraccioli ad vendendum quasdam domos cum furno pro atrio construendo Patribus Congregationis Oratorii de Urbe in Civitate Neapolitana, ubi Baldax. de Ang. *à n.* 1. Joseph Mele *n.* 1. 25. 26. & 27. Didac. de Mari *à n.* 1. Tapia, qui in ista decisione intervenit tempore, quo erat Regius Consiliarius *lib.* 1. *jur. Reg. in comment.* 3. *nu.* 1. *cum seq. de monial. fol.* 51. & *decis. Sac. Consil.* 7. Amend. ad Franc. *dec.* 223. *nu.* 2. Thoro *com. decis. par.* 2. *verbo Vicinus an quemadmodum fol.* 732. Marin. *in obser. ad Revert. decis.* 184. *n.* 3. Novar. *in pract.* 2. *collect.* 3. *n.* 15. *de monial.* Mastrill. *dec.* 287. *n.* 1. & 10. *l.* 3. Genuen. *in prac. Eccles. q.* 242. *in fine*, *vers. Amplia secundo*, Thoro *de Privil. piæ causæ Privil.* 9. *vers. Similiter*, Altimar. *in addit. ad dec.* 91. *Rovit. vers. Ampliatur septimo*, Riccius *in praxi resol.* 557. *n.* 1. & *dec.* 129. *n.* 7. *par.* 3. Daniel de Nobilibus *disp.* 39. *sub n.* 21. & *sub n.* 22. Rota apud Rubeum *dec.* 413. *n.* 41. *par.* 12. *recentior.* Lauretus de Franchis *controver. inter. Episc. & regul. par.* 1. *tit. Conventum nova fundatione quæst.* 7. *nu.* 433. *vers. Amplia secundo*, Carena *resol.* 2. *num.* 2. Adeò quòd vicini cogi possunt ad contribuendum emptioni domorum factæ per Ecclesiam pro illius atrio conficiendo ratione beneficii, quod sentiunt, ut probat latè Gizarel. *dec.* 38. *tota*, qui *num.* 9. testatur Sacrum Consilium referente Consiliario Antonio de Ponte die 30. Maii 1602. condemnasse Civitatem Neapolis, & alios Vicinos Dominos domorum in simul ad contribuendum apud Actuarium de Ferrariis, ubi Baldaxar de Angelis *in addit. nu.* 1. refert ipso patrocinante fuisse decisum in causa Monasterii Sanctæ Mariæ Veritatis Ordinis Descalceatorum Divi Augustini ad relationem quondam Consiliarii Patigni in contributione atrii ipsius Ecclesiæ, Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti vers. Ampliatur* 7. *in fine*, Thoro *in compend. dec. par.* 2. *verbo vicini an cogi. fol.* 731. de quo meminit Joseph Mele *in addition. ad decis. Gizarelli* 38. *in prin.*

Ampliatur sextò, pro construenda, vel ædificanda 29
Domo propè Ecclesiam, seu Monasterium pro habitatione Parochi, Clerici, vel Religiosi, qui debet Ecclesiæ, vel Monasterio inservire, potest invitus quis compelli ad vendendum domum suam, ita Paul. de Citadinis *de jure patronat. par.* 1. *quæst.* 3. *num.* 174. Surd. Pulchre *cons.* 62. *vol.* 1. Lauret. de Franchis *controver. inter Episcop. & Regul. par.* 1. *tit. Conventuum nova fundat. quæst.* 7. *nu.* 433. *vers. Amplia primo*, Genuen. *in pract. Eccles. quæst.* 242. *in fine*, *vers. Amplia supradictam communem opinionem*, Cepola *de servit. urb. præd. cap.* 81. *de sepulchro nu.* 5. Martha *de jurisdic. par.* 4. *casu* 171. *num.* 4. Gizarel. *decis.* 37. *num.* 5. ubi Joseph Mele, *num.* 23. Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti vers. Ampliatur* 2. Tapia *decis. Sacri Consilii* 7. *nu.* 8. & decisum refert de Sacro Consilio *in pragmat.* 3. *num.* 6. *de Monialib.* Ciarlin. *contro. foren. cap.* 182. *nu.* 17. *lib.* 2. Sperell. *decis.* 58. *nu.* 23. *par.* 1. Thoro *in compen. decis. par.* 1. *verbo Ecclesia quamvis fol.* 175. Amendola ad Franchis *decis.* 223. *nu.* 2. Marinis *observat. ad decis.* 284. *Reverteri num.* 2.

Ampliatur septimò, pro claustro faciendo vel am- 30
pliando potest vicinus cogi invitus ad vendendum propriam domum, Cepola decisum restatur Veronæ *de servit. urb. prædior. cap.* 82. *de sepulchro num.* 5. Marchus *decis.* 535. *nu.* 4. Riccius *dec.* 138. *n.* 2. *vers. Tertiò par.* 1. & *collect.* 130. *vers. Sed quid*, Lauret. de Franchis *controv. inter Episcopos*, & *Regulares par.* 1. *Convent. nova fundat. quæst.* 8. *num.* 440. Altimarus *in addit. ad*

decis. 92. Roviti versi. Ampliatur 3. Genuen. *in pract. Eccles. quæst. 232. in fine versi. Amplia etiam*, Aponte *de potest. Proreg. tit. 2. de abundan. Civit. §. 4. num. 18.* Scotus *cons. 3. nu. 19. lib. 3. tom. 2.* Costa *de remed. subsid. remed. 76. num. 9.* Molina *de just. & jure disp. 341. nu. 2.* Giurba *decis. 86. sub nu. 8.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. glos. 1. num. 35. fol. 8. pag. 2. tom. 2.* Martha *de jurisdic. part. 4. casu 171. nu. 4.* Marinis *in observat. ad Reveter. dec. 284. num. 2.* August. Barbosa *in l. invitum 11. num. 4. in fine C. de sacrosanct. Eccles. & de potest. Episc. par. 2. alleg. 26. sub nu. 1.* Reg. Leo *decis. 90. sub nu. 13. lib. 1.* Cyriac. *controver. 231. num. 8. tom. 2.* Mastrill. *decis. 280. n. 1. lib. 3.* Menoch. *cons. 1206. nu. 19. lib. 13.* Daniel. de Nobilibus *disp. 39. nu. 22.* Gizzarel. *dec. 37. nu. 5.* ubi Baldaxar de Angelis *num. 3.* idem Baldaxar de Angelis, *in addit. ad decis. 87.* Gizzarelli *n. 2. & 5.* ubi Didacus de Mari *sub n. 1.* Tapia *dec. Sacri Consilii 7. nu. 8.* Novarius *in prag. 2. collect. 3. nu. 13. de Monialib.* Sperell. *decis. 58. nu. 19. par. 1.* Amendola ad Franchis *decis. 223. num. 2.* Rota apud Rubeum *decis. 413. nu. 41. par. 12. recentior.*

31 Ampliatur octavò, pro ampliatione Chori, & Novitiatus Monasterii, quia invitus cogitur vendere solum suum, Thoro decisum testatur *in compend. dec. par. 2. verbo Ampliatio fol. 12.* ad quem se refert Joseph Mele *in addit. ad decis. 37. Gizarel. num. 21. & in addit. ad decis. 87. ejusdem Gizarelli in fine*, Rota apud Farinac. *decis. 676. nu. 3. par. 1. recent.*

32 Ampliatur nonò, pro scalis faciendis potest invitus cogi vicinus domum suam vendere Sanfelic. decisum refert per collaterale Consilium Regni Neapolis ad instantiam Monasterii Sanctæ Mariæ de Angelis fratrum reformatorum sub regula Sancti Francisci *in novissima addit. ad dec. 110. versi. Etiam*, Thoro *in supple. decis. verbo vicinus an cogi possit fol. 654.*

33 Ampliatur decimò, pro dormitorio extendendo vicinus cogi potest invitus ad vendendum domum suam, Gramat. decisum ait dormitorio Monialium Civitatis Neapolis *decis. 75.* Socin. *regula 435. limit. 8.* Scotus *cons. 3. num. 17. lib. 3. tom. 2.* Aponte *de potest. Proreg. tit. 2. de abundant. Civit. §. 4. nu. 14.* Giurba *decis. 86. sub num. 8.* Molina *de just. & jure tom. 2. disp. 341.* Guzman *de evict. quæst. 52. nu. 51. & 52.* Riccius *decis. 138. nu. 2. versi. Tertio part. 1. & collect. 130. in fine*, Daniel de Nobilibus *disp. 39. nu. 22.* Baldaxar de Angelis *in addit. ad decis. 37. Gizarelli nu. 3. & in addit. ad decis. 87. ejusdem Gizarel. num. 7.* Didac. de Mari *sub num. 1.* Novarius *in pragmat. 2. collect. 3. nu. 17.* testatur fuisse aliàs judicatum per Sacrum Consilium *titu. de monialib.* Tapia *in pragmat. 3. num. 6.* refert ita fuisse decisum in Sacro Consilio *tit. de monialib. & dec. Sacri Consilii 7. num. 8.* Sperell. *decis. 58. num. 19. part. 1.* Hermosilla ad Greg. Lopez *l. 3. glos. 1. n. 37. fol. 8. pag. 2. tom. 2.* Lauret. de Franchis *controver. inter Episcop. & Regul. par. 1. tit. Convent. nova fundatione quæst. 8. n. 440.* Altimarus *in addit. ad Rovitum decis. 91. versi. Ampliatur. 9.* August. Barbosa *in l. invitum 11. sub nu. 5. C. de contra. empt.* Thoro *in compen. decis. par. 1. verbo Ecclesia quamvis fol. 175. & par. 2. verbo Ampliatio col. 3. fol. 13. & par. 3. sect. 3. ver. Vicinus tenetur*, ubi tradit ita fuisse judicatum per Sacrum Consilium in causa Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Constantinopolis Civitatis Neapolis, quæ est conservatoria Monialium absque clausura, & subsunt protectioni Ecclesiæ, cum Orlando Cineta legum professore *fol. 412.*

34 Ampliatur undecimò, pro commoditate Sacristiæ cogitur quis vendere invitus domum propriam, Ciarlin. *controver. foren. lib. 2. c. 182. n. 17.* Nisi Ecclesiam Capellam alicui Nobili concessisset, quo casu pro ampliandа Sacristia, aut collocandis Reliquiis Sanctorum, non potest Capella à successoribus avocari, nam privari sepulchro majorum est magni præjudicii, Valenzuella *cons. 18. nu. 12. & 107.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. glos. 1. num. 33. fol. 8. pag. 2. tom. 2.*

35 Ampliatur duodecimò, pro scholis faciendis, vel ampliandis, vicinus potest invitus cogi vendere domum propriam Guillel. de Cuneo *in l. decernimus 26. in fine C. de Sacrosanct. Eccles.* Joan. de Platea *in l. unica in fine C. de stud. liber. Urb. Romæ lib. 11.* Cepola *de servit. urb. præd. cap. 82. de sepulchro num. 5.* Solsona *in stylo capibreviandi fol. 78. num. 1. in fine*, Marcus *decis. 535. nu. 5.* Costa *de remed. subsid. remed. 76. num. 9.* Riccius *decis. 138. nu. 2. versi. Tertio par. 1. & collect. 130. versi. Sed quid*, Pet. Barbosa *in l. 1. par. 7. nu. 50. versi. Unde infertur ff. solu. matri.* Altimarus *in addit. ad decis. 92. Roviti versi. Ampliatur* 10. Amostazo *de causis piis tom. 2. lib. 5. c. 2. sub n. 8.* Molina *de just. & jure tom. 2. disp. 341. n. 2. versi. Deinde*, Aviles *c. 18. Prator. verbo se haga n. 4. versi. Quod habet*, Gizarel. *dec. 37. n. 5.* Baldaxar de Angelis *nu. 3.* Joseph Mele *nu. 33.* idem Baldaxar de Angelis *in addit. ad decis. 87. Gizarelli nu. 2. & 5.* ubi Didacus de Mari *sub nu. 1.* Martha *de jurisd. par. 4. casu 171. n. 5.* Cyriacus *controver. 231. n. 5. tom. 2.* Sperell. *decis. 58. sub nu. 19. par. 1.* Carena *resol. 2. n. 11.* Lauret. de Franchis *controver. inter Episc. & regul. par. 1. tit. Convent. nova fundat. quæst. 8. nu. 440.* Giurba *decis. 86. sub nu. 8.* Hermosilla ad Greg. Lopez *lib. 5. glos. 1. n. 42. fol. 9. tom. 2.* August. Barbosa *in l. invitum 11. nu. 9. C. de contrahend. emp.*

Ampliatur decimo tertiò, pro officinis de novo fa- 36
ciendis potest vicinus invitus cogi vendere domum propriam, Cepola *de servit. urb. præd. c. 82. de sepulchro nu. 5.* Reg. Leo *dec. 90. sub n. 13. l. 1.* Cabedo *decis. 105. nu. 3. lib. 1.* Gizarel. *decis. 37. n. 5.* Giurba *decis. 86. sub nu. 8.* Guzman *de evict. quæst. 52. nu. 52. 53. & 54.* Martha *de jurisdic. par. 4. casu 171. nu. 4.* Tapia decisum refert *decis. Sacri Consil. 7. n. 8. & in pragmat. 3. n. 6. de Monialib.* Hermosilla ad Greg. Lopez *l. 3. glos. 1. n. 36. fol. 8. pag. 2. tom. 2.* Aug. Barbosa *de potest. Episc. par. 2. alleg. 26. sub nu. 1. & in l. invitum 11. n. 5. C. de contrahen. emp.* Menochius *cons. 2206. n. 19. lib. 13.* ita fuit in Cathalonia decisum per nostram Regiam Audientiam 6. Maii 1617. referente Magnifico Joanne Gallego in favorem Monasterii Sancti Francisci de Paula, *ut tradidi num. 11. in fine.*

Ampliatur decimo quartò, ut quis cogi possit do- 37
mum, & solum suum vendere pro construendo viridario Monasterii, ejusdemque viridarii ampliatio, quia idem judicandum est de viridario, quod de ipso Monasterio, ob connexionem, cum Religiosis, aut Monialibus, & viridarium non sit minus necessarium, quàm commoda habitatio, & sit pars Monasterii gaudens privilegio clausuræ, & Immunitatis, ita Marian. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 29.* Costa *de remed. subsid. remed. 76. n. 9.* Giurba *decis. 86. sub nu. 8.* Guzman *de eviction. quæst. 52. sub n. 52.* Ciarlin. *controv. foren. c. 182. sub nu. 18. lib. 2.* Riccius *decis. 138. num. 2. versi. Tertio par.* Novarius *in prag. 2. collect. 3. nu. 16. de Monialib. & in quæst. foren. 32. n. 2. l. 1.* Cyriac. *contro. 231. n. 8. lib. 2.* Daniel de Nobilibus *disp. 39. sub nu. 22.* Gratian. *discep. foren. c. 896. n. 22.* Sperell. *dec. 58. n. 20. par. 2.* Lauret. de Franchis *contr. inter. Episc. & Regul. par. 1. tit. Conv. nova fundat. quæst. 8. n. 440.* ubi Pasqualigus *nu. 441.* Marinis *in observ. ad dec. 284. Reverterii n. 4.* Reg. Leo *decis. 90. sub n. 13. lib. 1.* Hermo. ad Greg. Lopez *l. 3. glos. 1. n. 38. fol. 8. pag. 2. tom. 2.* August. Barbosa *de potest. Epis. par. 2. alleg. 26. sub nu. 1. & in l. invitum 11. nu. 5. C. de contrahend. emp.* Mastrill. *decis. 280. n. 11. lib. 3.* Baldaxar de Angelis *in addit. ad dec. 27. Gizarelli n. 2.* Didac. de Mari. *in addit. ad dec. 87. Gizarel. sub nu. 1.* decisum per Collaterale Consilium Regni Neapolis pro Monasterio Sanctæ Mariæ de Angelis Fratrum reformatorum sub Regula Sancti Francisci testatur Sanfelicius *in novissima additione ad. decis. 110.* sequuntur Thoro *in supple. decis. verbo Vicinus an cogi possit fol. 654.* Altimarus *in addit. ad decis. 92. Roviti versi. Ampliatur* 8. & per Senatum status Milanen. in causa inter Sacras Virgines Vulgo Cappuvecine, & D. Spinolam, & idem statuisse Senatum die 28. Januar. 1622. etiam respectu partis favore Monialium testatur Bellonus *de potest. eorum quæ fiunt incontinenti lib. 1. c. 34. num. 3.* licèt etiam Monasterio pro sui necessaria viridarii clausura palmum terræ capere, ne viridarium possit ab omnibus videri, & in eo inspiciantur Monachi, vel quòd tuti sint, Scotus *cons. 4. nu. 20. l. 3. tom. 2.* Giurba *dec. 86. sub nu. 8.* Guzman *de evict. quæst. 52. sub num. 53.* Sperell. *dec. 58. sub num. 20. par. 1.* Riccius *dec. 138. sub num. 5. par. 1.* Didac. de Mari. *in addit. ad decis.*

decis. Gizarelli 87. *sub num.* 1. Viridarium autem Monialium non debet excedere centum cubitos, ob multa clausuræ violandæ pericula, & quòd viridarium sit tale, in quo olera, herbæ medicæ, & coquinariæ, non voluptariæ serantur, Gratian. *discep. foren. cap.* 896. *numero* 25.

38 Ampliatur decimo quintò, pro amplianda platea ante Ecclesiam, seu pro via publica ad portam lateralem Ecclesiæ directa amplianda, pro ejusdem Ecclesiæ ornatu, etiamsi adsit major commoditas pro ingressu ad Ecclesiam, quamvis domus non sit vicina Ecclesiæ, sed adsit via publica intermedia, potest cogi vicinus invitus ad vendendum domum propriam, sic declarasse Rotam Romanam in causa Romana demolitionis domus 29. Februarii 1608. coram Manzanedo testatur Farinac. *decis.* 123. *part.* 2. *novissimar.* quam decisionem referunt, & sequuntur Joseph. Mele *in addit. decisionem* 37. *Gizarelli num.* 29. ubi Didac. de Mari *numer.* 1. idem Didacus de Mari *in addit. ad decis.* 87. *Gizarelli nu.* 6. Novar. *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *nu.* 11. *de Monialib.* Riccius *in addit. ad Franchis. decis.* 223. Gratian. *discep. foren. cap.* 896. *nu.* 27. Daniel de Nobilibus *disp.* 39. *sub nu.* 23. Carena *resol.* 2. *n.* 10. Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti*, *vers. ampliatur* 6. Hermosilla ad Greg. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *num.* 39. *vers. Et pro fol.* 9. *tom.* 2. Aug. Barbosa *in l. invitum* 11. *num.* 6. *C. de contrahend. emp.* Giurba *observ.* 2. *num.* 10. Frasso *de Regio patron. indiar. c.* 84. *num.* 66. *tom.* 2. Amostazo *de causis piis tom.* 2. *l.* 5. *cap.* 2. *sub nu.* 6.

39 Ampliatur decimo sextò, pro ampliatione Domus Religiosorum, aut Monialium, si non habent locum ad habitandum competentem potest vicinus invitus vendere domum suam pro illorum commoditate, & ob frequentiam Religiosorum, aut Monialium numerum, Vincent. de Franchis *decis.* 223. *nu.* 5. & 6. Giurba *decis.* 86. *nu.* 3. & 8. Reg. Leo *decis.* 90. *lib.* 1. Thesaur. *quæst. foren.* 64. *num.* 6. 7. & *lib.* 1. Hermosilla ad Greg. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *n.* 34. *fol.* 8. *pag.* 2. *tom.* 2. Riccius *decis.* 138. *sub nu.* 1. *par.* 1. August. Barbosa *in l. invitum* 11. *sub num.* 4. *C. de contrahen. emp.* Ciarlin. *controv. foren. c.* 182. *num.* 17. & 18. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 1206. *n.* 19. & *per totum lib.* 13. Costa *de remed. subsid. remed.* 76. *nu.* 8. Guzman *de evictionib. quæst.* 52. *nu.* 51. Cepola *de servit. urb. prad. c.* 82. *de sepulchro n.* 5. Martha *de jurisd. par.* 4. *casu* 171. *n.* 5. Marinis *in observat. ad Reverter. dec.* 284. *n.* 2. Gizarel. *decis.* 37. *n.* 5. Genuens. *in pract. Ecclesiast. quæst.* 242. *in fine*, *vers. Amplia etiam*. Caponius *discep. foren.* 188. *nu.* 34.

40 Ampliatur decimo septimò, pro ampliatione circuitus Monasterii cogitur quis invitus vendere domum suam, Cabedo *decis.* 105. *nu.* 10. ubi sic declaratum de facto fuisse testatur *lib.* 1. Riccius *decis.* 138. *sub num.* 5. *par.* 1. Didac. de Mari *in addit. ad decis.* 37. *Gizarelli nu.* 1. *in fine*, Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *nu.* 39. *fol.* 9. *tom.* 7. August. Barbosa *in l. invitum* 11. *nu.* 5. *in fine C. de contrahen. emp.*

41 Ampliatur decimo octavò, ut pro omni eo, quod connexum esset Monasterio, possit cogi vicinus invitus vendere rem suam, Costa *de remed. subsid. remed.* 76. *nu.* 9. Mariam Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 19. Riccius *decis.* 138. *sub nu.* 5. *par.* 1. Giurba *decis.* 86. *sub nu.* 8. Guzman *de evictionib. quæst.* 52. *nu.* 53. Baldaxar. de Angeli *in addit. ad Gizarel. decis.* 37. *nu.* 1. Didac. de Mari *in addit. ad decis.* 87. *Gizarelli sub num.* 1. Sperell. *dec.* 58. *num.* 21. *par.* 1.

42 Ampliatur decimo nonò, pro seminario puerorum ab Episcopo faciendo, ejusque ampliatione potest vicinus invitus cogi ad vendendum domum propriam, Caroccius sic obtentum fuisse refert *decis.* 26. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *n.* 41. *fol.* 6. *to.* 2. August. Barbosa *in l. invitum n.* 8. *C. de contrahen. empt.* Novarius *quæst. foren.* 31. *n.* 10. *l.* 1. & *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *nu.* 14. *de Monialib.* Baldaxar de Angelis *in addit. ad decis.* 37. *Gizarelli nu.* 4. ubi Jopseph Mele *nu.* 22. Joseph Mele *in addit. ad decis.* 87. *Gizarelli in fine*, Thoro *collect.* 76. *vers. Et quid*, & *collect.* 130. *vers. Et quid pro ampliatione & in compend. decis. Archiepisc. post* 1. *par. verbo vicinus fol.* 48. & *in compend. decis. part.* 2. *verbo Ampliatio collect.* 3. *fol.* 13. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 1. *sub num.* 86. Sperell. *decis.* 58. *num.* 22. *part.* 1. Carena *resol.* 2. *nu.* 8. Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti. vers. Ampliatur.* 5.

Ampliatur vigesimò, ut vicinus possit invitus cogi 43
ad vendendum domum propriam pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ vel Monasterii, & in aliis casibus supra enarratis etiam si domus non sit allodialis, sed feudalis vel emphiteuticaria, Marcus *decis.* 535. *nu.* 6. *par.* 1. Solsona *in stylo capibreviandi fol.* 78. *sub num.* 1. Oliba *de jure fisci cap.* 7. *num.* 30. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 12. *nu.* 25. & 26. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *sub num.* 49. *fol.* 9. *tom.* 2. ita fuit decisum in Regia Audientia die 6. Maii 1617. referente Magnifico Doctore Joanne Gallego in favorem Monasterii sancti Francisci de Paula, *ut supra tradidi num.* 11. *in fine*.

Ampliatur vigesimo primò, etiam si quis donaverit 44
aliquam partem territorii pro constructione alicujus Ecclesiæ, vel Monasterii, cum pacto expresso, quòd ipsa Ecclesia, vel Monasterium non posset in futurum petere aliam ampliationem contra ipsum donantem, nam isto pacto non obstante, debet vicinus donans cogi vendere solum suum pro ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, Thoro decisum refert per Sacrum Consilium Regni Neapolis 29. Martii 1621. contra Notarium Joannem Baptistam Florinum pro Monasterio Sancti Francisci terræ pebræ Molariæ, *in compend. decis. par.* 2. *verbo Ampliatio fol.* 13. quem casum pulchrum esse testatur Joseph Mele *in addit. ad decis.* 37. *Gizarelli num.* 21. & recensent Novarius *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *nu.* 18. *de Monialib.* de Angelis *in l.* 31. §. *de privilegiis C. de Episc. & Cler.* Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti vers. Ampliatur* 18.

Ampliatur vigesimo secundò, etiam si domus, quæ 45
pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, seu Monasterii petitur, esset prohibita alienari, & perpetuo fideicommisso subjecta, & antiqua habitatio parentum illius, à quo petitur, & esse Familiæ Nobilis, potest quis invitus eam vendere, Reg. Leo *decis.* 90. *à num.* 14. *ad* 21. & *nu.* 33. *vers. Denique*, qui *nu.* 13. *in fine*, ter de facto judicatum fuisse in Regia Audientia Valentina testatur, & iterum in casu illius decisionis hanc quæstionem fuisse examinatam, & hinc inde multa jura ponderata, & tamdem *nu.* 35. in favorem Religionis Societatis Jesu Senatum judicasse refert *lib.* 1. Fontanella, ait statim atque ad suas manus pervenerunt decisiones Regentis Leo habuisse consulere super hoc puncto, & gavisum fuisse, reperisse negotium tam benè elaboratum, quæcumque in hac materia desiderari potuisse, in ea habere, & addit factam fuisse illam decisionem pro Patribus Societatis Jesu prætendentibus, quòd domus de qua agebatur, erat eis vendenda, licèt esset quoddam insigne Palatium cujusdam Nobilissimæ Familiæ, & esset de notabili quodam majoratu, ubi non fuit de hoc major ratio habita, quàm si fuisset de quodam simplici, ac tenui fideicommisso, de pact. nup. *tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. *nu.* 120. & *decis.* 100. *nu.* 20. *par.* 1. Novarius ita decisum in Sacro Consilio Neapolitano testatur *quæst. foren.* 56. *par.* 1. & *in pragm.* 2. *collect.* 3. *nu.* 19. *de Monialib.* Thoro *in compend. decis. par.* 2. *verbo Bona fideicommissi subjecta an possint vendi fol.* 52. Joseph Mele *in addition. ad decis.* 37. *Gizarelli num.* 31. *vers. Et quid*, ubi Didac. de Mari. *sub nu.* 1. idem Didac. de Mari. *in addit. ad decis.* 87. *Gizarelli n.* 4. Luca ad Franchis *decis.* 223. *n.* 5. *in fine*. Menochius *cons.* 1206. *nu.* 21. ubi refert Senatum Mediolanen. die 30. Julii 1595. declarasse, quòd pro ampliatione Monasterii Sanctæ Mariæ Secretæ Civitatis Mediolani Joannes Jacobus Gerenzanus posset vendere sedimen unum fideicommisso suppositum invitis, & reluctantibus fideicommissariis, & venditionem factam fuisse testatur *libr.* 13. Guzman *de evict. quæst.* 52. *num.* 41. *in fine*, Amostazo *de causis piis tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *à numero* 7. Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti*, *vers. Ampliatur* 17. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *numero* 49. *fol.* 9. *tom.* 2. August. Barbosa *in l. invitum* 11. *num.* 10. *C. de contrahend. emp.* Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 107. *sub numero* 8.

46 Hæc autem vigesima secunda ampliatio est communiter recepta in simplici ac tenui fideicommisso, nec dissentit Rota etiam in Familia Nobili apud Farinac. *decis.* 372. *numero* 6. *in prin. & decis.* 676. *sub numero* 1. *part.* 1. recentior. In majoratu autem contrarium tenet Ludovic. Molina *de primog. Hisp. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 4. *in versi. Imo si bene*, ubi inquit absurdum esse dicere, quòd pro Ecclesiæ constructione possint bona majoratus alienari, ubi ejus Additionator *nu.* 3. *&* 4. *versi. Tamdem eum seq.* Sed est advertendum, quòd Ludovic. Molina loquitur de alienatione voluntaria, utpotè si possessor majoratus à Principe facultatem obtinere vellet alienandi bona majoratus pro constructione Ecclesiæ. Non autem loquitur in alienatione necessaria, quæ fit mandato Senatus Regii ad instantiam Ecclesiæ, seu Monasterii, soluto justo pretio tunc enim bona majoratus non dicuntur diminuta, cum alia ex eorum justo pretio comparantur, & vice permutati domini in locum rei venditæ subrogantur, sic Reg. Leo *decis.* 90. *nu.* 3. *in fine*, *juncto num.* 30. *lib.* 1. idque consentit Pater Molina præstito æquali cambio *de justit. & jure tom.* 2. *disput.* 649. *ex num.* 1.

47 Invenio tamen aliàs, quòd concurrente insigni, & extraordinaria, seu eximia Nobilitate familiæ possessor majoratus cogendus non est vendere domum antiquam majoratus pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, seu Monasterii, dicitur enim res magis, vel minus præjudicialis ex qualitate personæ, vel familiæ, sic fuit per Rotam decisum in Romana Palatii de Comitibus 19. Januarii 1612. coram Damasceno contra Moniales Sanctæ Catharinæ de Senis agentes pro ampliatione Monasterii, quæ prætendebant posse cogere Ducem Camillum de Comitibus habentem palatium contiguum, in quo inhabitabat, ad illud vendendum; apud Farin. *dec.* 372. *nu.* 4. *par.* 1. *recentior*, quòd intelligi debet, si alia concurrant, ut dixit Rota apud Fari. *dec.* 372. *num.* 6. *&* *dec.* 676. *sub nu.* 3. *par.* 1. *recentior.* nempe insigni, extraordinaria, ac eximia nobilitate familiæ, facilitate emendi ex alio latere Monasterii ac maxima vetustate alicujus palatii, quibus concurrentibus, non posse illius dominum cogi ad illud vendendum pro ampliatione Monasterii, ut dicit Rota in dicta Roma. Palatii de Comitibus apud Farinac. *decis.* 372. *nu.* 4. 6. 7. *&* 8. *&* *dec.* 676. *nu.* 8. *par.* 1. *recentior.* Sperell. *dec.* 68. *n.* 15. *&* 16. *par.* 1. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. *n.* 120. *versi. Sed postea*, *&* *voto* 102. *n.* 47. *lib.* 3. Baldaxar de Angelis *in addit. ad dec.* 37. *Gizarelli n.* 6. ubi Didac. de Mari. *n.* 1. *in fine*, Novarius *quæst. foren.* 32. *par.* 1. *&* *in prag.* 2. *collect.* 3. *nu.* 20. *de Monialib.* Luca ad Franch. *decis.* 223. *nu.* 5. *propè finem*, Marinis *in observat. ad Reverter. decis.* 284. *nu.* 5. Additionat. ad Molinam *de Hisp. primog. lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 3. *&* 4. *versi. Nos vero*, Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *sub n.* 52. *fol.* 9. *pag.* 2. *tom.* 2. Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti. versi. Limitatur tertio*, Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controver. int. Epis. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. novæ fundat. num.* 437. 438. *&* 439. Frasso *de Reg. pat. indi. cap.* 84. *num.* 70. *tom.* 2. Amostazo *de causis piis tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *nu.* 9. Sed tu hæc considera, si iste casus ad manus tuas devenerit, nam domus de Comitibus pro qua declaravit Rota apud Farinac. *decis.* 372. *par.* 1. *recentior.* est ejusdem qualitatis, cujus domus illa decisionis Valentinæ apud Regent. Leo *decis.* 90. *lib.* 1. & sic sunt inter se contrariæ, ut advertit Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. *nu.* 120.

48 Ampliatur vigesimo tertiò, si plura sunt ædificia privata ab uno, & alio latere Ecclesiæ, vel Monasterii de cujus ampliatione agitur, est in electione Ecclesiæ, vel Monasterii convertere se ad partem sibi benè visam, aliàs quilibet vicinus posset dicere, Ecclesia converte te ad alium vicinum, & sic beneficium Ecclesiæ, vel Monasterii redderetur elusorium, Rota apud Farinac. *decis.* 372. *num.* 7. *par.* 1. *recentior.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *glos.* 1. *num.* 48. *fol.* 9. *tom.* 2. quod in Romana Palatii de Comitibus *de qua supra numero* 47. Domini de Rota non admiserunt, sed arbitrati sunt æquitatem eo casu velle, ut Moniales cum aliquo eorum incommodo potius se converterent ad alias domos privatas, quàm quòd expelleretur familia tantæ Nobilitatis ab antiqua habitatione, quidquid dicendum foret, si aliter non posset consuli indigentiæ Monasterii, quod Farinac. *decis.* 372. *num.* 7. *part.* 1. *Recentior.*

Ampliatur vigesimo quartò, in locatione, nam Ec- 49
clesia seu Monasterium potest vicinum invitum cogere ad locandum domum propriam etiam pro modico tempore. Quidquid contrarium putaverint respectu locationis cessare compulsionis Privilegium, Riccius *decis.* 10. *part.* 1. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3, *glos.* 1. *nu.* 40. *in fine fol.* 9. *tom.* 2. Joseph Mele *in addit. ad Gizarellum decis.* 37. *num.* 8. Didacus de Mari. *in addit. ad decis.* 87. *Gezarelli num.* 5. Donat. Layn. *in praxi rer. Regul. tom.* 3. *tract.* 2. *quæst.* 9. Luca ad Franchis *decis.* 223. *sub numero* 5. Lauret. de Franchis *controver. int. Episcop. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. quæst.* 12. *num.* 448. Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti versi. Limitatur* 4. Nam contra eos est verior sententia, quia si Ecclesia vel Monasterium potest vicinum invitum cogere ad vendendum domum suam, quod plus est, & majoris incommoditatis ejusdem vicini; multo magis potest vicinum invitum cogere ad locandum eam domum, etiam ad modicum tempus, quod est minus, & minoris incommoditatis, sic Sperell. *decis.* 58. *à num.* 24. *usque ad finem par.* 1. Novarius *judicatum recenter decisione Regiæ Audientiæ Apuliæ* 237. *& quæst. foren.* 92. *num.* 10. *par.* 1. *&* *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *nu.* 21. *versi. Et respectu de Monialib.* Et maximè ad longum tempus, ut probat Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controver. int. Episcop. & regul. par.* 1. *tit. Convent. nova fundat. nu.* 449.

Ampliatur vigesimo quintò, etiam si Monasterium 50
committat Spolium alicujus domus, si eam cum Monasterio incorporet, quamvis intret Spolium in favorem spoliati, & sic istum esse ad domum reintegrandum, tamen si domus est jam incorporata cum Monasterio, succedit loco restitutionis domus justum pretium, quia etiam si domus non reperiretur incorporata, præsertim quando est domus vulgaris, posset cogi spoliatus illam Monasterio justo pretio vendere pro constructione, vel ampliatione Monasterii, est enim effectus reintegrationis, ut spoliatus redigatur in pristinum statum eo meliori modo, quo fieri potest, ac si spolium factum non esset, sic Duran. *decis.* 7. *in prin. & decis.* 47. *tota*, ubi refert sic resolutum per Rotam in Romana spolii 4. Julii 1625. & 6. Novembris 1626. in favorem Monialium Monasterii Sancti Joseph in monte Pincio. Nam quod semel Deo dicatum est, ad humanos usus transferri amplius non potest, *cap. semel*, *de Reg. jur. in* 6. Mantica *decis.* 131, *numero tertio.*

Unde inferri potest, idem dicendum esse in attenta- 51
tis, si lite pendente Monasterium cum se domum incorporat, quamvis intrent attentata, loco revocationis attentatorum succedere justum pretium, eodem modo, quo in spolio, valet enim argumentum de spolio ad attentatum, Lancelllot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 1. *num.* 12. Ursellius *conclus.* 135. *num.* 99. Seraphin. *decis.* 655. *numero tertio*, ubi non est specialiter cautum, ut inter attentatum, & spolium sit differentia, idem Lancellot. *de attentat. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 8. *numero* 5.

Ampliatur vigesimo sextò, ut Ecclesia seu Monaste- 52
rium cogere potest vicinum invitum ad vendendam servitutem alterius non tollendi, etiam via publica intermedia, ne luminibus Ecclesiæ, vel Monasterii officiatur. Imò vicinus † Monasterii, etiam via publica 53
intermedia, potest invitus cogi ad tollendum fenestras, seu alium aspectum, quod habet in Monasterium, ne videre possit Monachos, & Moniales intra propria Monasteria, quod absque difficultate procedit respectu Monialium, quamvis non fiat in æmulationem, *cap.* 1. *de statu Monach. in* 6. secus Monachis, & Religiosis masculis, nisi sit in æmulationem, secundùm veriorem sententiam à Rota noviter receptam, quia ratio honestatis, quæ militat in Monialibus, non convenit in aliis Monachis, & Religiosis masculis, de quibus Cin. & Baldus *numero* 4. Padilla *numero* 19. *&* 20.

Augusti-

Augustinus Barbosa *num.* 7. & 8. *in l. altius C. de servit. & aqua*, Gomez *in l.* 48. *tauri num.* 6. & 8. Franchis *decis.* 223. ubi Amendola *n.* 3. Riccius *in princ.* idem Riccius *dec.* 138. *num.* 5. *part.* 1. & *collect.* 421 1. *ampliat.* 1. *part.* 9. Giurba *dec.* 86. *sub n.* 8. *vers. Imo cogi*, Guzman *de evict. quæst.* 52. *num.* 53. Gizarelus *decis.* 37. *num.* 18. ubi Baldaxar de Angelis *num.* 12. Joseph Mele *num.* 30. & 31. idem Baldaxar de Angelis *in addit. ad dec.* 87. *Gizarelli n.* 8. ubi Didacus de Mari *sub num.* 1. Capiblanc. *in pragmat.* 1. *num.* 176. *Baronib.* Tapia *in pragmat.* 3. Rovit. *num.* 1. *de Monial.* idem Rovit. *decis.* 92. *tota*, ubi Altimarus *in addit. num.* 1. 19. 25. & 26. Thoro *in compend. decis. part.* 1. *verbo vicinus an cogi possit ad extollendum fol.* 675. & *part.* 2. *verbo Ampliatio col.* 3. *fol.* 13. & *part.* 3. *sect.* 3. *verbo vicinus non prohibetur*, & *verbo vicinus qui facultatem habet fol.* 414. & *in supplem. verbo vicinus potest fol.* 654. Muta *decis.* 8. *num.* 6. & 8. Gail. *libr.* 2. *observatio* 69. *num.* 26. Mascardus *de probat. conclus.* 620. *num.* 9. Cabedo *decis.* 105. *num.* 3. & 4. & *decis.* 52. *part.* 1. Cavalcan. *decis. Viviæ* 8. *numer.* 77. *part.* 5. Farinacius *decis.* 213. *part.* 2. *recentior.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 1. *num.* 44. 45. 46. & 47. *fol.* 9. *tom.* 2. Covarr. *libr.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 8. *vers. Ultimo*, Petrus Barbosa *in l.* 1. *part.* 7. *num.* 51. *ff. solut. matrim.* Cyriacus *controvers.* 231. *num.* 4. *tom.* 2. Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure part.* 1. *capit.* 6. *num.* 13. *ff. de justit. & jure*, Novarius *quæst. forens.* 1. *num.* 3. & 4. *part.* 2. & *in pragm.* 2. *collect.* 3. *a num.* 1. *ad* 8. *de Monialib.* Maranta *respon.* 22. *part.* 2. Valer. *de differ. int. utrumque forum*, *verbo venditio differ.* 7. *num.* 2. Costa Siculus *decis.* 28. *num.* 4. *cum seq.* Viscont. *in concl. jur. verbo Ædificare unicuique fol.* 64. Ciarlinus *controv. forens. libr.* 2. *cap.* 182. *num.* 16. Sperellus *decis.* 55. *num.* 39. 40. & 41. & *decis.* 58. *à num.* 1. *ad* 13. *part.* 1. Burat. *dec.* 631. *num.* 21. ubi videndus Ferentil. *num.* 28. & 29. Daniel. de Nobilibus *disp.* 39. *num.* 25. & *in addit. n.* 8. Toming. *decis. Rot. Lips.* 222. *tom.* 2. Christin. *dec.* 64. *tom.* 2. August. Barb. *voto* 102. *à n.* 49. *libr.* 3. & *de jure Eccl. univ. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 79. & *c.* 13. *n.* 57. Genuen. *in pract. Eccles.* 244. Pignatel. *consult.* 177. *num.* 25. *tom.* 1. Molina *de justit. & jure tom.* 2. *disp.* 341. Portel. *in dub. regul. verbo Monasterium*, *n.* 3. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *libr.* 25. *cap.* 25. *n.* 359. *vers. Octavus est*, Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 2. *num.* 4. Sanchez *consil. moral. lib.* 1. *c.* 5. *dub.* 9. *num.* 16. Roderic. *in compend. quæst. regul. resol.* 96. *n.* 11. Castro Palao *de just. & jur. part.* 7. *tract.* 32. *disput.* 5. *punct.* 19. *num.* 7. Emanuel Rodrig. *in addit. ad sum. tom.* 3. *cap.* 145. *n.* 3. Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. quæst.* 9. *num.* 442. ubi Pasqualig. *num.* 443. Lezana *in sum. verbo Monasteria Regularium*, *num.* 22.

54 Sublimitatur primò dicta limitatio, tradita *num.* 11. *cum sequentibus ampliationibus usque ad numerum* 53. si domus, quæ pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii petitur, sit alterius Ecclesiæ, vel Monasterii, nam tunc Ecclesia, vel Monasterium pro ipsius constructione, vel ampliatione non potest cogere aliam Ecclesiam, seu Monasterium ad eam vendendam, sic judicatum in causa Monasterii Sancti Ligorii, & Sancti Marcellini Civitatis Neapolis refert Riccius *decis.* 59. *part.* 3. ita judicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Novar. *de elect. fori sect.* 2. *quæst.* 21. *num.* 9. *in fine*, de quo gavisus fuit Valenzuela *consil.* 18. *num.* 29. & *per totum tom.* 1. Didac. de Mari. *in addit. ad decis.* 37. *Gizarelli num.* 1. *post princ.* Daniel de Nobilibus *disp.* 37. *sub num.* 22. Rota apud Farinac. *decis.* 676. *part.* 1. *recentior.* Amostazo *de causis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *num.* 10.

55 Quorum opinio fundatur in duobus axiomatibus. Primò, quia privilegiatus contra pariter privilegiatum non gaudet privilegio suo, de quo Castillo *libr.* 3. *quotid. controv. jur. cap.* 16. *num.* 79. Augustin. Barbosa in-
56 numeros citat *axiomat.* 190. *num.* 1. Secundò quia † ubi concurrunt duo privilegia contraria, attenditur illud, in quo agitur de damno vitando, & non illud, quod versatur in lucro captando, August. Barbosa multis citatis *axiom.* 190. *num.* 3. Reg. Leo *dec.* 90. *num.* 2. & 3. *libr.* 1. Mastrill. *decis.* 44. *num.* 5. & 6. *libr.* 1. Muta *decis.* 8. *sub num.* 8. Castillo *controv. quotid. jur. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 27. Gratian. *discept. forens. cap.* 661. *num.* 13. Reg. Mattheu *de re crimin. controv.* 40. *n.* 51. *vers. Ratio autem*, Lara *de vita homin. cap.* 22. *num.* 18. Balmaseda *de collect. quæst.* 30. *num.* 17. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 12. *à n.* 104. *ad* 111. & *tom.* 2. *claus. ul.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *n.* 101. & *claus.* 7. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 20. & *decis.* 100. *à num.* 8. *ad* 13. & *dec.* 254. *num.* 16. 17. & 18. *part.* 1. Molina *de Hisp. Primog. l.* 4. *c.* 3. & 4. ubi ejus Additionat. *num.* 3. & 4. Valenzuela *cons.* 18. *à num.* 86. *tom.* 2.

Sed alii plures tenent contrariam sententiam, quòd 57
Ecclesia, seu Monasterium pro sui constructione, seu ampliatione potest cogere aliam Ecclesiam, seu Monasterium ad vendendum domum propriam, vel aliquid suum, quia Ecclesia potius quàm laici causam Religionis fovere debet, ut docent Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 1. *num.* 15. *fol.* 9. *pag.* 2. *tom.* 2. August. Barbosa *in l. invitum* 11. *num.* 11. *Cod. de contrahend. emp.* Baldaxar de Angelis *in addit. ad dec.* 37. *Gizarelli num.* 10. ubi Joseph. Mele *num.* 32. Novarius *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *num.* 10. *de Monialib.* Sperell. *dec.* 68. *num.* 3. *in fine part.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 896. *num.* 26. Marinis huic sententiæ in una facti contingentia adhæsisse dicit *in addit. ad decis.* 284. *Reverterii*, *num.* 8. Amostazo *de causis piis tom.* 2, *libr.* 5. *cap.* 2. *num.* 11.

Verùm in hac Doctorum contrarietate placet opinio- 58
nes ad concordiam reducere. Considerandum enim est, quænam causa sit favorabilior, & magis privilegiata. Nam si Ecclesia à qua petitur domus, vel aliud suum per aliam Ecclesiam, vel Monasterium pro ejus ampliatione est magis favorabilis, & privilegiata, tunc non tenetur, nec cogi potest vendere domum, vel aliud suum pro ampliatione alterius Ecclesiæ, seu Monasterii, & ita procedit opinio negativa, *relata num.* 54. Si autem Ecclesia, quæ petit pro sua constructione, vel ampliatione domum alterius Ecclesiæ, vel Monasterii sibi vendi est favorabilior, & magis privilegiata, potest cogere aliam Ecclesiam, vel aliud Monasterium ad vendendum domum, vel aliquid suum, pro constructione, vel ampliatione illius Ecclesiæ, vel Monasterii, & ita procedit opinio affirmativa, *relata num.* 57. sic Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti*, *vers. Limitatur* 5. Reverter *decis.* 284. *n.* 2. *vers. Sed in casu*, ubi decisum refert in favorem Hospitalis incurabilium Civitatis Neapolis contra Monasterium Sanctæ Mariæ Gratiarum, consideratum enim fuit causam Hospitalis favorabiliorem, & necessariam fuisse, quia prætendebat se ampliare, ut majorem numerum infirmorum posset recipere, & curare, Fratres autem dicti Monasterii retinere volebant partem viridarii, quod non nisi delectationis causa desiderabatur, non autem quòd id necessitas exposceret, Mastrill. *decis.* 280. *à num.* 88. qui *num.* 9. testatur sic consistorium judicasse pro deputatione animarum Purgatorii sita in Ecclesia Sanctæ Ursulæ Civitatis Panormitanæ contra Confraternitatem Sanctorum Quadraginta Martyrum, & *numer.* 99. 100. & 101. 102. 103. Dat rationem, quia Ecclesia Sanctæ Ursulæ dicebatur magis privilegiata, in qua fundata erat deputatio animarum Purgatorii, & agebat pro ædificando, & ampliando Ecclesiam, in qua possent pro suffragiis dictarum animarum celebrari Missæ secundùm mentes testantium, sine qua illas alibi celebrari necesse erat, pro ut in dies fiebat præter defunctorum mentes, & Ecclesia Sanctorum Quadraginta Martyrum agebat de non obturando quamdam fenestram furtivam in suo campanili, in quo aderat Sacristia, & absque ejus damno poterat habere aliunde dictum lumen ad expensas dictæ Ecclesiæ Sanctæ Ursulæ. Et sic quæstio hæc tam respectu rei, cum una ageret de Ecclesia, altera de campanili, seu Sacristia, quam respectu causæ, quia una agebat de suffragiis animarum, altera de Sacristia, in qua tantùm reponebantur, & collocabantur vestimenta, seu jocalia ipsius Ecclesiæ, semper vertitur inter duas Ecclesias, quarum Ecclesia Sanctæ Ursulæ agebat de re, & causa magis pia, & favorabili, & magis pius dicebatur locus, ubi fiebat ipsa celebratio, quàm ubi

repone-

reponebantur veſtimenta neceſſaria ad celebrandum, quare privilegia iſta conquaſſari non debuerant, ſed attendenda erat cauſa favorabilior, quæ majori innitebatur, æquitati, ac etiam neceſſitati, & *numer.* 105. & 106. refert ita in ſpecie conſuluiſſe Joann. de Aloyſ. de Sep. in allegatione pro Eccleſia Sancti Vincentii Civitatis Termarum contra Confraternitatem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Miſericordia, ubi determinaſſe, quòd cogi poſſit ad vendendum fruſtum cortilis dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ pro ædificanda parte dormitorii Fratrum Prædicatorum Ordinis Divi Dominici ibi exiſtentium, & addit ſecundùm ejus opinionem in dicta cauſa fuiſſe judicatum, pro qua conſuluiſſe magnos Doctores Regni per eum nominatos, & *dicto num.* 106. addit idem fuiſſe aliàs in Curia Archiepiſcopali Urbis Panormitanæ determinatum pro Patribus Societatis Jeſu contra Confraternitatem Sancti Coſmæ, & Damiani, & Sancti Michaelis pro amplianda tribuna Eccleſiæ domus profeſſæ, in qua reponi debebat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum de anno 1585. & concludit, quòd quamvis contrarium validiſſimis rationibus defendat Valenzuela *in dicto conſ.* 18. Attamen ex facto ibi propoſito conſuluerat pro Capella contra Eccleſiam, & major ratio militabat pro Eccleſia, quàm pro Capella, & ita non mirum, ſi contra ejus reſponſum in cauſa illa fuerit pluries judicatum, ut colligitur ibi in fine, *libr.* 3. ſequitur Fontanella *deciſ.* 110. *numer.* 14. *part.* 1. Giurba *deciſ.* 86. *num.* 15. ubi refert ſic pronuntiaſſe Archiepiſcopum Panormitanum in favorem Patris Præpoſiti domus profeſſæ Societatis Jeſu contra Rectores Confraternitatis Sancti Michaelis pro venditione cujuſdam peccii terreni, dictamque ſententiam fuiſſe per Judicem Regiæ Monarchiæ 26. Maji 1612. confirmatam, & *num.* 16. teſtatur bis judicatum per Archiepiſcopum Panormitanum 28. Martii & 28. Maji 1685. pro erigenda, complenda, & amplianda tribuna in favorem Provincialis, & Præpoſiti Societatis Jeſu contra Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani, Dexart. *ad Capitula Regn. Sardin. tit. de Sacroſanct. Eccleſ. num.* 13. & 14. ubi dicit, in emptione rei vicinæ Eccleſiam magis privilegiatam contra aliam Eccleſiam minus privilegiatam eſſe præponendam, & deciſionem Regiæ Audientiæ Regni Sardiniæ die 14. Aprilis 1636. ad relationem Nobilis Don Franciſci Corts Regii Conſiliarii, & Fiſci Patroni Actuario Didaco Serra Notario publico inter Oeconomum Collegii Societatis Jeſu Civitatis Calaris, & Procuratorem Confraternitatis Sanctæ Catharinæ Nationis Januenſis, refert Amoſtazo *de cauſis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *num.* 12. & 13. remiſſivè Fraſſo *de Regio Patron. Indiar. cap.* 84. *num.* 71. *tom.* 2.

59 Ad illud autem axioma, quòd privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo, *de quo num.* 51. reſpondetur procedere ubi utrumque privilegium æquale eſt, & æquè favorabile, ſecus ſi alterum privilegium eſt fortius altero, tunc præfertur ille, qui fortius habet privilegium, ſic Baldus, *in authent. habita, num.* 33. *C. ne filius pro patre*, Rota *deciſ.* 557. *n.* 4. apud Farinac. *part.* 1. *recentior.* Oddo *de reſtit. in integ. part.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 4. *num.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 661. *num.* 13. Novarius *de elect. fori quæſt.* 21. *ſect.* 2. *num.* 20. Auguſtin. Barboſa *axiom.* 190. *num.* 1. *in fine*, & in terminis Reverter. *deciſ.* 824. *num.* 2. *verſ. Sed in caſu*, Maſtrill. *deciſ.* 280. *à num.* 88. *libr.* 3. Fontanella *deciſ.* 100. *à numer.* 13. *part.* 1. Amoſtazo *de cauſis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *num.* 13.

60 Idemque reſpondetur ad axioma, quòd ubi concurrunt duo privilegia contraria, attenditur illud, in quo agitur de damno vitando, & non illud, quod verſatur in lucro captando, *de quo num.* 56. procedere, quando ambo privilegiati ſunt in eadem ſpecie privilegii; ſecus tamen quando privilegium unius eſt potentius privilegio alterius, nam tunc præfertur ille, qui habet potentius privilegium, Auguſt. Barboſa *axiomat.* 190. *num.* 3. *in fine*, Caſtillo *controv. quotid. jur. libr.* 3. *cap.* 25. *num.* 27. & 28. Ciarlin. *controv. forenſ. cap.* 139. *num.* 39. *lib.* 2. Lara *de vita homin. c.* 22. *n.* 21. & 22. Balmaſeda *de collectis*, *quæſt.* 30. *num.* 27. & in terminis Reg. Leo *deciſ.* 90. *à num.* 24. *libr.* 1. Fontanella *deciſ.* 100. *num.* 18. *part.* 1.

Sublimita ſecundò dicta limitatio, ut vicinus non 61
cogatur invitus vendere domum ſuam pro ampliatione Hoſpitii Religioſorum, Riccius reſolutum ait per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, non potuiſſe compelli vicinum ad vendendum, & conſequenter privilegium conceſſum cogendi vicinos ad vendendum Eccleſiis, non extendi ad Hoſpitia *deciſ.* 138. *part.* 1. Gizarel. teſtatur determinatum ad relationem eximii Conſiliarii Petri Pauli Theodori de anno 1660. non potuiſſe compelli vicinum ad vendendum, & conſequenter privilegium conceſſum cogendi vicinos ad vendendum Eccleſiis, non extendi ad Hoſpitia, *deciſ.* 87. *tota*, ubi Joſeph Mele *num.* 20. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo Vicinus an compelli fol.* 413. Fraſſo *de Reg. Patron. Indiar. cap.* 82. *n.* 72. *tom.* 2. Marinis *in obſervat. ad Reverter. deciſ.* 284. *numer.* 6. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 40. *fol.* 9. *tom.* 2. Auguſt. Barboſa *in l. invitum*, *numer.* 6. *in fine*, *Cod. de contrahen. empt.* Cabrero *de metu libr.* 2. *cap.* 1. *num.* 86. Daniel de Nobilibus *diſput.* 39. *num.* 21. *in fine*, Altimar. *in addit. ad deciſ.* 92. *Roviti*, *verſ. Limitatur* 6. Lauret. de Franchis *controverſ. int. Epiſc. & Regul. part.* 1. *tit. Conventum nova fundatione quæſt.* 10. *numer.* 444. quidquid dicant Maranta *reſpon.* 28. *part.* 2. Baldaxar de Angelis *in addit. ad deciſ.* 87. *Gizarelli numer.* 5. 6. 7. & 8. Paſqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Epiſc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. num.* 445. quia contra eos eſt verior ſententia, ut per Novarium *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *num.* 21. *de Monialib.*

Sublimitatur tertiò dicta limitatio, ut vicinus, qui 62
cogitur vendere domum propriam pro conſtructione, vel ampliatione Eccleſiæ, Monaſterii, Seminarii, & ſimilium, non tenetur eam tradere, antequam incipiatur ædificium, illius rei differtur, cujus cauſa vendere cogitur, Novarius *quæſt. forenſ.* 31. *libr.* 1. & *in pragm.* 2. *collect.* 3. *num.* 14. *de Monialib.* Riccius *collect.* 2611. Baldaxar de Angelis *in addit. ad Gizarel. deciſ.* 37. *num.* 4. *in fine*, ubi Joſeph Mele *num.* 19. *in fine*, Didacus de Mari *num.* 1. *poſt medium.*

Sublimitatur quartò dicta limitatio, ut procedat, 63
dummodo Eccleſia, ſeu Monaſterium pro ejus conſtructione ſeu ampliatione domum, ſeu aliam rem petat, nam tunc poteſt cogere vicinum ad illam vendendam, ſecus verò, ſi non petat pro ſe, ſed ut aliis complaceat, & indirectè pro alterius utilitate, quo caſu non poteſt cogere vicinum ad vendendum domum, ſeu aliam rem, Guido Papa, & ejus Additionat. *deciſ.* 411. Franchis *deciſ.* 223. *num.* 7. Riccius *deciſ.* 138. *ſub num.* 3. & *deciſ.* 147. *num.* 4. *verſ. Non obſtat*, *part.* 1. & *collect.* 1851. *verſ. Inter cæteras poſt medium.* Cyriacus *controverſ.* 231. *num.* 11. *tom.* 2. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 1. 2. *num.* 57. *fol.* 10. *pag.* 2. *tom.* 2. Auguſtin. Barboſa *in l. invitum* 11. *num.* 13. *Cod. de contrahend. empt.* Giurba *deciſ.* 86. *num.* 9. Guzman. *de evict. quæſt.* 52. *num.* 55. Amoſtazo *de cauſis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *num.* 26. *in princ.* Genuenſ. *in practic. Eccleſ. quæſt.* 242. *in fine*, *verſ. Limita*, Lauret. de Franchis *controverſ. inter Epiſc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundatione quæſt.* 8. *num.* 440. *in fine*, & *quæſt.* 9. *numer.* 442. Quod non videtur procedere in dubio, ut poſt Bald. & Cepolam docent Genuenſis, Lauret. de Franchis *ubi proximè*, verum tamen eſt, quòd ſi adeſſet indigentia Eccleſiæ, aut Monaſterii quamvis tertius haberet intereſſe in tali re, adhuc poſſet cogi ad venditionem, etiam ſi Eccleſia officium judicis imploraret, ad complacendum illi tertio, nam adhuc interveniret utilitas Eccleſiæ, ſic Paſqualigus ad Lauret. de Franchis *controverſ. inter Epiſc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. numer.* 443. *in fine.*

Sublimitatur quintò dicta limitatio, ut procedat, 64
quando Eccleſia, vel Monaſterium pro ipſius conſtructione, vel ampliatione domum, ſeu aliam rem petat, nam tunc cogitur vicinus illam vendere; ſecus verò quando Eccleſia, vel Monaſterium petit domum,

mum, vel aliam rem pro ampliatione rerum particularium Ecclesiæ, quo casu non cogitur vicinus illam vendere, quia in primo casu versatur favor publicus, in secundo autem cessat, & quod favore alicujus specialiter est inductum, ad alios casus extendi non debet, sic contra Jason. *in l. 2. num. 33.* Rippa *num. 47. ff. solut. matrim.* docent Alciat. *in l. 2. num. 49.* Parpalia *num. 101.* Petrus Barbosa *part. 2. num. 39. ff. solut. matrim.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloss. 1. numer. 58. fol. 10. pag. 2. tom. 2.* August. Barbosa *in l. invit. num. 11. sub num. 13. Cod. de contrah. empt.* Amostazo *de causis piis tom. 2. libr. 5. cap. 2. num. 26. vers. Et tantum.*

65 Sublimitatur sextò dicta limitatio, in Ecclesiis in nemore existentibus, quæ non solùm non habent tale privilegium cogendi vicinum ad rem suam propriam illis vendendum, sed demuntur, si latrones in hujusmodi Ecclesiis in nemore existentibus recipiuntur, ut dicit Joseph Mele *in addit. ad decis. Gizarell. 37. numer. 11.* ubi alios citat. Quod si verum, est notandum.

66 Sublimitatur septimò dicta limitatio, ut procedat, quando Ecclesia, vel Monasterium pro sui constructione, vel ampliatione vult integram domum cohærentem, nam tunc potest cogere vicinum illam totam sibi vendere; secus verò si Ecclesia, aut Monasterium pro ipsius constructione non vult integram domum cohærentem sed illius partem, quo casu potest vicinum cogere ad sibi vendendum partem domus, vel rei cohærentis. Tum quia quis compelli non potest ad vendendum partem rei, sed qui vult emere, tenetur totam ipsam rem comparare, *l. Julianus, §. idem Celsus, l. penult. §. fin. ff. de act. empt. l. cum in fundo, §. si fundus, ff. de jure dot.* Tum quia aliàs vendens magno afficeretur incommodo, si tantum partem rei contra voluntatem suam vendere cogeretur, & æquum est, ut qui in uno gravatur, in altero relevetur, exornat Mexia *in pragmat. taxæ panis concluf. 5. num. 128.* Tum quia non est tanta utilitas, & æstimatio rei in parte respectu ipsius partis, quanta in toto respectu totius, *l. si quis alienam, ff. de solut. l. fundus ille cum gloss. ff. de contrahend. empt. l. Mævius, ff. famil. erciscum. l. si quis id quod in fine, ff. de in diem adject. l. 1. gloss. verbo partis, & ibi,* Salicet. *in 5. notabili, Cod. commun. divid.* Tum quia venditio partis multa adducit incommoda, teste Bald. *in l. 1. §. in primo col. 3. vers. Extra quæro, C. de caduc. tollend. per l. si non sortem, §. si centum, ff. de condic. indeb. l. 1. Cod. quando quarta pars debeatur libr. 10.* sic per prædicta docent Thesaur. *quæst. forens. 64. num. 11. libr. 1.* Riccius *collect. 76. in fine,* Joseph Mele *in addit. ad decis. 37. Gizarelli num. 28.* Costa *de remed. subsid. remed. 76. num. 1.* Rolandus *cons. 71. numer. 16. & 17. libr. 3.* Giurba *dec. 86. num. 13.* Guzman *de evict. quæst. 52. num. 59. 60. & 61.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloss. 1. num. 53. fol. 10. tom. 2.* August. Barbosa *in l. invitum 11. num. 19. Cod. de contrah. empt.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. num. 28. in fine,* Marinis *in addit. ad decis. 284. Reverter. num. 7.* Luca ad Franchis *decis. 223. prope finem,* Muta *super capit. Reg. Martini 20. num. 39.* Mastrill. *decis. 280. numer. 17. 18. & 19. libr. 3.* Fraso *de Reg. Patr. Indiar. cap. 84. num. 73. tom. 2.* Amostazo *de causis piis tom. 2. libr. 5. cap. 2. num. 26. vers. Actamdem.* Altimarus *in addit. ad decis. 92. Roviti, vers. Limitatur 2.* Prætis *cons. 48.*

67 Nisi concurreret necessitas, & utilitas, nam tunc vicinus compelli potest invitus ad vendendum partem domus, vel rei suæ, pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, ita tamen quòd ultra pretium solvatur damnum, sic Scotus *cons. 3. numer. 28. libr. 3. tom. 2.* Giurba quatuor decisiones refert in favorem Provincialis, & Patris Præpositi domus professæ Societatis Jesu Civitatis Panormitanæ *decis. 86. numer. 14. 15. & 16.* Guzman primam ex eis decisionibus recitat *de evict. qu. 52. num. 62.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloss. 1. n. 54. fol. 10. tom. 2.* Augustin. Barbosa *in l. invitum 15. in fine, Cod. de contrah. empt.* Mastrill. *decis. 280. num. 16.* ubi successum primæ decisionis factæ in favorem Patris Præpositi domus professæ Societatis Jesu refert, sed *num. 17. 18. & 19.* dicit, quòd ad difficultates evitandas Pater Præpositus petitionem de novo regulavit, ut cogerentur Domna Maria Xagio, & Domna Julia Spatafora vendere domum, & viridarium, sicque judicasse sub die 7. Julii 1611. testatur *libr. 3.*

Præmitto tertiò, quòd ut vicinus cogatur invitus 68
vendere domum propriam, vel fundum pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, aliqua à Doctoribus nostris requiruntur, quæ latè explicant Thesaur. *quæst. forens. 64. num. 9. 10. & 11. libro 1.* Giurba *decis. 86. à numer. 10.* Castillo *decis. 134. libr. 2.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloss. 1. à num. 51. fol. 9. pag. 2. tom. 2.* Augustin. Barbosa *in l. invitum 11. à num. 12. Cod. de contrah. empt.* Guzman. *de evict. quæst. 52. à num. 56.* Rota apud Farinac. *decis. 372. & 376. part. 1. recentior.* Carena *resol. 2. à num. 3.* Additionat. ad Molinam *de Hispan. Primog. libr. 4. capit. 3. num. 3. & 4. vers. Nos vero in fine,* Valenzuela *cons. 18. num. 32. lib. 1.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. numer. 28. in fine,* Novarius *quæst. forens. 64. num. 9. 10. & 11. part. 1. & quæst. 51. part. 2.* remissivè idem Novarius *in pragmat. 2. collect. 3. num. 22. de Monialib.* Baldaxar. de Angelis *in addit. ad decis. 37. Gizarelli num. 33.* Didac. de Mari *in addit. ad decis. 87. Gizarelli sub num. 1.* Sperell. *decis. 58. num. 14. part. 1.* & sunt sequentia.

Primò requiritur necessitas ædificationis, seu am- 69
pliationis Ecclesiæ, vel Monasterii *juxta l. si quis sepulchrum, ff. de Relig. & sump. funer.* quatenus ibi dominus sepulchri viam ad illud non habebat, & sic aderat necessitas, Rota apud Farinac. *in Januen. domorum 15. Maji 1165. coram Mansanedo decis. 676. numer. 2. & part. 1. recentior.* Rota in una Neapolitana Monasterii 25. Aprilis 1602. coram Cardinali Lancelloto refert Novarius *in pragm. 2. collect. 3. numer. 8. de Monialib.* & docent Covarr. *resol. lib. 3. cap. 14. num. 8. vers. Sextaratio,* Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 9. quæst. 1. num. 7. ad medium.* Valascus *consult. 22. sub num. 2.* Cabedo *decis. 105. num. 10. libr. 1.* Guzman *de evict. quæst. 51. a n. 20.* Thoro *in compend. decis. part. 2. verbo ampliatio col. 2. in fine, vers. Propterea fol. 13.* Gramat. *dec. 75.* Additionat. ad Molin. *de Hispan. Primog. libr. 4. cap. 3. num. 3. & 4. vers. Nos vero in fine,* Aponte *de potest. Proreg. tit. 2. de abund. Civit. §. 4. numer. 18. & 19.* Altimarus *in addit. ad decis. 92. Roviti, vers. Limitatur tamen,* Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controvers. inter Episcop. & Regul. titul. Convent. nova fundat. num. 443.* ibi: *Hoc autem Privilegium,* Carena *resol. 2. num. 4. licet ipse num. 4. contrarium tueatur.*

Plus vult ipse Covarr. *libr. 3. var. resol. cap. 14. n. 8.* 70
vers. Sextaratio, & vers. His tamdem expositis cum seq. quòd necessitas sit moralis hoc est, quòd præcisè, & moraliter sit necessarium ædificium, ut vicinus cogatur invitus tradere suam domum, vel fundum, & quòd non sit sufficiens, quòd non sit utile Ecclesiæ ad hujusmodi remedium comparandum, sequuntur Morla *in emp. jur. part. 1. tit. 1. quæst. 9. num. 7. ad medium,* Valascus *consult. 22. sub num. 2.* Daniel de Nobilibus *disp. 39. sub num. 13.* Cyriacus *controv. 231. num. 14.* Gratian. *discept. forens. cap. 742. num. 25. & 26.* Valenzuela *cons. 18. num. 132.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloss. 1. num. 51. in fine fol. 9. pag. 2. tom. 2.* Riccius *in praxi resol. 414. num. 17.* August. Barbosa *in l. invitum 11. num. 12. in fine, Cod. de contrahen. empt.* Guzman. *de evict. quæst. 52. num. 20. 21. & 23. vers. Ex qua* Non autem secundùm appetitum Religiosorum, ut dicunt Cyriacus *controv. 221. num. 17. tom. 2.* Luca ad Franchis *decis. 223. sub num. 5.*

Verùm opinio contraria est communis, & magis 71
recepta, quòd sufficiat Ecclesiæ, vel Monasterio utilem esse domum, vel agrum sibi vendi pro ipsius constructione, vel ampliatione, ut dominus ad vendendum cogatur, ut post Florian. Felin. & Gramat. docent Menochius *cons. 1206. num. 22. vers. Secundo objicitur libr. 13.* & post Cepol. Florian. Angel. Gregor. Lopez, & Camil. de Larata tradit Guzman. *de evict. quæst. 52. num. 37. vers. Et quamvis, & num. 38.*

& in

BIBLIOTECA GRANADA

& in hac ſpecie Covarr. reprobatur à Rota apud Farinac. *dec.* 215. *num.* 5. *verſ. Nec minus obſtat part.* 2. *recentior.* à Senatu Valentino apud Reg. Leo *dec.* 90. *num.* 33. *verſ. Nec denique obſtat*, *& num.* 34. *libr.* 1. à Senatu Neapolitano apud Franchis *deciſ.* 323. *num.* 7. Tapia *in pragm.* 3. *à num.* 1. *de Monialib.* à Senatu Pedemontano apud Theſaur. *quæſt. forenſ.* 64. *num.* 6. *libr.* 1. Carena *reſol.* 2. *numer.* 6. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 282. *num.* 2. *verſ. Contra hanc communem*, *& num.* 7. *verſ. Verum dato*, errañeque Covarr. inquit Giurba *deciſ.* 86. *num.* 3. *in fine*, notat Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 1. *numer.* 32. *fol.* 8. *pag.* 2. *tom.* 2. ejuſque opinionem ſcrupuloſam eſſe dicit Guzman. *de eviction. quæſt.* 52. *num.* 43.

72 Et benè, quia ſola utilitas publica etiam ſecundariò tantùm à Doctoribus noſtris conſiderata conſtitui ſolet pro primo coactæ venditionis fundamento, & requiſito, etiam ſi ſit valdè remota. Ob idque dixerunt, quòd pro erigenda, & complenda, ac ampliandа tribuna, pro atrio conficiendo, vel ampliando pro amplianda platea ante Eccleſiam, ſeu pro amplianda via ad portam Eccleſiæ, pro erectione Seminarii puerorum, pro Scholis faciendis, vel ampliandis, & in aliis caſibus ſuprà enarratis *à num.* 13. cogi quem vendere domum ſuam, & in eis non poteſt publica utilitas niſi ſecundariò conſiderari, ita doctè Carena *reſol.* 2. *à num.* 7. *ad* 13.

73 Ultra quod neceſſitas moralis, de qua Covarr. loquitur non eſt alia quàm honeſtatis, & civilitatis, cum moraliter vivere ille dicatur, qui honeſtè, & civiliter vivit, neceſſarium enim dicitur, & illud, ſine quo honeſtè quis ſtare, & vivere non poteſt, nam magna utilitas urgenti neceſſitati æquiparatur, & ubi vertitur commoditas, & utilitas, ibi dicitur eſſe neceſſitas, & cauſa neceſſitatis comprehendit cauſam pietatis, utilitatis, & minoris incommoditatis, ut latè hæc omnia probat Menochius *conſ.* 1026. *à num.* 3. *ad* 10. *libr.* 13.

74 Et ſic licèt aliàs verum ſit, neceſſitatem ampliationis arbitrio judicis remittit, Gramat. *deciſ.* 75. ubi latè Didac. de Mari *in additionib.* Franchis *deciſ.* 223. Aponte *de poteſt. Proreg. tit.* 2. *de abund. Civit.* §. 4. *numer.* 18. quos citant Thoro *in compend. dec. part.* 2. *verbo Ampliatio col.* 2. *in fine*, *verſ. Nec propterea fol.* 13. Joſeph Mele *in addit. ad deciſ.* 37. *Gizarelli num.* 24. qui adamuſim conſiderare debet circumſtantias temporis, loci, & rei, Covarr. *libr.* 3. *var. reſol. cap.* 14. *num.* 8. *verſ. Sexta ratio in fine*, *& verſ. Ultimo*, Sperell. *dec.* 58. *num.* 15. *part.* 1. Luca ad Franchis *deciſ.* 223. *num.* 5. Carena *reſolut.* 2. *num.* 38. Novarius *in pragmat.* 2. *collect.* 3. *num.* 8. *de Monialib.* Maſtrill. *deciſ.* 280. *num.* 6. *tom.* 3. Menochius *conſ.* 1206. *num.* 15. *libr.* 3. Cyriacus *controv.* 331. *num.* 14. *tom.* 4. & judicare ex bono, & æquo, & non ex rigore juris, Alberic. & Azin. *in l. ſi quis ſepulchrum*, *ff. de Relig. & ſump. funer.* Theſaurus *quæſt. forenſ.* 64. *num.* 11. *libr.* 1. Giurba *deciſ.* 86. *num.* 14. Guzman. *de evict. quæſt.* 52. *num.* 62. Carena *reſol.* 2. *num.* 38. *in fine*, Habens ante oculos æquitatem Rota apud Farinacium *deciſ.* 372. *num.* 2. *& deciſ.* 676. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.* Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 896. *num.* 23. Mangil. *de evict. quæſt.* 139. *num.* 27. Luca ad Franchis *deciſ.* 223. *num.* 5. Noguerol. *allegat.* 18. *numer.* 70. *in fine*, Paſqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Epiſc. & Regular. tit. Convent. nova fundat. num.* 435. *&* 451. Non judicis ſolùm, ſed veri etiam parentis, Carena *reſol.* 2. *num.* 36. *&* 37. Luca ad Franchis *deciſ.* 223. *num.* 5. Idque quia ad hanc compulſionem jus tamquam exorbitans à regulis juris non tribuit actionem, ſed officii judicis implorationem, *l. ſi quis ſepulchrum*, *verſic. Non tamen*, *ff. de relig. & ſumpt. funer.* Rota apud Farinacium *deciſ.* 372. *num.* 2. *& deciſ.* 676. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.* Noguerol. *allegat.* 18. *num.* 74. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 742. *numer.* 25. *&* 26. Auguſtin. Barboſa *in l. invitum* 11. *n.* 12. *in fine*, *Cod. de contrah. empt.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 1. *num.* 50. *in fine fol.* 9. *pag.* 2. *tom.* 2. Paſqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Epiſc. & Regular. titul. Convent. nova fundat. num.* 435. *&* *num.* 451.

Tamen ne judicis arbitrium te decipiat, adverte, 75
quòd ut vicinus cogatur invitus vendere domum, vel agrum proprium pro Eccleſiæ ampliatione, ſufficit, quòd Eccleſia non habeat ſufficientem, vel condecentem, aut competentem ſitum, Cyriacus *controverſ.* 231. *numer.* 1. 2. *&* 17. & in his terminis loquuntur alii infiniti Doctores relati per Marinis *in obſervat. ad Reverter. deciſ.* 284. *num.* 1. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 85. Guzman. *de evict. quæſt.* 52. *numer.* 36. *&* 47. quos ſuprà laudavi *num.* 11. idque propter concurſum, & multitudinem multorum adorantium, ut dicit inter alia Genuen. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 242. *num.* 7. *verſ. Verum dato*, ibi: *Tertio propter*, & tradit Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 1. *verſ. Secundo*, *& de jure Eccleſ. univ. libr.* 2. *capit.* 2. *numer.* 11.

Quod nedum procedit favore Eccleſiarum Cathe- 76
dralium, aut Parochialium, quæ ſunt præcisè neceſſariæ ad Sacramentorum adminiſtrationem, ut voluerunt Covarr. *libr.* 3. *variar. reſolut. cap.* 14. *numer.* 8. *verſic. Secundo*, *& verſ. Tertiò*, Caroccius *deciſ.* 26. *num.* 27. Guzman. *de evict. quæſt.* 52. *numer.* 21. *&* 22. Gratianus, Riccius, Daniel de Nobilibus, Hermoſilla, & Auguſtinus Barboſa *citati num.* 70. & alii quos citat Amoſtazo *de cauſis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *num.* 14. *&* 15. Sed etiam favore Eccleſiarum Monaſteriorum Religioſorum, & Religioſarum, ac Clericorum Regularium, cum nulla poſſit dari ratio congruæ differentiæ in Parochiali, quàm in Eccleſiis Monaſteriorum, quia favor Religionis, qui eſt cauſa efficiens, idem operatur in Eccleſia Parochiali, quàm in Eccleſiis Monaſteriorum, ſic reprobato Covarr. docent Reg. Leo *deciſ.* 90. *num.* 33. *verſic. Nec denique obſtat*, *& num.* 34. ubi etiam juxta opinionem Covarr. dicit eſſe judicandum in favorem domus profeſſæ Societatis Jeſu Civitatis Valentiæ, quæ moraliter loquendo etiam præcisè neceſſaria eſt ad Sacramentorum adminiſtrationem, juxta deciſionem ſui Senatus ibi relatam, in qua ex inſtituto ſuæ Religionis tenetur ad idem, quod Eccleſia Parochialis, & ad eam inquit accedere majorem numerum Chriſtianorum, & ibi ſuſcipere Sacramenta, quàm ad quamcumque Eccleſiam Parochialem, qui antea *num.* 12. inquit, idque maximè militare in Religione Societatis Jeſu, & in dicta domo profeſſa Civitatis Valentiæ, cum notorium ſit dictam domum profeſſam omnibus Chriſti-fidelibus dictæ Civitatis utilem fore, cum in ea frequentiſſimè miniſtrentur Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & multi extant concionatores, qui ingentes fructus ſpirituales adferunt. Et quantò amplior erit Eccleſia, major copia fidelium ibi congregari poterit: Et quantò major fuerit domus, major etiam numerus Religioſorum Profeſſorum habitare poterit, *& num.* 28. ait conſiſtere etiam in hoc plurium utilitatem, cum omnium fidelium ad dictam Eccleſiam Spiritus Sancti confluentium commoditas verſetur, ubi audiunt verbum Dei in concionibus, & Divina Officia, quæ magna cum devotione ibidem celebrantur, & Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, quæ ibidem frequentiſſimè miniſtrantur, percipiunt, & concludit *dicto num.* 28. quodam modo dictam domum profeſſam Societatis Jeſu agere de damno vitando, cum non aliter poſſit perficere Eccleſiam juxta modellum, quo cœpta fuit, nec poſſent Officinæ neceſſariæ conſtrui, niſi dicta domus Don Franciſci Carros, quæ in medio ædificii domus profeſſæ ſita eſt, deſtruatur, & ædificio dictæ domus Religionis immiſceatur, *libr.* 1. in ornatum adde, quæ dicit Novarius *de gravamin. vaſſal. gravam.* 166. *num.* 6. quòd Monaſteria Societatis Jeſu ubique ſunt peroptanda, nam multum ad benè, & Chriſtianè vivendum conducunt, ut experientia in omnibus Regionibus, in quibus præſunt, non me reddunt mendacem, *tom.* 2. Et idem dico de domibus, ſeu Monaſteriis Religioſorum, Religioſarum, & Clericorum Regularium, nam prudens neceſſitas, & moralis ampliandi Monaſteria eſt ſufficiens, ut idem privilegium concedatur, ut reprobato etiam Covarr. docent Guzman multis deciſionibus relatis *de evict.*

quæſt. 52.

quæst. 52. *numer.* 41. *&* 42. pro commoditate, ac frequente illorum numero, & ut major numerus eorum habitare possit, ut docent Cepola, Gramat. Thesaur. Giurba, Reg. Leo, Franchis, Hermosilla, Riccius, August. Barbosa, Costa, Ciarlin. Menochius, Martha, Gizarellus, Cabreros, Cabedo, Thoro, Daniel de Nobilibus, Guzman, Capponius, & alii innumeri *citati num.* 11. *&* 39. Amostazo *de causis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *numer.* 16. & addit Cevallos *com. cont. com. quæst.* 906. *à num.* 344. *tom.* 4. se scire plures, qui sunt infesti Monachis, & monialibus non velle admittere hanc specialitatem, sed solùm cum eorum æmulatione fit, ædificia esse prohibenda, & non amplius, & ferunt etiam Padilla *in l. altius num.* 21. *in fine*, *Cod. de servit. & aqua*, Guzman. *de evict. qu.* 52. *sub num.* 37.

77 Et si causa tractatur coram Principe ejusque Senatu, pro ut tractari debet, secundùm ea quæ scribunt Cabedo *decis.* 10. *num.* 5. *libr.* 1. Valascus *consult.* 22. *num.* 2. Guzman *de eviction. quæst.* 52. *num.* 22. potest Princeps, ejusque Senatus compellere Dominum domus eam vendere pro ædificatione, vel ampliatione Ecclesiæ, seu Monasterii, etiam si ampliatio non sit moraliter necessaria, sed tantùm utilis, Covarr. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 14. *num.* 8. *vers. His ita explicitis*, *& vers. Tertio*. Caroccius *decis.* 26. *num.* 27. Guzman. *de evict. quæst.* 52. *num.* 22. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 1. *num.* 10. pulchrè Menochius *cons.* 1206. *num.* 23. 24. 25. *&* 26. *libr.* 13. Reg. Leo *decis.* 90. *num.* 8. *& per totam lib.* 1. Castillo *decis.* 135. *num.* 19. *&* 20. *tom.* 2. Molina *de justit. & jure tom.* 2. *disp.* 341. *num.* 2. Castro Palao *part.* 7. *de justit. & jure tract.* 32. *disput.* 5. *punct.* 19. *num.* 2. *fol.* 390. sic fuit observatum in decisionibus relatis *num.* 11.

In Regno Siciliæ solet Senatus super loco quæstionis accedere, & constito de præcisa necessitate, utilitate, ac commoditate Ecclesiæ, seu Monasterii condemnare Dominum domus ad eam vendendum Ecclesiæ, vel Monasterio, pro ipsius ædificatione, seu ampliatione, ut refert Mastrill. *decis.* 280. *num.* 32. *libr.* 3. quod etiam observavit noster Cathaloniæ Senatus in causa Monasterii Sancti Francisci de Paula *relata num.* 11. *in fine*.

78 Secundò requiritur contiguitas domus ipsi Ecclesiæ, vel Monasterio, *ut probat l. si quis sepulchrum*, ibi: *Ab eo, qui fundum adjunctum habeat*, *ff. de relig. & sumpt. funer.* Rota apud Farinac. *decis.* 676. *num.* 2. *&* 4. *part.* 1. *recentior.* Additionat. ad Molinam *de Hispan. Primog. libr.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. *&* 4. *vers. Nos vero in fine*, Carena *resol.* 2. *num.* 4. & cum hoc requisito transit, *num.* 23. *vers. His circa*, quod requisitum verissimum est, fallit tamen in casu relato *suprà num.* 38. & in alio relato per Rotam apud Farinac. *decis.* 672. *num.* 4. 5. *&* 6. *part.* 1. *recentior.*

79 Tertiò requiritur, quòd vicinus ex tali coacta venditione non patiatur magnum detrimentum, *ut probat l. si quis sepulchrum*, ibi: Nec vicinus magnum patiatur detrimentum, ubi Alber. *num.* 2. Florian. *n.* 4. *ff. de relig. & sumpt. funer. gloss. in l. rescripta verbo non lædat*, *C. de precib. Imper. offeren.* Covarr. *libr.* 3. *var. resol. cap.* 14. *num.* 8. *vers. Ultimo*, Rota apud Farinac. *decis.* 372. *num.* 3. *&* *decis.* 676. *num.* 2. *&* 7. *part.* 1. *recentior.* Noguerol. *allegat.* 18. *num.* 70. *vers. Atque ita*, Additionat. ad Molin. *de Hispan. primog. libr.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. *&* 4. *vers. Nos vero in fine*, Castillo *decis.* 134. *num.* 17. *tom.* 2. Guzman. *de evict. quæst.* 52. *numer.* 55. Thesaur. *quæst. forens.* 64. *num.* 9. *libr.* 1. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 12. *num.* 28. *in fine*, *& tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 120. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 1. *n.* 7. *vers. In quare quia quotidiana est*, Giurba *decis.* 86. *num.* 10. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 1. *n.* 51. *fol.* 9. *pag.* 2. *tom.* 2. Novarius *quæst. forens.* 50. *num.* 9. *part.* 2. August. Barbosa *in l. invitum* 11. *num.* 12. *C. de contrah. empt. & voto* 102. *num.* 46. 47. *&* 48. *libr.* 3. Carena *resol.* 2. *numer.* 4. 13. *vers. His circa*, *&* 19. Daniel de Nobilibus *disp.* 39. *sub n.* 32. Gratian. *discept. forens. cap.* 896. *num.* 7. 10. *&* 19. Amostazo *de causis piis tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *à num.* 18. Thoro *in compend. decis. part.* 2. *verbo Ampliatio col.* 3. *circa medium*, *fol.* 13. *& in supplem. decis. verbo vicinus*, *fol.* 654. Pasqualig. ad Lauret. de Franchis *controvers. int. Episc. & Regul. tit. Convent. nova fundat. n.* 436.

Quod quidem magnum detrimentum debet intel- 80
ligi de illo, quod contingit soluto justo pretio, nam quòd vicinus non lædatur in pretio, super indubitabili fuisset dispositio, & super illo jam textus proviserat, *l. si quis sepulchrum*, ibi: *Præses compellere debet justo pretio iter ei præstari*, *ff. de Relig. & sumpt. funer.* & sic loquitur textus de alio damno ultra pretium, ita quòd ultra pretium solvatur etiam damnum Domino domus, Rota apud Farinac. *decis.* 372. *numer.* 3. *&* *decis.* 676. *num.* 8. *part.* 1. *recentior.* Novarius *quæst. forens.* 32. *num.* 7. *vers. In arbitrio*, *legendus ex num.* 4. *in prima edit.* Noguerol. *alleg.* 18. *num.* 73. *&* 74. Pasqualig. ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. tit. Convent. nova fund. num.* 436. Gratian. *discept. forens. cap.* 896. *num.* 24. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 1. *num.* 54. *fol.* 10. *tom.* 2. decisionem in favorem Præpositi Domus professæ Societatis Jesu Civitatis Panormitanæ referunt Giurba *decis.* 86. *num.* 14. Mastrill. *decis.* 280. *num.* 16. *tom.* 3. Guzman. *de evict. quæst.* 52. *num.* 62.

Magnum detrimentum quando vicino afferatur, 81
arbitrio judicis relinquitur, qui recognita judicabit, ut determinat textus *in l. si quis sepulchrum vers. Præses*, *ff. de Relig. & sumptib. funer.* Thesaur. *quæst. forens.* 64. *num.* 9. *libr.* 1. Giurba *decis.* 86. *num.* 10. *&* 16. *vers. Considerabit*. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 1. *num.* 7. *vers. Igitur hoc*, Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 1. *num.* 51. *fol.* 9. *pag.* 2. *tom.* 2. Daniel de Nobilibus *disput.* 39. *sub numer.* 22. Gratian. *discept. forens. cap.* 896. *num.* 9. Caroccius *decis.* 26. *num.* 18. Guzman. *de evict. quæst.* 51. *num.* 28. Et per Peritos, & 82
expertos id arbitrabitur, juxta decisionem Senatus Siciliæ factam in favorem Patris Præpositi Societatis Jesu Civitatis Panormitanæ referunt Giurba *cons.* 86. *num.* 14. Mastrill. *decis.* 280. *n.* 16. *tom.* 3. Guzman. *de evict. quæst.* 52. *num.* 62. Noguerol. *allegat.* 18. *numero* 74.

Duo tamen casus reperiuntur apud Doctores, in 83
quibus propter magnum damnum, seu præjudicium fuit denegata ista coactio. Primum per Rotam apud Manzanedo 15. Julii 1685. apud Farinac. *decis.* 676. *à num.* 7. *part.* 1. *recentior.* ubi ratione magni præjudicii, quod Patribus Societatis Jesu inferri videbatur, cum ab ipsis auferretur Domus empta pro Collegio ibi construendo, denegata fuit Religiosis Monasterii Sancti Siri coactio venditionis ab ipsis prætensa, non obstante ratione, *de qua numer.* 8. ubi ponderatur *dicta leg. si quis sepulchrum*, *ff. de Relig. & sumptib. funer.* refert, & sequitur Hermosilla *l.* 3. *gloss.* 1. *num.* 51. *post princ. fol.* 9. *pag.* 1. *tom.* 2. & de ea meminerunt Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus. fol.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 120. *in fine*. Additionat. ad Molinam *de Hisp. Primog. libr.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 4. *vers. Secunda*.

Secundum per eamdem Rotam in Romana Pala- 84
tii de Comitibus coram Damasceno 19. Januarii 1612. apud Farinac. *decis.* 371. *part. Recentior.* ubi Monialibus Sanctæ Catharinæ de Senis fuit denegata petitio, quæ pro ampliatione Monasterii prætendebant posse cogi Ducem Camillum de Comitibus habentem Palatium contiguum, in quo habitabat, ad illud sibi vendendum, quia magnum detrimentum ex eo duci sequebatur. Sed tu vide quæ dixi *suprà numer.* 47.

Quartò requiritur, quòd venditio domus, vel fun- 85
di fiat justo pretio, & non aliter, nam ubi quis coactè rem propriam vendere compellitur ratione publicæ utilitatis, debet intervenire justum pretium, *l. si quis sepulchrum*, ibi: *Præses etiam compellere debet justo pretio iter ei præstari*, ubi Albericus, & alii *ff. de Relig. & sumpt. funer. l. fin. C. ad leg. Jul. de anno. l. venditor*, §. *si constat*, ibi: *Non aliter hoc faciat, nisi prius solitum salarium Domino præstet*, *ff. com. præd. l. possessor*, §. *fin. ff. de pet. hæredit. libr.* 1. §. *vera carnis*, ibi: *Justo pretio*, *ff. de offic. Præfect. urb. l. fidejussor*, §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. fin. C. ex quib. cau. ser. pro pret. gloss.*

in l. si

in l. ſi hæres, ff. de act. empt. & docent Alexand. *conſ. 72. numer. 9. libr. 3.* Tiraquel. *de retract. ligniag. §. 1. gloſſ. 18. à numer. 1.* Narbona *l. 25. gloſſ. 22. numer. 17. tit. 21. lib. 4. recop. fol. 697.* Riccius *collect. 928. in fine*, Gabriel. *com. concluſ. libr. 3. de jure quæſito non tollendo concluſ. 1. num. 13. & concl. 2. num. 25.* Pinellus *in rubr. C. de reſcind. vend. part. 1. cap. 2. num. 13.* Covarruvias *libr. 3. var. cap. 14. num. 6. verſ. Quod ſi ex intervallo, & num. 8. verſ. Hoc tamen falſum, & verſ. Secundo mihi videtur, & verſ. Tertio*, Valaſc. *conſult. 22. n. 2. in fine, & num. 5.* Surdus *de aliment. tit. 8. Privileg. 77. num. 14. & conſ. 52. numer. 48.* Luca ad Franchis *deciſ. 223. ſub num. 5.* Theſaur. *quæſt. forenſ. 64. num. 10. lib. 1.* Molina *de juſt. & jure tom. 2. diſp. 341. num. 1.* Marinis *libr. 1. reſol. jur. cap. 235. num. 23. verſ. Fuit reſponſum*, Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 9. quæſt. 1. numer. 4. 5. & 8.* Giurba *deciſ. 86. num. 11.* Guzman *de evict. quæſt. 52. num. 57.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloſſ. 1. num. 52. fol. 9. & gloſſ. 4. num. 1. fol. 15. tom. 2.* Auguſt. Barboſa *in l. invitum 11. numer. 14. C. de contrah. empt.* Mieres *de majorat. part. 4. qu. 1. num. 116.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 12. num. 28. in fine*, Hieron. Laurent. *deciſ. Avenion. 27. à num. 2.* Viſcont. *in concluſ. jur. verbo vendere quando quis cogitur fol. 281. col. 2.* Joſeph Mele *in addit. ad Gizarell. dec. 37. num. 8.* Azevedo *l. 1. num. 22. tit. 25. libr. 5. recop.* Capiblanc. *in pragmat. 1. cap. 3. à num. 7. de Baronib. tom. 2.* Phœbus *deciſ. 94. tom. 1.* Novarius *de gravam. vaſſal. tom. 1. gravam. 25. à num. 5.* Bobad. *in polit. libr. 3. cap. 3. numer. 21.* Guttierr. *pract. libr. 4. quæſt. 49. num. 3.* Valaſc. *de Privileg. pauper. part. 1. quæſt. 24. num. 6.* Amaja *in l. unica num. 15. Cod. ut nemini liceat ab empt. ſpec. ſe excuſ. libr. 19.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 149. num. 28.* Gramat. *deciſ. 75.* Menochius *de arbitr. Jud. quæſt. 48. num. 10. & conſ. 1206. num. 27. 28. & 29. libr. 13.* Amoſtazo *de cauſis piis tom. 2. libr. 5. cap. 2. numer. 22.* Linglois *deciſ. 15. quæſt. 9. num. 2.* Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 3. verbo valor col. 2. ad medium fol. 398.* Valenzuela *conſ. 18. num. 10.* Cabreros *de metu libro 2. capit. 1. numer. 88.* Maſtrill. *de Magiſtr. libr. 3. cap. 4. num. 80. & à num. 352. ad 363. & deciſ. 17. numer. 8. libr. 1. & deciſ. 280. à num. 20. libr. 3.* Suelves *conſ. 59. num. 6. tom. 1.* Duran. *deciſ. 47. num. 1. & 2.* Noguerol. *allegat. 18. num. 69.* Reg. Leo *deciſ. 90. numer. 32. & 53. libr. 1.* Altimarus *in addit. ad deciſ. 92. Roviti, verſ. Ubi obſerva.* Nemo enim viliori pretio cogitur vendere, *l. ſi fidejuſſor, §. fin. ff. de legat. 1.* Surdus *deciſ. 39. num. 9. & conſ. 203. numer. 38.* Giurba *dec. 86. num. 11. in fine*, Guzman *de evict. qu. 52. n. 57. in fine*, Thoro *in comp. deciſ. part. 3. ſect. 3. verbo valor col. 2. in princ. fol. 398.* Amaja *in l. unica à num. 23. Cod. ut nemini liceat ab empt. ſpec. ſe excuſ. libr. 10.* Novarius *de gravam. vaſſal. tom. 1. gravam. 25. num. 6.* Noguerol. *alleg. 18. num. 69. in fine.*

86 Adeò, quòd nec conſuetudo poteſt inducere, ut res ſua alicui auferatur, vel vendere eam cogatur ſine refectione juſti pretii, quia eſſet irrationalis, & juri naturali, & gentium repugnaret, ſecundùm Alber. & Jacob. Raven. *in l. venditor §. ſi conſtat, ff. com. præd.* Afflictis *deciſ. 3. 1. num. 16.* Valaſc. *conſult. 22. num. 9.* Maſtrill. *deciſ. 280. num. 28. libr. 3.*

87 Nec debet haberi fides de pretio, ſed ſtatim pretium præſenti pecunia numerata ſolvi *gloſſ. in l. 1. verbo neceſſitatem, C. de com. ſer. manumiſſ. l. item ſi verberatus §. 2.* ibi: *Ager militibus fuit aſſignatus pretio dato, ff. de rei vindicat. l. fideicommiſſa §. cum eſſet*, ibi: *Accepta certa quantitate, ff. de legat. 3.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 3. n. 1. & gloſſ. 14. num. 44.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 149. num. 24. verſ. Tertio, & n. 25. & 26.* Valaſc. *conſult. 22. à num. 3.* Fabian de Monte *de empt. & vend. quæſt. 3. numer. 40. verſ. Et notandum.* Tuſch. *pract. concluſ. litter. V. concl. 39. num. 10.* Bertazol. *de clauſ. inſtru. clauſ. 38. gloſſ. 1. num. 24.* Aviles *capit. 17. Prætor. verbo à Razonables precios num. 19. verſic. Nota unum*, Petrus Barboſa *in l. ſi mora 10. num. 73. ff. ſolut. matrim.* Giurba *deciſ. 86. num. 16. verſ. Qui ſi ex cauſa*, Guzman. *de evict. quæſt. 52. num. 63.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 12. n. 30.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloſſ. 1. numer. 55. fol. 10. tom. 2.* Auguſt. Barboſa *in l. invitum 11. num. 16. C. de contra. emp.* Covarr. *libr. 3. var. cap. 14. num. 8.* Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vend. part. 1. cap. 2. n. 14.* Amoſtazo *de cauſis piis tom. 2. lib. 5. num. 23. & 24.* Narbona *l. 25. gloſſ. 23. num. unico tit. 21. l. 4. recop. fol. 698.* Bobadilla *in polit. 3. cap. 3. num. 17.* Riccius *collect. 928. & 2611.* Joſeph Mele *in addit. ad Gizarell. dec. 37. num. 15.* Maſtrill. *deciſ. 280. num. 24. libr. 3. & de Magiſtr. libr. 3. cap. 4. n. 358. & 359.* Novarius *de gravam. vaſſal. tom. 1. cap. 26. à num. 1. ad 5.* Noguerol. *alleg. 18. num. 75. 76. 77. & 78.* Altimarus *in addit. ad deciſ. 92. Roviti, verſ. Obſerva. ſecundo*, Cabreros *de metu lib. 2. cap. 1. ſub num. 88.* Marinis *in obſervat. ad Reverter. deciſ. 402. num. 3.* Niſi urgeret † extrema, & inevitabi- 88
lis neceſſitas *juxta textum, & not. in cap. ſi propter neceſſitatem, de furtis.* Quia ea neceſſitas, & utilitas, quæ facit, ut nolens, & invitus cogatur vendere, eadem permittit, & aſtringit, ut cogatur pretii ſolutionem plus tempore ſperare, alioquin fruſtra cogeretur, ſi Eccleſia vel Monaſterium non eſt ſolvendo, nec ſuccurretur neceſſitati inſtanti, ſic Valaſc. *conſult. 22. num. 6. verſ. Et idcirco in fine*, Maſtrill. *deciſ. 280. numer. 29. tom. 3. & de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. à num. 360.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 12. n. 30.* Auguſt. Barboſa *in l. invitum 11. num. 16. in fine, C. de contrah. empt.* Valaſc. *de privileg. pauper. part. 1. quæſt. 29. numer. 6.* Cevallos *com. cont. com. tom. 4. quæſt. ult. num. 17.* Cabreros *de metu libr. 2. cap. 1. num. 89.* Altimarus *in addit. ad deciſ. 92. Roviti, verſ. Obſerv. 2. in fine*, Roſa *conſult. 22. num. 13.* Fraſſo *de Reg. Patr. Indiar. cap. 84. num. 66. in fine, tom. 2.* Amoſtazo *de cauſis piis tom. 2. libr. 5. cap. 2. num. vigeſimo quinto*, deciſum in Regno Siciliæ pro Domo profeſſa Societatis Jeſu 12. Julii 1611. refert Giurba *deciſ. 86. num. 16. in fine*, Guzman *de evict. quæſt. 52. num. 63. verſ. Hoc tamen*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloſſ. 1. num. 56. fol. 10. tom. 2.* conſonat deciſio Noſtri Senatus junctis tribus Aulis apud Peguer. *deciſ. 88.* & apud Don Sebaſtianum de Cortiada filium meum *de juriſdict. Proreg. quæſt. 17. num. 28. & 29.*

Sed non eſt dandum pretium ab aliis oblatum, ſed 89
juſtum, quia licèt quando lex mandat, ut uni potius, quàm alteri vendatur, tunc eſt dandum pretium ab aliis jam oblatum, tamen ubi quis ſimpliciter tenetur vendere, tunc ſufficit dari juſtum pretium, ſic Cuman. Jaſon. Tiraquel. & Baldus, quos citat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 149. à num. vigeſimo nona*, Giurba *deciſ. 86. num. duodecimo*, Guzman. *de evict. quæſt. 52. num. 58.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloſſ. 1. num. 52. in fine fol. 9. pag. 2. & gloſſ. 4. num. 28. & 29. fol. 17. tom. 2.* Surd. *conſ. 205. num. 21. & 22.* Maſtrill. *dec. 17. num. 16. tom. 1.*

Juſtum autem pretium dicitur, quod vir bonus, 90
hoc eſt judex arbitrabitur, Bartolus *in l. creditores, num. 13. verſ. Quod autem Cod. de pignoribus*, Roland. *conſ. 31. numer. 14. & 15. libr. 3.* Menochius *de arbitr. jud. caſu 143. num. 2. & caſu 217. num. 5. & conſ. 1206. num. 30. libr. 13.* Bellonus *de poteſt. eorum quæ fiunt incontinenti libr. 1. cap. 134. numer. 6.* Maſtrill. *deciſ. 280. num. 80. tom. 3.* Reg. Leo *deciſ. 90. num. 35. lib. 1.* Mantica *de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 22. verſ. Si autem*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloſſ. 4. numer. 26. fol. 16. pag. 2. tom. 2.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 18. part. 1. num. 58.* Qui rem † illam debet facere 91
æſtimare, Theſaurus *quæſt. forenſ. 64. num. 20. libr. 1.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 3. gloſſ. 1. num. 52. fol. 9. pag. 2. tom. 2.* Auguſt. Barboſa *in l. invitum 11. num. 14. C. de contrah. empt.* Giurba *deciſ. 36. num. 11.* Guzman *de evict. quæſt. 52. num. 57.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 12. numer. 28. in fine.* Per peritos † vulgo apud nos expertos, ſeu æſtimatores, & in 92
Regno Neapolis Tabularios, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 600. à num. 21.* Cirocchus *diſcept. 76. num. 37.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l. 56. gloſſ. 6. num. 23. fol. 294. pag. 2. tom. 2.* Et obſervavit Rota apud Duran. *deciſ. 47. numer. quarto*, & obſervatum fuiſſe per judices delegatos in cauſa à Prorege Regni Siciliæ datos referunt Giurba *deciſ. 86. num. 15.* Guzman. *de evict. quæſt. 52. num. 64.* Maſtrill. *deciſ. 280. num. 32. verſ. Et cum*

tom. 3. & etiam fuisse observatum per Consilium Neapolis docent Thoro *in compend. dec. part.* 2. *verbo Ampliatio in fine fol.* 13. *& part.* 3. *sect.* 3. *verbo valor, fol.* 398. Marinis *in addit. ad decis.* 402. *Reverter. numer.* 3. Altimarus *in addit. aa decis.* 92. *Roviti, vers. Ubi observa*, ibi: *Et justum pretium*, & observavit ex officio Noster Senatus in causa Monasterii Sancti Francisci
93 de Paula, *relata suprà num.* 11. Et tunc † Judex secundùm eorum æstimationem faciet suam declarationem, Bartol. *in l. creditores, num.* 29. *C. de pignorib.* Rolan. *cons.* 71. *num.* 15. *libr.* 3. Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 25. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 4. *num.* 88 27. *fol.* 17. *tom.* 2. & fuit observatum per nostrum Cathaloniæ Senatum in dicta causa Monasterii Sancti Francisci de Paula, *de qua suprà num.* 11. Nisi periti, seu experti deponant injustè, nam tunc Judex non impeditur dicta peritorum corrigere, interrogando alios peritiores, ut docent pluribus laudatis Gratian. *discept. forens. cap.* 263. *à num.* 14. *signanter num.* 18. *& cap.* 60. *à num.* 20. *præcipuè num.* 28. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 56. *gloss.* 6. *num.* 59. *fol.* 296. *pag.* 2. *tom.* 2. Noguerol. *allegat.* 18. *à num.* 20. *signanter num.* 28. Quesada Pilo *controvers. cap.* 18. *à num.* 46. Reg. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. cap.* 8. §. 5. *num.* 26. Fontanella *decis.* 600. *part.* 2.

94 Æstimatio valoris domus coactè venditæ an facienda sit ex fructibus, & redditibus, vel non? Videndi sunt Mastrill. *decis.* 280. *à num.* 32. *usque ad* 87. *tom.* 3. Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 18. *parte* 1. *à numer.* 51. *& decis.* 62. *à numer.* 1. *part.* 1. Castillo *decis.* 22. *à num. vigesimo*, Giurba *decis.* 134. *tom.* 2. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 56. *gloss.* 6. *num.* 14. *&* 15. *fol.* 294. *tom.* 2. pulchrè Cirocchus *discept.* 76. *à numer.* 40. Augustin. Barbosa *in l.* 2. *num.* 154. *Cod. de rescind. vend.* Thoro *in compend. dec. part.* 3. *sect.* 3. *verbo valor, fol.* 398. Qui innumeros alios citant sed Mastrill. *dicta decis.* 280. *à num.* 80. *tom.* 3. concludit in nostris propriis terminis, taxatum valorem domus non semper respectu reddituum, vel ædificiorum sed situs, & aliarum circumstantiarum, sicque judicatum uniformiter fuisse, sequitur Noguerol. *allegat.* 18. *sub numer.* 74. At Jacobus de Bochis ad Bartol. *in l. si quos C. de rescind. vendit.* inquit pretium solvendum pro Domo empta per Ecclesiam, vel Monasterium pro ipsius ampliatione coactè vendita, mediante Sententia Sacri Consilii Regni Neapolis junctis Aulis, in causa reclamationis fuisse provisum, attendendum esse habita consideratione ad redditum, revocando Sententiam aliàs latam in una Aula. Per quam fuerat judicatum, solvendum esse pretium habito respectu ad valorem fabricæ referunt Thoro *in compend. decision. part.* 1. *verbo Pretium solvendum, fol.* 411. Joseph Mele *in addit. ad decis.* 37. *Gizarelli numer. decimo quarto*, Altimarus *in addit. ad decis.* 92. *Roviti, vers. Ubi observa*, ibi: *Quod justum*, licèt contrarium teneat Coscia *libr.* 2. *resolut.* 17. Apud nos verò fit simpliciter æstimatio domus cum oneribus, nulla habita consideratione redditus, ut observatum fuit in illa causa Monasterii Sancti Francisci de Paula, *de qua suprà num.* 11.

95 Et hoc pretium solvi debet, antequam domus Ecclesiæ, vel Monasterio vendatur, & tradatur, vel saltem in ipsa venditione, & traditione, *l. item si verberatum* §. 2. *ff. de rei vendicat.* Mastrill. cum multis *de Magistr. libr. tertio, cap.* 4. *numer.* 358. *&* 359. & alii ex citatis *numer.* 88. & sic dicitur in sententia (si per expertos, & peritos est facta taxatio, & æstimatio,) solutis prius per tale Monasterium tantis libris pro illius pretio, per dictos expertos taxato, & æstimato, ut observavit noster Senatus Cathaloniæ in causa Monasterii Sancti Francisci de Paula, *relata num.* 11. Et ubi per expertos, & peritos non est facta taxatio, & æstimatio, dicitur in sententia, soluto prius pretio illius domus, liquidatione reservata, ut in casibus relatis per Giurbam *decis.* 86. *numer.* 14. 15. *&* 16. Guzman *de evict. quæst.* 52. *num.* 63.

96 Deinde fit integrum, & legitimum depositum pretii taxati in Tabula cambii communium depositorum, dictum, & scriptum Domino domus ad solitam Relatoris causæ, Mastrill. *decis.* 280. *num.* 32. *tom.* 3. & fuit observatum in dicta causa Monasterii S. Francisci de Paula, *de qua suprà num.* 11. Et hoc si res est libera, si autem Domus est majoratui, & fideicommisso perpetuo subjecta, non liberatur possessori majoratus, & fideicommissi, sed dicitur in sententia, vel in liquidatione, aut in decreto executionis, quòd pecunia processa, vel processura ex dicta venditione convertatur in emptionem alterius domus sitæ in eadem Civitate, aut Villa, quæ vice permutati dominii succedat in locum domus venditæ, sicque observasse Senatum Valentinum in causa Domus professæ Societatis Jesu fundatæ in Civitate Valentiæ sub invocatione Spiritus Sancti tradit Reg. Leo *decis.* 90. *num.* 35. *libr.* 1. refert etiam Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *n.* 120. *in princ.* Decisum per Collaterale Consilium Regni Neapolis refert Gizzius ad Capic. Latro *decis.* 103. *num.* 8. Altimarus *in addit. ad Rovit. dec.* 92. *vers. Ampliatur* 17. *in fine*.

Præmitto quartò, quòd Ecclesia non debet construi 97
in loco, qui præjudicet aliis Ecclesiis jam constructis, non enim potest ædificari Ecclesia, in præjudicium alterius Ecclesiæ, *can. quæcumque can. Ecclesiæ* 16. *quæst.* 1. *capit.* 2. *de Eccles. ædifi. capit.* 1. *& de novi oper. nuntiat.* Calder. *cons.* 8. *numer.* 3. Seraphin. *decis.* 847. *num. primo*, Guzman *de evict. quæst.* 52. *num.* 30. Genuens. *in pract. Eccles. quæst.* 507. *numer.* 3. Marcus *decis.* 534. *à numer. primo*, Pignatel. *consult.* 117. *numer.* 10. 14. *&* 32. *tom.* 1. Ventriglia *in prax. rer. notabil. adnotat.* 18. §. *unico num.* 21. Augustinus Barbosa *de potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 26. *num.* 5. *vers. Secundo, & de jure Eccles. univ. libr.* 2. *cap.* 2. *numer.* 4. Guido Papa *decis.* 360. *numer. primo*, Rota *decis.* 745. *part.* 2. *recentior.* & apud Dian. *in coordinatis decis.* 75. *vers. Quoniam tom.* 8. Larrea *decis.* 97. *num.* 19. Rojas *decis.* 356. *num.* 17. *&* 18. Tondut. *quæst. benef. libr.* 1. *part.* 1. *cap.* 63. *num.* 18.

Ideoque Rector Ecclesiæ Parochialis potest se oppo- 98
nere pro juribus suæ Ecclesiæ conservandis adversùs constructionem novæ Ecclesiæ, *can. quæcumque can. Ecclesiæ* 16. *quæst.* 1. Marcus *decis.* 534. *num.* 19. *vers. Licet etiam*, Guido Papa *decis.* 360. *num. primo, vers. Ideo*, Augustinus Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 26. *num. quinto*, Riccius *decis.* 131. *num. octavo, part.* 4. Campanil. *de univer. jure Canon. rubr.* 12. *capit.* 13. *sub num.* 81. Rota apud Rubeum *decis.* 124. *numer.* 24. 25. *&* 26. *part.* 12. *recentior.* Pignatel. *consult.* 177. *num.* 25. *tom.* 11. Et potest novum opus nuntiare, Guido Papa *decis.* 360. *num.* 1. *in fine*, Tondut. *quæst. benef. libr.* 1. *part.* 1. *quæst.* 73. *num.* 17. Augustin. Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 26. *num.* 1. *vers. Secundò, & de jure Eccles. num. libr.* 2. *cap.* 2. *num. decimo tertio*, Pignatel. *consult.* 177. *num. vigesimo quinto, vers. Quinimo tom.* 1.

Primum præjudicium est, quòd una Ecclesia non 99
potest construi cum diminutione reddituum alterius Ecclesiæ, *can. Ecclesiæ* 16. *quæstion.* 1. ubi Augustinus Barbosa *numer.* 1. *capit. ad Audientiam de Eccles. ædific.* Genuens. *in pract. Eccles. quæst.* 507. *num. tertio, in princ.* Semper enim omnia, & quæcumque jura Ecclesiæ Parochiali, & cuilibet alteri Ecclesiæ competentia, & omnia emolumenta, & redditus præservari debent, ita ut ex nova constructione Ecclesiæ, nullum prorsus damnum pecuniarium sentiat Ecclesia Parochialis, seu quælibet altera Ecclesia, & sic quando licentia ædificandi novam Ecclesiam conceditur, est cum Clausula, Salvis juribus Ecclesiæ Parochialis, & alterius cujuscumque Ecclesiæ. Seraphin. *decis.* 847. *in princ. & numer.* 2. *vers. Tertium.* Mantica *decis.* 131. *numer.* 5. *vers. Neque, & vers. Præterea*.

Istud autem præjudicium in quod consistat, brevi- 100
ter explicat Augustinus Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 26. *num. primo, vers. Secundò*, tuis verbis. Præjudicium autem, quod alteri Ecclesiæ inferri potest propter damnum ædificii cohærentis, est participatio sumptuum in constructione, aut expensarum pro sustentatione Rectoris, vel damnum in jurisdictione, aut in oblationibus, quæ fieri solent Ecclesiæ,

dicto

dicto can. Ecclesiæ cum seq. idem Augustinus Barbosa *de jur. Eccles. univers. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 14. sic ait, Præjudicium autem, quod alteri Ecclesiæ inferri potest propter damnum ædificii cohærentis, est participatio sumptuum in constructione, aut expensarum pro sustentatione Rectoris, *dict. cap. ad audientiam*, *Concil. Trident. dicto cap.* 4. vel damnum in jurisdictione, ut in oblationibus, quæ fieri solent Ecclesiæ, *dicto can. Ecclesiæ cum seq.* 16. *quæst.* 1. Guido Papa *decision.* 360. *num.* 1. dicit, quòd Rector Ecclesiæ Parochialis cujus interest propter oblationem, sepulturas, & alias obventiones eidem pertinentes juxta notata *in cap. dilectus*, *de Capel. Monachor. cap. Pastoralis* extra de his quæ fiunt à Prælat. *sine consen. Capit. & Hostien. in cap. Audientiam*, *de Eccles. ædif.* 16. *quæst.* 1. *can. Ecclesias*, *potest se*, & debet opponere pro juribus suis conservandis, sex præjudicia refert Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *capit.* 63. *à num.* 19. Septem jura Parochialia tradit Fagundez *de præcept. Ecclesiæ præcept.* 1. *libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Verùm in his aliquantum est insistendum.

101 Et quoad oblationes, quid eorum appellatione contineatur, tradunt Augustinus Barbosa *appell.* 172. *à numer.* 1. *& de offic. Parochi part.* 3. *quæst.* 24. *à num.* 1. *& de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 23. *à num.* 1. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *libr.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. Bellet. *disquis. Cler. tit. de bonis Clericor.* §. 3. *num.* 10. Castro Palao *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *disput. unica punct.* 17. *num.* 1. *fol.* 88. Lezana *in sum. quæst. regular. verbo Oblatio facta Regularibus num.* 1.

102 Sed ad institutum, licèt oblationes de jure Parocho debeantur, cum ipse habeat fundatam intentionem super omnibus oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam, *capit. Pastoralis*, ubi Panormit. & alii *de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit.* latè de materia Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regular. part.* 2. *quæst.* 69. *num.* 1. Maresc ot. *variar. resol. lib.* 2. *capit.* 42. *à num.* 6. Riccius *collect.* 1113. & 1265. Genuens. *in pract. Eccles. quæst.* 231. *& in praxi Archiep. Neapol. cap.* 57 Azor. *instit. moral. part.* 1. *libr.* 7. *cap.* 38. *quæst.* 13. Decian. *cons.* 16. *libr.* 2. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *libr.* 4. *cap.* 2. *n.* 1. & 2. Lezana *in sum. quæst. regul. verbo Oblatio facta Regular. sub numer.* 3. innumeros alios addit Augustin. Barbosa *in c.* 2. *num.* 4. *de officio Custod. & in cap. Pastoralis*, *num.* 4. *de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. cap. & in can. quia Sacerdotes* 13. 10. *qu.* 1. *& de offic. Parochi part.* 3. *c.* 24. *num.* 5. *& à num.* 22. *ad* 30. *& de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 5. *& à num.* 21. *ad* 30. *& de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 80. *num.* 11. 12. 13. & 14. Leander *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *disp.* 10. *quæst.* 9.

103 Tamen quando oblationes fiunt in aliquo Monasterio Regularium, acquiruntur Religiosis illius Monasterii, & non aliis, possunt enim Regulares omnes recipere oblationes, quæ à fidelibus fiunt in ipsorum Ecclesiis. Tum quia Regulares ratione exemptionis censentur esse extra Parochiam. Tum quia Regulares sunt quasi Parochi, & Rectores suarum Ecclesiarum, ideo ad illos, & non ad ordinarios spectare debent oblationes in eorum Ecclesiis factæ, ut probant jura *in cap.* 1. *de statu Monachor. capit. nimis iniqua*, *de excess. Prælat.* Marescotus *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 42. *numer.* 3. Decius *cons.* 248. *num.* 2. Marchus *decis.* 434. *numer.* 21. Bellet. *disquis. Cler. tit. de bonis Clericor.* §. 3. *num.* 2. Riccius *decis.* 170. *part.* 4. Naldus *in sum. verbo Oblatio num.* 2. & 3. Novarius *in lucerna Regul. verbo Oblationes num.* 2. Bordon. *resol.* 7. *num.* 106. Joan. de Cruce *de stat. Religionis lib.* 2. *cap.* 9. *concluf.* 4. Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 2. *quæst.* 69. *num.* 2. 3. 4. 5. & 6. Lezana *in sum. quæst. regul. verbo Oblatio facta Regularib. à n.* 2. *ad* 8. Barbosa *de offic. Parochi cap.* 24. *num.* 29. *& in cap.* 1. *num.* 1. *& de statu Monachor. & decis. Apostol.* 530. *num.* 2. quidquid alias dicant Azor. *instit. moral. cap.* 1. *libr.* 7. *cap.* 38. *quæst.* 13. *in fine*, Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *libr.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. *in fine*, quia contra eos, & alios est verior sententia, ut probat pluribus additis Leander *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *disput.* 10. *quæst.* 10. Et sic quoad oblationes (exceptis decimis, primitiis & redditibus) non est considerabile præjudicium, quod fit Parocho in constructione novæ Ecclesiæ Regularium.

Deinde quoad obventiones, quarum appellatione 104
veniunt oblationes, & personales decimæ, quæ dantur diebus, quibus acceditur ad Ecclesiam, & ex mortuaribus, & similibus, *cap. ad audientiam* 3. *gloss. verbo Obventiones*, ubi Augustin. Barbosa *num.* 8. *de Eccles. ædific.* idem Barbosa *appell.* 173. *num.* 1. Guttierr. *cons.* 8. *num.* 4. Valasc. *consult.* 14. *num.* 2. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. à n.* 198. quatenus obventiones sunt oblationes, idem dicendum est, ut si fiant in Monasterio aliquo regularium, acquirantur Religiosis illius Monasterii, & non aliis.

Et quatenus obventiones sunt decimæ personales. 105
Licèt attento jure decimæ personales debeantur Parocho apud quem suscipiuntur Ecclesiastica Sacramenta, *cap. Apostolicæ* 20. *de decimis*, *cap. fin. de Parochiis*, Burat. *decis.* 572. *num.* 1. ubi Ferentil. *in annotationib.* Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *libr.* 1. *capit.* 2. *num.* 1. & 2. Castro Palao *in oper. moral. tract.* 1. *disput. unica punct.* 6. *num.* 9. *fol.* 79. *part.* 2. & alii plures laudati ab August. Barbosa *in cap. Apostolicæ num.* 2. *de decimis*, *& de offic. Parochi lib.* 3. *cap.* 28. §. 2. *num.* 26. *& de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 26. Ybañez de Faria *in addit. ad Covarr. libr.* 1. *var. resol. cap.* 17. *num.* 29. Narbona *l.* 20. *gloss.* 2. *num.* 124. *tit.* 1. *libr.* 4. *recopil.* Cardoso *in praxi verbo Decimæ num.* 10. & in aliquibus partibus Hispaniæ sunt in usu, ut attestantur Novar. *in manuali cap.* 21. *n.* 31. Guttierr. *Canonic. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 34. Burat. *decis.* 572. Latissimè Leander *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 9. *disput.* 3. *quæst.* 1. *usque ad quæst.* 19. August. Barbosa *in cap. Apostolicæ sub num.* 2. *& de offic. Parochi libr.* 3. *cap.* 28. §. 2. *num.* 20. *& de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 23. §. 2. *num.* 27.

Tamen decimæ personales in Cathalonia non sunt 106
in usu, nec vix in toto Orbe Christiano. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 19. *part.* 1. *n.* 2. Panormit. *in capit. cum homines num.* 5. *in fine de decimis*, Novar. *in manuali cap.* 21. *num.* 31. Paz *in praxi part.* 1. *tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 34. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 364. *num.* 1. Cabed. *decis.* 54. *num.* 8. *tom.* 2. Sà *verbo Decimæ num.* 1. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *libr.* 1. *cap.* 21. Valentia *disp.* 6. *quæst.* 5. *punct.* 3. *in fine*, Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *libr.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *vers. Dixi*, Castro Palao *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *disp. unica punct.* 6. *num.* 10. *fol.* 79. Augustin. Barbosa *in cap. Apostolicæ sub n.* 2. *de decimis*, *& de offic. Parochi lib.* 3. *cap.* 38. §. 2. *num.* 27. *& de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 23. §. 2. *num.* 27. Guttierr. *Canonic. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 33. Soto *de just. & jure lib.* 9. *quæst.* 4. *art.* 2. *col.* 3. Azevedo *l.* 1. *num.* 12. *in fine tit.* 5. *lib.* 1. *recop.* Azor. *inst. moral. part.* 1. *libr.* 7. *cap.* 35. *vers. Nono quæritur in fine*, Molina *de just. & jure disp.* 75. Luca *l.* 12. *part.* 3. *de Parocho discur.* 29. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 22. *num.* 40. & 41. *& in polit. libr.* 2. *cap.* 23. *vers. Y que en los Reynos foi*, 200. Suelves *cons.* 67. *sub n.* 20. *libr.* 1. Ybañez de Faria *in addit. ad Covarr. lib.* 1. *var. resol. cap.* 17. *n.* 29. *in fine*, Leander *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *disp.* 3. *quæst.* 19. Et consequenter respectu decimarum personalium nullum fit Parocho præjudicium in constructione novæ Ecclesiæ.

Et quod attinet ad mortuaria, & sepulturas præju- 107
dicium Parochi in constructione novæ Ecclesiæ non est considerabile, Rota coram Manzanedo *decis.* 745. *num.* 3. & 4. *part.* 2. *recentior.* & in Barcinonen. fundationis Conventus coram Cardinali Panzirolo, quam refert Pignatel. *consult.* 177. *num.* 53. *tom.* 1. Quia ut dixit Rota *duobus in locis proximè citatis*, Electio se- 108
pulturæ est facultativa, & omnibus adultis libera, *capit. cum licitum* 6. ubi Augustin. Barbosa *numer.* 4. *de sepultur.* Villalobos *in sum. part.* 2. *tract.* 31. *dif.* 2. *numer.* 1. Etiam in Ecclesiis Fratrum Prædicatorum, & Minorum, relicta Parochiali, *Clement. dudum*, §. *hujusmodi de sepultur.* quod Pius V. ad reliquos Religiosos ampliavit, Augustin. Barbosa *in Clement. dudum numer.* 9. *de sepultur.* Villalobos *in sum. part.* 2. *tract.* 3. *dif.* 5. *numer.* 1. Et sic electio sepulturæ in Ecclesiis Regularium non potest à Parochis impediri, ut res-

ut respondit Sacra Congregatio Rituum, refert Augustin. Barbosa *decis. Apostol.* 671. *numer.* 10. latè hæc omnia exornat idem Barbosa *de offic. Parochi part.* 3. *capit.* 27. *à num.* 19. *& de jure Eccles. univers. libr.* 2. *capit.* 10. *à numer.* 19. reservata quarta funerali proprio Parocho, *capit.* 1. *&* 2. *de sepultur. Clement. dudum eod. tit.* Marchus *decis.* 534. *numer.* 20. Rota apud Farinac. *decis.* 376. *numer.* 1. *part.* 1. *recentior.* Sperell. *decis.* 88. *numer. part.* 1. Villalobos *in sum. part.* 2. *tract.* 31. *dif.* 7. *à num.* 3. Pignatell. *consult.* 52. *à num.* 3. *tom.* 1. Augustin. Barbosa *in capit.* 2. *num.* 2. *&* 3. *de sepultur. & de offic. Parochi part.* 3. *cap.* 27. *num.* 22. *& de jure Eccles. univ. libr.* 2. *cap.* 10. *num.* 22. *& decis. Apostol.* 671. *num.* 10. *&* 11. Lezana *in sum. quæst. regul. verbo Quarta funeralis à numer.* 2. Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *cap.* 65. *numer.*... Idemque dixit Rota *dicta decis.* 745. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *recent.* de Missis, & Anniversariis, ut præcisè servari debeat voluntas eorum qui eleemosynas, seu oblationes dederunt; Maresc. *var. resolut. libr.* 2. *cap.* 42. *num.* 1. Riccius *decis.* 170. *num.* 1. *part.* 4. August. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 80. *num.* 15. *& de offic. Parochi part.* 3. *cap.* 24. *num.* 30. *& de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 23. *num.* 30. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 4. *verbo Oblatio facta Regularibus num.* 5.

109 Secundum præjudicium deducitur, quòd diminuitur concursus populi accedentis ad Parochialem, in quo versatur ejus honor, & decor, ac causatur damnum pecuniarium in eleemosynis, sic Joannes de Imola *in cap. ad Audientiam de Eccles. ædific.* Genuen. *in pract. Eccles. quæst.* 507. *num.* 3. *vers. Dubium, ubi num.* 4. *in fine, & num.* 5. *in fine*, dicit hanc esse veriorem opinionem, Pasqualig. *consult.* 177. *num.* 42. *& latè prosequitur à num.* 56. Rota apud Rojas *decis.* 327. *n.* 11. *&* 12. *& decis.* 356. *à num.* 19. Pasqualig. ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. à num.* 480. *signanter ad n.* 482. Diana *in coordinat. tom.* 8. *decis.* 62. *vers. Satis autem.*

110 Verùm hoc præjudicium non est considerabile, cum ex altera parte præponderet favor cultus Divini, in eo enim consistit favor iste, ut cultus Divinus augeatur, *cap. ad Audientiam de Eccles. ædific.* sic docent Anton. de But. *in cap. cum olim num.* 15. *de consuetud.* Seraphin. *decis.* 847. *num.* 3. Rota apud Farinac. *decis.* 676. *num.* 10. *part.* 1. *recentior.* Guzman. *de evict. quæst.* 52. *num.* 40. Rota apud Rubeum *decis.* 288. *numer.* 23. *part.* 7. *recentior.* Maranta *respon.* 28. *numer.* 34. *&* 35. *part.* 2. Augustin. Barbosa *voto* 102. *num.* 45. *libr.* 3. Et

111 diminutio † eleemosynarum, quia sunt valdè incertæ, & solùm in facultativis, est præjudicium accidentale, quod non attenditur, ut dicunt Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 1. *numer.* 14. Cespedes *de exempt. regul. cap.* 1. *dub.* 7. *numer.* 9. Bordon. *Controv.* 36. *de erect. novi Convent. numer.* 14. quos citat, & si non sequatur Pignatell. *controv.* 177. *numer.* 55. *tom.* 1. Donat. *de regular. tom.* 1. *tit. de Monaster. ædific. tract.* 1. *quæst.* 14. *vers. Minus obstat, & quæst.* 28. *numer.* 7. Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. quæst.* 1. *numer.* 407. Rota apud Farinac. *decis.* 745. *numer.* 3. *&* 4. *part.* 2. *recentior.*

112 Quod maximè procedit in Collegiis Societatis Jesu, quæ quoad eleemosynas nullum præjudicium Parochiali, aut aliis Ecclesiis, & Monasteriis inferri valet, cum in Collegiis Societatis Jesu nullus non Religiosus ex eisdem sepeliatur, nec eleemosynæ pro Missis, & aliis Officiis admittuntur, quibus cessantibus, cessat eleemosynarum diminutio, Collegia enim Societatis Jesu ex redditibus competentibus vivunt, sic Rota verbis expressis apud Farinac. *decis.* 676. *numer.* 10. *part.* 1. *recentior.* Et quod Religiosis Societatis Jesu interdictum sit Stipendium ullum, vel eleemosynam recipere pro Missarum Sacrificiis, prædicationibus, lectionibus, Sacramentorum administratione, aliisque piis officiis, *habetur in const. at. exam. general. cap.* 1. §. 3. *& in Regulis generalibus, ac communibus,* §. 27. *& part.* 4. *constit. cap.* 7. §. 3. *& part.* 6. *constitut. Societatis cap.* 2. §. 7. *& part.* 10. §. 3. quem morem approbavit Julius Papa III. *in Bulla Societatis* quæ incipit, *Exposcit debitum pastoralis officii*, Et Gregorius XIII. *Constit.* 39. *quæ incipit Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi* 30. *Octobris* 1576. *in Bullari Cherubini tom.* 2. *fol.* 406. & docent Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 1. *libr.* 3. *cap.* 7. *numer.* 1. Castro Palao *in opere morali part.* 3. *tract.* 16. *disp.* 3. *punct.* 11. *num.* 1. *folio* 291. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 21. *n.* 4 *& tom.* 4. *verbo Oblatio facta Regularibus sub num.* 7. & aliis *proximè allegandis*, idque secundùm veriorem sententiam sub voto paupertatis, Rodriguez *quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 19. *art.* 13. Sanchez *in sum. libr.* 7. *cap.* 28. *num.* 6. Suarez *tom.* 4. *de Religione tract.* 10. *libr.* 4. *cap.* 8. *numer.* 10. Navarro *libr.* 3. *de restitut. cap.* 1. *part.* 3. *dub.* 2. *num.* 170. Castro Palao *in opere morali part.* 3. *tract.* 16. *disp.* 3. *punct.* 11. *num.* 4. & recipientes stipendia peccant contra paupertatem, Henriquez & Toletan. quos citat Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 1. *libr.* 3. *cap.* 7. *num.* 1. Sanchez *in sum. lib.* 7. *cap.* 28. *numer.* 7. Suarez *tom.* 4. *de Religion. tract.* 10. *lib.* 4. *cap.* 8. *numer.* 11. Castro Palao *in oper. moral. part.* 3. *tract.* 16. *disp.* 3. *punct.* 11. *n.* 3. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 21. *numer.* 1. Et quòd in Collegiis Societatis Jesu nullus non Religiosus ex eisdem sepeliatur, nisi rarò, habetur in dicta Bulla Gregorii XIII. *quæ est in ordine* 39. *& incipit Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi* 30. *Octobris* 1576. *in Bullario Cherubini t.* 2. *fol.* 406. & cum licentia Patris Præpositi Generalis, Societatis Jesu, & non aliter, nec alio modo.

Et quamvis Rota in Januen. privilegiorum 24. Maji 113
1647. apud Rojas *decis.* 327. *num.* 11. *vers. Quo circa*, & apud Dianam *in coordinat. tom.* 8. *decis.* 61. *vers. Satis autem*, ibi: *Quo circa*, dicat nihil urgere dictam decisionem Rotæ 676. apud Farinac. *num.* 10. *part.* 1. *recentior.* & illam retorqueat contra Collegia Societatis Jesu, & in hujusmodi Ecclesiis nullus non Religiosus ex eisdem sepelitur, nec ibi eleemosynæ pro Missis, & aliis officiis admittantur. Tamen Argumentum Rotæ non adaptatur ad Collegia Societatis Jesu, sed ad alia Monasteria Mendicantium, vel non Mendicantium, ut infrà *num.*...

Eodem modo respondetur Pignatello *consultat.* 177. 114
num. 57. *tom.* 1. dicenti decisionem Seraphini 847. hodie non servari. Quia loquitur de nova fundatione Monasteriorum Regularium cum Ecclesia, in qua multi Religiosi eleemosynis viventes habitare, & Sacramenta administrare possint in præjudicium alterius Monasterii: Non verò loquitur de fundatione Collegii Societatis Jesu, in quo nullus non Religiosus, nisi rarò sepelitur, nec ibi eleemosynæ pro Missis, & aliis Officiis admittuntur, sed ex propriis redditibus in eo vivunt, ut addunt Pasqualigus, Donatus, Rota, & alii citati *num.* 111. & agnoscit ipse Pignatellus *dicta consult.* 177. *num.* 57. *vers. At in hoc casu tom.* 1.

Quanto magis, quia præjudicia, de quibus nunc 115
tractatur, non sunt respectu Ecclesiarum Regularium ex nova fundatione alterius Ecclesiæ Regularis; *de quibus infrà à num.* 134. sed respectu Ecclesiæ Parochialis, vel aliarum Ecclesiarum sæcularium ex nova fundatione alterius Ecclesiæ sæcularis, ut dixit Rota *decis.* 745. apud Farinac. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *recent.* & advertit Genuensis *in pract. Eccles. quæst.* 507. *in fine*.

Tertium præjudicium est ratione vicinitatis pro- 116
pter strepitum campanarum, si impeditur celebratio Divinorum officiorum. Quod præjudicium considerabile est, si ex testibus liquet, hac de causa turbari Divina officia; aliàs enim si ex testibus liquet, hac de causa non turbari Divina Officia, hoc Præjudicium non est attendendum, maximè si numerus campanarum restringitur ad unicam tantùm campanam, eamque satis exiguam, nempè ponderis vigintiquinque librarum, Seraphin. *decis.* 847. *num.* 1. *vers. Præjudicia*, Genuens. *in pract. Eccles. quæst.* 507. *numer.* 5. Augustin. Barbosa *voto* 102. *numer.* 96. *versic. Unde libro* 3. Et in una causa † Neapolitana, quia quæstio 117
erat de campanis Ecclesiæ domus professæ Societatis Jesu, in qua Religione solitum est pulsari campanas modicè, & quia statutis horis dumtaxat, &

modico temporis ſpatio, illas ſonabant, fuit deciſum non obſtare ſolitum moleſtum campanarum ſonum, Maranta *controv. jur. part.* 2. *reſpon.* 22. *fol.* 106. *cum ſeq.* Novar. *quotid. pract. forenſ. part.* 2. *quæſt.* 1. Auguſt. Barboſa *voto* 102. *num.* 29. *verſ. Non obſtat libr.* 3.

118 Quartum præjudicium eſt, ſi nova Eccleſia officiat luminibus Eccleſiæ Cathedralis, Parochialis, vel alterius antiquioris Eccleſiæ, Seraphin. *deciſ.* 847. *n.* 2. Genuen. *in pract. Eccl. quæſt.* 507. *num.* §. *verſ. Aliud*, quod verum eſt, niſi ex diſtantia loci aliud appareat, Seraphin. *deciſ.* 287. *num.* 2.

119 Quintum videtur eſſe præjudicium, ſi nova Eccleſia conſtruitur intra quadraginta paſſus in circuitu Eccleſiæ Cathedralis, vel triginta paſſus in circuitu Eccleſiæ Parochialis, *can. ſicut antiquitus*, *can. definivit*, 17. *quæſt.* 4. nam in eo ſpatio ædificare non licet, exceptis domibus Clericorum, *can. nulla* 412. *qu.* 1. *gloſſ. in can. quiſquis* 31. *verbo Vel domos* 17. *quæſt.* 4. Verùm cum canones permittant fieri ædificia pro Clericis intra dictos paſſus, multo magis licere debet Eccleſiam ibi conſtruere, cum ex hac re non lædatur Eccleſiæ Immunitas, ita Anton. de But. *in cap. inter alia n.* 9. *de Immun. Eccleſ.* Seraphin. *deciſ.* 847. *num.* 4. 5. *&* 6, ubi dicit, non obſtare textum *in can. nulla* 12. *quæſt.* 1. quia loquitur in atrio Eccleſiæ, in quo eſt cæmeterium, & addit totum hoc negotium regulari ſecundùm locorum qualitatem, & anguſtiam ſitus, *can. quiſquis* 17. *quæſt.* 4. ſequitur Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 507. *num.* 5. *verſ. Inſuper*.

120 Sextum eſt præjudicium, quòd Parochiani in diebus Dominicis; & in aliis feſtivis audiant Miſſam in propriis Parochiis, *cap. ut Dominicis* 2. ubi Innocent. Hoſtien. Abbas, Joann. Andr. & cæteri Interpretes *de Parochiis cap.* 2. *de pace*, *& treuga*, *can. ſi quis etiam de Conſecratione diſt.* 1. latè fundat Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 1. *libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. 5. 6. *&* 7.

121 Cæterùm hoc non eſt præjudicium, quia quidquid ſit de jure communi, & antiquo, jam hodie ex conſuetudine recepta, poſſunt fideles in diebus Dominicis & in aliis feſtivis, etiam in majoribus ſolemnitatibus totius anni audire Miſſam extra Parochiam, nulla interveniente proprii Parochi licentia, dummodo in contemptum proprii Parochi id non efficiant, ſic docent communiter Doctores Suarez, Toletus, Azor. Sylveſter, Navarrus, Guttierr. Roſſella, Tabican. Calderinus, & Divus Antoninus, quos refert, & ſequitur Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. alios plures addunt Cenedo *collect. ad decretal.* 104. *num.* Diana *reſol. moral. part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 25. *& in coordin. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 87. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. Auguſt. Barboſa *in cap. ut Dominicis* 2. *num.* 2. *de Parochis*, *& de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 24. *num.* 18. *&* 19. *& de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *num.* 18. *&* 19. Caſtro Palao *in oper. moral. tract.* 32. *diſp. unica punct.* 16. *n.* 12. Etiam in Eccleſiis Regularium, non contempto proprio Parocho, ex Conſtitutione Leonis X. referunt Piaſec. *in prax. Epiſc. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 22. Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 24. *n.* 20. *& de offic. Parochi part.* 1. *c.* 11. *num.* 15. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 11. Caſtro Palao *in oper. moral. part.* 4. *tract.* 22. *diſput. unica punct.* 16. *ſub num.* 12. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 17. *in fine*, Diana, & Leander *proximè citati*.

122 Undè licèt Parochi teneantur populum monere, ut frequenter ad ſuas Parochias, ſaltem diebus Dominicis, & majoribus feſtis accedant, *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ*. Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 24. *num.* 16. *& de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. Pignatel. *conſult.* 51. *num.* 24. *tom.* 1. Non tamen poſſunt Parochi compellere Parochianos Miſſas audire in ſuis Eccleſiis Parochialibus, Portol. *in addit. ad dub. Regul. verbo Miſſa num.* 1. *&* 2. Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol.* 109. *num.* 6. Auguſt. Barboſa *in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ num.* 31. *verſ. Unde*, *& de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. *&* 17. Diana *reſol. moral. part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 25. *& in coordinat. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 87. *num.* 4.

123 Nec poteſt Epiſcopus conſtitutionem facere, qua præcipiat ſuis ſubditis, ut non audiant Miſſam niſi in propriis Parochiis, & excommunicationem eſſe nullam, & irritam, ſi fortè ſub ea id ipſum præcipiat, ut poſt Guttierr. Sylveſt. D. Anton. Novar. Suarez, Azor. & Medinam probat latè Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 1. *libr.* 2. *cap.* 3. *à num.* 12. quibus addendi ſunt Zerola *in prax. Epiſc. part.* 2. *verbo Miſſæ*, §. 6. Miranda *in lucerna Regul. verbo Miſſa*, *num.* 4. Auguſt. Barboſa *in cap.* 2. *numer.* 4. *de Parochiis*, *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 33. *&* 34. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ*, *n.* 31. *in fine*, *& de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 24. *n.* 17. *in fine*, *& de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *n.* 16. Caſtro Palao *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 22. *diſp. unica punct.* 16. *num.* 12. *verſ. Quinimo*, Diana *reſol. mor. part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 25. *& in coordinat. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 87. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 2. *diſput.* 1. *quæſt.* 21. Cenedo *collect. ad decretal.* 104. *num.* 1. *verſ. Secundum*.

Quibus non eſt derogatum per *Concil. Trident. ſeſſ.* 124
22. *de Sacrif. Miſſæ*, quia Concilium non præcipit, ſed utitur verbo Moneant, quod inducit conſilium, & non præceptum, & eſt verbum congruitatis, non verò neceſſitatis, ſic poſt Rodriguez, & Cherubin. Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 12. quibus addendi ſunt Cenedo *collect. ad decret al.* 104. *n.* 2. Riccius *deciſ.* 152. *part.* 1. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 1. *libr.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. *&* 16. Caſtro Palao *in oper. moral. part.* 4. *tract.* 22. *diſp. unica punct.* 16. *num.* 12. *in princ.* & alii innumerabiles citati ab Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 24. *num.* 17. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ*, *num.* 31. *& de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. *& in cap.* 2. *n.* 3. *de Parochiis* Diana *reſol. moral. part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 25. *& in coordin. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 87. *n.* 4.

Nec inconveniens, quod ponderat Pignatel. ut po- 125
pulus rudis omittat audire publicationes vigiliarum, feſtorum, aliorumque hujuſmodi ad animarum curam pertinentium *conſult.* 177. *n.* 57. *verſ. Quo fit tom.* 1. eſt alicujus conſiderationis. Quia Epiſcopus poteſt cogere regulares, ut in Offertorio Miſſarum Conventualium, quæ Dominicis diebus in Monaſteriis celebrantur declarent fidelibus, quæ feſtivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantia horum feſtorum, & jejuniorum præcepta Eccleſiaſtica à fidelibus tranſgrediantur. Fr. Emanuel *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 43. *art.* 7. ubi refert ita vidiſſe obſervari à quibuſdam Fratribus Ordinis Mendicantium Regni Portugalliæ in Diœceſi Elboren. Portel. *de dub. regul. verbo Epiſcopus num.* 7. Hieron. Roder. *in ſum. quæſt. regul. reſol.* 25. *ſub n.* 5. Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 24. *n.* 21. *& de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 16. *n.* 26. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ*, *n.* 32. *verſ. Poſſe*, *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 36. Caſtro Palao *in oper. moral. part.* 4. *tract.* 22. *diſp. unica puncto* 16. *num.* 12. *in fine*, Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 4. *verbo Feſti dies*, *num.* 5. Imò Regulares † ex 126
ſe in ſuis Eccleſiis non Parochialibus poſſunt populo feſta, & jejunia annunciare ad altare in celebratione Miſſarum, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii ſub die 2. Julii 1610. ut atteſtantur Lezana *in ſumm. quæſt. regul. tom.* 1. *cap.* 12. *ſub num.* 41. *& tom.* 3. *verbo Feſti dies*, *num.* 5. Peyrinis *in Conſtit. ſui Ordin. Minor. tom.* 2. *Conſtit.* 7. *Pii V. num.* 13. *verſ. Ad primum*, Barboſa *de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 16. *n.* 27. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ*, *num.* 33. *& dec. Apoſtol.* 355. *n.* 3. Novarius *in lucerna Regul. verbo Feſtus*, *num.* 6. Et Parochiani † etiam ſi non teneantur 127
in propria Parochia Miſſam audire tenentur tamen, vel à Parocho, vel ab aliis, ex præcepto ſcire dies feſtos, jejunia, cæteraque neceſſaria, ut ea obſervent, aliàs peccabunt mortaliter, ut docent Navarr. *in manuali lat. cap.* 21. *numer.* 7. Guttierr. *Canonicar. quæſt. libr.* 1. *capit.* 30. *num.* 33. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 1. *libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 22.

Septimum eſt præjudicium, ſi Sacramenta recipian- 128
tur ab extraneo Parocho. Siquidem Sacramenta fidelibus miniſtrare proprium eſt Parochi Officium, & nullus mittere poteſt falcem in meſſem alienam, ſibique alienam uſurpare juriſdictionem, abſque licentia

centia Parochi, sub pœna excommunicationis ipso facto, Fermosin. *in cap. 1. quæst. 9. sub numer. quinto, de Sacra Unctione*, ut de Sacramento Pœnitentiæ tempore Quadragesimali, seu Paschali *probat text. in cap. Omnis utriusque sexus de Pœnitentiis*, Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 2. libr. 1. cap. 5. num. 7. in fine*, Augustt. Barbosa *de offic. Parochi part. 2. c. 19. vers. Circa*, Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 33. disp. unica punct. 13.* Villalobos *in sum. part. 1. tract. 9. dif. 44. cum seq.* Fermosin. *loco proximè citato*, de Sacramento Eucharistiæ, præterquam in casu extremæ necessitatis *Clement. Religiosi de Privileg.* idem Barbosa *de officio Parochi part. 2. cap. 20. num. 3. & 7.* Fagundez *de Præcept. Eccles. Præcept. 3. lib. 3. cap. 1. & 2.* Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 21. disp. unica punct. 17.* Villalobos *in sum. part. 1. tract. 7. dif. 46. & 47.* de Sacramento Extremæ Unctionis *Clement. dudum, de sepultur. Clement. 1. de Privileg.* idem Barbosa *de offic. Parochi part. 3. cap. 22. num. 1. 2. & 3.* Fermosin. *in cap. 1. quæst. 9. num. 4. 5. & 6. de Sacra Unctione*, Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 26. disp. unica punct. 7.* Villalobos *in sum. part. 1. tract. 10. dif. 6.*

129 Cæterùm accipiens Bullam Cruciatæ, secundùm veriorem sententiam, habet facultatem à Summo Pontifice eligendi Sacerdotem, ut possit ab ipso fine licentia Parochi accipere hæc tria Sacramenta, Pœnitentiam, & Eucharistiam, & Extremam Unctionem, Diana *in coordinat. resolut. moral. tom. 4. tract. 2. resol. 46. num. 4. & resol. 57. num. 4. & latius tract. 3. resol. 123.* Castr. Palaus *in oper. moral. part. 4. tract. 21. disp. unica punct. 18. num. 4. in fine, & tract. 23. disp. unica punct. 14. num. 5. & tract. 25. disp. unica punct. 6. num. 18.*

130 Et ex privilegiis Nicolai V. Sixti IV. & Leonis X. possunt Religiosi Minores administrare sæcularibus Sacramentum Eucharistiæ absque licentia Parochi, & Minimi ex Privilegio Julii II. & omnes Mendicantes, & eorum privilegia communicantes, ex Pio V. & Religiosi Societatis Jesu ex duabus Bullis Pauli III. annorum 1545. & 1549. præterquam in Festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ, tempore scilicet quo ex præcepto Ecclesiæ tenentur sæculares communicare, Miranda *in manuali tom. 1. quæst. 42. art. 1.* Rodriguez *quæst. regul. tom. 1. quæst. 56. art. 3.* Lezana *in summa quæst. regul. tom. 1. capit. 21. num. 8.* Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 21. disput. unica punct. 19. num. 1.* Villalobos *in sum. part. 1. tract. 7. dif. 47. numer. 3.* Fagundez *de Præcept. Eccles. Præcept. 3. lib. 3. cap. 2. num. 16.* Hieron. Roder. *in compend. quæst. regul. resolut. 127. num. 3.* Tambur. *de jure Abbat. tom. 2. disput. 5. quæst. 3.* Portell. *de dub. regul. verbo Sacramentorum administratio, num. 8.* Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episcop. & Regul. part. 2. quæst. 25. num. 2.* Augustin. Barbosa *de officio Parochi part. 2. cap. 20. num. 8.* Et etiam in ipso die Paschatis Resurrectionis Dominicæ possunt secundùm veriorem sententiam, omnibus illis communionem concedere, qui præcepto communionis Paschalis satisfecerunt, vel intentionem habent sequentibus diebus satisfaciendi, ut docent Doctores proximè laudati, Miranda *art. 2.* Emanuel. Rodriguez *art. 3.* Lezana *num. 8. vers. Qui autem*, Castro Palao *num. 2. & 3.* Villalobos *num. 4.* Fagundez *numer. 17. & 18.* Hieron. Roder. *numer. 5.* Tamburin. *num. 3.* Barbosa *num. 10.* Diana *resolut. moral. in coordinat. resol. 57.* Leander multis citatis *quæst. moral. tom. 2. tractat. 7. disput. 3. quæst. 20.*

131 Et ex privilegiis Nicolai V. & Sixti IV. Religiosi Minores, & qui cum ipsis communicant in privilegiis, existentes in Diœcesibus, ubi sunt approbati possunt omnium sæcularium quamtumcumque Diœcesum confessiones audire, & Carmelitæ ex Urbano IV. & Religiosi Societatis Jesu ex Bullis Pauli III. & Gregorii XIII. *& probatur ex Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 15.* Emanuel Rodriguez *in compend. quæst. regul. tom. 1. quæst. 64. art. 4.* Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. quæst. 44. art. 14. conclus. 2.* Lezana *tomo 1. in summa quæst. regul. cap. 19. num. 11.* Fagundez *de Præcept. Eccles. Præcept. 1. libr. 1. cap. 5.* Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 23. disput. unica punct.*

14. *a num. 6.* Villalobos *in summa part. 1. tract. 9. diff. 49. numer. 7.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 2. disp. 6. quæst. 13.* Augustin. Barbosa *de offic. Parochi part. 2. capit. 19. numer. 22. & 23. & decision. Apostol. 169. numer. 11.*

Sacramentum Extremæ Unctionis non possunt Sa- 132
cerdotes Regulares, ministrare, sine licentia Parochi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ *Clement. 1. de Privileg.* Augustt. Barbosa plures laudat *de potest. Episc. part. 3. alleg. 50. num. 96. & de offic. Parochi part. 2. cap. 22. num. 3.* Fermosin. *in capit. 1. quæst. 9. n. 12. de Sacra Unctione*, Leander. *quæst. moral. part. 1. tract. 4. disp. 4. quæst. 2.* Nisi in causa necessitatis absente Parocho, nam tunc id facere possunt, quia præsumitur adesse consensus Papæ, Episcopi, aut Parochi, ut ex Soto, & Sylvestro docent Lezana *in sum. quæst. regul. tom. 1. cap. 21. num. 10.* Miranda *in manu. Prælator. tom. 1. quæst. 49. art. 1.* Tambur. *de jure Abbat. tom. 2. disput. 7. quæst. 2.* Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 9.* Villalobos *in sum. part. 1. tract. 10. dif. 6. numer. 3.* Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 26. punct. 7. num. 5.* Diana *in coordinat. resolut. moral. part. 2. tract. 4. resolut. 25. num. 3. & resolut. 29. & part. 3. tract. 1. resol. 59. num. 5. 6. & 7.* Fermosinus *in cap. 1. quæst. 9. num. 10. 11. & 13. de Sacra Unctione.* Augustin. Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 50. num. 96. in fine, & de offic. Parochi part. 2. cap. 22. num. 6. in fine*, Leander *quæst. moral. part. 1. tract. 4. disp. 4. quæst. 3.*

Et idem dico de Communione per viaticum in ar- 133
ticulo mortis, quam Religiosi facere non possunt, Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 9. cap. 3. num. 13.* Villalobos *in sum. part. 1. tract. 7. dif. 47. num. 7.* Fagundez *de Præcept. Eccles. Præcept. 1. libr. 2. cap. 3. n. 19.* Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 31. disput. unica punct. 19. n. 1. & 8.* Leander *quæst. moral. tom. 2. tract. 7. disp. 3. quæst. 22.* Nisi in casu necessitatis, stante periculo decedendi sine viatico, nisi ipsi Religiosi administrent, nam stante ea necessitate, absente Parocho, possunt Religiosi Sacramentum Eucharistiæ tamquam viaticum fidelibus ministrare, quia tunc præsumitur Parochorum licentia, sic Rodrig. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 56. art. 5.* Suarez *tom. 3. part. 3. disp. 72. sect. 2. in fine, & tom. 4. de relig. tract. 10. libr. 9. cap. 3. à n. 11.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom. 1. cap. 21. num. 8. in fine*, Fagundez *de Præcept. Eccles. Præcept. 3. lib. 3. cap. 2. num. 19. & 20.* Villalobos *in summ. part. 1. tract. 7. dif. 47. num. 7.* Castro Palao *in oper. moral. part. 4. tract. 21. disput. unica punct. 19. num. 8.* Diana *resolut. moral. part. 5. tract. 3. resol. 51. & part. 9. tract. 9. resolut. 64. aliàs 63. & in coordinat. part. 2. tract. 2. resol. 61. & 62.* Leander *quæst. moral. 2. tract. 7. disp. 3. quæst. 23.*

Supradicta præjudicia procedunt in Ecclesiis sæcu- 134
laribus. Nam regulares habent privilegia de aliis Ecclesiis Regularium non ædificandis propè illas intra certos fines, Genuens. *in pract. Eccles. quæst. 197. in fine*, & notatum est *suprà num. 115.*

Ordo Cistercienſis ex concessione Urbani IV. apud 135
Compend. Cistercien. *verbo Ædificare §. fin.* habet privilegium, ut nulla ædificia construi possint infrà unum milliare ab Abbatiis, & locis Ordinis Cistercien. sub pœna excommunicationis, Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib. 2. cap. 12. num. 73.* Lezana *in sum. quæst. regular. tom. 4. verbo Monasteria, num. 19. vers. Item ex concessione.*

Ordo Carthusiensis ex Innocentio IV. habet privi- 136
legium *apud Compend. Mendicant. verbo Ædificare in fine*, ut infrà dimidiam leucam à terminis possessionum illius nec ædificare, nec possessiones acquirere licet, Portell. *de dub. Regul. verbo Monasterium, num. 1.* Hieron. Roder. *in compend. quæst. regul. resol. 55. numer. 5.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 5. num. 4. & 5.* Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. quæst. 33. art. 4. concl. 1.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom. 4. verbo Monasteria, num. 19. vers. Ex privilegio*, Augustt. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr. 2. cap. 12. num. 74.*

Fratres Minores habent privilegium ex Clemen- 137
te IV. confirmatum per Julium II. quo Mendicantes prohibentur ædificare de novo propè domus jam

conſtructas illorum, niſi infrà ſpatium terçentum cannarum per aerem menſurandarum, ubi aliàs rectè menſurari loci diſpoſitio non permittit, *compend. Religioſ. Mendicant. verbo Ædificare, numer.* 1. *&* 9. Portell. *de dub. Regul. verbo Monaſterium, n.* 1. Joan. de Cruce *de privileg. Regul. libr.* 2. *cap.* 9. *concluſ.* 3. Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 4. *verbo Monaſteria, num.* 19. *in princ.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 26. *numer.* 6. *& de jure Eccleſ. univ. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 72. Pat. Bruno *de privileg. Reg. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 6. *præpoſit.* 13. relatus à Diana *reſol. moral. in coordin. part.* 7. *tr. ct.* 1. *reſol.* 40. *num.* 12.

138 Fratres Prædicatores, & Carmelitæ habent privilegium ex Clemente IV. Confirmatum per Sixtum IV. Quòd non ſolum Fratres Mendicantes, verùm etiam alii quicumque Religioſi, & Eccleſiaſticæ perſonæ utriuſque ſexus propè domus illorum novas Eccleſias, & loca conſtruere, vel alia de novo recipere, & habere non poſſint infra ſpatium centum quadraginta cannarum per aerem numerandarum, vel aliàs per terram ubi commodè menſurari non poſſit. Et ſi quis cujuſvis conditionis, vel ſtatus aliter agere præſumpſerit, tàm ipſe, quàm auxilium, & favorem præſtantes ipſo facto incurrant ſententiam excommunicationis, & nihilominus cuncta, & ſingula ab eis facta pro infectis habeantur, *Compend. privileg. Regul. verbo Ædificare, n.* 19. Rodrig. *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 49. *art.* 5. *verſ. Quo privilegio, & in collect. privileg. Regul. fol.* 209. *ſub num.* 79. Miranda *tom.* 1. *quæſt. regul.* 33. *art.* 4. *concluſ.* 3. Portell. *de dub. Regul. verbo Monaſterium, num.* 3. Auguſtin. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 76. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 4. *verbo Monaſteria, num.* 19. *verſ. Inſuper, & tom.* 5. *part.* 2. *ſub num.* 79. *fol.* 519. Rota apud Rojas *deciſ.* 327. *n.* 1. *& deciſ.* 356. *in princ.* & apud Dianam *reſol. moral. in coordin. tom.* 8. *deciſ.* 62. *in princ. & deciſ.* 75. *in princ.* Mantica *deciſ.* 163. *ſub num.* 1.

139 Quælibet iſtarum cannarum debet obtinere longitudinem octo palmorum non obſtante varia locorum conſuetudine, Miranda *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 33. *art.* 4. *concluſ.* 1. Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr.* 2. *cap.* 12. *n.* 75. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 4. *verbo Monaſteria, num.* 19. *verſic. Primò.*

140 Quæ quidem privilegia Fratrum Prædicatorum, & Carmelitarum communicata, & principaliter conceſſa fuerunt Patribus Theatinis à Clemente VII. Et aliis Summis Pontificibus, Rota apud Rojas *dec.* 317. *num.* 2. *& deciſ.* 356. *num.* 1. & apud Dianam *reſol. moral. in coordinat. tom.* 8. *deciſ.* 62. *verſ. Præfatum, & latè deciſ.* 75. *verſ. Quod quidem*, Peregrin. *in compend. privilegior. Clericor. Regul. verbo Ædificare* §. 1. relatus à Diana *reſolut. moral. in coordinat. part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 20. *num.* 13.

141 Et privilegio Clementis IV. *de quo ſuprà n.* 138. gaudent alii Mendicantes habentes communicationem cum privilegiis Mendicantium, Auguſtinus Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 72. *in fine*, Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 3. Campanile *in diver. jur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 81. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 4. *verbo Monaſteria, n.* 20. *verſ. Tertio nota*, Rojas *dec.* 327. *num.* 3. Diana *reſol. moral. in coordinat. deciſ.* 62. *verſ. Non obſtat, quod dicta communicatio*, Larrea *deciſ.* 97. *num.* 19.

142 Aliqui putant privilegium conceſſum ſuper diſtantia 300. aut 440. cannarum non eſſe in uſu in Civitatibus magnis, dum in illis valent plura Monaſteria Mendicantium vivere ob affluentiam eleemoſynarum, Sorbol. *in compend. privileg. regul. verbo Ædificare in annotat. verſ. Quoad diſpoſitionem*, Rojas *deciſ.* 337. *n.* 4. *& deciſ.* 356. *num.* 4. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 3. *ſub n.* 2. Diana *reſol. moral. in coordin. tom.* 8. *deciſ.* 62. *verſ. Minus obſtat*, Pat. Brun. *de privileg. regul. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 6. *præpoſit.* 13. relatus ab eodem Diana *reſol. moral. in coordin. part.* 7. *tract.* 1. *reſolut.* 29. *n.* 13. Peyrinis *in formul. regul. in fine*, *n.* 3. *fol.* 524. *& tom.* 1. *privileg. Minimor. in conſtit.* 7. *Julii II.* §. 1. *num.* 1. Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 26. *ſub num.* 6.

143 Cæterùm reſpectu diſtantiæ 300. cannarum verum eſt, quòd dictum privilegium non eſt in uſu in Civitatibus magnis, Rojas *deciſ.* 356. *n.* 6. at reſpectu diſtantiæ 140. cannarum, hujuſmodi privilegium eſt in uſu in Civitatibus magnis, Confector. *in libr. de privileg. Mendicant. tit.* 3. *cap.* 3. Campanile *in diver. jur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 28. *verſ. Sorbus autem, & verſ. Attamen*, Miranda *in manu. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 33. *art.* 3. Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 10. Rojas *deciſ.* 327. *num.* 5. *& deciſ.* 356. *à numer.* 8. Diana *reſol. mor.al. in coordinat. part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 20. *à num.* 13. *& part.* 8. *deciſ.* 62. *verſ. Attamen, & deciſ.* 75. *verſic. Poſtremo non obſtat*, & experientia Romæ didici, quòd quando Regulares reclamant prædicta privilegia oſtendentes, de ea re audiuntur, Lezana *in ſum. quæſt. regul. verbo Monaſteria, n.* 20. *verſ. Notandum ſecundò.* Et Patres Theatini, quoties caſus evenit, hujuſmodi privilegio tàm in judicio, quàm extra uſi fuerunt, & pro ejus obſervantia tres obtinuerunt deciſiones Rotæ, Januenſis privilegiorum, primam 24. Januarii 1647. Secundam 24. Januarii 1648. Tertiam 28. Junii 1649. quas referunt Paſqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Epiſc. & Regul. part.* 1. *tit. in quibus Regulares ſubdantur Epiſcopus, n.* 18. *verſ. Debent*, Farinac. *deciſ.* 676. *num.* 11. *part.* 1. *recent.* Rubeus *dec.* 87. *part.* 4. *recent.* Rojas *deciſ.* 327. *&* 356. Diana *reſol. moral. in coordin. part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 20. *n.* 14. *&* 15. *& part.* 8. *deciſ.* 62. *verſic. Sed quod ceſſat, & deciſ.* 75. *verſ. Tertio quia*. Hacque de re emanavit declaratio Sacræ Congregatiouis Cardinalium in controverſia inter Fratres Ordinis Sancti Dominici, & Fratres Sancti Auguſtini Congregationis Lombardiæ ex una, & Fratres Carmelitas Deſcalceatos Saonen. ex altera die 14. Decembris 1635. quam extensè referunt Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 1. *alleg.* 26. *n.* 6. *verſ. Hac de re*. Pignatell. *conſult.* 177. *n.* 22. *in fine tom.* 1. Quibus additur Rota in Januen. Domorum 20. Decembris 1610. coram Patriarca Manzanedo, in qua fuit dictum, Regulares conſtruentes ſemel domum intra 140. cannas à Monaſteriis, & domibus aliorum Regularium, ipſis ſcientibus, & patientibus, acquirere quaſi poſſeſſionem contra illud jus generale, quod habent Religioſi prohibendi, ne intra 140. cannas ab eorum domibus Monaſteria conſtruantur, referunt Ferentil. ad Burat. *dec.* 691. *num.* 14. Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 26. *n.* 6. *verſ. Adde*.

Alii exiſtimant, prædictum privilegium diſtantiæ 144
140. cannarum eſſe revocatum per conſtitutiones noviſſimas Clementis VIII. la 99. Gregorii XV. la 31. Urbani VIII. la 25. Rojas *deciſ.* 356. *num.* 5. quas conſtitutiones referunt Auguſtin. Barboſa *in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 3. *n.* 34. *& de jure Eccleſ. univ. libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. *&* 15. *& de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 7. *& deciſ. Apoſtol.* 503. *n.* 1. *&* 15. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 34. *&* 35. *& tom.* 3. *verbo Epiſcopus, num.* 3. *& tom.* 4. *verbo Monaſteria, num.* 2. 4. *&* 17. Paſqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Epiſc. & Regul. tit. Convent. nova fundat. num.* 399. 400. *&* 401. Diana *reſol. moral. in coordinat. part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 20. *à num.* 1. *ad* 6. Pignatell. *conſult.* 177. *à n.* 1. *tom.* 1. Sed verum non eſt, quòd hujuſmodi privilegium diſtantiæ 140. cannarum ſit per dictas conſtitutiones revocatum. Quia in dictis conſtitutionibus Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII. nulla fit mentio, nec verbum quoddam de dicta diſtantia 140. cannarum, ſic Rota apud Rojas *deciſ.* 327. *num.* 10. *& deciſ.* 356. *num.* 12. *verſ. Nec ſubſiſtit*, & apud Dianam *reſol. moral. in coordin. tom.* 8. *deciſ.* 62. *verſic. Nec eſt dicendum, & deciſ.* 75. *verſic. Præterea non ſubſiſtit*.

Sed prædictum privilegium diſtantiæ 140. cannarum 145
non procedit in Patribus Societatis Jeſu, qui habent privilegium, ut poſſint ædificare intra 140. cannas prope alios Conventus, ex Pio IV. Et licèt fuerit revocatum per Pium V. fuit tamen revalidatum à Gregorio XIII. conſtitutione 39. Incipiente Salvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti, in Bullario Cherubini *tom.* 2. *fol.* 406. *col.* 2. ut habetur in compendio privilegiorum Societatis Jeſu *verbo Ædificium* §. 3. & docent Sorbus *in compend. privileg. Mendicant. verbo Ædificare*, §. *confirmata*

firmata est, Portell. *de dub. Regul. verbo Monasterium*, *num.* 3. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 3. *n.* 1. *&* 6. Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 41. *num.* 195. *& libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 77. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 4. *verbo Monasteria*, *n.* 19. *vers. Jesuitæ*, *& num.* 20. *vers. Illud tamen*, Diana *resol. moral. in coordinat. part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 20. *sub num.* 12.

146 Eodemque privilegio gaudent Patres Theatini, ut docet Peregrin. quem refert, & sequitur Diana *resol. moral. in coordin. part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 20. *n.* 13. Item, & Minimi ex privilegio Julii II. apud Peirinis *tom.* 1. *in constit.* 7. *Julii II.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 4. *verbo Monasterio*, *n.* 16. *vers. Item Minimi*, *& num.* 20. *vers. Quod idem*. Item Fratres Carmelitæ Discalceati ex Gregorio XV. apud Ildefons. à Jesu Maria *in privilegiis Fratrum Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo fol.* 304. August. Barbosa *decis. Apost.* 367. *num.* 16. qui licèt addat respectu Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, hujusmodi licentiam, quæ nondum effectum est sortita, revocasse Urbanum VIII. dicta constitutione 25. Incip. Romanus Pontifex 28. Augusti 1624. & meminere Joan. Mari. Novarium *in lucerna Carmelitarum*, *verbo Carmelitæ*, *num.* 11. Tamen quod attinet ad revocationem dictæ Constitutionis Gregorii XV. nullum verbum legitur in constitutione prædicta Urbani VIII. de distantia cannarum, ut in ea est videre, quam referunt Doctores citati *num.* 144.

147 Monasterium, & Ecclesia Beatæ Mariæ de Monserrato in Cathalonia habet privilegium Urbani VIII. in forma Brevis sub die 7. Junii 1630. per quod prohibet, ne quis alia Mendicantium Monasteria, Domus, seu Conventus, aut alia Regularia loca, etiam vigore, seu prætextu quorumque privilegiorum per tres leucas circum circa Monasterii, & Ecclesiæ, Sanctæ Mariæ de Monserrato, sine expressa Abbatis, & Monachorum prædicti Monasterii pro tempore existentium licentia, construat, fundet, aut alias quomodolibet erigat, vel instituat, refert Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 3. *num.* 8. & ex eo August. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 77. *in fine*, remissivè Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 4. *verbo Monasteria*, *num.* 20. *in fine*.

148 Est tamen advertendum, quòd privilegia distantiæ 140. cannarum loquuntur tantùm de nova erectione, & ædificatione novarum Ecclesiarum, & novorum Monasteriorum, non autem de ampliatione jam erectorum, Rota apud Manticam *decis.* 163. Rojas *decis.* 327. *n.* 1. *in fine*. Adeò quòd si sit Ecclesia antiqua, & nova fiat, non potest dici Ecclesiæ novæ constructio, sed potius veteris ampliatio, quia novum non dicitur, quod antea fuit, sic Mantica *decis.* 163. *num.* 4. *&* 5. & non est nomen Ecclesiæ erectio, sed prioris translatio, sic Pasqualig. ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. tit. Convent. nova fundatione quæst.* 1. *n.* 409. Quidquid reclamet Pignatel. *consult* 177. *numer.* 24. *tom.* 1. Nam Doctores ab eo citati tale non dicunt, & Bordonus stat pro nostra opinione *var. part.* 3. *resol.* 136. *num.* 21. *&* 22.

149 Sicuti dicitur de licentia Episcopi, quæ requiritur in fundatione, & constructione novi Monasterii Religiosorum ex ordinibus approbatis jam à Sede Apostolica, ut ego probavi *decis.* 42. *num.* 12. *part.* 2. Pignatellus *consult.* 177. *à num.* 1. necessaria non est pro ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, quia additamentum dijudicatur, sic ut antiqua Ecclesia, aut antiquum Monasterium, cui additur, & jura requirentia solemnitates, & licentias procedunt in erectione, & constructione Ecclesiarum, & Monasteriorum, non autem in ampliatione jam erectorum, *cap. fin. de concess. præbend. in* 6. *c.* 1. *de excess. Prælat. in* 6. sic Rodrig. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 49. *art.* 9. Alter Rodrig. *in compend. resol.* 55. *n.* 10. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 4. *verbo Monasteria*, *numer.* 34. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 1. *num.* 9. Mantica *decis.* 131. *tota*. Suar. *de censur. disp.* 23. *sect.* 5. *num.* 33. August. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 6. *in fine*, *& de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 9. *in fine*. Donat. *in praxi regul. tract.* 1. *quæst.* 23. *num.* 1. Ventriglia *in praxi adnotat.* 18. *n.* 24. Cespedes *de exempt. regul. cap.* 1. *dub.* 10. *n.* 3. Lauretus de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. quæst.* 2. *n.* 411. ubi Pasqualig. *num.* 412. Pignatell. *consultat.* 177. *num.* 15. *& num.* 22. Ubi dicit hæc magni ponderis esse viderique vera, præsertim si in prima fundatione obtenta fuerit utraque licentia.

Sicuti etiam dicitur, de licentia Episcopi, quæ re- 150
quiritur in mutatione, seu translatione Monasterii de uno loco in alium, ut ego cum aliis dixi *decis.* 42. *n.* 14. *part.* 2. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. *& tom.* 4. *verbo Monasteria*, *num.* 32. Tusch. *pract. conclus. littera M. concl.* 195. *à num.* 1. Larrea *decis.* 97. *à num.* 15. *& plures laudat. n.* 24. *&* 25. Laurer. de Franchis *controv. inter Episc. & Regul. tit. Convent. nova fundat. quæst.* 1. *num.* 403. ubi Pasqualigus alios addit *num.* 404. Diana *resol. moral. in coordin. part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 21. *num.* 1. Procedit, ut non possit mutari Monasterium de uno Oppido, aut Civitate ad aliam sine licentia Episcopi, at verò intra eamdem Civitatem, & oppidum benè potest Monasterium mutari, & transferri sine licentia Episcopi ratione privilegiorum, quæ regulares habent pro hujusmodi mutatione, & translatione, ex Clemente IV. & Sixto IV. minores, ex eodem Sixto IV. Prædicatores, ex Julio II. Minimi, ex Pio II. Benedictini Vallisoletani, ex Sixto V. Benedictini Portugaliæ, & illis uti possunt communicantes in Privilegiis, quibus non derogatur per Constitutiones Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII. suprà relatas *n.* 144. nec per Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de regular. cap.* 3. sic tradunt Miranda *in manu. Prælat. tom.* 1. *qu.* 33. *art.* 2. *concl.* 2. Rodrig. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 49. *art.* 4. *&* 9. Alter Rodrig. *in compend. quæst. regul. resol.* 55. *n.* 4. Portell. *in dub. regul. verbo Monasterium*, *n.* 7. *& in addit. eodem verbo num.* 3. Diana *resol. moral. in coordin. part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 21. *num.* 2. Bordon. *decis. miscel.* 125. *vers. Requiri*, Antonel. *de regi. Eccles. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 6. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 35. *in fine & tom.* 4. *verbo Monasteria*, *n.* 32. *vers. Nihilominus*, *& num.* 33. 37. 38. 39. 40. *&* 46. *vers. ego verò*, August. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 2. *cap.* 12. *vers. nec requirit*, *& num.* 69. 70. *&* 71. *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 26. *num.* 8. Novari *nova jur. Pontif. conclus.* 2. Baron. *in annotat. ad singul.* 12. *n.* 11. Tambur. *de jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 4. *num.* 2. *&* 3. Novar. *tit. de Monaster. ædificat. super Bulla Urbani VIII. n.* 5. Bordon. *var. part.* 3. *resol.* 136. *num.* 21. *&* 22. Tondut. *quæst. benef. cap.* 13. *num.* 7. Cespedes *de exempt. regul. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul part.* 1. *tit. in quibus regulares subdantur Episcopis*, *n.* 18. *vers. quia tamen*, *& tit. Convent. nova fundat. quæst.* 2. *n.* 404. Peyrinis *tom.* 2. *privileg. minim. in constit.* 6. *Gregorii XV. & tom.* 3. *capit.* 11. *numer.* 18. quidquid dicat Donat. *in prax. regul. tom.* 1. *de Monaster. tract.* 1. *quæst.* 26. *n.* 6. & contrarium decisum referat Laurent. *decis.* 97.

Verum est, quòd Doctores limitant dicta *num.* 149. 151
& 150. si ratione ampliationis inferatur alicui præjudicium, quia scilicet non servaretur debita distantia concessa per privilegia, aut alio modo, nam tunc est censenda prohibita prædicta ampliatio Monasterii, quia esset ita qualificata, ut excederet facultatem simplicem ampliandi, sic Thesaur. *in prax. Eccles. verbo Religiosas domos*, *cap.* 1. *in fine*, Ventriglia *in praxi adnotat.* 28. *n.* 24. Pignatell. *consult.* 177. *num.* 26. *tom.* 1. Pasqualig. ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 1. *tit. Convent. nova fundat. quæst.* 2. *num.* 413. & idem quando mutatio, & translatio Ecclesiæ, Monasterii de uno loco ad alium intra eamdem Civitatem, & Oppidum est præjudicialis aliis Ecclesiis, aut Monasteriis, ratione majoris propinquitatis, nam tunc etiam censetur prohibita, Rodriguez *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 49. *art.* 9. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 35. *in fine*, *& tom.* 4. *Verbo Monasteria*, *num.* 33. *vers. Si tamen*, Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part.* 1. *tit. in quibus regulares subdantur Episcopis*, *num.* 18. *vers. Quia tamen in fine*, *& tit. Convent. nova fundat. quæst.* 1. *n.* 410. abundè Pignatel. *consult.* 177. *num.* 16. *&* 22. *tom.* 1. Donat. *in prax. regul. tom.* 1. *de Monast. tract.* 1. *quæst.* 26. *à num.* 6.

152 Sed hæc limitatio intelligenda est, ut non quodlibet præjudicium sufficiat in ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii, & in mutatione, & translatione ejusdem de uno loco ad alium intra eamdem Civitatem, & Oppidum, ut sentit Lezana *tom. 4. in sum. quæst. regul. Verbo Monasteria, n. 33.* ibi: *Aut alterius causæ*, quia illud est per accidens, & non fit diminutio eleemosynarum, & sic non attenditur, Doctè ait Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. p.rt. 1. tit. Convent. nova fundat. quæst. 1. num. 407.* Sed solùm quando præjudicium est ratione majoris propinquitatis ad alias Ecclesias, aut ad alia Monasteria, ob non servatam distantiam 140. cannarum, Rodrig. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 49. art. 9.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom. 1. cap. 9. num. 35. in fine*, Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episc. & Regul. part. 1. tit. in quibus Regulares subdantur Episcopis num. 18. vers. Quia tamen in fine, & tit. Convent. nova fundat. qu. 1. num. 410.* Larrea *decis. 97. num. 27. in fine*.

153 Et quamvis limitatio tradita *num. 151.* esset absolutè vera, absque subintelligentia relata *n. 152.* Rector Parochialis non potest contradicere, quia omnia jura Parochialia sunt ei in prima Ecclesiæ erectione reservata, Mantica *decis. 131. num. 5. vers. Neque*, Luca *libr. 12. cap. 3. de Paracho, & Parochiis discurso 29.* & limitatio non adaptatur Religioni Societatis Jesu. Tum quia Societas Jesu habet privilegium ut possit ædificare intra 140. cannas propè alios Conventus, *ut est dictum suprà num. 145.* & idem est in aliis Religionibus simile privilegium habentibus, *ut suprà num. 146.* Tum quia in Collegiis Societatis Jesu nullus non Religiosus ex eisdem sepelitur, nisi rarò, nec eleemosynæ pro missis, & aliis officiis admittuntur, *ut dixi suprà num. 112.*

154 Sed quid in reædificatione, an Monasterium possit reædificari sine consensu Episcopi, & solemnitate Decretorum Summorum Pontificum? Communis est distinctio, quòd si Monasterium non sit totum dirutum, non requiritur in ejus reædificatione licentia Episcopi, & solemnitas Decretorum Summorum Pontificum; si autem Monasterium sit in totum dirutum, requiritur in ejus reædificatione licentia Episcopi; & solemnitas Decretorum Pontificum, quia tunc est nova ædificatio. Et dicitur Monasterium in totum dirutum, quando ita est funditus eversum, ut neque remaneant fundamenta, sic *gloss. in can. de Monachis 18. quæst. 2.* Afflictis *dec. 392. num. 14.* ubi Ursillis *num. 3. & 4.* Boer. *decis. 44. num. 4. & 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 432. à num. 6. tom. 3.* Magon *dec. Lucen. 19. num. 10.* Aponte *de potest. Proreg. tit. 2. de abundat. Civit. num. 19. & 20.* Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr. 2. cap. 2. n. 46. & 49. & cap. 12. sub n. 78.* Pellicton *illust. quæst. 26.* Baronius *in annotat. ad singul. 12. num. 5.* Novarius *in pragmat. 2. collect. 2. num. 2. 3. & 4. de ædificiis prohibitis*, alter Novarius *in sum. bullar. part. 1. tit. de Monast. ædif. in 9. limit.* Cespedes *de exempt. regul. cap. 1. dub. 10. num. 1.* Donat. *in praxi rer. regul. part. 2. tit. 1. de ædif. Monast. quæst. 23.* Pignatel. *consult. 177. n. 23. tom. 1. num. 1.* Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controvers. int. Episcop. & Regul. part. 1. tit. Convent. nova fundatione num. 489.*

155 Et quamvis hæc distinctio communis sit, inquit verum Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episcop. & Regul. part. 1. titul. Convent. nova fundat. num. 490.* non tam considerandum esse Monasterium secundùm materiale fabricæ, sed secundùm formale habitationis Religiosorum, & parum videtur referre ad ea, si cæteris potest provenire præjudicium, quòd Monasterium sit, vel non sit in totum dirutum, cum fieri possit, quòd sit in totum dirutum, & tamen religiosi ibi degentes retineant sua jura habitandi, & administrandi Sacramenta, ut si ratione belli in totum dirueretur Monasterium. Et ideo concludit, quòd si ex totali dirutione Monasterii amiserunt Religiosi sua jura habitandi, Sacramenta ministrandi, & alias Ecclesiasticas functiones exercendi, non possunt recuperare Monasterium sine consensu Episcopi, & cæteris solemnitatibus, quia esset nova constructio: si autem non amiserunt, possunt religiosi sine solemnitatibus reædificare Monasterium, quia sicuti retinent jus ad habitandum, ita etiam ad erigendum dirutum Monasterium.

Et an licentia Episcopi sit necessaria, quando Re- 156
gulares, qui sponte dimiserunt Monasterium volunt illud reassumere? quia iste casus rarò contingit, videndi sunt Rodriguez *tom. 2. quæst. regul. quæst. 49. art. 9.* Miranda *tom. 1. in manu. Prælat. quæst. 33. art. 5. concl. 1.* Peirinis *de privileg. ad constit. 6. Gregor. XV. n. 2.* Cherubin. *in compend. Bullar. constitut. 99. Clement. VIII. schol. 2.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom. 4. Verbo Monasteria, num. 46.* Cespedes *de exempt. regul. c. 1. dub. 13.* ad quem se refert Baron. *de citat. tom. 3. in annotat. ad singul. 13. num. 6.* Donat. *in praxi rer. regul. part. 2. tit. de Monast. ædifican. quæst. 39. n. 6.* Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episcop. & Regul. part. 1. tit. Convent. nova fundat. num. 491. 492. & 493.*

An etiam licentia Episcopi sit necessaria pro ædifi- 157
cando Monasterio in loco exempto? videndi sunt Prætis *de jurisdict. Episc. cap. 1. n. 3. 4. & 7.* Cochier. *de jurisd. ordin. in exempt. part. 1. quæst. 36. n. 1. & part. 2. qu. 45. num. 36.* Cespedes *de exempt. regul. cap. 1. dub. 17. num. 2.* Novar. *in pract. jur. Pontif. concl. 10. num. 5.* Riccius *decis. 168. part. 3.* Donat. *in praxi rer. regul. part. 2. de Monast. ædif. quæst. 41.* Augustin. Barbosa *in cap. auctoritate numer. 3. de privileg. in 6. & de potestate Episcop. part. 2. alleg. 26. num. 3. in fine*, Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episcop. & Regul. part. 1. tit. Convent. nova fundat. num. 494. 495. & 496.*

His præmissis, accedo ad quæstionem in decisione 158
propositam. In qua prima est opinio, quòd Judex sæcularis nullum habet arbitrium in proferendo sententiam, moderando leges, vel canones, aut contra communes Doctorum opiniones pronuntiando in præjudicium Religionis. Quia arbitrium Judicis debet esse juri consonum, *can. nunc. autem 26. disc.* nec potest aliter arbitrari, quàm jura, & scribentium auctoritas suadeat, Bellamera *decis. 748.* Sed derogare legibus, & communi opinioni ad favorem Religionis non est potestatis sæcularis, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* ergo nullo modo potest Judex sæcularis juxta opinionem Covarruvias, & aliorum suprà relatorum *num. 74. & 82.* in præsenti causa arbitrari, an possit Vicinus cogi ad accedendum, consideratis circumstantiis, ad movendum arbitrium, sed secundùm Doctorum sententiam & consuetudinem judicandi sententiam proferre, sic Martha *de jurisdict. part. 4. casu 171. num. 8. 9. & 10.* Lauret. de Franchis *controv. int. Episcop. & Regul. part. 1. tit. Convent. nova fundat. quæst. 13. num. 450.* Sperell. *decis. 58. num. 18. part. 1.* ubi *vers. Quinimo*, addit, quòd nec Judex Ecclesiasticus recedere debet à dicta communi opinione, nisi ex maxima causa, & cum magna circumspectione, ut processit Rota Tribunal supremum cum grano Salis *in decision. 372.* apud Farinac. *part. 1. recentior.*

Secunda est opinio, quæ verior est, quòd Judex sæ- 159
cularis habet arbitrium ad judicandum secundum æquitatem circa coactionem venditionis domus, vel fundi pro constructione, ampliatione, vel reparatione Ecclesiæ, vel Monasterii. Quia totum hoc privilegium fundatur *in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer.* quæ est valdè exorbitans, & debet accipi cum magna æquitate, *ut est dictum num. 74.* & ideo relinquitur Judici arbitrium ad judicandum secundùm æquitatem habita ratione circumstantiarum. Quod etiam judicatur *in dicta l. si quis sepulchrum, vers. Præses, ff. de relig. & sumpt. funer.* alioquin contingere potest, quòd quis magnum detrimentum pateretur ex causa aliquando non necessaria contra omnem æquitatem, ac proinde ita sentiunt Covarr. *lib. 3. var. cap. 14. in fine*, Guzman *de evict. quæst. 52. n. 56.* Thesaurus *quæst. for. 64. num. 9. libr. 1.* Morla *in emp. jur. part. 1. tit. 9. quæst. 1. num. 7. vers. In quare*, Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 1. part. 2. n. 120.* Giurba *decis. 86. num. 10.* Gratian. *discept. forens. cap. 742. num. 25.* Hermosilla ad Greg. Lopez *l. 5. gloss. 1. tit. 5. part. 3. tom. 2.* Antonel. *de reg. Eccles. libr. 1. capit. 2. num. 3.* Rota *decis. 402. num. 3. & seq. part. 3. recentior.* & per prædicta sic resolvit Pasqualigus ad Lauret. de Franchis *controv. int. Episcop. & Regul. part. 1. tit. Convent. nova fundat. quæst. 13.*

quæst. 13. *num.* 451. quibus adjungendi sunt plures alii citati *num.* 76. *&* 84. & secundùm hoc arbitrium fuit practicatum, & observatum in Senatu Neapolitano referunt Aponte *de potest. Proreg. tit.* 2. *de abundan. Civitat.* §. 4. *numer.* 18. *in fine*, Thoro *in compend. decision. part.* 2. *Verbo Ampliatio fol.* 13. *&* 14. & per Judices delegatos à Prorege Regni Siciliæ tradunt Giurba *dec.* 86. *num.* 14. Guzman *de evict. quæst.* 52. *num.* 62. & per Senatum Luzitaniæ apud Cabedo *decis.* 105. *num.* 10. Bandell. *cons.* 119. ubi ait quòd hoc etiam ligat Clericos, refert Bellonus *de potest. eorum quæ fiunt incontinenti libr.* 1. *cap.* 134. *sub num.* 5.

160 Quæro 1. an coactus vendere teneatur se obligare de evictione? Resp. quòd non, *l. qui hæres erat* 50. *ff. famil. erciscun. gloss.* 1. *in l. emptori duplum*, *ff. de evict.* Manent. *decis.* 13. *num.* 33. Guzman *de evict. quæst.* 53. *num.* 6. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 90. Rodoer. ad Marinis *libr.* 1. *resol. jur. cap.* 18. *num.* 163. *&* 164. Giurba *decis.* 55. *num.* 20. Luca ad Franchis *decis.* 277. *num.* 6. Cirocchus *discept.* 19. *numer.* 67. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 27. *gloss.* 5. *n.* 6. *fol.* 184. *pag.* 2. *tom.* 2. nisi ad pretii restitutionem, Bartol. *in l. item verberatum* §. 1. *ff. de rei vindicat.* Manent. *decis.* 13. *num.* 33. Guzman *de evict. quæst.* 53. *num.* 7. Rodoer. ad Marinis *resol. jur. libr.* 1. *cap.* 108. *num.* 65.

161 Quæro 2. an laudimium solvendum sit domino directo, quando Ecclesia utitur suo privilegio cogendi emphyteutam ad vendendum domum, vel fundum pro constructione, reædificatione, vel ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterii? Resp. quòd sic, ex latè adductis per Guttierr. *de gabel. quæst.* 22. *à num.* 7. *Signanter à n.* 10. Lara *de anniver. lib.* 1. *cap.* 20. *à num.* 11. Lazarte *de decima vend. cap.* 19. *à n.* 100. Manent. *post suas decisiones consil.* 128. 129. *&* 130. quidquid dicant Parlador. *rer. quotidian. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *à numer.* 17. Novar. ad Franchis *decis.* 277. Surd. *decis.* 325. *numer.* 28. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 81. *in fine*, *& alii*, quia contra eos, & alios est verior sententia quam latè probat Fontanella *decis.* 278. *à num.* 10. *&* *decis.* 279. *à n.* 1. *ad* 15. *part.* 1. Hermosilla ad Gregor. Lopez *l.* 3. *gloss.* 6. *à n.* 2. *fol.* 17. *pag.* 2. *tom.* 2. Luca ad Franchis *dec.* 277. *num.* 3. 4. *&* 5. Marinis *resol. jur. libr.* 1. *cap.* 35. *num.* 23.

162 Sed per quem est solvendum laudimium, an per Ecclesiam emptorem, vel an per venditorem? Resp. quòd ubi emptor debet solvere laudimium, prout de jure com-
163 muni † laudimium debet solvi ab emptore, seu novo acquisitore rei feudalis vel emphyteuticariæ, *gloss. in l. fin. verbo accipere ubi Jason. num.* 41. *C. de jure emphyt. l. non debet*, *ff. de ædil. edicto*, Aponte *de laudim. qu.* 9. *num.* 1. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 12. *num.* 7. Solsona *in lucerna laudim. prælud.* 5. *n.* 1. Despujol ad Mieres *verbo laudimium feudi fol.* 111. Peguera *in constit. Item ne super laudemio vers. Primo n.* 129. *&* *vers.* 51. *n.* 51. Fontan. *dec.* 279. *num.* 16. *part.* 1. Roderic. *de annu. reddit. lib.* 2. *quæst.* 4. *à n.* 1. Castro Palao *part.* 7. *de just. & jure*
164 *tract.* 32. *disp.* 6. *punct.* 25. *n.* 5. *fol.* 493. Quod etiam † procedit de jure Cathaloniæ, *ex constit. Item ne super laudemio*, *in fine*, *vers. Lo dit empero lluisme*, *ò foriscapi per lo comprador tit. de dret emphyt.* Solsona antiquos practicos citat *in lucerna laudim. prælud.* 5. *n.* 1. Peguera *in constit. Item ne super laudemio vers.* 1. *num. & vers.* 51. *num.* 1. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 12. *num.* 27. *vers. Hic etiam*, Ripoll. *var. cap.* 7. *n.* 255. *&* 256. Eo tunc Ecclesia seu Monasterium emens domum feudalem, vel emphyteuticariam pro ejus constructione, vel am-
165 pliatione, laudimium solvere tenetur. Si autem † venditor debet solvere laudimium prout in Civitate Barcinonæ laudimium solvi debet per venditorem, juxta sententiam arbitralem latam per Regem Jacobum II. & Episcopum Valentiæ in Clerum & Cives Barcinonæ pro exsolvendis laudimiis, *quæ est in volum.* 2. *constit. tit. de dret emphyteutic.* Solsona *in lucerna laudim. prælud.* 4. *num.* 7. 11. *&* 19. *&* *prælud.* 5. *num.* 3. Ripoll. *var. resol. cap.* 7. *num.* 251. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 12. *num.* 27. *vers. Hoc etiam*, Fontanella *decis.* 279. *num.* 17. *&* 20. *part.* 1. prout etiam in Regno Castellæ *ex l.* 1. *tit.* 17. *libr.* 9. *recopil.* Roderic. *de annu. reddit. libr.* 2. *quæst.* 4. *num.* 8. Menchaca *controv. usu frequen. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 18. Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *sub n.* 20. Castro Palao *part.* 7. *de just. & jure tract.* 32. *disp.* 6. *punct.* 25. *num.* 5. *fol.* 493. Vel ubi inter partes, ita sit conventum, vel sit loci consuetudo solvendi laudimium per venditorem, Peguera *in constit. Item ne super laudemio vers.* 51. *num.* 2. *&* 3. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 11. *vers. Hoc etiam*, Eo tunc Ecclesia vel Monasterium emens rem feudalem, vel emphyteuticariam pro ejus constructione, vel ampliatione non tenetur solvere laudimium, sed venditor illud solvere debet, Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 121. & observatum referunt Ripoll. *var. resolut. cap.* 7. *num.* 274. Fontanella *decis.* 279. *à num.* 19. *ad* 21. *part.* 1.

Sed scias, quòd quando Ecclesia, vel Monasterium 166
pro ejus constructione, vel ampliatione emit rem feudalem, vel emphyteuticariam, non tenetur evacuare, sed eam amortizare, quia amortizatio hoc casu est necessaria, & ei tenetur dominus consentire, Solsona *in stylo capibreviandi fol.* 78. *num.* 1. Marchus *decis.* 535. *num.* 6. Oliba *de jure fisci cap.* 7. *num.* 30. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 12. *à num.* 24. *&* *decis.* 279. *num.* 21. *part.* 1. Et quomodo isto casu sit practi- 167
canda amortizatio, videndi sunt Solsona *in stylo capibreviandi fol.* 76. *à num.* 2. *&* *fol.* 84. *num.* 1. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 4. *gloss.* 12. *n.* 23. *&* *gloss.* 18. *part.* 1. *num.* 82. *&* *decis.* 279. *à num.* 22. *&* *decis.* 281. *num.* 9. *part.* 1. Ripoll. *var. resol. cap.* 7. *à n.* 138. *ad* 148. Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *cap.* 46. *num.* 5. Reg. Leo *decis.* 77. *lib.* 1. Dominus Vice-Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 206. *n.* 10. *&* 15. Rota de annis 1639. & 1640. apud Marinis *resolut. jur. lib.* 1. *cap.* 35. *à num.* 18. *usque ad finem*, Luca ad Franchis *decis.* 277. *num.* 5. Reg. Mattheu *de regim. Regn. Valent. cap.* 2. §. 5. *à num.* 111. *cum plurib. sect.*

ARGUMENTUM.

Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Archiepiscopi, Episcopi, & aliæ personæ, tàm Ecclesiasticæ, quàm Sæculares, quo titulo illustrentur, & decorentur litteris, & provisionibus Regius per Cancellariam expeditis.

SUMMARIUM.

1 *Cardinales quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
2 *Archiepiscopi quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis, num.* 2. *&* *quo per alia tribunalia, num.* 3.
4 *Episcopi quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis, n.* 4. *&* *quando antea fuerunt Archiepiscopi, num.* 5.
6 *Episcopi sunt Regii Consiliarii.*
7 *Episcopi vocati à Domino Rege ad eum accedere debent.*
8 *Cancellarius, si non est Episcopus, sed Abbas, vel alia dignitas, quo titulo illustretur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
9 *Prior Cathaloniæ, & Bajulius Majoricarum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitanen. quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
10 *Abbates quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
11 *Inquisitores hæreticæ pravitatis quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
12 *Capitula Cathedralium quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
13 *Vice Cancellarius Coronæ Aragonum quo titulo decoretur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
14 *Duces, & Marchiones quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus per Cancellariam expeditis, num.* 14. *&* *qua Dux Sugurbi, num.* 15.

16 *Comites quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
17 *Proreges quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
18 *Vice Comites, quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
19 *Regens Regiam Cancellariam, Regii Senatores, Magister Rationalis, & Bajulus Generalis quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
20 *Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ quo titulo decoretur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
21 *Nobiles & Milites quo titulo illustrentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*
22 *Universitates Civitatum, & Villarum quo titulo decorentur litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis.*

DECISIO CCXLVII.

1 CArdinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in litteris, & provisionibus expeditis per Cancellariam nomine Domini nostri Regis illustrantur, decorantur, & nominantur Admodum Reverendi in Christo Patres, sic enim eis scribitur per suam Majestatem. *Don Philippus Dei Gratia Rex Castellæ, Aragonum, &c. Admodum Reverendo in Christo Patri Cardinali Theodoro Trivultio, mihi admodum charo, & admodum dilecto amico.* Et in fine Regiæ Epistolæ dicitur. *Et sit admodum Reverendus in Christo Pater Cardinalis Theodorus Trivultius mihi admodum charus, & admodum dilectus amicus Dominus noster in vestra continua protectione & custodia. Dat. Matriti die n. mensis n. & anno n.* Sic legi observatum in aliquibus Regiis epistolis Cardinali Theodoro Principi Trivultio, Proregi & Locum Tenenti Generali Domini nostri Regis Regni Sardiniæ scriptis 30. Septembr. 1649. 10. Aprilis, & 28. Septembr. 1650. de quibus in libro Regiarum Epistolarum Regni Sardiniæ fol. 289. 302. & 309. & alibi passim in eo libro.

2 Archiepiscopi, litteris & provisionibus per Cancellariam nomine Domini Regis, & Excellentissimi Domini Proregis expeditis, decorantur, illustrantur, & nominantur Admodum Reverendi in Christo Patres suæ Regiæ Majestatis Consiliarii, Peguera *in pract. Curiar. part. 1. cap. 6.* Reg. Vico *ad pragm. Regn. Sardin. lib. 1. tit. 3.* Dexart. *ad cap. Regn. Sardin. in rubr. de officio Proregis num. 14.* Quesada Pilo *controvers. forens. c.ap. 50. num. 89.* praxim tradidi *decis. 13. n. 68. part. 1.*

3 Sed id non procedit in litteris, & provisionibus, quæ expediuntur per Gerentem Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ via ordinaria procedentis, vel quæ per alia tribunalia expediuntur, quia in istis servandum est assuetum, & fieri solitum, probat Quesada Pilo *controv. forens. cap. 3. numer. 38. & 39. & per totum*, ubi *num. 40.* regiam epistolam, & consultationem tradit, *& cap. 50. num. 88. & 89.*

4 Episcopi pariformiter litteris & provisionibus per Cancellariam expeditis nomine Domini Regis, & Excellentissimi Domini Proregis nominantur, decorantur, & illustrantur sicut Archiepiscopi, dictione illa admodum penitus sublata, & amota, & sic nominantur Reverendi in Christo Patres suæ Regiæ Majestatis Consiliarii, tradunt Peguera, Regens Vico, Dexart. & Quesada Pilo *locis citatis numer. 2.* confert Bobad. *in polit. libr. 2. cap. 17. num. 15. in fine.* Quod li-

5 mitatur † in Episcopis, qui antea fuerunt Archiepiscopi, qui litteris, & provisionibus per Cancellariam expeditis decorandi, & illustrandi sunt titulo admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi, Episcopi Barcinonen. Quia licèt Archiepiscopi translati ad Episcopatus non retineant usum pallii, & Crucis, Sacra Congregatio Ritus in Majoricen. 16. Decembris 1604. Venerus *in examine Episcop. libr. 4. cap. 10. numer. 12.* August. Barbosa *de jure Eccles. univers. libr. 1. cap. 7. num. 121. in fine, & decis. Apostol. 41. numer. 7. & decis. 548. numer. 1.* Ventriglia *de jurisdict. Archiep. cap. 16. num. 6. & cap. 8. num. 15.* probant Diana *resol. moral. part. 3. tract. 6. resol. 37. & in coordinat. tom. 3. resol. 76.* Thom. del Bene *de Immun. Eccles. tom. 2. cap. 14. dub. 20. sect. 2.* Fermosin. *in cap. 1. quæst. 1. sub num. 12. de author. & usu pallii.* Possunt tamen retinere prout retinent nomen, sive titulum Archiepiscopi, ut declaravit Sacra Congregatio Ritus in Majoricen. *supra allegata*, & docent Barbosa *decis. 41. n. 7.* Ventriglia *de jurisdict. Archiep. cap. 18. num. 5.* & vidi observatum in admodum Reverendo in Christo Patre Don Fr. Ildefonso de Sotomajor Archiepiscopo Episcopo Barcinonæ, qui prius fuit Archiepiscopus Arboren. in Regno Sardiniæ, & postea Episcopus Barcinonæ. Quidquid dicat Balnus Archiepiscopum amittere dignitatem Archiepiscopalem, *in l. cum te, C. de nuptiis*, & in similibus dicant Aponte *de potest. Proreg. tit. 3. §. 8. num. 7. & 8. per l. fin. C. de incol. libr. 10.* ubi mulier nupta viro clarissimo consequitur dignitatem, viri, sed si eo mortuo nubat cum aliquo minùs digno, illam priorem dignitatem amittit, Barbos. *in l. cum te 10. num. 3. C. de nuptiis*, Pichard. *de nobilit. commun. n. 64.* Amaja *in l. fin. C. de incol. l. 10.* Rovit. *cons. 84.* latè Rodoer. ad Marinis *l. 1. resol. jur. c. 202. signanter n. 5.* quia contra eos, & alios est verior sententia, ut latè probat, & objectionibus respondet Galeota *respons. fiscal. 2.* Rovit. *cons. 102. num. 20.* Luca in observat. ad Franchis *dec. 158. n. 4.* ponderans textum *in l. Senatoris filius, ff. de Senator.* ubi etiam necessitas, vel utilitas publica id suadet, fit transitus de majori ad minorem, *gloss. in l. major, C. quemadmodum civil. Annon. indic. l. 10.* & concludit, ideo enim mulier nubendo minùs digno perdit priorem dignitatem, quia delinquit contra priorem virum, & similiter Archiepiscopus effectus Episcopus amittit dignitatem Archiepiscopalem, quando translatio fit in pœnam. Et idem Luca *in append. ad dictam decis. 138.* inquit, quòd tunc amittitur prærogativa prima, quando dignitas deponitur, secus si secunda superveniat, & citat *l. jubemus, C. de proxim. scrin. libr. 12.* Marcin. Galeot. Ann. & Rovit.

Ex dictis num. 2. & 4. nota, quòd Archiepiscopi, & 6
Episcopi in Cathalonia, & aliis Regnis sunt de Regio Consilio, & dicuntur Regii Consiliarii, apud nos del Consejo su Magestad, vocanturque à Domino Rege pro occurrentibus necessitatibus, & negotiis Regni, Calicius, Oliba, Bobadilla, Garcia, Parladorus, Annania, Fermosinus, & Alzedo, quos citavi *decis. 28. n. 31. part. 1. & dec. 94. num. 38. part. 2.* quibus addendi sunt Bosch *dels tit. de honor libr. 2. cap. 36. §. 63. in fine princ. fol. 277. & vers. Ultimament fol. 278. & cap. 40. vers. Los altres fol. 292.* Gregor. Lopez *l. 4. tit. 9. part. 2. & l. 11. tit. 5. part. 3.* Tasson *de antefato vers. 3. observ. 2. n. 33.* Augustin. Barbosa *de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 2. n. 12. in fine, & n. 18. vers. Dicuntur, & de jure Eccl. univ. l. 1. cap. 8. n. 39. in fine*, Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. l. 3. c. 7. n. 71. & in polit. l. 4. cap. 7. vers. El qual fol. 549. & in tractat. de derechos de placas Honorarias y jubiladas n. 402.* Quesada Pilo *controv. forens. c. 3. n. 16. in fine*, Salzedo *in theatro honor. gloss. 22. n. 15.* me citato Reg. Mattheu *de re crimin. controv. 78. n. 15. in fine*, idque ex duplici ratione tradunt Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. cap. 10. à num. 67.* Parlador. *rer. quotid. in sexquicent. differ. 10. n. 27.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 18. num. 18.*

Quo circa Archiepiscopi, & Episcopi vocari à Domi- 7
no Rege pro Regni negotiis obedire tenentur, & ad eum accedere, etiam si à Metropolitano vocentur, Aviles *cap. 7. præt. gloss. mandamos n. 9. &* 10. Azevedo *l. 13. à n. 4. tit. 3. l. 4. recop.* Garcia *de nobilit. gloss. 9. à n. 48.* Osascus *decis. 30. num. 12.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. à n. 61.* Oliba *de jure fisci cap. 10. n. 6.* Valenzuela *cons. 4. n. 79.* Alzedo *de præcel. Episc. dignit. part. 1. cap. 6. n. 49. &* 50. Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. libr. 3. cap. 27. à n. 67. & in polit. lib. 4. cap. 27. vers. Y de lo dicho fol. 746.* latè Fermosin. *in cap. 2. quæst. 11. &* 14. *de judiciis*, latissimè omnino videndus Salzedo *de lege polit. libr. 2. cap. 12.* Ego *decis. 28. à num. 29. part. 1.* remissivè Barbosa *de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 18. prope finem, & in can. si Episcopus num. 11. distinct. 18.*

Cancellarius Cathaloniæ, si non est Episcopus, sed 8
Abbas, vel in alia Ecclesiastica dignitate constitutus, litteris nomine Domini nostri Regis per Cancellariam

S. S. R.

S. S. R. Coronæ Aragonum Concilii expeditis, si est nobilis, nominatur venerabilis, Nobilis, Magnificus, & dilectus Consiliarius suæ Regiæ Majestatis, si autem non est nobilis, omittitur ista dictio. In sententiis verò Regiis, & provisionibus, quæ fiunt in nostra Regia Audientia Cathaloniæ, semper Cancellarius nominatur Reverendus, & ita vidi millies observatum.

9 Prior Cathaloniæ, & Bajulivus Majoricarum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitanen. nominantur venerabiles in regiis sententiis, & provisionibus Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, ut vidi observatum in persona Fr. Don Michaelis de Torrelles, Prioris Cathaloniæ, & in persona Fr. Don Pauli de Ager, Bajulivi Majoricarum. Alii verò Præceptores, seu Commendatores Sancti Joannis Hierosolymitanen. non decorantur, nec illustrantur titulo venerabilis, quid quid dicat Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 3.*

10 Abbates appellantur, & nominantur venerabiles litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam nomine Domini Regis, & Excellentissimi Domini Pro-Regis expeditis, Peguera *in pract. cur. par. 1. cap. 6.* Reg. Vico *ad prag. Sardin. lib. 1. tit. 3.* Dexart *ad capit. Reg. Sardin. in rub. de officio Proregis num. 14.*

11 Inquisitores hæreticæ pravitatis nominantur, & appellantur venerabiles, Reg. Vico, & Dexart *locis relatis, num. 10.*

12 Capitula Ecclesiarum Cathedralium pariter nominantur, & appellantur venerabiles, Peguera, Reg. Vico, & Dexart *locis citatis nu. 10.*

13 Vice Cancellarius Cathaloniæ, & Coronæ Aragonum litteris, & provisionibus per Cancellariam nomine Domini nostri Regis expeditis vocatur, & nominatur spectabilis, ita legi observatum in conclusione facta 17. Novembris 1537. in Villa Montissoni celebrante Curias generales Cæsarea Catholica, & regia Majestate Serenissimi Domini Imperatoris, & Regis Caroli Quinti, & in Regio Consilio ibidem celebrato Præsidente spectabili Michael May U. I. D. Consiliario, & vice Cancellario ejusdem Cæsareæ Majestatis, quæ est in libro conclusionum Regii Consilii Cathaloniæ fol. 46. in conclusione facta 24. Decembris 1537. quæ legitur in eodem libro fol. 46. pag. 2. & in conclusione facta 3. Januarii 1538. quæ est in eodem libro fol. 50. & in pluribus aliis, & modernè in regia sententia lata 3. Junii 1620. quam tradit Ramon noster *cons. 34. fol. 347. & in proposito fol. 351. col. 1.*

14 Duces, & Marchiones, litteris & provisionibus per Regiam Cancellariam expeditis, Illustres vocantur, Dexart *ad capit. Reg. Sard. in rub. de offi. Proreg. num. 15.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 3.* Peguera *in praxi cur. par. 1. cap. 6.* Mastrill. generaliter loquitur, sed sic est intelligendus *de magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 165. in fine.*

15 Excipe Ducem Sugurbi, qui cum possideat statum Sugurbi, & sit hæres, & successor universalis Serenissimorum Infantium Don Enrici Primi, & Secundi, filii, & nepotis sive nec Serenissimi Domini Regis Don Ferdinandi Aragonum Primi, per mediam personam Ducissæ Domnæ Joannæ, & propter servitia, & qualitatem notoriam domus suæ, & amorem suæ Majestatis, mandavit sua Regia Majestas Epistolico rescripto dato in Sancto Laurentio 10. Octobris 1621. quòd in litteris per Cancellariam expeditis in eorum directione, & principio decoraretur titulo admodum Illustris, & chari primi, & quòd in fine regiarum litterarum concludatur, & sit admodum Illustris Dux, noster chatus primus, Dominus noster in vestra protectione, & custodia. Et iste titulus & stylus est idem, qui retro elapsis temporibus observabatur in epistolis, quas sua Regia Majestas scribebat Ducibus Sugurbi, sic habetur in dicto epistolico rescripto, *quod invenies in officio Magistri Rationalis Cathaloniæ in regestro litterarum primò fol. 140.* Et idem stylus altero epistolico rescripto dat. en Aranjuez 1. Decembris 1621. per suam Regiam Majestatem observari mandatur in successoribus Ducis in statu Sugurbi & descendentium Infantis Don Enrici primi, & secundi, filii & nepotis sive nec Serenissimi Domini Regis Don Ferdinandi Aragonum primi, *quod etiam invenies in officio Magistri Rationalis Cathaloniæ in regestro litterarum primo fol. 140. pag. 2.* & notatur in libro Genealogiæ Nobilissimæ Domus de Cardona *fol. 41.* sicque observatur, quidquid dicat Peguera *in praxi cur. par. 1. c. 6.* Et an Duci Sugurbi, & Cardonæ in Ecclesiæ Cathedrali Segurbicen. debeantur cæremoniæ assenciationis, thurificationis, & pacis, tam præsente, quàm absente Episcopo, vide decretum Sacræ Congregationis Ritus die 26. Februarii 1630. quod tradit August. Barbosa *de Canonicis cap. 32. num. 24. & decis. Apostol. 89. num. 7.*

Comites nominantur Egregii litteris & provisionibus 16
Regiis per Cancellariam expeditis, Peguera, Dexart & Reg. Vico *locis supra citatis nu. 14.*

Proreges, & locum Tenentes Generales Domini 17
Regis litteris Regiis per Cancellariam expeditis, si sunt Duces, vel Marchiones Hispaniæ, vocantur Illustres, si sunt Comites appellantur Egregii, si autem non sunt Titulati vocantur spectabiles, & ita observatur.

Vice Comites in litteris per Cancellariam expeditis 18
vocantur secundùm aliquos spectabiles, Dexart *ad cap. Reg. Sard. in rub. de officio Proregis num. 15.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 3.* Sed Peguera *in praxi cur. par. 1. cap. 6.* ait Vice Comites per Cancellariam Nobiles appellari, & sic video observari per nostram Regiam Audientiam Cathaloniæ in Regiis sententiis, & provisionibus, in quibus Vice Comites vocantur solùm Nobiles, & non spectabiles.

Regentes Regiam Cancellariam, Supremi Coronæ 19
Aragonum, Regens regiam Cancellariam, hujus Principatus Cathaloniæ, Doctores Regiæ Audientiæ, Magister Rationalis, & Bajulus Generalis, litteris, & provisionibus Regiis per Cancellariam expeditis, si sunt Nobiles, vocantur Nobiles Magnifici, & dilecti Consiliarii suæ Regiæ Majestatis, si autem non sunt Nobiles, hæc dictio amovetur, Peguera *in praxi curiar. par. 1. cap. 6.* Dexart *ad capit. Reg. Sard. in rub. de officio Proregis nu. 13. & 15.* & de Regentibus Supremi Aragonum meminit Regia Sententia nostræ Regiæ Audientiæ lata 3. Julii 1620. quam tradit Ramon *cons. 34. fol. 347. & punctim fol. 351. col. 1.* Fallit, si fuerint Duces, Marchiones, vel Comites, ex his quæ scribit Bosch dels titols de honor *lib. 5. cap. 32. vers. Lo mestre Rational, & vers. Lo mateix fol. 576.*

Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, 20
litteris per Cancellariam expeditis, si est Nobilis, vocatur Nobilis, Magnificus, & dilectus suæ Regiæ Majestatis Consiliarius. Si verò non est Nobilis, hæc dictio amovetur, Peguera *in praxi curiar. par. 1. cap. 6.* quod observatum pluries vidi, etiam tempore Vice Regiæ. Est tamen verum, quòd Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ in sententiis, & provisionibus Regiis, insequendo antiqua exemplaria, vocatur admodum Illustris dominatio. De Regno Sardiniæ videndus Dexart *ad cap. Reg. Sarain. in rub. de officio Proregis num. 13.*

Nobiles litteris, & provisionibus per Cancellariam 21
expeditis, vocantur Nobiles, & dilecti. Militares, & omnes alii sæculares tantùm vocantur dilecti, Peguera *in prag. cur. par. 1. cap. 6.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 3.* Dexart *ad capit. Reg. Sardin. in rub. de officio Proregis num. 15.*

Universitates Civitatum, & Villarum Cathaloniæ sub prædicta forma dilectorum vocantur, Peguera *in praxi cur. par. 1. cap. 6.*

ARGUMENTUM.

Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Archiepiscopi, Episcopi, & aliæ personæ, tam Ecclesiasticæ, quàm Sæculares, quo titulo de urbanitate decorentur.

SUMMARIUM.

1 *Ministri Regii qua urbanitate tractare debent personas, tam Ecclesiasticas, quàm sæculares.*

2 *Pragma-*

2 *Pragmaticæ urbanitatum referuntur remissivè.*
3 *Pragmaticas urbanitatum non habemus in Cathalonia.*
4 *Urbanitatibus, & titulis abutentes qua pœna puniantur.*
5 *Papæ attributa referuntur.*
6 *Reges, & Reginæ quomodo vocentur.*
7 *Principes successores regnorum, Principissæ, & alii filii Regum & Generes, & levires Regum quomodo vocentur.*
8 *Proreges quomodo vocentur, etiam post depositam administrationem.*
9 *Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ quo titulo vocentur.*
10 *Archiepiscopi quo titulo decorentur.*
11 *Episcopi quo titulo sint vocandi.*
12 *Cancellarius Cathaloniæ quo titulo est decorandus.*
13 *Priores, & Bajulivi Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. quo titulo sint vocandi.*
14 *Abbates quo titulo sint vocandi.*
15 *Capitula Ecclesiarum Cathedralium quo titulo vocentur.*
16 *Vice Cancellarius Regnorum Coronæ Aragonum quo titulo est decorandus.*
17 *Duces, Marchiones, & Comites, quo titulo illustrentur, nu.* 17. 18. *&* 19.
20 *Gerens Vices Generalis Gubernatoris quo titulo est decorandus.*
21 *Vice Comites quo titulo vocentur.*
22 *Deputati, & Auditores computorum quo titulo illustrentur.*
23 *Civitates, & Capita Regnorum quo titulo decorentur.*
24 *Barcinona est caput, & metropolis totius Principatus Cathaloniæ.*
25 *Barcinonæ Consiliarii præcedunt omnes titulatos, qui non sunt Magnates.*
26 *Barcinonæ Consiliarii quo titulo illustrentur.*
27 *Cæsaraugusta est metropolis totius Regni Aragonii.*
28 *Cæsaraugustæ Jurati quo titulo decorentur.*
29 *Valentiæ Civitas est caput & metropolis totius Regni Valentiæ.*
30 *Civitatis Valentiæ Jurati quo titulo illustrentur.*
31 *Civitates, quæ sunt in Castellæ Regnis capita Regnorum.*
31 *Civitates, quæ habent votum in Curiis quo titulo illustrentur, & nu.* 33.
34 *Magister rationalis quo titulo decoretur.*
35 *Bajulus Generalis quo titulo illustretur.*

DECISIO CCXLVIII.

1 SUa Regia Majestas Domini nostri Regis epistola scripta Excellentissimo Domino Marchioni de Olias & Mortara Pro-Regi Cathaloniæ data Matriti 15. Augusti 1657. lecta in tribus Aulis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ 27. Augusti ejusdem anni 1657. mandat, quòd nullus ex Regiis Ministris titulis dominationis vulgo de Señoria tractet personas, quibus per dispositа in Regiis pragmaticis, & ordinibus est prohibitum, & quòd nullo modo dent hanc urbanitatem alicui personæ, tam Ecclesiasticæ, quàm Sæculari, nisi illis, quibus per dictas pragmaticas, & ordines est permissum. Per hæc verba. *Que ninguno de dichos Ministros trate de Senoria à personas, que por lo dispuesto en mis Reales pragmaticas, y ordenes estuviere prohibido, y que de ninguna manera den esta cortesia à persona alguna Ecclesiastica, ni Secular, sino fuere à los, que por dichas pragmaticas, y ordenes esta permitido.*

2 In Regnis Castellæ adsunt pragmaticæ, & ordines particulares de urbanitatibus, titulis, & honoribus disponentes sub certis pœnis in eis contentis, notat Bosch noster *dels titols de honor lib.* 5. *c.* 36. *versi. La sisena fol.* 582. de quibus 2. Julii 1600. in Curiis per Regiam Majestatem Domini Regis Philippi III. fuit facta lex specialis, quæ legitur *in l.* 18. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *ad leg. recop. fol. mihi* 344. istaque lex revocata fuit Regia pragmatica per eumdem Dominum Regem Philippum III. facta 2. Januarii 1611. quam summatim refert Barreda *in addit. ad leges pœnales cap.* 3. *fol.* 90. *pag.* 2. & ei aliqua addita fuerunt alia Regia pragmatica facta 4. Aprilis 1611. quæ omnes insertæ sunt in nova Regia pragmatica per Regiam Majestatem Dominum Regem Philippum IV. mandata publicari in Regnis Castellæ 10. Januarii 1623. *& hæc impressa reperitur in libro diversorum* 7. *Civitatis Barcinonæ fol.* 69. *& pragmaticæ fol.* 10. *pag.* 2. *num.* 15. In Regno Sardiniæ adest etiam Regia pragmatica urbanitatum diei 15. Julii 1596. relata ad litteram apud Dexart *ad capit. Reg. Sardin. in cap.* 18. *post num.* 6. *titul. de militar. fol.* 429. & in Regno Neapolis similes reperiuntur Regiæ pragmaticæ super quibus commentaria fecit Franciscus Scaglione, & aliqua notavit Novarius *de gravamin. vassal. tom.* 1. *gravam.* 316. *& in pragm.* 1. *collect.* 1. *de titulorum seu inscriptionis abusu in scribendo sublato.* In Regno Valentiæ adest regia pragmatica urbanitatum data Matriti 16. Maii 1638. publicata die 25. Junii ejusdem anni 1638. registrata in Curia Valentiæ 2. fol. 114. refert Dominus Vice Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat.* 5. *nu.* 90.

In Cathalonia non habemus Regias pragmaticas ur- 3
banitatum, titulorum, & honorum. Abutentes tamen
eis, † licèt non puniantur pœna ordinaria, puniuntur 4
pœna extraordinaria judicis arbitrio, quia nomina, &
tituli dantur secundùm juris dispositionem, taliter
quòd si dantur contra dispositionem juris, aut nomen
mutatur, vel in aliis casibus est locus regaliæ, uti fa-
ctum contra Regiam Majestatem, Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *c.* 36. *versi. La sisena fol.* 582. & vidi observatum per Regium criminale Concilium Cathaloniæ, contra quemdam, qui se nobilem faciebat, cum talis non esset, processum enim fuit contra eum per regaliam. Quod comprobatur ex traditis per Felinum *in c.* 1. *n.* 5. *Magistris* Cancer *par.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 274. Riccium *decis.* 330. *par.* 3. Thoro *in compen. decis. par.* 3. *sect.* 2. *verbo Pœna falsi fol.* 27. Novarium *in pragmat.* 1. *collect.* 2. *n.* 3. *&* 4. *de Zingar.* latè per Farinac. *cons.* 74. *par.* 1. *& de falsitate quæst.* 150. *à n.* 80. *ad* 92. Menoch. *de arb. judic. casu* 418. Caballum *resol. crim. casu* 176. *per totum*, Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 23. *nu.* 179.

Sed ad institutum accedens, à Papa exordior, qui se- 5
cundùm sua attributa appellatur Dominus, Gonzalez
ad reg. 8. *Cancel. glos.* 1. *à nu.* 18. Narbona *l.* 18. *glos.* 1.
nu. 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. fol.* 546. Bosch *dels titols de honor lib.* 1. *cap.* 33. *primo* §. 1. *fol.* 571. Sanctissimus, & Beatissimus, idem Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 33. *primo versi. A les persones fol.* 570. *& versi. Aixibe fol.* 571. *& cap.* 33. *secundò in prin. fol.* 576. Aug. Barbosa *de jure Ecclesiast. univer. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 8 9. ubi de pluribus aliis attributis. Ac proprerea illum adoramus, & osculamur in pede, ut post Valentinum, Mazzarinum, Genebrardum, & Galganetum, tradit Solorzanus *in tractatu de derechos de placas Honorarias y jubiladas nu.* 324. quos & alios cumulat August. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 2. *sub nu.* 8. Addo Aviles *in proœm. capit. Prætor. glos. salud. nu.* 2.

Reges, & Imperatores olim appellabantur super il- 6
lustres, & de aliis titulis, quibus decorabantur, latè
Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 34. *per tot. fol.* 578.
& c. 35. *versi. Lo titol & versi. Lo comparatiu fol.* 579.
Garcia *de nobilitate c.* 48. §. 3. *nu.* 3. Solorzanus *de jure Indiar. lib.* 5. *c.* 12. *versi. Pero tod. fol.* 872. Menochius *cons.* 302. *n.* 24. *&* 31. *versio Primo & n.* 42. *lib.* 4. Martha *de jurisdict. par.* 1. *c.* 21. *à nu.* 24. Quesada Pilo *controv. foren. cap.* 3. *n.* 17. *& cap.* 50. *n.* 88. Alzedo *de præcel. Episco. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 65. August. Barbosa *in repertor. verbo Rex versi. Regi competit fol.* 332. Reg. Mattheu *in pract. de cortes cap.* 1. *nu.* 18. *&* 19. sed hodie in ore omnium titulus Illustrissimi vilescit, Quesada Pilo *controv. foren. cap.* 3. *n.* 18. cum ferè ab omnibus aliqua dignitate decoratis usurpetur, Quesada Pilo *controv. foren. cap.* 50. *nu.* 88. *in fine.* Verùm de jure proprium epiteton Imperatorum, & Regum est titulus & nomen Serenitatis, nam Serenitas propriè Imperatoribus & Regibus tribuitur, *probant jura in l.* 2. *C. de jure dominii impetrando, leg.* 3. ubi Amaja *nu.* 1. *C. de canone largitionalium titulorum, lib.* 10. *leg.* 1. *C. de silentiar. lib.* 12. de qua meminit Solorzanus *in tract. de*

dere-

derechos de placas Honorarias, y jubiladas num. 316. & 318. alios addit Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 34. Hodiè autem cum iste titulus serenitatis in regibus sit antiquatus, Reges vocantur majestates, *ut habetur in leg.* 18. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbona *ad leges recop. fol.* 344. & in regia pragmatica apud Barredam *in addit. ad leg. pœnales fol.* 10. *pag.* 2. *num.* 2. in pragmatica Regni Sardin. apud Dexart *fol.* 430. *num.* 1. & tradunt Borell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 60. *à numero* 1. Narbona *leg.* 18. *glos.* 4. *num.* 6. *in fine tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Ramirez *de lege regia* §. 23. *nu.* 58. August. Barbosa *in repertor. verbo Rex vers. Regi competit fol.* 232. Menochius *cons.* 302. *num.* 32. *libr.* 4. Reg. Mattheu *in pract. de cortes cap.* 1. *num.* 19. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 66. Mieres *in curia montissoni Regis Petri* 3. *par.* 4. *collat.* 6. *in proœm. n.* 1. *fol.* 3. *in novis*, & post eum, Burgos de Paz, & Molinam tradit Despujol ad Mieres *verbo Rex habet fol.* 176. Bosc. *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 34. *vers. Gozen tambe fol.* 578. & *cap.* 36. *vers. La sisena fol.* 582. Farinac. *de crim. læsæ majest. par.* 4. *quæst.* 112. *nu.* 9. & 21. ab æthimologia, quia dicuntur status majores, vel quia dicuntur majores potestates, Cassaneus *in catal. glor. mundi par.* 1. *considerat.* 70. Borrell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 60. *à nu.* 1. *ad* 27. Menochius *cons.* 302. *nu.* 33. *lib.* 4. Bosch *dels titols de honor. lib.* 5. *cap.* 35. *vers. Gozen tambe fol.* 578. Ideoque de rigore ipsi soli post Romanos Pontifices absque aliqua compositione Domini appellantur, ut habetur in pragmat. urbanitatum Regni Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Reg. Sard. fol.* 430. & in pragmatica regnorum Castellæ apud Barredam *ad leg. pœnal. fol.* 90. *nu.* 2. *pag.* 2. & docent Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 23. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 1. *à n.* 18. Narbona *leg.* 18. *à nu.* 3. *glos.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Bosch *dels titols de honor lib.* 1. *cap.* 34. *vers. Lo de Senor. fol.* 579. Augustinus Barbosa *in proœm. C. à nu.* 6. Tantaque reverentia eis debetur, ut cum illis genuflexo loquendum sit Cassane. *in catal. gloriæ mundi par.* 5. *cons.* 33. Boer. *de aut. mag. Concil. n.* 52. Bov. *in polit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. Ramirez *de lege Regia* §. 7. *nu.* 4. Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *c.* 34. *vers. Ames dels titols fol.* 579. Alzedo alios addit *de præcel. Episcop. dignit. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 64.

7 Idemque observandum est in Reginis, ut disponitur in pragmatica urbanitatum Castellæ apud Barredam *ad leg. pœnal. fol.* 90. *pag.* 2. *nu.* 2. & apud Narbonam *ad leg.* 344. *nu.* 3. & in pragmat. Regni Sard. apud Dexart *ad cap. Reg. Sard. fol.* 431. *nu.* 3. & probat Narbona *lib.* 18. *glos.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

Principes Regnorum successores vocantur serenissimi, decoranturque titulo celsitudinum, vulgo Alteza, ut habetur in dictis Regiis pragmaticis urbanitatum, scilicet Castellæ apud Barredam *ad leg. pœnal. fol.* 90. *pag.* 2. *n.* 2. & apud Narbonam *ad leg. recop. fol.* 344. *nu.* 3. & Sardiniæ apud Dexart *ad c. Reg. Sard. fol.* 430. *num.* 2. & tradunt Bosch. *dels titols de honor lib.* 5. *c.* 35. *vers. Despres del titol fol.* 580. Narbona *l.* 18. *glos.* 6. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Nam licèt de jure filius Regis Regni successor, etiam vivente patre, Rex dicatur. Et filius primogenitus Ducis, Marchionis, vel Comitis, etiam vivente patre, Dux, Marchio, vel Comes vocetur. Et filius Imperatoris sicut Imperator ipse Augustus nominetur, *glos. in can. fin.* 24. *q.* 1. ubi August. Barbosa *n.* 3. Cassaneus *in catal. glor. mundi par.* 5. *consider.* 41. & 42. Tiraquel. *de jure primog. c.* 32. & 33. Molina *de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 15. Narbona *leg.* 18. *glos.* 4. *n.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Gomez *tom.* 1. *var. resol. cap.* 1. *n.* 5. ubi Ayllon Laynez *nu.* 16. Pascal. *de pat. potest. par.* 4. *cap.* 5. *nu.* 9. Azevedo *lib.* 1. *n.* 2. & 3. *tit.* 3. *lib.* 2. *recop.* Valenzuella *cons.* 199. *à nu.* 46. *tom.* 2. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 5. *toto*, & *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 21. Robles Salzedo *de represent. lib.* 2. *cap.* 7. *à nu.* 15. Rozas *de incompatib. par.* 7. *cap.* 6. *nu.* 1. 2. & 3. Dominus Vice-Cancellarius Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.* 117. *nu.* 72. Bosch *dels titols de honor lib.* 2. *cap.* 40. *vers. Los fills fol.* 292. Carol. de Gras. *de effect. cler. effectu* 1. *nu.* 194. 195. & 196. Vela *dissert.* 4. *n.* 46. *tom.* 1. Bossius *de pat. potest. cap.* 3. *n.* 227. intellige abusivè, & impropriè, atque largè sumpto vocabulo, non autem propriè, & præcisè, Molina *de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 16. Ayllon Laynez ad Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 16. Azevedo *leg.* 1. *n.* 3. *vers. Et quoad nomen tit.* 3. *l.* 2. *recop.* Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 18. Narbona *l.* 18. 4. *n.* 7. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Roxas *de incompatib. par.* 7. *cap.* 6. *n.* 40. & 55. Dominus Vice Cancellarius Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.* 117. *nu.* 73. Sed hoc non practicatur, ut dicit Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 6 *vers. Lo que dizen*, nedum in Hispania, Bosch *dels titols de honor l.* 2. *cap.* 40. *vers. Los fills fol.* 292. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 4. sed neque in Regnis utriusque Siciliæ observatur, Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 23. Idemque titulus Serenissimarum, & celsitudinum, vulgo Altezes servatur in Principissis, ut disponunt dictæ Regiæ pragmaticæ urbanitatum, Castellæ scilicet apud Barredam *ad leg. pœnal. cap.* 3. *nu.* 2. *fol.* 90. *pag.* 2. & apud Narbonam *ad leg. recop. fol.* 344. *nu.* 3. & in Regno Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Regni Sardiniæ fol.* 431. *nu.* 3. Idemque in aliis infantibus Regum filiis, ut disponitur in dictis Regiis pragmaticis urbanitatum, nempè Regni Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Reg. Sard. fol.* 431. *num.* 4. & Regnorum Castellæ apud Barredam *in addit. ad leg. pœn. cap.* 3. *n.* 2. *fol.* 90. *pag.* 2. & apud Narbonam *ad leg. recop. fol.* 394. *n.* 4. & idem in generibus, & leviribus Regum, ut cavetur in 8 dictis Regiis pragmaticis urbanitatum apud Barredam *in addit. ad leg. pœnal. fol.* 90. *pag.* 2. *n.* 2. apud Narbonam *ad leg. recop. fol.* 344. *n.* 5. & apud Dexart *ad capit. Reg. Sard. fol.* 431. *n.* 5. & probant Narbona *l.* 18. *glos.* 6. *tit.* 1. *l.* 4. *recop.* Pichard. *de nobilit. à nu.* 49. Marinis *res. jur. post lib.* 2. *allegat.* 5. *n.* 7. Guttier. *de tutel. par.* 1. *c.* 18. *n.* 36. Vela *dissert.* 4. *nu.* 10. *tom.* 1.

Pro-Reges titulo excellentiæ ab omnibus honorari possunt constitutum est in pragmatica urbanitatum, ut testatur Dominus Vice Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *obs.* 1. *nu.* 232. Sed quòd ex Hispaniæ legibus, pragmaticisque sanctionibus titulus excellentiæ Pro-Regibus prohibitum sit, solumque concedatur titulus Dominationis, vulgo Señoria, tradit Solorzanus *de jure Ind. tom.* 2. *l.* 4. *cap.* 9. *n.* 70. *in fine*, & *in polit. lib.* 5. *c.* 12. *vers. Está assis mesmo fol.* 872. id ipsum ex pragmatica urbanitatum Regnorum Castellæ anni 1611. refert Barreda *in addit. ad leg. pœnal. cap.* 3. *n.* 5. *fol.* 90. *par.* 2. & in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ sancitum est, ut Pro-Regibus detur titulus assuetus & dari solitus, de qua Dexart *ad cap. Reg. Sard. fol.* 451. *n.* 5. *in fine*, & *n.* 7. & 8. Tamen Pro-Regibus de jure competit excellentiæ, ut Præfecto Prætorio competebat, *leg.* 1. *C. de officio Præfecti Prætorii Africæ*, *l. excellentiæ juncta glo.* 1. *C. de erogat. milit. annonæ lib.* 52. tradunt Novarius *ad prag. Reg. Neap. in præfat. proposit.* 2. *n.* 8. Dexart *ad cap. Reg. Sard. in urb. nu.* 12. & *in c.* 6. *n.* 10. *de offi. Proregis*, quos citavi *dec.* 10. *nu.* 11. *par.* 1. quibus etiam addendi sunt Aponte *de potest. Proreg. tit. de assensu regio* §. 5. *nu.* 14. Mastrill. *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 28. Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 35. *vers. Entra apres in fine*, *fol.* 580. Solorzanus *de jure Ind. tom.* 2. *lib* 4. *cap.* 9. *nu.* 70. & *in polit. lib.* 5. *cap.* 12. *vers. Está assi mismo fol.* 872. Dominus Vice Cancellarius Don Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observa. n.* 15. & 16. & *obser.* 1. *n.* 232. eoque titulo uti possunt, & utuntur etiam post depositam administrationem in honorem pristinæ dignitatis, *per text. in l. unica C. de Com. qui provin. Reg. lib.* 12. *l.* 1. *l. cum legem*, *C. de excus. mun. lib.* 10. *l.* 15. *C. qui milit. pos. lib.* 12. *l. omnes* 4. *C. de privil. eor. qui lib.* 12. *l.* 1. *C. de Præposit. Sacri cubicu. lib.* 12. ut docet Ramirez *de l. Regia* §. 11. *n.* 8. quem laudavi *decis.* 10. *nu.* 11. *par.* 1. addo Solorzanum *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 70. & *in polit. lib.* 5. *cap.* 12. *vers. Está assi mesmo*, *fol.* 872. consonat Mastrill. *de magistr. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 69. 70. 73. 74. 75. & 76. Guido Papa *decis.* 377. Rovit. *in prag. de titul. ab usu nu.* 24. & *seq.* Ortix de Valda *in defensa canonica Episco. Populæ Angelorum par.* 1. *nu.* 53. *par.* 1. Adeò quòd sua Regia Majestas absque derogatione pragmaticæ potest jubere Proceribus, & Magnatibus Regnorum, ut Pro-Regem titulo Excellentiæ tractent, ut probat Dominus Vice Cancellarius Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat.* 1. *à num.* 232. ubi deliberatum per suam Regiam

Majesta-

Majeſtatem, & juſſum, ac debitæ executioni demandatum teſtatur.

9 Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ antiquitus Illuſtriſſimi vocabantur, & titulo Illuſtriſſimæ dominationis, vulgo Señoria Illuſtriſſima decorabantur, Boſch *dels titols de honor lib. 5. cap. 33. primo §. 4. verſi. A quæſt titol, fol. 575. & cap. 33. ſecundo verſi. Los demes in fine, fol. 577.* Narbona *l. 18. gloſ. 9. n. 1. tit. 1. lib. 4. recop.* Martha *de juriſdic. par. 2. cap. 34. n. 45.* & probatur in legibus, & pragmaticis urbanitatum, ſcilicet Caſtellæ apud Narbonam *ad l. recop. fol. 345. num. 9.* & apud Barredam in addit *ad l. pœnal. cap. 3. nu. 4. fol. 90. pag. 2.* & Regni Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Reg. Sard. fol. 433. nu.* Hodie verò Cardinales vocari debent Eminentiſſimi, & titulo eminentiæ decorari, & illuſtrari juxta decretum Sanctitatis Urbani Papæ VIII. diei 10. Junii 1630. quod ad litteram extensè refert Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 4. nu. 87.* & eo citato Machado *en ſu perfecto Confeſſor tom. 2. lib. 4. par. 7. tract. 3. documen. 1. nu. 3.* & meminit Novarius ac in recenti praxi obſervari teſtatur *de gravam. vaſſal. tom. 1. reſol. 316. n. 4. & in pragmat. 1. collect. 1. n. 3. de titulorum, ſeu inſcriptionum abuſu in ſcribendo ſublato.* Nam cum Cardinales excedant dignitate Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, conveniens fuit, ut aliquo inſigniori titulo ab illis diſtinguerentur, Martha *de juriſdic. par. 2. cap. 34. nu. 46. & 47.* Auguſtin. Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib. 1. cap. 4. à nu. 24.* Diana *reſol. mor. par. 5. tract. 2. reſol. 1. & in coordinat. par. 9. tract. 7. reſol. 1.* & ſic ut eſſet differentia inter Epiſcopos, & Cardinales mota fuit Sanctitas Urbani VIII. ad mandandum, quòd Cardinalibus titulus Eminentiſſimi impartiretur, qui titulus fuit appropiatus, cùm verè emineant, & perfulgeant in Eccleſia Dei, & Principatus locum in ea obtineant, tradit Novarius *de gravam. vaſſal. tom. 1. grava. 116. num. 5.* de quorum prærogativis, ſublimitatibus, magnitudinibus, & Excellentiis plura reaſſumunt Pariſius *de reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 12.* Gonzales *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 24.* Auguſtin. Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib. 1. cap. 4. & in repertor. verbo Cardinalis*, Diana *reſol. mor. par. 5. tract. 2. & in coordinat. par. 9. tract. 7.* remiſſivè Narbona *l. 18. glo. 9. n. 2. tit. 1. lib. recop.* Dexart *ad cap. Reg. Sard. in 2. n. 5. de Epiſc. & Cler.* Novarius *de grava. vaſſal. tom. 1. grava. 116. nu. 3. Ego aliqua deciſ. 123. par. 3.* quod nomen Eminentiſſimus eſt tantæ Excellentiæ, quod olim Romanis Pontificibus tribuebatur *juxta textum in cap. ad Eminentiam de ſenten. excom.* tradit Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. par. 1. cap. 10. nu. 32.*

10 Archiepiſcopi titulo dominationis vulgo de Señoria decorari debent, ut ſtatuitur in lege Caſtellæ 18. *n. 10. tit. 1. lib. 4. recop.* apud Narbonam *ad leg. recop. 355.* & in pragmatica urbanitatum Regni Caſtellæ anni 1611. apud Barredam *in addit aa leges pœnal. cap. 3. nu. 5. fol. 90. pag. 2.* & in pragmatica Regni Sardiniæ apud Dexart *ad capit. Regni Sard. fol. 433. nu. 10.* idque propter eorum magnum honorem, Narbona *l. 18. gloſ. 11. nu. 1. tit. 1. l. 4. recop.* excepto Archiepiſcopo Toletano, qui per legem Caſtellæ 18. *nu. 9. tit. 9. tit. 1. l. 4. recop.* apud Narbonam *fol. 345.* & per pragmaticam urbanitatum dicti Regni Caſtellæ anni 1611. Barredam *in addit. ad leg. pœnal. cap. 3. nu. 4. fol. 90. pag. 2.* vocatur Illuſtriſſimus, & titulo Illuſtriſſimæ Dominationis vulgo Señoria Illuſtriſſima decoratur, etiamſi Cardinalia dignitate non ſit decoratus, ut probant Narbona *lib. 18. gloſ. 10. tit. 1. l. 4. recop.* Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. par. 1. cap. 10. à n. 41. ad 49.* Communiter tamen omnes Archiepiſcopi appellantur Illuſtriſſimi, & decorantur titulo Illuſtriſſimæ Dominationis, vulgo Señoria Illuſtriſſima, Boſch *dels titols de honor. lib. 5. c. 33. primo §. 4. verſi. A quæſt titol, fol. 575.* & de noſtro Archiepiſcopo Tarraconæ, idem Boſch *dels titols de honor lib. 5. cap. 33. §. 4. En Cataluna, fol. 576.* videndus Queſada Pilo *controv. foren. c. 3. per totum*, qui *n. 40.* refert epiſtolicum reſcriptum ſuæ Regiæ Majeſtatis in favorem Archiepiſcopi Turritani, Regni Sardiniæ, eo quia conſtitit titulum Illuſtriſſimæ Dominationis ſolitum eſſe illi dari.

11 Epiſcopi de jure vocantur Illuſtres, admodum Illuſtres, Illuſtriſſimi, Reverendiſſimi, Sereniſſimi, Spectabiles, Clariſſimi, Eminentiſſimi, & Sanctiſſimi, & aliis titulis decorantur, de quibus Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. n. 15. & 16.* Martha *de juriſd. par. 2. cap. 34. n. 48.* latè Queſado Pilo *controv. foren. cap. 3. à n. 11.* latiſſimè Barboſa *de poteſt. Epiſ. par. 1. tit. 1. cap. 2. & de jure Eccleſ. univer. lib. 1. c. 6. à n. 27.* videndus præ ceteris Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. par. 1. cap. 10. à n. 12.* Et per pragmaticam urbanitatum Epiſcopi debent decorari titulo Dominationis, vulgo Señoria, ut habetur in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Reg. Sar. fol. 433. n. 10.* & in pragmatica urbanitatum Regni Caſtellæ anni 1611. apud Barredam *in addit. ad leg. pœnal. cap. 3. fol. 90. pag. 2. & l. 18. Reg. Caſtellæ n. 10. tit. 1. lib. 4. recop.* apud Narbonam *ad l. recop. fol. 345.* & tradunt idem Narbonam *l. 18. glo. 11. lib. 4. recop.* Garcia *de nobilit. glo. 48. §. 3. n. 45.* Valenzuella *conſ. 12. n. 65. lib. 1.* Boſch *dels titols de honor. lib. 5. c. 33. primo §. 4. verſi. Lo titol, verſi. Lo de Senoria, fol. 575. & 576.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 2. n. 12. in fine, & de jure Eccl. univer. lib. 1. cap. 8. n. 39. in fine, verſi. Et de jure*, Alzedo *de præcel. Epiſcop. dignit. par. 1. cap. 10. n. 38.* Quod procedit, etiam ſi Epiſcopi ſint ſolùm titulares, qui pariter debent vocari, & illuſtrari titulo de Señoria, nihil enim intereſt quantum ad honorem, & urbanitatem, an Epiſcopi habeant locum, & adminiſtrationem, an verò ſint ſolùm titulati, & nudum nomen Epiſcoporum habeant, quia adminiſtrationis ratio tantùm Epiſcopos differre facit in onere, non in honore, ſic Narbona plures citat *l. 18. gloſ. 11. nu. 2. tit. 1. lib. 4. recop.* Valenzuella *conſ. 10. nu. 61. & 65. tom. 1.* Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib. 1. cap. 8. nu. 39. in fine, verſi. de jure, & de poteſt. Epiſ. par. 1. tit. 1. cap. 2. nu. 12. verſi. Et quamvis*, Alzedo *de præcel. Epiſcop. dignit. par. 1. cap. 10. nu. 39.* conducunt Alciat. *in l. liber homo nu. 6. & 7. de verbor. ſignif.* Menochius *de arbit. jud. caſu 68. nu. 53.* Gratianus *diſcep. foren. cap. 281. a num. 60.* Et ſolent Epiſcopi titulo Dominationis, vulgo Señoria ab omnibus decorari, quando ſolum ſunt electi, & non confirmati, nec conſacrati, Villalobos *in ſum. mor. par. 2. tract. 35. dif. 41. num. 1. in princ.* licèt alicubi decorentur Epiſcopi titulo admodum Illuſtris Dominationis, Boſch *dels titols de honor. lib. 5. cap. 33. primo §. 4. verſi. A queſt titol, fol. 575.* & de Cathalonia idem Boſch *dels titols de honor lib. 5. cap. 33. primo §. 4. verſi. En Cataluna, fol. 576.* & alicubi titulo Illuſtriſſimæ Dominationis illuſtrantur, Queſada Pilo *controver. foren. cap. 3. num. 26. verſi. Non unius.* Et quòd Epiſcopi titulo illuſtriſſimi cohoneſtari debeant, pro ut indiſtinctè quaſi hiſce temporibus ſervatur, tradit Novarius *in pragmat. 1. collect. 1. nu. 3. in fine de titulorum, ſeu inſcriptionum abuſu in ſcribendo ſublato, & de gravam. vaſſal. tom. 1. grava. 316. num. 4.* Verum tamen eſt, quòd in Cathalonia in tribunali contentionum, & competentiarum Reverendus Cancellarius illuſtrat Epiſcopos titulo illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ Dominationis, ut in regeſtris ſententiarum paſſim legitur.

Reverendus Cancellarius Cathaloniæ vocari, & illuſtrari debet titulo Dominationis, vulgo Señoria, *ut latè dicam infrà deciſ. ſeq.* 12

Priores, & Bajulivi Ordinis Sancti Joannis Hieſolymitanen. Commendatores majores, & clavigeri Ordinum Militarium Sancti Jacobi Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, qui magnas Cruces afferunt, decorari permittuntur titulo de Señoria *in lib. 18. num. 12. tit. 1. lib. 4. recopil.* apud Narbonam *ad l. recop. fol. 345.* ſed quòd præcisè vocari, & illuſtrari debeant titulo de Señoria, cavetur in nova pragmatica Regnorum Caſtellæ anni 1611. apud Barredam *in addit. ad l. pœnal. cap. 3. numero 5. fol. 90. parg. 2.* & in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ *num. 10.* apud Dexart *ad capit. Reg. Sard.* Salzedo *in theatro honoris gloſ. 37. in fine.* 13

Abbates, ſive Regulares, ſive ſæculares, etiam jus mitræ, & baculi habentes, non vocantur, nec vocari poſſunt titulo Dominationis, vulgo Señoria, Garcia *de nobilitate gloſ. 48. §. 3. num. 63.* Boſch *dels titols de honor lib. 5. cap. 33. primo §. 4. verſi. Lo de Senoria, fol. 576.* 14

fol. 576. Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 40. quia in pragmatica urbanitatum Regnorum Castellæ, *de qua in l.* 18. *n.* 12. *in fine*, *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *ad l. recop. fol.* 345. & in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ num. 11. apud Dexart *ad capit. Regni Sardiniæ fol.* 433. nulla persona Ecclesiastica, vel sæcularis cujuscumque status, conditionis, dignitatis, gradus, & officii vocari potest Señoria verbo, nec scriptis, præter expressas in illis, inter quas Abbates non reperiuntur expressi.

15 Capitula Ecclesiarum Metropolitanarum permittuntur vocari titulo Dominationis, vulgo Señoria, si talis sit consuetudo, ut habetur in pragmatica urbanitatum Regnorum Castellæ, *de qua in l.* 18. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* apud Narbonam *ad l. recopil. fol.* 345. sed per novam urbanitatum Regnorum Castellæ anni 1611. debetur eis Señoria, de qua apud Barredam *in addit. ad l. pœnal. cap.* 3. *num.* 5. *fol.* 90. *pag.* 2. in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ nulla de eis fit mentio. Air tamen generaliter Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 5. *cap.* 33. *primo* §. 4. *vers. Aixi be*, *fol.* 576. quòd Capitulis Ecclesiarum Cathedralium datur titulus de Señoria.

16 Vice Cancellarius Supremi Regii Coronæ Aragonum Concilii condecorari debet non solum simplici titulo Dominationis, vulgo Señoria, sed etiam addito alio titulo honorificentissimo Illustrissimi, vulgo Señoria Illustrissima. Nam licèt per leges, & pragmaticas sanctiones Regni Castellæ, Præsides aliorum Conciliorum, excepto Præside Concilii Regii Castellæ permittantur decorari, & illustrari titulo Dominationis, vulgo de Señoria, *ut cavetur in l.* 18. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *ad leg. recop. fol.* 345. & titulus Dominationis, vulgo de Señoria Præsidibus aliorum Conciliorum condonetur in nova pragmatica urbanitatum Regni Castellæ anni 1611. apud Barredam *in addit. ad l. pœnal. cap.* 3. *num.* 5. *fol.* 90. *pag.* 2. notat Narbona *l.* 18. *glos.* 12. *num.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ apud Dexart. *ad capit. Reg. Sardin. fol.* 433. *num.* 10. expressè mandetur Vice Cancellarium Regnorum Coronæ Aragonum honorari titulo Dominationis, vulgo Señoria, tamen in regia pragmatica data Matriti 31. Julii 1637. publicata in Civitate Valentiæ 8. Augusti ejusdem anni expressum est, quòd Vice Cancellarius noster possit Illustrissimus, & titulo Illustrissimæ dominationis decorari, & vocari, ut testatur Dominus Vice Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *in admonit. ad lectorem ad suas observ. num.* 14. ubi *num.* 15. *cum seq.* probat, quòd etiam titulo Excellentiæ illustrari potest. Et quòd titulus Illustrissimæ dominationis detur Vice Cancellario Coronæ Aragonum tradit Bosch *dels titols de honor*, *libr.* 5. *cap.* 33. *primo* §. 4. *vers. A quest titol*, *fol.* 575. ad similitudinem Præsidis concilii Castellæ, qui licèt per antiquas leges, & pragmaticas sanctiones illustrandus erat titulo Dominationis, *ut habetur in lib.* 17. *num.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *ad l. recop. fol.* 345. & apud Barredam *in addit. ad l. pœnal. cap.* 3. *num.* 4. *fol.* 90. *pag.* 2. Tamen ex nova pragmatica urbanitatum diei 2. Januarii 1611. dici potest Illustrissimus, & titulo Illustrissimæ dominationis decorari Narbona *l.* 18. *glos.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* quæ omnia de jure procedunt, ut probant Cassaneus, & Pancirolus, quos laudat Dominus Vice Cancellarius D. Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observat. num.* 15. & alii plures quos citant Alzedo *de præcel. Episco. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 47. 48. 50. & 58. latè Regens Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 2. §. 2. *à num.* 157. & tempore, quo Præses Concilii Regii Castellæ, & Vice Cancellarius Regnorum Coronæ Aragonum erant de juncta Gubernii Regnorum Monarchiæ Hispaniæ, durante minori ætate Regiæ Majestatis Domini nostri Regis Caroli II. Gemini orbis Monarchæ Catholici, & etiam finita minori ætate, titulo Excellentissimi, & vestræ Excellentiæ ab omnibus decorabantur.

17 Duces dicuntur personæ Illustres, *secundùm glos. in l. præcipimus ... verbo Præses*, *C. de appellat.* ... neus *in Cathal. glor. mundi par.* 5. *consid.* 45. *vers. & Doctores*, Garcia *de nobil. glo.* 48. §. 3. *n.* 68. Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 9. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 25. *vers. Los primeros*, *col.* 2. *in fine*, *ibi : A los Duques*, Alzedo *de præcel. Episc. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 56. ab aliquibus spectabiles nuncupantur, *ad text. in l. si quando*, *C. de appellat.* §. *simili quoque modo in authent. de appellat.* Doctores citati Garcia *n.* 68. Mastrill. *nu.* 10. Bobad. *dicto vers. A los Duques*, Alzedo *num.* 56. Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 35. *vers. Segueix se lo titol*, *fol.* 580. Menochius *de arb. jud. casu* 68. *nu.* 45. & 46. Sed de consuetudine Italiæ Illustrissimi dicuntur, ut dicunt Baldus, Ruinus, Alfan. & Decianus, quos citat Mastrill. *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 10. Garcia *de nobilit. glos.* 48. §. 3. *num.* 68. Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 35. *vers. Lo comparatiu*, *fol.* 579. sunt que majores Marchionibus & Comitibus, cum illorum dignitas magis accedat regali personæ, & splendori, Belluga *in specu. Princip. rub.* 6. *numer.* 22. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 1. Garcia *de nobilit. glos.* 45. §. 3. *num.* 69. alios plures reddunt Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 25. *in prin.* Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 5. *à nu.* 13. & apud nos titulus magnatum solùm Ducibus competit, Larrea *allegat. fiscal.* 8. *sub nu.* 15. eisque copia datur sedendi, & capitis cooperiendi apud regem, quod aliis titulatis, qui non sunt magnates, non permittitur, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. *propè finem*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 25. *vers. Les primeros*, *col.* 3. *ibi : A los Duques*, *y à los otros Grandes*, latè Larrea *alleg. fiscal.* 8. *à nu.* 1. *ad* 18. & omnes obligantur Duces vocare, illustrare, & condecorare verbo, & scriptis titulo Dominationis, vulgo Señoria, ut habetur in pragmatica urbanitatum Regnorum Castellæ *l.* 18. *num.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *ad l. recop. fol.* 345. & apud Barredam *in addit. ad l. pœnal. cap.* 3. *nu.* 5. *fol.* 90. *pag.* 2. Garcia *de nobilit. glo.* 48. §. 3. *nu.* 68. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *nu.* 25. *vers. Los primeros*, *col.* 3. *ibi : A los Duques*, *y à los otros Grandes*, & in pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ apud Dexart *ad capit. Reg. Sard. fol.* 433. *num.* 10. communiter tamen appellantur Excellentissimi, & titulo excellentiæ honorantur, Bosch *dels titols de honor libr.* 5. *cap.* 35. *vers. Entra apres*, *fol.* 580. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 63.

Marchiones personæ Illustres, spectabiles, & de consuetudine Italiæ Illustrissimi dicuntur, ut pluribus citatis probant Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 6. *à nu.* 19. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 56. Garcia *de nobilit. glo.* 48. §. 3. *nu.* 68. Bosch *dels titols de honor lib.* 5. *cap.* 35. *vers. Lo comparatiu*, *fol.* 579. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 29. sunt que in majori dignitate quàm Comites, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 1. Mastrill. *de magist. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 16. 17. & 18. de quibus Bobad. *in polit. lib.* 2 *cap.* 16. *num.* 17. qui *num.* 32. inquit, quòd hodie in Hispania distingui non potest, quæ sit major dignitas, Comes, aut Marchio, Garcia *de nobilit. glos.* 48. §. 3. *num.* 69. & licèt antea per pragmaticam urbanitatum Regni Castellæ, *de qua in l.* 18. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *fol.* 345. permittantur vocari, illustrari, & decorari titulo Dominationis verbo, & scriptis, vulgo Señoria, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 32. *vers. Los Condes*, *y Marqueses*, Garcia *de nobilit. glos.* 48. §. 3. *numer.* 68. notat Bosch *dels titols honor lib.* 5. *cap.* 33. *primo* §. 4. *vers. Lo titol*, *fol.* 575. Hodie verò Marchiones titulo Dominationis, vulgo Señoria condecorari debent ex nova pragmatica Regni Castellæ anni 1611. apud Berredam *in addit. ad l. pœnal. cap.* 3. *nu.* 5. *fol.* 90. *pag.* 2. & ex pragmatica urbanitatum Regni Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Reg. Sard. fol.* 433. *num.* 10. communiter tamen omnes ante hanc novam pragmaticam titulo de Señoria eos vocabant, ut dicit Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 32. *in fine prin.* Titulus autem excellentissimi secundùm aliquos Marchionibus competit, ut latissimè defendit Menochius contraria proponens, & eis respondens *cons.* 302. *lib.* 4. & refert Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 23. Nihilominus titulus excellen- 18

cellentiæ non est dandus Marchionibus, Novarius *in prag. 1. collect. 1. nu. 2. de titulo seu inscrip. abusu, & de grava. vassal. tom. 1. grava. 316. nu. 1. & 2.* Nisi sint magnates, qui licèt in pragmatica urbanitatum Regnorum Castellæ solùm illustrentur, & decorentur titulo de Señoria apud Barredam *in addit. ad leges pœnal. cap. 3. nu. 5. fol. 90. pag. 2.* & apud Narbonam *l. 18. nu. 10. tit. 1. lib. 4. recop. fol. 345.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 16. nu. 25. versi. Los primeros col. 3. ibi: A los Duques, y à los otros grandes.* Tamen communiter titulo Excellentissimi condecorantur, Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 35. versi. Entra apres, fol. 580.*

19 Comites personæ spactabiles, Illustres, & de consuetudine Italiæ Illustrissimæ dicuntur, ut docent multis laudatis, Mastrill. *magistrat. lib. 4. cap. 7. à nu. 20.* Alzedo *de præcel. Episco. dignit. par. 1. c. 10. num. 56.* Garcia *de nobilit. glos. 48. §. 3. n. 67.* Menochius *de arb. jud. casu 68. nu. 45. & 46.* Bobad. *in polit. lib. 2. c. 16. nu. 29. de eis late tract. at à num. 28. ad 35.* qui licèt per antiquam pragmaticam urbanitatum solùm permittantur decorari titulo dominationis. Tamen per novam pragmaticam condecorari debent dicto titulo Dominationis, vulgò Señoria, non tamen eis est dandus titulus Excellentissimi, nisi sint magnates, ut docent Doctores *citati num. 18.* loquentes promiscuè de Marchionibus, & Comitibus.

Nota primò, quòd Principes, Duces, Marchiones, & Comites Itali, vel alienigenæ etiam urbano illo verbo de Señoria illustrari, decorari, & revereri debent, ut declaratum fuit in nova pragmatica urbanitatum Regnorum Castellæ diei 7. Aprilis 1611. versi. Que los Principes, tradunt Narbona *l. 18. glos. 14. nu. 2. tit. 1. lib. 4. recop.* Barreda *ad l. pœnal. cap. 3. num. 5. in fine, fol. 90. pag. 2.* & gaudent omnibus præeminentiis, & prærogativis prout alii titulati, latè probat Mastrill. *de magist. lib. 3. cap. 14. à num. 50. ad 58.* Dominus Vice Cancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser. 117. num. 32.*

Nota secundò, quòd Duces, Marchiones, & Comites, si bonis fortunæ lapsi fuerint, ita ut nudum titulum habeant, non eis debetur idem honor ac cæteris, & sic titulo Dominationis, vulgo Señoria honorandi non sunt, Narbona *l. 8. glo. 11. nu. 3. & glos. 14. nu. 1. tit. 1. lib. 4. recop.* ex Alciato *de singular. certamine cap. 33. in fine*, Menochio *de arbit. jud. casu 68. nu. 54.* Gratiano *discep. foren. cap. 291. nu. 64.*

Nota tertiò, quòd Duces, Marchiones, & Comites gaudent eorum privilegiis, etiam post refutationem factam de statu cum titulis, & retinent nomen titulorum, quod habebant, quia semel collata dignitas in unum semper illius ossibus remanet fixa, ita ut amplius ab illius persona evelli non possit, & eadem reverentia semper ei debetur in memoriam pristinæ dignitatis, quia licèt titulus deficiat, tamen decus & honor illi non deficit, ut dicunt Doctores, quos citat, & sequitur Gratianus *discep. foren. cap. 834. num. 28. & seq.* Mastrill. pluribus laudatis *de magist. l. 4. cap. 13. à num. 68. cum plurib. seq.* Ursellius *conclus. 140. nu. 12. versi. Rursus extende, & conclu. 143. num. 91. versi. Imo extende.* Sed ipse dicit sibi videri, id ab aula recessisse, vide casum de refutatione tituli in filios apud Aponte *de potest. Proreg. tit. de elect. offi. §. 8. num. 19.* Mastrill. *hic citatus num. 7. & 71.*

20 Gerens vices Generalis Gubernatoris ab aliquibus vocatur spectabilis, Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 35. versi. Segueixse, fol. 580.* Dexart *ad capit. Reg. Sard. in rub. nu. 13. de officio Proregis* Berart *in specul. visit. cap. 13. nu. 1.* Ab aliis vocatur admodum illustris, idem Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 35. versi. Lo titol de illustre reb comparatiu, fol. 579.* In Cathalonia decoratur, & illustratur titulo Dominationis vulgo de Señoria, Bosch *dels titols de honor lib. 5. cap. 33. primo §. 4. versi. En Cataluna, fol. 576.* & esse de justitia, ac bona ratione fundatum ait idem Bosch, ubi proximè *versi. lo de Senoria fol. 576.* & probat in Gerente vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, *in versi. Lo Governador, fol. 576.* In Regno Sardiniæ Gerens vices Gubernatoris capitum Calaris, & Galluræ, & Gerens vices Gubernatoris in capite Sassaris, & Logudorii inigniuntur titulo Dominationis, ut ab omnibus ferè Regni Accolis exhibeatur, Dexart *ad cap. Reg. Sard. in rub. num. 13. de officio Proregis.* In Regno Valentiæ Gerens vices Gubernatoris Urbis, & Regni Citra sexonam illustratur titulo Dominationis, tam verbo, quàm in scriptis, tam pro tribunali sedendo, quàm extra, quod initium habuit à Regio rescripto Don Jacobo Ferrer concesso, dat. Vallisoleti die 3. Maii 1604. posteaque ad successores extenso Regia pragmatica urbanitatum dat. Matriti 26. Maii 1638. publicata Valentiæ 26. Junii ejusdem anni, refert Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valentiæ cap. 2. §. 3. num. 21.*

Vice Comites de urbanitate vocantur spectabiles, ita 21
legi observatum in prima habilitatione Brachii Militaris Curiarum Cathaloniæ celebratarum anno 1626. in personam spectabilis Don Antonii de Perapertusa, Vila de Many, & Cruylles, Vice Comitis de Josch, de Vice Comitis dignitate videantur Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 16. num. 36.* Cabedo *decis. 50. par. 1.* Mastrill. *de magistrat. lib. 4. cap. 9.* sed eis non debetur titulus dominationis, licèt communiter illis detur, Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 33. primo §. 4. versi. Lo de Senoria, fol. 576.*

Deputati, & Auditores computorum Generalis Ca- 22
thaloniæ consistorialiter congregati repræsentantes Principatum decorantur, & illustrantur titulo Dominationis, vulgo Señoria in numero singulari, Bosch *dels titols de honor lib. 4. cap. 2. versi. Per los actes in fine fol. 372. & lib. 5. cap. 33. primo §. 4. versi. Los Consistoris, fol. 576.* ubi idem dicit de Consistorio Visitatorum. Et de Deputatis Regni Valentiæ notat Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 1. cap. 4. §. 8. num. 2. & 3.* de Deputatis Generalis Cathaloniæ, & Regnorum Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Siciliæ, & de eorum officio, authoritate, & præeminentia, latè scripserunt Doctores, quos refert idem Regens Mattheu *de regi. Reg. Valen. cap. 3. §. 2. num. 9.* & Ego addo *decis. 11. num. 26. par. 1.*

Civitates capita Regnorum, & Provinciarum, non 23
solùm illustrari, & decorari possunt titulo Dominationis, vulgo Señoria, ut habetur *in l. 18. num. 12. tit. 1. lib. 4. recop.* apud Narbonam *ad l. recop. fol. 345.* Barredam *in addit. ad leg. pœnal. cap. 3. num. 5. fol. 90. pag. 2.* Narbonam *l. 18. glos. 15. tit. 1. lib. 4. recop.* sed etiam hujusmodi titulus Dominationis, vulgo Señoria eis debetur, Bobad. *in lib. 2. cap. 8. num. 20.* Eo quia præcedunt omnes titulatos, qui non sunt magnates idem Bobad. *in polit. dicto libr. 3. cap. 8. num. 20.* Fontanella *de pact. nup. tom. 1. claus. 3. glos. 1. nu. 9.* Berart *in specul. visit. cap. 22. num. 11.* Xammar *de privil. Barcin. §. 21. n. 13.* Mastrill. *de magist. lib. 4. cap. 13. n. 54.* Larrea *alleg. fiscal. 8. nu. 17.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valentiæ cap. 4. §. 3. num. 1.*

Unde quia Civitas Barcinonæ est caput, & metro- 24
polis totius Principatus Cathaloniæ, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Petri II. tom. 1. collat. 2. cap. 37. num. 3. fol. 39. in novis*, Marquilles *in usat. sequiam molendinorum versi. Nota*, Oliba *de jure fisci cap. 1. n. 18. & de actionib. par. 1. lib. 3. cap. 2. nu. 10. & 11.* Ferrer *par. 1. obser. cap. 57.* Despujol ad Mieres *verbo Barcinonæ Civitas, fol. 19.* Cancer *par. 2. var. resolut. cap. 2. nu. 250.* Fontanella *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glo. 8. n. 21.* Berart *in specu. visit. cap. 22. nu. 10.* Bosch *dels titols de honor, lib. 4. cap. 3. versic. Totes, fol. 380.* Ripoll. ad Pegueram *in praxi civili rub. 4. n. 43. in fine*, Xammar *de offi. jud. par. 1. quæst. 15. nu. 135.* & plures Historicos referens latè *de privileg. Barcin. §. 6. à n. 1. cum seq.* ejus Consiliarii † sed Consules præcedunt omnes titulatos, 25
Barones, Comites, & Marchiones, qui non sunt magnates, Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clau. 3. glos. 1. nu. 9.* Barart *in specu. visit. cap. 22. nu. 11.* Xammar *de privil. Barcin. §. 26. num. 13.* de Regno Neapolis Franchis *dec. 548.* ubi Luca *num. 7.* Aponte *decis. 8. nu. 8.* & consistorialiter repræsentantes Civitatem congregati 26
honorantur, decorantur, & illustrantur titulo Dominationis, vulgo Señoria Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 33. primo §. 4. versi. Los Consisteris in fine, fol. 576.* Xammar *de privileg. Barcin. §. 21. num. 13.*

non

non in numero plurali, ut dicantur Dominationes, vulgo Señories, ut inadvertenter dixit Xammar *loco citato*, sed in numero singulari Dominatio, vulgo Señoria, & admodum Illustris Dominus, Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 2. *versi. Per los actes in fine*, *fol.* 372. *& lib.* 5. *cap.* 33. *primo* §. 4. *versi. Lo de Senoria in fine*, *fol.* 376.

27 Cæsaraugusta est caput, & Metropolis totius Regni Aragonum, Cenedo *collect. ad decretum* 43. *num.* 6. Hortigas *in patrocin.* Academ. Cæsaraugustæ *part.* 2. *num.* 112. Ramirez *de lege reg.* §. 22. *num.* 59. Suelves *cons.* 15. *numer.* 7. *& cons.* 22. *num.* 9. *libr.* 2. conducit

28 Xammar *de privil. Barcin.* §. 6. *num.* 30. Ejusque † Jurati Consistorialiter congregati titulo Dominationis vulgo Señoria insigniuntur, decorantur, & illustrantur, *ex dictis num.* 23.

29 Valentiæ Civitas est Caput, & Metropolis totius Regni Valentiæ, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen.*

30 *cap.* 4. §. 3. *num.* 1. Cujus Juratis conceditur, tribuitur, & datur titulus honorificus Dominationis, vulgo Señoria, cum in forma congregati sunt, *forus* 9. *curiarum anni* 1626. Reg. Mattheu *de regim. Regni Valentiæ cap.* 4. §. 3. *num.* 2.

31 Civitates, quæ sunt in Regnis Castellæ Capita Regnorum, recensent Bobad. *in polit. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 9. Narbona *l.* 18. *glos.* 15. *tit.* 1. *recop.*

32 Prædicta etiam procedunt in aliis Civitatibus, quæ habent votum in Curiis, nam eorum Patiarii, Jurati, seu Consules Consistorialiter congregati honorari & decorari possunt titulo Dominationis, vulgo Señoria, *l.* 18. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* apud Narbonam *ad l. recop. fol.* 345. Barreda *in addit. ad l. pœnal. cap.* 3. *num.* 5. *fol.* 90. *pag.* 2. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 20. *in fine* sicque decorantur in epistolis privatis per Excellentissimos Locum Tenentes, & Capitaneos Generales suæ Regiæ Majestatis in hoc Principatu, ut de Juratis Civitatis Gerundæ tradit Romaguera in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 8. *num.* 20. & non solùm Civitates, sed etiam Villæ, quæ habent suffragium in Curiis, honorari possunt titulo Dominationis, vulgo Señoria, *ut est dispositum in l.* 19. ubi Narbona *glos. unica*, *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* idem Narbona *l.* 18. *glos.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Verùm hæc urbanitas Dominationis solùm in isto Principatu servatur in Civitatibus non autem in Villis, Civitates namque, seu ejus Consules, Patiarii, & Jurati Consistorialiter congregati ab omnibus titulo Dominationis decorantur, non verò Villæ.

33 Sed adverte, quòd titulo honorifico Dominationis, vulgo Señoria etiam illustrari, & decorari possunt Jurati, Patiarii, & Consules Civitatum, quæ non habent Episcopum, *can. in illis* 80. *distin.* Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 11. *nu.* 15. *in fine*, Ripoll. *de regal. cap.* 44. *toto præcipuè n.* 28. & aliqui dicant, quòd Civitas verè, propriè, & realiter non sit, neque hoc nomen mereatur, quæ Episcopum non habet, Belluga *in specul. Princip. rub.* 6. *sub nu.* 23. Mieres *in Cur. montissoni Reg. Petri* 3. *tom.* 2. *col.* 6. *cap.* 17. *num.* 7. *fol.* 86. *in novis*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 15. *versi. Y no se llama*, Alzedo *de præcel. Episc. dignit. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 3. Cardoso *in praxi jud. verbo Civitas nu.* 2. *in fine*, Cenedo *collect. aa decretal.* 101. *nu.* 1. August. Barbosa *in cap.* 1. *n.* 3. *de privileg.* Contrarium tamen verius est, quòd Civitas constitui potest sine Episcopo, & ad substantiam, & esse Civitatis, non requiritur, quòd habeat Episcopum, ut post longam disputationem concludit Decius *in cap.* 1. *à nu.* 1. *ad* 18. *de privileg.* latè contrariis respondet August. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *num.* 16. 18. *&* 19. *& in can. in illis* 2. *num.* 4. 5. 6. *&* 7. ubi allegatio Ludovici Centoflorenii *à versi. Non obstat hodie*, *distint.* 80. Fajardo *allegat. fiscal.* 33. *num.* 1732. Borrell. in addit. in Bellugam *in specul. Princip. rub.* 6. *littera F. la* 2. ut in Civitatibus Minoriss, & Balagarii hujus Principatus, quæ non habent Episcopum, ut tradunt Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri III. tom.* 2. *col.* 6. *cap.* 17. *nu.* 4. 5. *&* 6. *fol.* 86. Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 1. *versi. Tots los casos*, *fol.* 370. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 11. *num.* 18. & in Civitatibus Darocæ, & Calatajubi Regni Aragonum. Et in Alemania sunt multæ Civitates sine Episcopis, Gratian. *discep. foren. cap.* 291. *num.* 38.

Magister rationalis non honoratur titulo Dominatio- 34
nis. Nisi sit titulatus, nam tunc ei tribuitur titulus familiæ suæ. Vel nisi sit in suo tribunali, in quo etiam si officium regatur per Locum Tenentem, seu per coadjutorem antiquiorem, in supplicationibus dicitur admodum Illustris Dominus, Bosch sic intelligendus *dels titols de honor*, *lib.* 5. *cap.* 35. *versi. Lo titols in fine*, *fol.* 579. & datur ei in consistorio titulus Dominationis, vulgo Señoria, Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 5. *cap.* 33. *primo* §. 4. *versi. Lo Mestre rational juncto versi. seq. fol.* 576.

Bajulus Generalis Cathaloniæ non decoratur titulo 35
Dominationis, nisi in ejus tribunali, vel aliàs sit titulatus eo modo quo dixi de Magistro Rationali, nu. 34. ut tradit Bosch ibidem citatus.

ARGUMENTUM.

An Cancellarius Cathaloniæ condecorari debeat titulo Dominationis, vulgò *Senoria*.

SUMMARIUM.

1 *Cancellarius Cathaloniæ condecorari debet titulo Dominationis, vulgo Senoria, etiam si non sit Episcopus, sed Abbas, Archidiaconus, seu alia dignitas.*

2 *Præsides Regiarum Cancellariarum honorari debent titulo Dominationis.*

3 *Cancellarius Cathaloniæ nedum est Præses unius Aulæ Regii Senatus, nu.* 3. *sed etiam totius Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, nu.* 4.

5 *Regia Audientia Cathalonia est verè, & propriè Cancellaria, num.* 5. *& judicat nomine Domini Regis, utiturque regio sigillo, nu.* 6.

7 *Cancellaria non consistit in nomine, sed in usu Regii nominis, & sigilli.*

8 *Consuetudo in titulis assignandis, ac in honorantiis attendi debet.*

9 *Cancellarius Cathaloniæ est magistratus præeminens, magnæ auctoritatis, dignitatis, Majestatis, potestatis, & jurisdictionis, n.* 9. *& adeo insignis, & magna fuit, & est præeminentia, dignitas, & auctoritas Cancellarii, quòd ipse primum locum obtinet post Regem, etiam in sedendo, num.* 10. *habetque titulos Illustris, Illustrissimi, Eminentissimi, Glorioissimi, & Dominationis, num.* 11.

12 *Vinco si vincentem te, multo magis vincam te, nu.* 12. *hæcque regula in omni actu, & materia procedit, num.* 13. *& valet hoc argumentum in titulis & honorantiis, nu.* 14.

15 *Argumentum de majori ad minus valet in titulis, & honorantiis.*

16 *Cancellarius Cathaloniæ præcedit omnes Judices, Officiales, & Magistratus, etiam Gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ.*

17 *Cancellarius Cathaloniæ præcedit Consiliarios Civitatis Barcinonæ consistorialiter congregatos.*

18 *Cancellarius Cathaloniæ præcedit Regentem Regiam Cancellariam.*

19 *Cancellarius Cathaloniæ titulo Illustrissimi decorari potest, num.* 19. *& titulo Eccellentissimi, num.* 22.

20 *Cancellarius apud antiquos Romanos vocabatur secundùm unam opinionem Quæstor candidatus, num.* 20. *& secundùm alteram opinionem Præfectus Prætorio, num.* 23.

21 *Quæstor Candidatus nedum illustris, sed etiam Illustrissimus vocabatur.*

24 *Præfectus Prætorio nedum Illustris, & Illustrissimus sed etiam Excellentissimus vocabatur.*

25 *Cancellarii officium apud Romanos quale esset.*

26 Quæ-

26 *Quæstoris candidati officium quale esset.*
27 *Præfecti Prætorio officium quale esset.*
28 *Cancellarius præcedente tempore primus minister, & præses Concilii effectus fuit.*
29 *Cancellarius Cathaloniæ est Primus Magistratus Principis, ejusque immediatus Assessor, Præses, Dux, & caput Senatus.*
30 *Regius Senatus, & Regalis Cancellaria originem sumpsit ex dignitate Cancellarii.*
31 *Cancellarii Aragoniæ, Sardiniæ & Majoricarum condecorari non possunt titulo Dominationis.*
32 *Cancellarius Cathaloniæ, si fuerit Abbas, Archidiaconus, vel similis dignitas, & eligatur Episcopus, an possit amplius exercere officium Cancellariis, quod habebat, antequam eligeretur in Episcopum, num. 32. & probatur, quòd sic, num. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44. sed in posterum aliud observandum est ex Epistolico rescripto, nu. 45.*

DECISIO CCXLIX.

1 REspondetur affirmativè, quòd Cancellarius Cathaloniæ, etiam si non sit Episcopus, sed Abbas, Archidiaconus, seu alia dignitas condecorari, & honorari debet titulo Dominationis, vulgo Señoria, notat Bosch *dels titols de honor. lib. 2. cap. 36. §. 40. vers. Estos tres in fine, fol.* 283. idque de justitia secundùm nostras leges testatur idem Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 33. primo §. 4. vers. Lo de Senoria fol.* 576. quod probatur.

2 Primò, quia Præsides Cancellariarum licèt per *l. 18. tit. 1. lib. 4. recop.* factam in curiis Regnorum Castellæ 2. Julii 1600. apud Narbonam *ad l. recop. fol.* 345. *num.* 12. solùm possint honorari, & decorari titulo Dominationis, vulgo Señoria. Tamen per aliam pragmaticam Regnorum Castellæ anni 1611. condecorari, & honorari debent titulo Dominationis, vulgo Señoria, de qua Barreda *in addit. ad l. pœnales cap. 3. numero 5. fol. 90. pag. 2.* Ego supra *decis. 248. numero 16. hac par. 4.* sed Cancellarius non solùm est Præses, & caput unius Aulæ civilis Regii Senatus, sed etiam post Pro-Regem est Præses, & caput totius Regiæ Audientiæ Cathaloniæ. Et Regia Audientia Cathaloniæ est verè & propriè Cancellaria, sicut Pinciana, & Granaten. Ergo Cancellarius Cathaloniæ honorari, & condecorari debet titulo Dominationis, vulgo Señoria.

3 Quòd autem Cancellarius sit Præses, & caput unius Aulæ civilis Regii Senatus Cathaloniæ, tradunt Bosch *dels titols de honor. lib. 2. cap. 36. §. 40. vers. Lo offici in fine, fol.* 282. Fontanella *decis. 375. num. 1. par. 2.* Reg. Mattheu *de regi. Reg. Valen. cap. 2. §. 2. sect. 3. nu.* 120. Ego *decis. 10. num. 42. part. 1.* & probat Epistola Prioris Don Ferdinandi Proregis Cathaloniæ, apud Dexart *ad capit. Reg. Sard. fol.* 51. & quòd Cancella-
4 rius † post Proregem sit Præses & caput totius Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, idem Bosch *dels titols de honor, lib. 2. cap. 36. §. 36. vers. Lo Præsident ad medium fol.* 278. Ramirez *de lege regia §. 10. nu.* 23. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 2. §. 2. nu.* 152. & alii infrà *nu. 10. 28. & 29.*

5 Et quòd Regia Audientia Cathaloniæ sit verè, & propriè Cancellaria, sicut Pintiana, & Granatensis, sic eam vocant Oliba *de jure fisci cap. 4. à nu.* 39. Bosch *dels titols de honor, lib. 2. cap. 36. §. 40. vers. Estos tres cum seq. fol.* 283. *&* §. 45. *fol.* 285. Berart *in specu. visit. cap. 10. n. 7. & 8.* Ego *decis. 17. à n. 9. par. 1.* Dominus Vice Cancel. Don Christophorus Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observ. num.* 34. Eo
6 quia judicat † nomine Domini Regis, utiturque ejus regio sigillo, Bosch *dels titols de honor. lib. 2. cap. 36. vers. Los de la Audientia, fol.* 277. *cum seq. &* §. 39.
7 *fol.* 280. Nam Cancellaria † non consistit in nomine, sed in usu Regii nominis & sigilli, abundè Parlador. *rer. quotid. tom 2. differ. 10. à num. 10. & differ. 11. nu.* 7. Alfaro *de offic. fiscal. glos. 24. n. 1. in fine*, Carrascus *de casib. cur. nu. 96.* Reg. Mattheu *de regi. Reg. Valen. cap. 2. §. 2. num. 22. 23. 147. 148. &* 149. Dominus Vice Cancellarius Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat. 15. num.* 270. Solorzanus *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. per totum, & in polit. lib. 5. cap. 3. fol.* 262. Bosch *dels titols de honor, libr. 2. capit. 36. §. 40. vers. Estos tres, fol.* 283.

Secundò, quia in titulis assignandis, ac in honoran- 8
tiis consuetudo attendi debet, & ea servanda est, ac si lex esset, *cap. cum olim* ubi Bald. *not. 1. de consuetud.* Parisius *cons. 149. à nu. 1. lib. 4.* Menochius *cons. 51. à nu. 49. & cons. 52. n. 284. lib. 1. & cons. 126. n. 3. lib. 2. & cons. 257. nu. 39. lib. 3. & cons. 302. nu. 43. & 44. lib. 4. & cons. 784. nu. 1. lib. 8.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. num. 55.* Franchis *decis. 388. num. 4.* Riccius ad Franchis *decis. 144. in fine, & decis. 253. ad med. & in praxi var. par. 1. resol. 554. n. 1. & collect. 1077. par. 4. & decis. 67. num. 13. par. 1.* Thoro *in compen. dec. par. 1. vers. Hastæ pallii, col. 3. in fine, & vers. Nec alia, fol.* 251. Boer. *decis. 155. & de author. magni Consilii nu.* 68. Lara *de anniversar. lib. 1. cap. 24. à nu.* 18. Anna *singul. 40. à nu. 1.* Seraphin. *decis. 355. & decis. 663. & decis. 964.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 224. num. 4.* Medices *decis. Marchiæ 21.* Mastrill. *de magistrat. lib. 4. cap. 5. nu. 12. & cap. 6. num. 22. & cap. 14. num. 1. & 2. & latè lib. 5. cap. 4. à num. 30. ad 37. & decis. 130. num. 16. & 17. lib. 3.* Gratian. *discep. foren. cap. 106. nu. 7. & 8. & cap. 298. nu. 8. & cap. 442. n. 9. & cap. 590. nu. 23. & cap. 867. nu. 27. & decis. Marchiæ 16. à nu. 2.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 10. num. 49. & cap. 18. num. 228. & lib. 3. cap. 2. nu. 23.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 52.* Gamma *decis. 1. nu. 31.* Garcia *de nobilit. glos. 18. à nu. 44. & de expen. c. 9. à num. 39. cap. 9. num. 43.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 18.* Daniel de Nobilibus *controver. disp. 44. à num. 37. & disp. 45. à nu. 5. & disp. 60. num. 46. & disp. 73. num. 2. & disp. 75. num. 1.* Maurus *allegat. 5. nu. 2. &* 3. Larata *cons. 2. à num. 27.* Thesaur. *quæst. foren. 48. num. 2. lib. 1.* Borrell. *in sum. decis. par. 1. tit. 14. nu. 118. & in addit. ad Bellugam, in specu. Princip. rub. 6. littera O* Maceraten. *lib. 1. resol. 81. nu. 5.* Ponte *decis. 8.* Rovit. *decis. 65. & decis. 77. num. 7.* Bosch *dels titols de honor, lib. 5. cap. 36. vers. La segona reglo, fol. 582. & cap. 37. fol.* 583. Centorolus *de præceden. n. 6. &* 88. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valentiæ cap. 2. §. 4. nu.* 37. Cyriacus *controv. 201. à nu. 165. & controver. 202. num. 41. &* 42. Danza *de pugna Doctorum tom. 2. titu. de præcedentia cap. 3. num. 11.* Sanfelicius *decis. 140. num. 9.* Fermosin. *in cap. cum olim num. 4. & 5. de consuetud.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. §. 2. à num. 19.* Valenzuella *cons. 34. à num. 132. ad 183. tom. 1. & cons. 201. à num. 27. sed vide à num. 75. tom. 2.* abundè pluribus aliis laudatis Salgado *de Regia protect. par. 2. cap. 9. à num. 18.* Sperell. *decis. 179. à num. 1. ad 6. lib. 2.* Quesada Pilo *controver. foren. cap. 3. à num. 22.* Larrea *alleg. fiscal. 51. à num. 8.* Michael Ferro Manriquez *de præced. quæst. 18. tota*, Suelves *cons. 72. num. 1. & 2. lib. 1. & cons. 41. num. 25. lib. 2. & cons. 14. nu. 91. lib. 3.* Hermosilla ad Gregor. Lopez *par. 1. in prologo glos. 2. fol. 9. col. 2. num. 80. & 18. & fol. 11. à num.* 101. Reg. Don Antonius Joannes de Centellas Marchio de Centellas *in tract. defensa juridica de la præcedencia nu. 37. y en la discep. legal. Historica num.* 231. Castillo *de tertiis tom. 7. cap. 41. num. 60. &* 65. Postius *de manuten. observ. 10. à nu. 31. & decis. 32. nu. 6. & 7. & decis. 73. num. 1. & decis. 229. num. 1. & 2. & decis. 534. num. 14. & decis. 594. num. 3.* Augustin. Barbosa *de potest. Epic. par. 3. allegat. 78. nu. 27. & 36. & de Canonicis c. 4. nu. 8. & 9. & in cap. cum olim num. 2. vers. Et per hanc, & nu. 10. & in addition. tom. 6. nu. 1. 2. 3. & 4. de consuetud. & decis. Apostol. 228.* Xammar *de officio judic. par. 1. quæst. 2. num. 69.* noster Doctissimus Regens in supremo Aragonum Consilio Don Raphael de Vilosa *in dissert. jur. super præcedentia, versic. Et licet.* Sed Cancellarius Cathaloniæ à Proregibus, Vice Cancellario, & Regentibus Supremi Concilii Coronæ Aragonum, Archiepiscopis, & Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & ab omnibus indistinctè titulo Dominationis decoratur, ut est notissimum. Ergo &c.

Tertiò quia Cancellarius Cathaloniæ est Magistratus 9
præemi-

præeminens, magnæ auctoritatis, dignitatis, Majestatis, potestatis, & jurisdictionis, de cujus præeminentiis, auctoritate, dignitate, jurisdictione, & potestate agunt plures Doctores, quos citavi *decis.* 10. *num.* 39. 40. & 41. *par.* 1. quibus addendi sunt Dominus Vice Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observat. à num.* 9. remissivè Augustt. Barbosa *in cap. ad hæc* 10. *num.* 3. & 10 4. ubi Fermosin. *num.* 3. *de rescriptis*. Et adeò † insignis, & magna fuit, & est præeminentia, dignitas, & auctoritas Cancellarii, quòd ipse primum locum obtinet post Regem, etiam in sedendo, Benedict. *in cap. Raynuntius verbo uxorem nomine Adelasia decis.* 2. *numero* 197. Casaneus *in Catal. glor. mundi par.* 7. *consider.* 7. quos citat Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 48. quem laudavi *decis.* 10. *num.* 56. *in fine par.* 1. quibus addo Boer. *de author. Mag. Concilii à num.* 8. Reg. Sesse *decis.* 276. *num.* 2. *lib.* 3. Padilla *in l.* 7. *num.* 6 *C. de diver. rescrip.* Bardaxi *foro* 1. *num.* 2. *de offi. Cancel.* Ramirez *de lege Reg.* §. 10. *num.* 23. & 24. *ubi plures citat littera O.* Domin. Vice-Cancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observ. num.* 12. alios cumulant Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellarius num.* 13. Ortiz de Valdez *in defen. canonica Episcopi Populæ Angelorum par.* 5. *numero* 91. *fol.* 135. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 2. §. 2. *num.* 152. 157. & 163. & probatur ex Epistola Prioris Don Fernandi Proregis Cathaloniæ apud Dexart *ad capit. Reg. Sard. fol.* 51. *vers. Quando yo no* 11 *estoy*. Habet † titulos Illustris, Illustrissimi, Eminentissimi, Gloriosissimi, & Dominationis, ut probant Berart, & Bosch, & alii referendi infrà num. 19. Ergo Cancellarius Cathaloniæ debet vocari Señoria.

12 Quartò ex regula, si vinco vincentem te, multò magis vincam te, *de qua in l. de accessionibus* 4. *in fine prin. ff. de diver. & tempor. præscrip. l. æquissimum*, *ff. ad Tertulian. authen. defuncto glo. verbo proximi C. ad ofician. l. usucapio cum glossa singulari ab omnibus approbata C. de pignorib.* latè Gabriel *com. conclu. lib.* 4. *de succession. ab intestato conclu.* 4. Tusch. *pract. conclu. littera V. conclus.* 208. Castillo *controver. libr.* 3. *capit.* 30. Barbosa 13 *axiom.* 226. quæ in † omni actu & materia procedit Ca- 14 stillo *lib.* 3. *controver. cap.* 30. *num.* 2. & valet † hujusmodi argumentum in titulis, & honorantiis, Menochius *cons.* 52. *nu.* 138. *lib.* 1. & *cons.* 126. *nu.* 15. *lib.* 2. Suelves *cons.* 41. *n.* 32. *in fine lib.* 2. Cyriacus *controver.* 202. *nu.* 5. *tom.* 2. Et etiam valet argumentum de majori ad minus in titulis, & honorantiis, ex Belluga tra- 15 dit idem Suelves *cons.* 41. *num.* 32. *lib.* 2. notat Cyriacus *controver.* 202. *nu.* 48. *vers. Undecimo*, & *nu.* 49. 16 & 50. *tom.* 2. Sed Cancellarius † Cathaloniæ præcedit omnes Judices, Officiales, & Magistratus, Berart. *in specu. visit. cap.* 10. *nu.* 14. Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 36. *vers. Estos tres*, *fol.* 283. Ramirez *de lege Regia*, §. 10. *nu.* 26. *in fine*, Bardaxi *foro* 1. *numero* 2. *de officio Vice-Cancel.* Dominus Vice-Cancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observat. num.* 12. etiam Gerentem Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, ut docent Michael Ferrer, Xammar, Berart, Bosch, & Fontanella à me citati *decis.* 10. *num.* 54. *par.* 1. Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ decoratur, & illustratur honorifico titulo Dominationis, ut *dixi decis.* 248. *num.* 20. *hac par.* 4. Ergo Cancellarius Cathaloniæ decorari debet titulo Dominationis.

17 Quintò ex eadem regula, si vinco vincentem te, de qua num. 12. argumentor ita; Consiliarii Civitatis Barcinonæ consistorialiter congregati repræsentantes Civitatem decorantur, illustrantur, & honorantur titulo Dominationis, *ut probavi dec.* 248. *à nu.* 23. *ad* 27. *hac par.* 4. sed Cancellarius Cathaloniæ præcedit Cancellarios Civitatis Barcinonæ consistorialiter congregatos repræsentantes Civitatem, ut constat ex Epistola Prioris Don Ferdinandi Proregis Cathaloniæ apud Dexart *ad Capitula Regni Sardiniæ fol.* 51. & ex dictis supra *num.* 16. Ergo &c.

18 Sextò, quia Cancellarius Cathaloniæ præcedit Regentem Regiam Cancellariam, Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 36. *vers.* 282. probatur ex Epistola Prioris Don Ferdinandi de Toledo Proregis Cathaloniæ apud Dexart *ad capit. Reg. Sardin. fol.* 51. & ex alia Regia Epistola quam referunt Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. Fontanella *de pact. nup. tom. clau.* 3. *glo.* 1. *nu.* 8. Regens Regiam Cancellariam præcedit Marchiones, & Comites, nedum Cathaloniæ, sed etiam totius Hispaniæ, *ut in decis. seq. num.*..... Sed Marchiones, & Comites decorantur, & honorantur titulo dominationis, *ut probavi decis.* 248. *num.* 18. & 19. *hac par.* 4. Ergo Cancellarius Cathaloniæ illustrari debet titulo Dominationis vulgo Señoria ex dicta regula si vinco vincentem te, *de qua supra à num.* 12.

Imò si legibus Romanorum standum esset, Cancel- 19 larius titulo Illustrissimi, & Illustrissimæ Dominationis condecorari, illustrari, & honorari posset, vulgo Señoria Illustrissima, probant Casaneus *in cathal. glor. mundi par.* 2. *consider.* 2. & 7. Pancirol. *variar. lect. lib.* 1. *cap.* 4. Menochius *de arbitrar. judic. casu* 68. *à nu.* 7. Berart *in specu. visit. cap.* 10. *num.* 17. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. par.* 1. *c.* 10. *n.* 41. *juncto n.* 47. Bosch *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 40. *vers. Estos tres in fine fol.* 283. Dominus Vice-Cancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observ.* 20 *n.* 14. Eo quia Cancellarius apud antiquos Romanos secundùm unam opinionem Quæstor candidatus appellabatur, Bardaxi *foro* 1. *nu.* 2. *de offic. Cancel.* Belluga *in specu. Princip. rub.* 6. *num.* 6. Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellarius n.* 9. quos sequitur Ramirez *de lege regia* §. 10. *n.* 26. *glo. littera Q.* refert Reg. Mattheu aliis additis *de regim. Reg. Valen. c.* 2. §. 2. *n.* 158. & 159. quibus addi possunt Padilla *in l.* 7. *n.* 6. *C. de diver. rescrip.* Menochius *de arbit. jud. casu* 68. *nu.* 11. Janninius *de citat. reali lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 810. & 811. Mieres *in cur. Barcin. Regis Martinis tom.* 2. *collat.* 8. *c.* 3. *nu.* 9. *fol.* 166. ubi Despujol *verbo Cancellaria erat fol.* 24. *col.* 2. Et Quæ- 21 stor candidatus nedum Illustris, Belluga *in specu. Princip. rub.* 6. *n.* 6. Menochius *de arbit. judic. casu* 68. *n.* 8. Janninius *de citat. reali lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 805. Sed etiam Illustrissimus vocabatur, Berart *in specu. visit. cap.* 10. *n.* 17. & alii citati *n.* 19. sed verum est, quòd Quæstoris officium magis adaptatur Thesaurario generali, eo quòd Quæstores dicti sunt à quærendo, & ipsorum origo à conquirendis pecuniis ærarii deducitur, ut omnes isti Doctores tenent, ut refert Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 2. §. *n.* 159. *in fine*. Sed adverte ne decipiaris, plures esse quæstorum species, quæ ad tria genera reducuntur, Unum pecuniæ inquirendæ, & conservandæ, & talis quæstor apud Principem Thesaurarius nuncupatur, cujus officium est præesse pecuniis fiscalibus. Aliud genus Quæstoris erat, qui præerat capitalibus causis, & sententiis. Tertium genus Quæstoris in Palatio Principis erat, qui in legendis libris, & litteris vacabat, & hic candidatus Principis appellabatur, qui magnus Cancellarius Principis dijudicatur, ut latè hæc omnia probat Janninius *de citatione reali lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 807.

Et quod magis est, si eisdem legibus Romanorum 22 standum esset, Cancellarius Cathaloniæ titulo excellentissimo, & vestræ Excellentiæ honorari, decorari, & illustrari posset, Dominus Vice-Cancel. Don Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lectorem ad lectorem ad suas observat. n.* 15. Janninius *de citat. reali lib.* 1. *c.* 1. *n.* 84. *per text. in l.* 36. *si quando C. de appellat.* Eo quia † Cancellarius secundùm antiquos Romanos, 23 secundùm alteram opinionem, fungitur munere Præfecti Prætorio, & ejus officium est Præfectus Prætorius, *l. præcipimus C. de appellat.* Borrell. in addit. in Bellug. *rub.* 6. *littera G.* Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellarius n.* 13. Menochius *de arbit. jud. casu* 68. *nu.* 7. & 11. Regens Mattheu *de reg. Reg. Valen. c.* 2. §. 2. *n.* 160. 161. 162. & 168. Dominus Vice-Cancellarius Don Christophor. Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observat. nu.* 11. Et Præfectus Prætorius non solùm dicebatur 24 Illustris, sed Illustrissimus, *l. unica & ibi glos. ff. de offi. Præf. Prætor.* Casaneus *in cathal. glor. mundi par.* 7. *consider.* 2. Menochius *de arbit. jud. casu* 68. *n.* 5. alia jura, & Doctores citat Alzedo *de præcel. Episco. dignit.*

par. 1. c. 10. n. 58. Verùm etiam dicebatur Excellentiſſimus, *l. Excellentia juncta gloſ. 2. C. de erogat. milit. annonæ l. 12. l. 1. C. de offi. Præfec. Prætor. Africæ*, Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 5. cap. 6. nu. 28.* Solorzanus *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. nu. 70. & polit. lib. 5. cap. 13. verſic. Aſſi meſmo, fol.* 872. Dominus Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *in admonit. ad lec. ad ſuas obſervat. nu. 15.*

25 Et ſi vis ſcire, quale eſſet officium Cancellarii apud Romanos, & unde originem ſumpſit, videndi ſunt Covar. *practicar. cap. 4. n. 10.* Oliba *de jure fiſci c. 4. nu. 39.* Ramirez *de tege regia* §. 10. *n. 26.* Padilla *in l. 7. n. 6. C. de diver. reſcrip.* Parlador. *rer. quotid. c. 2. differ. 10. n. 8.* Faber *in C. l. 1. tit. 11. defin. 1. n. 5.* Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univer. l. 1. c. 4. n. 95.* abundè Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellarius num. 4. 5. 6. 7. & 8.* Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. c. 2. §. 2. a n. 152.* Berart *in ſpecu. viſitat. c. 10. à n. 11.* remiſſivè Boſch *dels titols de honor, l. 2. c. 36. §. 40. verſi. Lo offici, fol.* 282. Et qua-

26 le † eſſet officium Quæſtoris candidati, & quarè ſic dicebatur, videndi ſunt Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellarius n. 9. 10. 11. & 12.* Janninius *de citat. reali lib. 1. cap. 1. à n. 805.* Menochius *de arb. jud. caſu 68. n. 9.* Reg. Mattheu plures citat *de regim. Reg. Valen. cap. 2. §. 2. n.*

27 159. Et quale † eſſet officium Præfecti Prætorio, idem Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 2. §. 2. nu. 160. & 161.* Amaja *in l. fin. de decurionib. lib. 10.*

28 Cæterùm, omiſſis antiquitatibus ad inſtitutum excelſæ dignitatis Cancellarii, ut titulo honorifico Dominationis, vulgo Señoria condecorari debeat. Dicunt Doctores, quòd præcedente tempore propter frequentes Regum communicationes ejus dignitas fuit valdè aucta, ita ut Cancellarius primus miniſter, & Præſes conſilii effectus fuit, *ut conſtat ex l. præcipimus, & l. ſi quando C. de appellat.* docent Covar. *practicar. cap. 4. n. 10. in fine*, Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellarius, nu. 13.* Ramirez *de leg. regia* §. 10. *nu. 23. 24. 25. & 26.* Oliba *de jure fiſci cap. 4. nu. 39. 40. & 41.* Boſch *dels titols de honor, lib. 2. c. 36. §. 40. verſi. Al principi, fol.* 282. Berart *in ſpecu. viſit. cap. 10. à nu. 1. ad 18.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 1. §. 2. num. 157. &*

29 159. *in fine*. Et hodiernis temporibus continuatur hæc præeminentia in noſtro Cancellario Cathaloniæ, qui primus magiſtratus, & miniſter Principis eſt, ejuſque immediatus Aſſeſſor, Præſes, Dux, & Caput Sacri Cathaloniæ Senatus, tradunt ex noſtris Mieres *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ par. 2. collat. 10. c. 3. n. 9 fol. 362. in novis*, Oliba *de jure fiſci c. 4. nu. 39.* Boſch *dels titols de honor, lib. 2. c. 36. §. 40. verſi. Lo origen, & verſi. Lo offici fol.* 282. Fontanella *deciſ. 367. nu. 9. par. 2.* Berart *in ſpecu. viſit. cap. 10. nu. 14. & 17.* Ego *deciſ. 10. n. 53. par. 1.* & clarè probatur ex epiſtola præcedentiarum Prioris Don Ferdinandi de Toledo Proregis Cathaloniæ apud Dexart *ad capit. Regni Sardiniæ, fol.* 51. ex Aragonenſibus Bardaxi *foro 1. n. 2. de officio Cancellarii*, Portoles ad Molin. §. *Vice-Cancellar. nu. 13.* Ramirez *de leg. Regia* §. 10. *num. 23. cum ſeq.* Reg. Seſſe *deciſ. 276. nu. 2. lib. 3.* ex Valentinis Gomez *in prœm. ad Reg. Cancellar. quæſt. 1. per totam*, Belluga *in ſpecu. Princip. rub. 6. §. 6.* Mandriaga *de Senatu, & Principe cap. 3. verſic. Signeſe el Conſejo*, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 2. §. 2. num. 163. 164. & 165.* latè Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad ſuas obſervat. à nu. 8.* & ex aliis Boer. *de author. magni Conſil. à nu. 8.* Caſaneus *in cathal. glor. mundi par. 7. conſider. 7.* Covar. *pract. cap. 4. num. 10.* Maſtrill. *de magiſtrat. in prælud. num. 50.* Alzedo *de præcel. Epiſcop. dignit. par. 1. cap. 10. num. 48.* Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib. 1. cap. 4. num. 95. & dec. Apoſtol. 722.* Borell. in addit. ad Bel-

30 lug. *in ſpecu. Princip. rub. 6. littera G.* Ideoque † ab ejus dignitate ſumpſit originem Regius Senatus, & regalis Cancellaria, Parlador. *rer. quotid. tom. 2. differ. 10. num. 10.* Dominus Vice-Cancel. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad ſuas obſervat. num. 13.*

31 Notanter in hac Deciſione ſemper dixi Cancellarius Cathaloniæ. Nam Cancellarii regnorum Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum non debent, nec poſſunt decorari titulo honorifico Dominationis, vulgò Señoria. Quia non ſunt idem cum noſtro Cancellario Cathaloniæ, ex quo ſolùm curant de decidendis, & declarandis competentiis ſuſcitatis, & motis inter Judices ordinarios Eccleſiaſticos, & Regios. At Cancellarius Cathaloniæ nedum contentiones dijudicat, ſed etiam præſidet in una Aula Senatus, imò abſente Prorege à Senatu, eſt Præſes totius Senatus, *ut dixi nu. 3. & 4.* & tradit Reg. Mattheu *de regim. Regni Valentiæ cap. 2. §. 2. num. 170.*

Sed quæro obiter. An ſi Cancellarius Cathaloniæ 32
fuerit Abbas, Archidiaconus, vel ſimilis dignitas, & eligatur Epiſcopus, poſſit amplius exercere officium Cancellarii, quod habebat, antequam eligeretur in Epiſcopum? Super iſto caſu de ordine Excellentiſſimi Domini Proregis fuimus conſulti Doctor Ludovicus Ferrer Advocatus Fiſci Regiæ Curiæ, & ego tunc Fiſci Advocatus Patrimonialis Regiæ Audientiæ occaſione Epiſtolici reſcripti diei 16. Octobris 1664. per Concilium Supremum Aragonum expediti, in quo ſua Regia Majeſtas ſcripſit ſuæ Excellentiæ, quòd ſua Regia Majeſtas intellexit, quòd repertus in hac Civitate Barcinonæ Epiſcopus Vici, electus Illerdæ per tranſitum ad Civitatem Tarraconæ, ad Concilium Provinciale, ſua Excellentia illi commendavit, ut exerceret officium Cancellarii, quod obtinebat, antequam eligeretur in Epiſcopum, toto tempore, quo in hac Civitate detineretur, quod ſuæ Regiæ Majeſtati novitatem cauſavit, quare ſua Regia Majeſtas mandavit ſuæ Excellentiæ, ut certiorem faceret ſuam Regiam Majeſtatem motivorum, quæ ad illud habuit ſua Excellentia.

Recognitis regeſtris ſententiarum Cancellariorum 33
Cathaloniæ, fecimus conſultationem ſuæ Excellentiæ die 1. Novembris 1664. in qua diximus quòd Don Ferdinandus Loazes, Patriarcha Antiochen, & Archiepiſcopus Tarraconæ fuit Cancellarius Cathaloniæ, *ego deciſ. 17. ſub nu. 58. par. 1.* & repertus in Civitate Barcinonæ declaravit aliquas competentias, ſeu contentiones, ſcilicet duas die 3. Auguſti 1565. & unam die 14. Auguſti ejuſdem anni, ſed per ſuam abſentiam Don Carolus de Cardona Archipresbyter Stagni fuit nominatus tertius contentionum, qui declaravit quatuor competentias, unam die 9. Aprilis duas 10. Auguſti, & aliam 22. Octobris 1566. ſed poſtea rediens ad Civitatem Barcinonæ Archiepiſcopus Tarraconæ, & Patriarcha Antiochen. Don Ferdinandus de Loazes exercuit officium Cancellarii, & declaravit aliam competentiam die 29. Novembris 1566. & iterum per ſuam abſentiam fuit nominatus Tertius contentionum idem Don Carolus de Cardona, per quem declaratæ fuerunt tres competentiæ, una 12. & duæ 23. Decembris 1566.

Don Joannes de Cardona Epiſcopus Barcinonæ 34
fuit Cancellarius Cathaloniæ, Ego *deciſ. 17. ſub numero 58. par. 1.*

Don Guillermus Caſſador Epiſcopus Barcinonæ pro- 35
pter abſentiam Cancellarii fuit nominatus Tertius contentionum, & unam competentiam declaravit 14. Martii 1567. & poſtea creatus Cancellarius officium exercuit à die 22. Aprilis 1567. uſque ad annum 1573. quam plurimaſque competentias declaravit, Ego *deciſ. 17. ſub num. 58. par. 1.*

Don Joannes Dimas de Loris Epiſcopus Barcinonæ 36
erat jam Cancellarius Cathaloniæ 20. Aprilis 1577. à quo uſque ad diem 16. Decembris 1582. exercuit officium Cancellarii, & innumerabiles competentias declaravit. Ego *deciſ. 17. ſub nu. 58. par. 1.*

Doctor Raphael Rovirola Canonicus Sanctæ Eccle- 37
ſiæ Barcinonæ, & Prior Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Manlleu fuit nominatus Cancellarius, Ego *deciſ. 17. ſub num. 58. par. 1.* qui juravit die 12. Octobris 1598. & exercuit officium, multaſque cauſas contentionum declaravit uſque ad diem 9. Aprilis 1604. & invenimus, quòd die 15. Maii 1604. erat jam Epiſcopus Barcinonæ, & continuavit exercere officium Cancellarii, plureſque competentias declaravit uſque ad diem 27. Octobris 1605.

Don Petrus de Puigmari Abbas Sancti Michaelis 38
de Cu-

de Cuxano, Ordinis Divi Benedicti fuit nominatus Cancellarius Cathaloniæ. Ego *decis.* 17. *nu.* 18. *par.* 1. & juravit die 9. Junii 1621. & exercuit officium Cancellarii usque ad diem 9. Aprilis 1631. & invenimus quòd die 1. Maii 1631. erat jam Episcopus Celsonæ, & continuavit exercere officium Cancellarii usque ad diem 16. Julii 1631. & propter accessum ad suum Episcopatum cum licentia Excellentissimi Domini Pro-Regis, durante sua absentia die 19. Julii ejusdem anni 1631. fuit nominatus Tertius contentionum Don Franciscus de Erill Abbas Sancti Cucufatis Vallen. Ordinis Divi Benedicti, quam nominationem Ego refero *decis.* 19. *num.* 28. *par.* 1. & ab eo die exercuit munus Tertii contentionum, quo usque sua regia majestas eum nominavit Cancellarium.

39 Ex his observantiis visum nobis fuit resultare motiva, quibus motus fuit Excellentissimus Dominus Prorex ad commendandum Episcopo Vici Electo Illerdæ exercitium officii Cancellarii, quod habebat, antequam eligeretur in Episcopum.

40 Et Primò, quia incompatibile non est Cancellarium, & Episcopum esse. Quia constitutio 4. tit. de officio Cancellarii disponit, quòd officium Cancellarii provideatur in notabili persona Ecclesiastica. Et Doctores practici docent, quòd communiter fit provisio in magno Prælato, puta Archiepiscopo, vel Episcopo, *quos citavi dec.* 17. *nu.* 6. *par.* 1.

41 Secundò quia quando Tertius contentionum est nominatus durante absentia Cancellarii, statim atque Cancellarius revertitur ad Civitatem, in qua residet Regia Curia, vel Regia Audientia, cessat jurisdictio Tertii contentionum, & Cancellarius suum officium reassumit, *ut probavi dec.* 19. *nu.* 15. *&* 16. *par.* 1. sed Doctor Michael Alegre Regius Consiliarius nostræ Regiæ Audientiæ fuit nominatus Tertius contentionum durante absentia Episcopi Vicen. Don Braulii Sunyer. Ergo statim atque quòd Episcopus Vici reversus fuit ad hanc Civitatem, cessavit Tertii jurisdictio, & potuit, ac debuit iste suum exercere officium. Ut fuit observatum cum Patriarcha Antiochen. Archiepiscopo Tarraconæ Don Ferdinando Loazes. *ut supra nu.* 32.

42 Tertiò, quia Cancellarii officium de jure non vacat, etiam si in Episcopum Cancellarius eligatur, non solùm quando Cancellarius eligitur Episcopus Barcinonæ, ut fuerunt electi Don Joannes de Cardona, Don Guillermus Cassador, Don Joannes Dimas de Loris, & Don Raphael de Rovirola, *ut dixi num.* 34. 35. *&* 36. alium casum declarationis factæ per Regium Cancellarium electum Episcopum Barcinonæ diei 14. Maii 1533. refert Michael Ferrer. *par.* 3. *observant. cap.* 234. *&* 429. sed etiam quando sunt Episcopi aliorum Episcopatuum Cathaloniæ, ut fuit observatum cum Archiepiscopo Tarraconæ, Patriarcha Antiochen. Don Ferdinando Loazes, *ut supra nu.* 32. & ita sensit Excellentissimus Dominus Pro-Rex, quando propter binas absentias Cancellarii Don Ferdinandi de Loazes Archiepiscopi Tarraconæ nominavit in Tertium contentionum Don Carolum de Cardona, *ut notavi n.* 31. & similiter idem sensit Excellentissimus Dux Cardonæ Prorex Cathaloniæ, quando die 19. Julii 1631. propter absentiam Cancellarii Don Petri de Puigmari Episcopi Celsonæ nominavit in Tertium contentionum Don Franciscum de Erill Abbatem Sancti Cucufatis Vallen. *ut supra num.* 37. Pariter idem sensit Excellentissimus Marchio de Castel Rodrigo Prorex Cathaloniæ, quando propter absentiam Cancellarii Don Braulii Sunyer Episcopi Vicen. nominavit in Tertium contentionum Doctorem Michaelem Alegre.

43 Unde certum est, quòd si officium Cancellarii vacasset ipso jure propter promotionem ad Episcopatum, factæ fuissent nominationes Tertiorum contentionum propter vacationem officii Cancellarii; ergo cum fuerint factæ propter absentiam Cancellarii, qui assumptus fuit ad Episcopatum, semper fuit habitum pro constanti, & excellentissimi Domini Proreges intellexerunt, quòd officium Cancellarii de jure non vacabat, quamvis Cancellarius fuisset nominatus Episcopus, & possessionem Episcopatus adeptus fuisset.

44 Quartò, quia postquam accessit Don Braulius Sunyer Cancellarius, Episcopus Vici ad illam Civitatem cum licentia Excellentissimi Marchionis de Castel Rodrigo Proregis Cathaloniæ fuit dubitatum, si illi erat solvendum salarium pro tribus mensibus absentiæ, qui dantur Cancellario quolibet anno *per constitutionem primam titulo de residentia, & absentia Doctorum Audientiæ, & Concilii Regii.* Et Deputati, & Auditores computorum Generalis Cathaloniæ cum Assessoribus, & Fisci Advocato Domus Deputationis dixerunt proposito dubio respondentes die 28. Novembris 1663. quòd debebatur illi solvi salarium pro dictis tribus mensibus absentiæ, prout cum effectu solutum fuit, quapropter pro constanti datum fuit non esse incompatibile esse Cancellarium, & Episcopum cujuscumque Episcopatus Cathaloniæ, & quòd officium Cancellarii non vacat, etiamsi Cancellarius fiat Episcopus.

Quibus motivis visis in Supremo Aragonum Concilio fuit per suam Regiam majestatem mandatum, ut aliud in posterum observaretur Epistolico rescripto, dici 20. Novembris 1664. tenoris sequentis. 45

EL REY.

Espectabile Don Vicente Gonzaga de mi Consejo de Guerra, Gentilhombre de mi Camara, mi Lugar Tiniente y Capitan General. Con vuestra carta de 8. deste se recibiò el papel de los Dotores Don Miguel Cortiada, y Luis Ferrer Abogados fiscales, en que refieren los exemplares, y casos en que bolvieron à exercer el officio de Canciller algunos, que siendolo fueron nombrados en Obispos, y en otras dignidades, y se hallen en Barcelona, con occasion de aver encargado al Obispo de Vique, electo de Lerida passando por esta Ciudad à Tarragona, que exercieffe este cargo, mientra se detuviesse ahi, por averle tenido antes de ser Obispo. Y ha parecido, que en adelante se observe, y entienda, que no reservando yo expressamente el exercicio deste officio al que sucediere nombrar en Obispo, ò otra dignidad, sea visto averle vacado, assi para poderse nombrar tercero de contentiones, como para proveherle en propriedad, y assi se executara, y hareys se registre esta orden en el libro de las acordadas de esse Real Audiencia para la noticia de esta resolucion. Dat. en Madrid à 20. de Noviembre 1664. Yo el Rey. Vidit Don Christophorus Crespi Vice Cancel. Vidit Comes de Albatera. Vidit Don Petrus Villacampa Regens. Vidit Don Georgius de Castelvi. Vidit Don Michael de Calbà. Vidit Vilosa Regens. Don Didacus de Sada Secretarius. Hoc Regium rescriptum est juri communi conforme, nam per solam electionem ad Episcopatum vacant officia, quæ prius ipse obtinebat, Rota *dec.* 17. *nu.* 6. *de offi. delegati in novis.* Zerola *in praxi Episco. par.* 1. *verbo vacatio in prin.* Saravia *de jurisd. adjunct. quæst.* 35. §. 6. *in fine, versi. Verum tamen est, decis.* Barbosa *Apostol.* 50. *nu.* 1. & à quo tempore vacant beneficia dicam *decis.* 254. *nu.* 7. *par.* 5. verum est, quòd electo nostro Cancellario Cathaloniæ Don Olegario Monserrat ad Episcopatum Urgellen. anno 1688. video de mense Martii 1689. officium Cancellarii continuare; non enim adhuc erat consecratus, nec habebatur confirmationis ei factæ per Summum Pontificem notitia.

ARGUMENTUM.

An Regens Regiam Cancellariam, & Doctores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ possint, & debeant decorari titulo Dominationis, vulgò *Senoria*.

SUMMARIUM.

1 *Regens Cancellariam Cathaloniæ decorari potest, & debet titulo dominationis, vulgo Senoria, n.* 1. *& respondetur contrariis, n.* 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9.

2 *Regens Cancellariam non solum est Præses, & Caput unius aulæ civilis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, nu.* 2. *sed etiam Regii Consilii criminalis, num.* 3.

7 *Locus ad dexteram est dignior sinistræ.*
9 *Regens Cancellariam in omni dispositione simul cum Cancellario apponitur.*
10 *Regens Cancellariam præcedit omnibus Marchionibus, & Comitibus nedum Cathaloniæ, sed etiam totius Hispaniæ.*
11 *Regens Cancellariam præcedit Gerenti Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ.*
12 *Regens Cancellariam repræsentat personam Domini Vice Cancellarii Coronæ Aragonum.*
14 *Honorantiæ, & tituli à Regis dispositione, & voluntate pendent.*
16 *Doctores Regiæ Audientiæ an possint decorari titulo Dominationis, nu. 15. dic, quod non, nu. 19. limita duobus casibus, nu. 20. & 21.*
17 *Doctores Regiæ Audientiæ debent appellari domini, nu. 17. & de jure vocantur illustres, n. 18.*
22 *Doctores Regii Consilii simul congregati cum Domino Prorege in omnibus actibus omnes alios præcedere debent.*
23 *Palatium solus Rex potest vocare domum suam.*
24 *Pro-Reges possunt habitare in Palatiis Regiis.*
25 *Princeps solus potest habere Consilium, & Audientiam.*
26 *Doctores Regiæ Audientiæ sunt Regis Consiliarii, & vocantur de Consilio suæ Regiæ Majestatis.*
27 *Baronum officiales non possunt vocari Gubernatores.*

DECISIO CCL.

1 QUo ad primam partem quæstionis in argumento propositæ. An Regens Regiam Cancellariam Cathaloniæ possit, & debeat decorari titulo Dominationis, vulgo Señoria? quidquid dicat Solorzanus *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 9. n. 70. in fine, & in polit. lib. 5. cap. 12. vers. Está assi mesmo en costumbre in fine, fol.* 872. de Præsidibus Indiarum, ut non concedatur titulus de Señoria, sed tantùm de rigore el de merced. Non applicantur Regenti Cancellariam Cathaloniæ, ex his quæ ille tradit de titulo Pro-Regis. Respondetur affirmativè ex sequentibus.

2 Primò quia Præsides Regiarum Cancellariarum, licèt per legem Urbanitatum 18. *tit. 1. lib. 3. recop.* solùm possint decorari & honorari titulo Dominationis. Tamen per aliam pragmaticam Regnorum Castellæ anni 1611. honorari & decorari debent titulo Dominationis, vulgo Señoria, *ut tradidi decis. præceden. 249. num. 2. hac par. 4.* Sed Regens Regiam Cancellariam est Præses, & caput unius Aulæ civilis Regii Senatus Cathaloniæ, ut cum Mieres, Fontanella, & Bosch *dixi decis. 10. nu. 60. par. 1.* quibus addo eumdem Fontanellam *dec. 367. num. 9. par. 2.* & expressè probatur *in constitut. statuim. 7. tit. de la electio dels Doctors de la Audiencia, & in constit. mes statuim 5. tit. de la Audiencia, y Consell Real,* & legitur in regia epistola infra ad litteram referenda *num.* 10. quam etiam refert Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 2. cap. 3.* & de ea meminit Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clau. 3. glos. 1. num.* 8. Ergo Regens Cancellariam Cathaloniæ non solùm potest, sed debet decorari, & honorari titulo Dominationis, vulgo Señoria.

3 Quinimò Regens Regiam Cancellariam non solùm est Præses, & Caput unius Aulæ Civilis Regii Senatus Cathaloniæ, sed etiam est Præses, & Caput Regii Consilii criminalis, *constit. com. per la bona administracio 12. tit. de la eleccio dels Doctors de la Audiencia, cap. curiæ 2. anni* 1599. Mieres *in Curia Barcin. Reginæ Mariæ tom. 2. collat. 10. cap. 3. nu. 11. fol.* 362. Fontanella *decis.* 282. *à nu. 9. par. 1.* Ergo si Cancellarius honorari, & decorari debet titulo Dominationis, quia est Præses, & Caput unius Aulæ Civilis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, ergo à fortiori videtur, quòd Regens Regiam Cancellariam non solùm potest, sed debet honorari, & decorari titulo Dominationis, quia nedum est Præses, & Caput unius Aulæ Civilis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, sed etiam Præses & Caput Regii Concilii Criminalis ad tradita per Menochi. *cons.* 302. *num.* 45. *tom.* 4. Mastrill. *de magistrat. lib. 4. cap. 6. nu. 24. & lib. 5. cap. 4. nu.* 41. Castillo *de tertiis tom. 7. cap.* 42. Capic. Latro *consult.* 43. *num.* 23. Manrique *de præceden. quæst. 13. nu. 3.* Solorzano *de las placas honorarias num.* 115. Reg. Don Antonius Joannes de Centellas Marchio de Centellas *en la discep. legal. Historica, nu.* 222.

Dices, quòd pragmaticæ urbanitatum, quæ statuunt, quòd Præsides Regiarum Cancellariarum decorari possint, & debeant titulo Dominationis, de quibus supra *decis.* 249. *nu. 2. & hac decis. nu. 2.* intelligendæ sunt de primo Præside Regiarum Cancellariarum, & Regens Cancellariam non est primus Præses Senatus Cathaloniæ, sed Cancellarius, ut cum Mieres, Bosch & aliis quàm pluribus tradidi *decis.* 249. *num.* 10. 28. & 29. *hac par.* 4. 4

Quia videtur liberè dictum, nulloque jure probatur, quòd pragmaticæ urbanitatum loquantur de primo Præside Regiarum Cancellariarum, cum generaliter disponant in numero plurali de Præsidibus, & non in numero singulari de Præside Regiarum Cancellariarum. Et Regens Regiam Cancellariam, est Præses totius Senatus Cathaloniæ, quando omnes Aulæ Senatus congregantur, sicut Cancellarius. Nam si omnes Aulæ Senatus congregantur in Palatio Regio, Cancellarius sedet in sella, & in alia sella Regens Cancellariam, & si congregantur in domo Cancellarii, tàm Cancellarius, quàm Regens Cancellariam sedent æqualiter in capite mensæ testis est observantia, quæ alia probatione non indiget. Benè tamen verum est, quòd † Cancellarius sedet ad dexteram, Regens verò Cancellariam ad sinistram, ut habetur in epistola Don Ferdinandi de Toledo Pro-Regis Cathaloniæ, apud Dexart *ad capit. Reg. Sard. fol.* 51. Et licèt locus ad dexteram sit honoratior, dignior, præeminentior, & nobilior sinistræ, ut Sacris, & profanis litteris prosequuntur Casaneus *in cathal. glor. mundi par. 1. consider.* 11. Valdes *de dignit. regum. Hispaniæ in præfat. à nu.* 23. *& cap. 2. nu.* 6. Barbosa *in cap. solitæ 6. n. 7. de majorit. & obedi. & in l. decernimus* 15. *nu. 4. C. de sacrosanc. Eccles. & de potest. Episcopi par. 1. tit. 3. cap. 8. n.* 62. Garcia *de nobilit. glo.* 48. *n.* 24. Gratianus *discep. foren. c.* 106. *à n.* 40. Giurba *de succes. feud. §. 2. glos. 8. n. 9.* abundè Lara *de anniver. lib. 1. cap. 6. à n.* 16. Reg. Sesse *dec.* 276. Tiraquel. *de jure primog. in præfat. à nu.* 13. Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom. 1. fol.* 13. *n.* 121. Daniel de Nobilibus *controv. disput. 60. nu. 9.* alios addunt Suelves *cons.* 41. *n.* 27. *l. 2.* Sperell. *dec.* 179. *nu. 5. par. 2.* Frasso *de Reg. patron. Indiar. tom. 2. cap. 98. nu.* 54. Tamen inde non sequitur, quòd Regens Cancellariam non sit Præses totius Senatus Cathaloniæ, sicut est Cancellarius. 5

Et si replices, quòd prærogativæ competentes Cancellario, solùm in ejus absentia competant Vice Cancellario, & post Regenti Cancellariam, ut tradunt Berart *in specu. visit. cap.* 10. *num.* 18. Bosch *dels titols de honor, l. 2. cap.* 56. §. 40. *vers. Les prerogatives, fol.* 283. Ramirez *de lege Regia* §. 10. *nu.* 29. & 30. quos citavi *decis.* 10. *nu.* 58. *par. 1.* 8

Respondetur istos Doctores deceptos esse, & me decepisse existimo, quia in omni dispositione Regens Cancellariam simul cum Cancellario apponitur, Ego *decis.* 10. *nu.* 59. *par. 1.* Reg. Don Antonius Joannes de Centellas Marchio de Centellas *en la discepta. legal. Histor. n.* 82. & 83. Nam in primis non solum litteræ justitiæ debent signari manu Cancellarii Vice-Cancellarii, vel Regentis Cancellariam, *juxta const. 1. & const. 3. vers. E signar com en altres actes titulo de offici del Canceller,* Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Martini tom. 2. collat. 8. c. 1. n. 3. 4. 27. & 28. fol.* 156. *& c. 2. n.* 10. *fol.* 161. *& cap. 3. n. 8. fol.* 166. Fontanella *de pact. nup. tom. 2. clau. 6. glos. 2. p. 2. nu.* 14. *& decisionem trium Aularum refert n.* 15. Reg. Don Antonius Joannes de Centellas *loco citato n. 83. in fine, & n.* 84. Oliba *de jure fisci cap. 4. n.* 44. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 8. §. 9. nu.* 128. Sed etiam litteræ gratiæ, quæ per Cancellariam expediuntur, Bosch *dels titols de honor, lib. 2. cap.* 36. §. 38. *vers. Lo poder, fol.* 289. *per constit. 1. & 2. tit. de offici de Canceller,* & si aliter notent Mieres, Oliba, & Reg. Mattheu *locis citatis.* Idque promiscuè, etiam altero non impedito, Mieres ita videre testatur *in Curia Barcinonæ Regis Martini tom. 2. collat. 10. c. 3. n. 2. vers.* 9

Video

Video tamen, fol. 165. Secundò, provisiones supplicationum, seu commissiones causarum Doctoribus Regiæ Audientiæ fiunt per Cancellarium, Vice Cancellarium, vel Regentem Cancellariam, *toto titulo de commissionibus causarum in nostris constitutionibus*, & docent Doctores citati à me *decis.* 10. *num.* 35. *par.* 1. promiscuè tamen, etiam altero non impedito, Mieres *loco supra proximè citato*. Tertiò Cancellarius & Regens Cancellariam singulis diebus post meridiem audiunt verbalia in suis domibus, quæ soli decidunt, & promiscuè cognoscunt, eo ipso, quòd sunt Cancellarius, & Regens Cancellariam respectivè, ut ex nostris constitutionibus, & practicis probavi *decis.* 10. *nu.* 46. & 64. *par.* 1. Quartò Cancellarius, vel Regens Cancellariam in unaquaque hebdomada die veneris, vel sequenti, si illo die impediatur, debent assistere Excellentissimo Domino Pro-Regi in Audientia causarum verbalium, ut disponunt nostræ constitutiones, & docent Practici nostri, *quos refero decis.* 10. *nu.* 48. *par.* 1. & practicatur hoc modo. Quòd in uno die veneris assistit Cancellarius, & altero die veneris sequenti assistit Regens Cancellariam, & sic consecutivè. Quintò sicut Cancellarius dicitur Assessor Domini nostri Regis, Ego post alios *decis.* 10. *num.* 53. *par.* 1. sic similiter Regens Cancellariam Domini nostri Regis Assessor dicitur, Ego *dec.* 10. *nu.* 65. *par.* 1. Sextò, sicut Cancellarius præsidet in Cancellaria, ita præsidet in Cancellaria Regens Cancellariam, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Martini tom.* 2. *collat.* 8. *cap.* 2. *nu.* 7. 8 & 9. *fol.* 161. Denique quia executoriæ publicationis Bullæ Sanctæ Cruciatæ firmantur, & subscribuntur per Cancellarium, vel Regentem Cancellariam, scilicet uno anno per Cancellarium, & altero anno per Regentem Cancellariam, & sic consecutivè annis sequentibus.

10 Secundò, quia Regens Regiam Cancellariam Cathaloniæ præfertur, & præcedit omnibus Marchionibus, & Comitibus, non solùm Cathaloniæ, sed etiam omnium Regnorum Hispaniæ, ex Epistolico rescripto, tenoris sequentis. El Rey Ilustre Duque de Monteleon primo, nuestros lugar Tiniente, y Capitan General en los nuestros Principados de Cataluña, y Condados de Rosellon, y Cerdaña. He visto por vuesta carta de 14. deste, lo que medezis, que passò en casa de Don Bernardino de Marymon entre el Regente mi Cancellaria en esse Principado, y el Conde de Cavalla, que haviendoles combidado, y ha otros para tomar parecer de la forma, que havia de ser el entierro de su padre, llegò el Regente à tiempo, qua ya estava el dicho Conde assentado à la mano derecha de Don Bernardino, el qual heviendole oferecer la filla, no lo hizo, y assi hvuo de tomar la ysquierda. Y porque no se le havia guardado la cortesia devido, luego que Don Bernardino acabò su proposicion, dio su parecer el Regente, con intencion de salirse al punto, y sin dexarle acabar, commencò el Conde à dar el fuyo, sobre que altercaron un poco los dos, y se salio el Regente à daros quenta de lo que havia passado. Y haviendolo comunicado vos con los Doctores dessa mi Real Audiencia primero la satisfacion que el Conde quiso dar, resolvistes, que convenia avisarme dello, suplicandome mande declarar mi Real voluntad. Y considerando la calidad, y importancia del cargo de dicho Regente, ques muy grande como sabeys, que tiene luguar despues del Canciller, y preside en una de las Salas dessa mi Real Audiencia, parece justo, que en todos las actos publicos, y en otros qualesquier, que se ofrecieren, preceda à todos los Condes, y Marqueses, no solo dessos mis Reynos, sino tambien destos, estando ellos. Y assi os encargo, y mando, que en recibiendo esta llameis al dicho Conde, y le dareys una muy buena reprehension, por lo que ha hecho, advirtiendole vos (como lo confio de vuestra mucha prudencia, que lo sabreys hazer) el respeto, y cortesia con que se deven tratar mis Ministros, y Oficiales Reales, declarandole mi voluntad en ello, que es, que à el, y à todos los Condes, y Marqueses, quo lo son, y fueren en España les preceda el dicho Regente, y los que le sucedieren en el cargo, toda replica, y contradicion cessante. Y porque no alleguen ignorancia hareys, que esta se registre, donde se tenga perpetua noticia della, que assi conviene à mi servicio, y lo recibire de vos muy accepto Dat en Lerma à 8. de Mayo 1610. Yo el Rey. Ut. Don Didacus Clavero Vice Cancellarius. Ut. Don Monserratus de Guardiola RS. Ut. Montaner RS. Ut. Don Joannes Bañatos RS. Ut. Don Philippus Tallada R. Don Franciscus Gassol Prothonotarius. Estque registratum hoc epistolicum rescriptum in Regio archivio in diversorum locumten. XV. annorum 1610. fol. 77. & tradunt ex nostris Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 1. *num.* 8. Xammar *de officio judicis par.* 1. *quæst.* 2. *n.* 50. ex Valentinis Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 2. §. 2. *nu.* 173. ex Sardis Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 3. Dexart *ad capit. Reg. Sard. cap.* 1. *nu.* 8. *tit. de officio Regentis* quos laudavi *dec.* 10. *nu.* 61. *par.* 1. & meminit Mastrill. *de magist. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 53. licèt aliter servetur in Regno Neapolis Aponte *decis.* 8. *nu.* 5. & 13. Franchis *decis.* 138. *nu.* 6. Riccius *collect.* 1446. *versi. Infero octavo*. Reg. Don Antonius Joannes de Centellas *en la discept. legat. juridica*, *num.* 124. ex eo, quia Regentes in eo regno non sunt Præsidentes, prout est Regens Cancellariam Cathaloniæ. Ideoque Minad. tradens regulam, quòd Titulati præcedunt omnes Consiliarios, limitat in his, qui præsunt Tribunalibus, quem refert & sequitur Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *c.* 13. *num.* 51. & 52. Sed Marchiones, & Comites honorantur titulo dominationis, vulgo Señoria, ut *tradidi decis.* 248. *nu.* 18. & 19. *hac par.* 4. Ergo Regens Cancellariam decorari potest, & debet titulo Dominationis, vulgo Señoria. Ex regula si vinco vincentem te, multò magis vincam te. Quæ in omni materia procedit, etiam in titulis, & honorantiis, *probavi decis.* 249. *à nu.* 12. *hac par.* 4.

Tertiò, quia Regens Regiam Cancellariam Catha- 11
loniæ præfertur, & præcedit Gerenti Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, *ut dixi decis.* 10. *num.* 63. *part.* 1. Sed Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ decoratur titulo Dominationis, *ut tradidi decis.* 248. *num.* 20. *hac par.* 4. Ergo Regens Cancellariam Cathaloniæ decorandus est titulo honorifico Dominationis.

Quartò, quia Regens Regiam Cancellariam repræ- 12
sentat personam Illustrissimi Domini Vice Cancellarii Regnorum, Coronæ Aragonum hacque de causa præfertur, & præcedit Marchionibus, & Comitibus, tam in actibus publicis, quàm privatis in præsentia, & absentia Excellentissimi Domini Pro-Regis, Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 3. *in princ.* Reg. Mattheu *de Reg. Valen. c.* 2. §. 2. *num.* 171. Ergo consonum est ut Regens Regiam Cancellariam titulo Dominationis, vulgo Señoria decoretur.

Prædicta, & alia, quæ consulto omitto, multò ma- 13
gis procedere debent in Regentibus Regiam Cancellariam Regnorum Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, ut decorari debeant titulo honorifico dominationis, eo quia Cancellarius in his regnis solùm curat de contentionibus, *ut dixi dec.* 249. *num.* 31. *hac par.* 4. & Regentes post Excellentissimos Dominos Proreges sunt primæ personæ, primumque locum obtinent, sunt namque Præsides respectivè in prædictis Regnis omnium Aularum Senatus tàm civilium, quàm criminalium, ut latè comprobant Reg. Mattheu *de regim. Regni Valentiæ c.* 2. §. 2. *à nu.* 171. *ad* 183. & *num.* 198. Reg. Don Antonius Joannes de Centellas Marchio de Centellas *in tract. defensa juridica de præced. nu.* 45. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sar. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 2. 16. & 33. & *lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 3. & *lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 1. 2. & 3.

Verùm quia tituli, & honorantiæ à voluntate, & dis- 14
positione Regum, & Principum supremorum pendent, Joan. de Platea, Marcus, & Aponte, quos refert & sequitur Mastrill. *de magistr. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 73. Gratian. *discep. foren. cap.* 940. *n.* 6. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 23. Alfaro *de offi. fiscal. glos.* 7. *n.* 2. Larata *cons.* 2. *n.* 72. 77. & 78. Xammar *de offi. jud. par.* 1. *quæst.* 2. *n.* 93. & 94. Solorzano *in tract. derechos de placas honorarias n.* 133. & 211. Reg. D. Antonius Joannes de Centellas Marchio de Centellas *in tract. defensa juridica de præceden. nu.* 38. & 39. Castillo *de tertiis tom.* 7. *c.* 41. *nu.* 47. Suelves *cons.* 41. *nu.* 33. *lib.* 2. juxta illud Hesther *cap.* 6.

ſic honorabitur, quemcumque voluerit rex honorare, de quo Suelves *conſ.* 16. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Barboſa *voto*
15 23. *à nu.* 9. *tom.* 2. Per ſuam † Regiam Majeſtatem Sereniſſimi Domini Regis Philippi IV. fuit mandatum Regenti Regiam Cancellariam Cathaloniæ, nec inſigniretur titulo Dominationis, nec permitteret eo honorifico Dominationis titulo, vulgo Señoria ab aliis decorari, epiſtolico reſcripto, tenoris ſequentis.

EL REY.

Illuſtre marques de Oliàs, y de Mortara, Primo de mi Conſejo de guerra, y mi lugar Tiniente, y Capitàn General, por pragmaticas y ordenes generales tengo diſpueſto, y mandado, que à ninguno de los Regentes la Cancellaria en los Reynos de la Corona de Aragon ſe les trate de Señoria por ninguna perſona de qualquier Calidad que ſea, y ha parecido prevenirloſſo, y encargar, y mandaros eſteys advertido de no permittir, que ſe haga con el Regente la Cancellaria de eſſe Principado eſſe tratamiento, advirtiendole tambiem, que no lo admita de nadie, por ſer conforme à lo que tengo diſpueſto, y hareys, que eſto ſe note en el libro de las acordadas de eſſa mi Real Audientia, para que haya noticia de ello en lo de adelante. Dat en Madrid à 22. de Octubre 1658. Yo el Rey. Don Didacus de Sada Secretarius.

16 Quo ad ſecundam partem quæſtionis in argumento propoſitæ. An Doctores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ poſſint decorari titulo Dominationis, vulgo Señoria?

17 Reſp. quòd licèt † Doctores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, & ſimiliter Doctores Regiarum Cancellariarum, & Audientiarum aliorum Regnorum, ab omnibus etiam in abſentia debeant appellari Domini, & Seniores, Xammar *de officio jud. par.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 36. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 26. *& in polit. lib.* 5. *cap.* 4. *verſi. Y para la ceremonia*, *fol.* 779. Fraſſo *de reg. Patron. Indiar. cap.* 100. *nu.* 62. & de eo-
18 rum uxoribus *à nu.* 67. *tom.* 2. & de jure † vocentur illuſtres Alzedo *de præcel. Epiſco. dignit. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 60. latè Menochius *de arb. jud. caſu* 68. *à nu.* 35. Tamen
19 † non poſſunt decorari, nec decorandi ſunt honorifico titulo Dominationis, ut ſentit Dexart *ad cap. Reg. Sard. in rub. nu.* 13. *de officio Proregis*.

20 Limita 1. quando Doctor Regiæ Audientiæ civilis, vel Regii Concilii criminalis ſe congregat cum Inquiſitore antiquiore in domo Sanctæ Inquiſitionis pro tractanda, declaranda, & decidenda contentione, & ſeu competentia juriſdictionis, nam tunc reciprocè unus alterum tractat, & decorat titulo honorifico Dominationis, & ita obſervatur in Cathalonia.

21 Limita 2. quando Doctores Regiæ Audientiæ ſunt congregati in Concilio debent honorari, & decorari titulo Dominationis, vulgò Señoria, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 93. Imò tunc decorari poſſunt titulo, quo decoratur Pro-Rex. Tum propter repræſentationem Principis, ex pluribus per me citatis *deciſ.* 34. *num.* 7. *&* *deciſ.* 38. *num.* 20. *part.* 1. Fraſſo *de reg. patron. Indiar. cap.* 97. *num.* 12. *tom.* 2. Tum quia ſucceſſerunt in locum Præfecti Prætorio, probant Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 2. Berart *in ſpecu. viſit. cap.* 10. *nu.* 40. alios cumulat Bobad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 57. Queſada Pilo *diſſert.* 21. *nu.* 27. etiam abſente Prorege ab Aula Regiæ Audientiæ, & traditis per Daniel de Nobilibus *controv. diſp.* 60. *num.* 66. & per me *deciſ.* 10. *num.* 50. *par.* 1. & ita vidi obſervari in Regno Sardiniæ.

22 Nota obiter primò, quòd Doctores Regii Concilii ſimul congregati cum Excellentiſſimo Domino Prorege in actibus publicis, & quibuſcumque aliis omnes alios præcedere debent, Fontanella doctè probat *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 3. *gloſ.* 1. *num.* 7. & ſi aliter dicat Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 13. *à nu.* 51.

23 Nota 2. quòd ſolus Rex domum ſuam poteſt vocare Palatium; domini autem vaſſallorum recognoſcentes in temporalibus ſuperiorem, etiam ſi ſint Duces, Marchiones, & Comites, ſeu Titulati domos ſuas non poſſunt vocare Palatia, Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 93. Caſtillo *ae tertiis tom.* 7. *cap.* 41. *nu.* 201. *verſi. Finalmente*, Barboſa *in l. nulli judicum* 14. *nu.* 3. *C. de offi. rector. Provin.* Alzedo *de præcel. Epiſcop. dignit. par.* 1. *cap.* 12. *nu.* 79. ubi & *nu.* 78. dicit id procedere in domibus ſæcularium, non Epiſcoporum.

Nota tertiò, quòd in Palatiis Regiis ſolùm Proreges 24
vivere, & habitare poſſunt, non ſolùm in Civitatibus quibus reſident, ſed etiam in aliis per tranſitum, quod nullo modo aliis particularibus eſt permiſſum, *juxta l. nulli judicum* 14. *C. de offi. rector. Provin.* Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 70. *in prin.* & licèt aliqui dicant, honorem iſtum communicari aliis magiſtratibus, & officialibus, quos citant Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 9. *à num.* 37. Barboſa *in l. nulli judicum*, *num.* 2. *C. de offi. rector. Provin.* eos impugnat idem Solorzanus *in polit. lib.* 5. *cap.* 12. *verſi. Y fuera de eſtas preeminencias*, *fol.* 872. *in prin.*

Nota quartò, quòd ſolus Princeps, qui non reco- 25
gnoſcit ſuperiorem, poteſt habere Concilium, Audientiam, & Parlamentum, & tenere tribunal, & curiam in forma Audientiæ, & Concilii, Domini autem vaſſallorum recognoſcentes ſuperiorem in temporalibus, etiam ſi ſint Duces, Marchiones, & Comites, ſeu Titulati non poſſunt habere Concilium, Audientiam, & Parlamentum, & tenere curiam, & tribunal in forma Concilii, Audientiæ, & Parlamenti, ut ex Bartol. tradunt Guido Papa & ejus Addentes *deciſ.* 43. alios addit Aviles *in cap.* 2. *Prætor. gloſ. Heredad. nu.* 9. *fol. mihi* 83. plures cumulat Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 93. *gloſ. littera C*, quem refert & ſequitur Caſtillo *de tertiis tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 201. *verſi. Finalmente*, quibus addendi ſunt Theſaur. *in præfat. ad deciſ. Pedemont. num.* 15. Oliba *de jure fiſci cap.* 3. *nu.* 15. *&* 16. Boſch *dels titols de honor*, *libr.* 2. *cap.* 36. §. 8. *verſi. Per raho*, *fol.* 227.

Nota quintò, quòd Regiæ Audientiæ Doctores ſunt 26
Regis Conſiliarii, & vocantur de Conſilio ſuæ Regiæ Majeſtatis, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 93. Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differen.* 10. *nu.* 1. Regens Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 2. §. 2. *à nu.* 1. *&* *cap.* 6. §. 5. *n.* 4. Boſch *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 36. *toto*, Xammar *de officio judic. par.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 30. *&* 39. Berart. *in ſpecu. viſit. cap.* 10. *à num.* 20. adeò quòd non poſſunt vocari de Conſilio Proregis, vel alterius officialis ſupremi, ſed ſolùm Domini Regis, Boſch *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 36. *verſi. Los dela Audientia*, *fol.* 277. Judices autem omnium dominorum vaſſallorum etiam Ducum, Marchionum, & Comitum in temporalibus ſuperiorem recognoſcentium non poſſunt vocari Auditores, & eorum Conſiliarii, Aviles *cap.* 2. *Prætor. gloſ. Heredad. num.* 9. *fol.* 83. nec honorari titulo de Señoria, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 93. Caſtillo *de tertiis tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 201. *verſi. Finalmente*. Nam licèt Aſſeſſores Conſiliarii appellentur, *l.* 3. *&* *l. fin. ff. de offi. Aſſeſſor.* intelligi debet impropriè, & lato modo: nam Doctores Regiæ Audientiæ propriè, & ſtrictè Conſiliarii ſunt, eo quia ad certam concionem per Principem deſtinantur, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valentiæ cap.* 6. §. 5. *nu.* 4.

Nota ſextò & ultimò, quòd Duces, Marchiones, 27
Comites, Barones, & cæteri omnes habentes vaſſallos nemine dempto, non poſſunt officiales ſuos nominare Gubernatores, nec permittere, quòd eo titulo ab aliis inſigniantur, eo quia hæc appellatio ſoli Primogenito Regis competit, ſed debent eos vocare Procuratores Generales, Oliba *de jure fiſci cap.* 3. *num.* 16. ubi de abuſu Ducum, Marchionum, & Comitum, Archiepiſcopi Tarraconæ, & aliorum Prælatorum, qui hac noſtra ætate ſolent appellari Gubernatores. Sed noſtra Regia Audientia in litteris Cancellariæ Procuratores appellat. Et addit, quòd Comes Ampuriarum aliquid ſibi hac re uſurpavit, Boſch *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 8. *verſi. Per raho*, *fol.* 227. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 2. §. 7. *nu.* 78. vide Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 93. Caſtillo *tom.* 7. *de tertiis cap.* 41. *num.* 201. *verſi. Finalmente*.

ARGU-

ARGUMENTUM.

An Fiscus trahat quoscumque, & quascumque causas ad suum forum.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus proprium, & peculiarem Judicem habet, & quis sit.*
2 *Fiscus omnes causas trahit ad suum forum.*
3 *Sive actor sit, sive reus.*
4 *Etiam quando succedit post cæptam instantiam, nu. 4. etiam appellationis, nu. 5.*
6 *Sive succedat titulo particulari, sive titulo universali hæredis institutionis.*
7 *Sive succedat reo, sive actori.*
8 *Sive agat, vel conveniatur pro summa magna, vel modica.*
9 *Etiam si citetur, vel compareat pro suo credito in judicio concursus.*
10 *Sive agatur de patrimonio publico, & fiscali Principis, sive de privato.*
11 *Fiscus non potest prorogare jurisdictionem Judicum extraneorum.*
12 *Fiscus pro evictione citatus trahit causam ad suum forum.*
13 *Fisci Judex competens inter privatos, si causa privatorum dependet à causa Fisci.*
14 *Emptores, & causam habentes à Fisco, Judices habent fiscales, & conventi coram Ordinariis remissionem ad Judices fiscales petere possunt.*
15 *Conductores, & coloni pro rebus cunductis à Fisco coram Judicibus fiscalibus conveniri possunt.*
16 *Fidejussor solvens Fisco creditori pro suo debitore consequitur privilegim fisci, ut possit debitorem principalem coram Judice fiscali convenire.*
17 *Cessionarius fisci habet fori privilegium ipsius fisci.*
18 *Fiscus an possit debitorem debitoris convenire coram Judice fiscali.*

DECISIO CCLI.

1 FIscus proprium, & peculiarem Judicem habet, *l. proximè* 3. ibi: *Vos habetis Judices vestros, ff. de his quæ in testa. delen.* videlicet Procuratorem Cæsaris, qui in Cathalonia, Aragonia, & Valentia Bajulus Generalis appellatur, & in Regnis Sardiniæ, & Majoricarum Procurator Regius, ut docent Oliba, Berart, Cancer, Bosch, Bardaxi, Ramirez, Ximenez de Araguez, Belluga, Escolanus, Reg. Leo, Reg. Mattheu, Dexart, & Dametus, quos citavi *decis.* 10. *num.* 143. *part.* 1. quibus addo Valenzuelam *cons.* 200. *num.* 52. *tom.* 2. Dom. Vicecancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat.* 61. *num.* 9. In Regno Neapolis Regia Camera summariæ successit in locum Procuratoris Cæsaris, Capicius *decis.* 197. *numero* 3. Novarius *in pragmat.* 12. *collect.* 1. *num.* 1. & 2. *de offic. Procurat. Cæsaris*, Scialoja *de foro compet. cap.* 24. *numero* 1. de jure, & quomodo appelletur in Castella, Gallia, Roma, Pedemonte, Neapoli, & Luzitania, Autunez Portugal. *de donation. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 108. latissimè omnino videndus Don Didacus Bolerò *de decoct. debit. fiscal. par.* 2. *tit.* 2. *à num.* 10. *cum plurib. seq.*

45 *Beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, seu in Curia sunt reservata dispositioni Romani Pontificis, num. 45. at sub hac reservatione non veniunt beneficia juris patronatus laicorum, num. 46. & multò minus beneficia juris patronatus Regii, num. 47. etiamsi jus patronatus laici derogetur per Summum Pontificem, n. 48. & 49.*

50 *Jus patronatus Regium est efficacius, & potentius, quàm aliorum inferiorum, & cujuslibet privati, num. 50. & 51.*

52 *Jus patronatus Regium censetur laicale, & sæculare.*

53 *Patronis laicis est præfinitum tempus quatuor mensium ad præsentandum beneficia, n. 53. quod tempus non currit Regi ad præsentationem beneficiorum vacantium, quorum est patronus, n. 54.*

55 *Jus patronatus Regium consuetudine, vel præscriptione per privatos acquiri non potest, nec aliquo modo usurpari, alterari, vel præjudicari, numer. 55. & 58.*

56 *Jus patronatus Regium, jus regale dicitur, & inter regalia Regis, & cætera bona Regiæ Coronæ adnumeratur.*

57 *Regalium possessores præscriptionem longissimi temporis, nempè decem, viginti, triginta, quadraginta, aut centum annorum opponere non possunt, nisi titulum habeant.*

59 *Jus patronatus Regium non potest per Regem in alium transferri, vel alienari aut renunciari in totum, vel in partem; sicut nec cætera bona Regiæ Coronæ, saltem ultra tempus quo ipse vixerit in præjudicium successorum.*

60 *Jus patronatus per non usum an amittatur, verius est quòd non, num. 60. idque maximè procedit in jure patronatus Regio, quod probatur n. 61. 62. 63. 64. 65. 66. & 67.*

64 *Præsentandi possessio ad unum beneficium trahitur ad alia beneficia, sed eadem fundatione contenta, & probata quasi professione conferendi unum ex beneficiis sub indulto comprehensum censetur acquisita quasi possessio, quo ad alia sub eodem titulo contenta.*

68 *Jus patronatus Regium, in Episcopatibus, Abbatiis, & aliis beneficiis consistorialibus extendi debet ad beneficia consistorialia noviter erecta, & quæ noviter consistorialia reperiuntur, & cognoscuntur.*

69 *Juris patronatus privatorum cognitio tamquam spiritualibus annexi pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, n. 69. idque procedit in omni jure patronatus, sive illud Ecclesiasticum sit, sive laicum, num. 70. adeò quòd non valeat contraria consuetudo, num. 71. sed id non servatur in jure patronatus Regio, de cujus quæstionibus, & causis trahendum est coram ipso Rege, sicut de cæteris concernentibus ad jus Regium, num. 72. de praxi Cathaloniæ, num. 73. Hispaniæ, n. 74. & aliorum Regnorum, num. 75. ratio assignatur, n. 76. etiamsi firmetur contentio, declaratur in favorem Domini Regis, n. 77. & 78. ubi decisiones.*

79 *Rex, ut Comes Barcinonæ habet præbendam Canonicalem in Ecclesia Cathedrali Barcinonen.*

DECISIO CCLIII.

POtentissimus Dominus noster Hispaniarum Rex habet in Cathalonia provisionem multorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ sunt de Regio Patrimonio, Oliba *de jure Fisci cap. 13. num. 13.* Bosch *dels titols de honor, libr. 2. cap. 36. §. 20. versic. Dret de les naus, ibi: y entra en lo numero fol. 255.* 1

Hæc beneficia, quæ nuncupantur beneficia Regalia quædam sunt collativa, quædam patronata, Oliba *de jure Fisci cap. 13. n. 14.* Bosch *dels titols de honor, lib. 2. cap. 36. §. 20. vers. Dret de les naus*, ibi: *Y entra en lo numero fol. 255.* Cancer. *part. 3. var. resol. cap. 14. n. 31.* 2

Beneficia collativa sunt, quæ pertinent ad liberam provisionem, electionem, & nominationem ipsius Domini Regis, & in istis non requiritur ulla institutio, seu provisio Episcopi, aut alterius Ordinarii, in cujus districtu sunt fundata, sed ipsius Domini Regis nominatio, electio, & provisio vim habet collationis. Et sub his beneficiis etiam beneficia manualia continentur, quæ sola traditione clavis Ecclesiæ, vel Capellæ, aut alterius signi conferuntur, & repetitione ejusdem signi revocantur, & pro his solet Dominus Rex expediri mandare litteras provisionum, & nominationum Regiarum in favorem nominatorum, & Beneficiatorum directas, Episcopis, & aliis Prælatis, in quorum Ecclesiis, vel Diœcesibus hujusmodi Regalia beneficia sunt fundata, ut eosdem pro beneficiatis reputent. Ac etiam expediri mandant alias litteras directas reddituariis, quibus præcipitur, ut eisdem Beneficiatis de redditibus respondeant, ut tradit Oliba *de jure Fisci cap. 13. n. 16.* 3

Beneficia patronata sunt, in quibus Dominus Rex habet jus præsentandi, ut sunt Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ, Prioratus, sive minora beneficia, usque ad beneficia simplicia, testatur Oliba *de jure Fisci cap. 13. num. 15.* 4

Hoc jus præsentandi competit Domino Regi in Prædictis Prælaturis, & beneficiis Ecclesiasticis, tàm ex fundatione, & dotatione Regum prædecessorum, & Comitum Barcinonæ, quàm ex successione, & incorporatione Comitatuum, Vicecomitatuum, & Baroniarum hujus Provinciæ Cathaloniæ facta cum Regio patrimonio, & Regia Corona. Notissima sunt exempla in Comitatibus Urgelli, & aliis pluribus Castris, & Villis, quæ successu temporum ad Regiam Coronam pervenerunt, Oliba *de jure Fisci cap. 13. sub num. 13.* 5

Siquidem indubitatum de jure est, & observatum absque contradictione, quòd jus patronatus præsentandi ex constructione, fundatione, & dotatione cuilibet etiam privatæ personæ acquiritur, *Can. filiis, vel nepotibus, Can. Quicumque, Can. Monasterium 16. qu. 7. Can. Abbatem 18. quæst. 2. cap. audientiam 2. de Eccles. ædif. cap. 3. de jure patronat. Concil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 12. & sess. 25. de reform. c. 9.* Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap. 8. n. 16.* Mendo *de jure Academ. quæst. 7. §. 1. num. 161. in fin. & num. 165.* Salzedo *de lege polit. libr. 2. cap. 13. à num. 4. cum plurib. seq.* Cabedo *de patron. Reg. Coronæ cap. 2. num. 1. & 19.* Riccius *dec. 72. n. 1. part. 1.* Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 9. num. 100. & cap. 10. n. 224.* Larrea *alleg. 67. num. 17. in princ.* Pereyra *de manu Reg. part. 2. cap. 66. num. 2. vers. Secundum*, Garcia *de benef. part. 5. cap. 9. à num. 36.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 33.* Ferentil. ad Buratt. *decis. 1. num. 13.* Borrel. *in sum. decis. part. 1. tit. 32. n. 1.* Villar. *de patron. Catal. part. 1. num. 4.* Ciarlin. *controv. lib. 2. cap. 212. num. 1.* Suelves *cons. 50. sub num. 24. & n. 25. vers. Facilis*, ibi: *Quod benè, lib. 2.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 12.* Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti *in tract. var. resol. cap. 16. num. 106.* Castr. Palao *in oper. moral. part. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 2. num. 4.* Barbosa *vot. 76. n. 86. libr. 3. & de potest. Episc. part. 3. alleg. 70.* 6

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

alleg. 70. *à num.* 1. *& in collect. ad Concil. Trid. sess.* 14. *de reform. cap.* 12. *& de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 12. *à numer.* 28. Frasso *de patron. reg. Indiar. tom.* 1. *cap.* 4.
7 *num.* 1. *&* 2. Fajardo *alleg. fiscal.* 35. *n.* 22. Etiamsi particulariter jus patronatus Ecclesiasticum non fuerit reservatum, dummodo expresè non sit remissum, *cap. Significavit, de testib. capit. Nobis, de jure patronat. gloss. in can. Basilicam, verbo Tabularia, de consecrat. dist.* 2. Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 61. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 8. *vers. Taliter*, Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap.* 8. *num.* 72. Duran. *decis.* 177. *num.* 1. *&* 285. *num.* 4. Ferentil. ad Burat. plures decisiones Rotæ laudat *decis.* 1. *n.* 14. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *disput.* 2. *punct.* 2. *n.* 4. Rodoer. ad Marinis *libr.* 1. *resol. jur. cap.* 224. *num.* 20. Augustin. Barbosa *in cap. significavit, sub num.* 3. *de testib. & in cap. Nobis, sub n.* 2. *de jure patron. & de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 35. *&* 62. *& voto* 76. *num.* 85. *libr.* 3. Sed non requiritur copulativè, ut hæc tria requisita concurrant, scilicet constructio, fundatio, & dotatio, sed sufficit, ut unum concurrat, juxta veriorem sententiam, de qua Barbosa *de jure Eccles. universf. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 60. 61. *&* 62. Riccius *decis.* 72. *à num.* 4. *vers. Nihilominus, cum seq. part.* 1.
8 Et non solùm competit Domino nostro Hispaniarum Regi jus patronatus, & præsentandi ad Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, & Prioratus ex generali juris communis concessione, quæ construentibus, dotantibus, & reædificantibus Ecclesias, & Monasteria conceditur, ut dictum est *num.* 5. 6. *&* 7. Sed etiam ex antiqua, & immemoriali consuetudine fuit Dominis nostris Regibus Hispaniæ acquisitum jus patronatus, & præsentandi ad Archiepiscoparus, Abbatias, & Prioratus, qui quidem titulus in patronatu Regio legitimus est, Gregor. Lopez *l.* 18. *gloss.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 8. *num.* 18. Barbosa *de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *capit.* 3. *n.* 29. *& in cap. Cùm terra, n.* 17. *de elect.* Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 66. *numer.* 3. Mendo. *de jure Academ. quæst.* 7. §. 5. *num.* 163. *in princ.* Salzedo *de leg. polit. libr.* 2. *cap.* 11.
9 *num.* 34. & aliis infrà *num.* 51. Et si replices, quòd ad Patronum etiam Principem virtute juris patronatus non pertineat præsentatio Prælatorum Ecclesiarum Cathedralium, aut Monasteriorum, nec ex consuetudine, neque ex præscriptione, nisi adsit quoque privilegium Summi Pontificis, *juxta text. in cap. Nobis* 25. ubi Barbosa *num.* 3. 4. *&* 10. *de jure patronat.* idem Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 12. *à n.* 46. Spinus *in specul. testam. gloss.* 4. *num.* 13. Ferentil. ad Burat. *decis.* 1. *n.* 15. Castr. Pal. *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 2. *num.* 4. *in fine, & num.* 12. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 26. Frasso *de Pa-*
10 *tron. Reg. Indiar. tom.* 1. *cap.* 4. *à num.* 33. Tamen prædicti Doctores id limitant, nisi possessio sit immemorialis, quia hæc titulum præsumere facit, & loco tituli probati habetur, sic Castr. Pal. & Solorzano *locis citatis num.* 9. ille *num.* 12. *in fine, versic. Excipe, iste, n.* 26. idem Solorzano *in polit. libr.* 4. *cap.* 4. *vers. Pero bolviendo, fol.* 523. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 893. *num.* 470. Fermosin. *in cap.* 3. *quæst.* 3. *n.* 2. *propè finem de causa posse. & propriet.* Covarr. *in reg. possessor. part.* 2. §. 10. *n.* 15. Garcia *in polit. tom.* 2. *tract.* 9. *dif.* 2. *duda* 2. *n.* 5. *fol.* 15. & alii citandi *num.*.... signanter Augustt. Barbosa *de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 33. & 34. quidquid aliàs scribat Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 65. *& in coordin. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 30.
11 Et addunt quamplurimi Doctores, quòd jus patronatus Domino nostro Regi competens ad præsentationem Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Abbatiarum, & Prælaturarum Hispaniæ antiquissimum est à tempore Gothorum tractum, & Concilii Toletani 12. *cap.* 6. stabilitum sub Summo Pontifice Leone II. anno primo Huvigii Gothorum Regis, qui Hispanias obtinebat æra Cæsaris 712. anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 685. vel sub Agatone Papa anno 679. *de quo in can. Cùm longè*, 25. *dist.* 63. ubi Præpositus notabiliter dicit, quòd Rex Hispaniæ temporibus illius Toletani Concilii habebat privilegium præsentandi Episcopos in Ecclesiis Cathedralibus, Rodericus Archiepiscopus Toletanus *lib.* 3. *Conciliorum cap.* 12. Gregor. Lopez *l.* 18. *gloss.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Spinus *in specul. testam. gloss.* 4. *num.* 13. *vers. Quare*, Guttierr. *practic. libr.* 3. *quæst.* 13. *num.* 72. *vers. Quæ sententia*, Azevedo *l.* 1. *num.* 4. *vers. Attamen verum sit*, 6. *libr.* 1. *recopil.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 223. Borrell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 50. *num.* 21. *& à num.* 36. Pereyra *de manu Regia part.* 1. *in concord.* 28. *fol.* 233. *& part.* 2. *cap.* 22. *num.* 14. *vers. Quare, ibi: Unde à tempore, & cap.* 66. *à n.* 2. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 8. *num.* 16. Solorzano *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 28. *vers. Quamvis, & n.* 31. *propè finem, & in polit. lib.* 4. *cap.* 4. *vers. Sin el qual, fol.* 523. Augustt. Barbosa *de jure Eccles. universf. libr.* 1. *cap.* 8. *num.* 75. *& de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *sub num.* 9. *& part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 88. *& in cap. Cùm terra, sub num.* 8. *de electione*, Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 216. Suelves *cons.* 50. *num.* 24. *libr.* 2. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 227. *&* 246. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 8. *num.* 19. *&* 71. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. cap.* 3. *num.* 5. Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 24. *& num.* 34. *& cap.* 17. *sub n.* 49. Don Bonaventura Tristany Meritissimus Collega *in Corona Benedict. cap.* 2. *num.* 102.

Unde non audiendus Balboa *in cap.* 3. *n.* 50. *de causa* 12
possess. & propriet. negans authoritatem prædicti Concilii Toletani, eo quòd ait, non esse ibi talem potestatem concessam, nec habuisse potestatem eam concedendi, cùm esset Concilium Provinciale, quod similia privilegia concedere non potest, sequitur Fermosin. *in cap.* 3. *quæst.* 3. *num.* 4. *de causa possess. & propriet.*

Quia de authoritate illius Toletani Concilii dubitan- 13
dum non est, cùm sit receptum, & antiquis, & novis Canonibus, ut patet *in can. Lectis, can. Adrianus, el* 3. *dist.* 63. *cap.* 3. *de rebus Eccles. Concil. Trident. sess.* 2. *cap.* 1. sic Spinus *in specul. testam. gloss.* 4. *num.* 13. *vers. Quare in fine*, & alii ex citatis *n.* 11. nec mirum, nam ut expresè scribit Loaysa, illa omnia prædicti Toletani Concilii ex concessione Romani Pontificis facta fuerunt, refert Scobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 8. *num.* 71. & quòd in illo Toletano Concilio Regibus nostris Hispaniæ dictum jus patronatus concessum sit, docent omnes Doctores laudati *num.* 11.

Et reprehensione digni sunt, Igneus *in l. necessarios*, 14
§. *Non aliàs, num.* 36. *ff. ad Sillaniam* & alii Auctores Galli, asseverantes hoc jus præsentandi Episcopos habuisse Reges Hispaniæ ratione concessionis factæ Carolo Magno Imperatori, Gallicano Regi.

Quia falsissimum est Reges Hispaniæ à Carolo Ma- 15
gno hoc jus patronatus præsentandi Episcopos accepisse. Cùm ante tempus Caroli Magni, etiam ante ejus nativitatem per centum viginti annos ex Concilio Toletano, & ex antiquissima immemoriali consuetudine, hoc jus patronatus Hispaniæ Regibus competebat, ut diligenter comprobant Covarr. *in regula possessor, parte* 2. §. 10. *num.* 6. Garcia *de expensis cap.* 11. *à numer.* 9. Borrell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 50. *à n.* 36. Cenedo *ad decretum collect.* 51. *num.* 6. *& latè practic. quæst.* 12. *à num.* 27. *ad* 50. Bobadilla *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 217. *in fine, & num.* 218. Augustin. Barbosa *de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 30. *& in cap. Cùm terra, num.* 8. *de electione*, Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti *in tract. var. resol. jur. cap.* 16. *num.* 162. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 8. *numer.* 16. Guttier. *practic. libr.* 3. *quæst.* 13. *num.* 72. *ante finem*, Salgad. *de protect. part.* 3. *cap.* 10. *à numer.* 241. *ad* 247. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. Diana *resol. moral. part.* 10. *tract.* 1. *resol.* 7. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 7. *num.* 2.

Venio modò ad Bullas Apostolicas. Et intentum 16
non fundo in Bulla Gregorii VII. quæ incipit. Sanctio Charissimo, 3. Kalendas Martii, qua Regi Sanctio, suisque successoribus concessisse, ut Ecclesias, quas a Sarracenis caperent, & redimerent pro libito distribuerent. Nec fundo in Bulla Urbani II. quæ incipit. Petro Charissimo, 18. Kalendas Maji 1095. qua Regi Petro, ac in Regno illius successoribus idem præstitisse, & amplius decimas, & primitias, in quibus ad hoc jus patronatus se fundant Salzedo *de lege polit. libr.* 2. *c.* 17.

sub

sub num. 47. & 52. Borrell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 51. *num.* 21. Hyppolit. de Samper. *en el tratado de Montesa illustrada tom.* 2. *part.* 4. *num.* 213. Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina, cap.* 2. *sub numer.* 102. cùm in eis excipiantur Sedes, quas Bullas tradunt, Beuter. *lib.* 2. *Chronicon. Hispaniæ cap.* 9. Carbonell. *libr.* 1. *cap. del Rey en Pere*, Silver. Bernat. *de jure patron. Ordinis Montesiæ, part.* 1. §. 1. *n.* 3. & 8. Suelves *cons.* 50. *num.* 25. *lib.* 2. quia in prædictis Bullis non de jure patronatus, sed de libera Ecclesiarum distributione, decimis, ac primitiis sermo est, quo jure excellentius est jus patronatus, Suelves *cons.* 50. *num.* 25. *vers. Facilis, libr.* 2. ubi addit Dominos Hispaniarum Reges, & præcipuè Aragoniæ continuò antea, & post Episcopos Ecclesiis præstitere, ac antiquiora, & moderniora privilegia habuere, de quibus ipse *num.* 24. & Ego *suprà à num.* 6.

17 Sed accedens ad moderniora privilegia Apostolica invenio. Quòd noster Potentissimus Rex ex Bullis & privilegiis Apostolicis Sixti IV. anno 1474. Alexandri VI. Charissimo in Christo 6. Kalendas Augusti 1493. Adriani VI. anno 1523. Clementis VII. anno 1529. Pauli III. anno 1536. & aliorum Romanorum Pontificum, non solum est Patronus omnium Archiepiscopatuum, & Episcopatuum suorum Regnorum eorumque præsentatio, & nominatio ad suam Regiam Majestatem pertinet, & spectat, ut his dignitatibus insigniri non possint, nisi à Domino nostro Rege præsentati, & nominati, ut docent, & probant Gregor. Lopez *l.* 18. *gloss.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Covarr. *in Reg. possessor. part.* 2. §. 10. *num.* 5. & 6. Cabed. *de patron. Reg. Coronæ cap.* 37. Borrell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 50. Cenedo *collect. ad decretum* 51. *num.* 3. & *collect.* 64. *n.* 1. & *practicar. cap.* 22. *num.* 27. Menchaca *controver. illustr. cap.* 22. *n.* 14. Spinus *in specul. testam. gloss.* 4. *num.* 13. Guttierr. *pract. lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 72. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 215. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 43. *n.* 60. Martha *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 40. *nu.* 13. Azevedo *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil.* Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 2. *à n.* 17. Sesse *decis.* 113. *num.* 103. Ramirez *de leg. Regia* §. 17. *num.* 17. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 3. Garcia *benefic. part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 213. Fermosin. *in cap.* 3. *quæst.* 3. *de causa posse. & propriet. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 37. *num.* 31. & 32. *de constit.* Villalobos *in summ. moral. part.* 2. *tract.* 8. *dif.* 3. *n.* 26. & *tract.* 9. *dif.* 4. *n.* 1. & *dif.* 9. *n.* 8. Larrea *alleg. fiscal.* 67. *n.* 3. & 17. Mariana *in histor. Hispan. lib.* 6. *cap.* 17. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 7. & 8. & *Cap.* 4. *n.* 28. & 29. & *in polit. libr.* 4. *cap.* 2. *vers. A lo qual, fol.* 505. & *cap.* 4. *vers. Y porque, cum seq. fol.* 523. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *à n.* 223. Balboa *in cap. Cùm Ecclesia Sutrina, à n.* 33. *de causa posse. & propriet.* Pereyra *de manu Regia part.* 1. *in concordia* 28. *fol.* 233. & *part.* 2. *cap.* 22. *n.* 14. *vers. Quare ad finem & cap.* 59. *n.* 15. Mendo *de jure Academ. qu.* 7. §. 5. *n.* 161. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 3. *num.* 32. Faxardo *allegat. fiscal.* 35. *num.* 28. Cardoso *in praxi judic. verbo Rex, num.* 21. Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti *in tract. resol. jur. cap.* 16. *num.* 120. Garcia *in polit. tom.* 2. *tract.* 2. *dif.* 2. *duda* 2. *n.* 4. *fol.* 14. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 893. *à n.* 307. & *à n.* 379. Diana *resol. moral. part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 65. & *part.* 10. *tract.* 1. *resol.* 7. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 30. *n.* 3. *in fine, & dicta part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 7. *n.* 1. *in fine, vers. Unde nunc*, & alii innumeri Theologi, & Jurisconsulti, quos referunt, & sequuntur August. Barbosa *de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *à n.* 29. & *part.* 3. *alleg.* 57. *à num.* 85. *signanter n.* 88. & *in cap. Cùm terra, n.* 7. & 8. *de electione & in can. Cùm longè, num.* 2. & *in addit.* 63. *distinct. & de jur. Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 8. *à num.* 70. & *in repert. pract. conclus. verbo Rex, vers. Reg. Hispaniæ fol.* 333. Escobar. *de Pontif. & Regia jurisd. in stud. general. cap.* 8. *à num.* 7. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 11. *toto præcipuè à num.* 31. & *cap.* 13. *à n.* 1. & *cap.* 14. *à num.* 21. & *cap.* 17. *à num.* 47. Suelves *cons.* 50. *à n.* 23. *lib.* 2. Frasso *de patron. Reg. Indiar. tom.* 1. *cap.* 6. *à num.* 24. & *cap.* 7. *à num.* 1. ex nostris Michael Ferrer. *part.* 3. *observant. cap.* 1. & 2. Oliba *de jure Fisci cap.* 13. *n.* 15. Bosch *dels titols de honor, libr.* 2. *cap.* 41. *vers. Loqui, poteſt med. fol.* 293. & §. 2. *col.* 2. *in princ. fol.* 295. Don Bonaventura Tristany *in Corona Benedict. cap.* 2. *num.* 102. Ego *decis.* 7. *num.* 35. *part.* 1.

Sed etiam Monasteriorum, id est Abbatiarum Bobad. 18
in polit. lib. 2. *cap.* 18. *num.* 215. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *numer.* 223. & 224. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 2. *num.* 17. Ramirez *de lege reg.* §. 27. *n.* 17. Spin. *in specul. testam. gloss.* 4. *num.* 15. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 8. *n.* 7. 8. & 9. Mendo *de jure Academ. libr.* 1. *quæst.* 7. §. 5. *num.* 161. Oliba *de jure fisci cap.* 13. *num.* 15. Don Bonaventura Tristany *in Corona Benedict. cap.* 2. *num.* 102. Bosch *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 41. *vers. Loqui post. med. fol.* 93. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 113. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 91.

Et Prioratuum, Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 19
10. *num.* 251. Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 120. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 91. Oliba *de jure fisci cap.* 13. *num.* 15.

Ac aliarum Prælaturarum, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 20
18. *n.* 215. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 10. *n.* 223. 224. & 251. Spinus *in specul. testam. gloss.* 4. *numer.* 13. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap.* 8. *num.* 7. & 9. Borrell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 50. *num.* 36. Mendo *de jure Academ. libr.* 1. *quæst.* 7. §. 5. *n.* 161. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 31. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 18. *num.* 16. Oliba *de jure fisci cap.* 13. *n.* 15. Bosch *dels titols de honor, libr.* 2. *cap.* 41. *vers. Loqui post med. fol.* 293. & §. 2. *col.* 2. *in princip.* 295. & dixit Regius Senatus Cathaloniæ in consultatione missa Domino Imperatori Carolo V. die 13. Februarii 1551. num. 34. infrà referenda *decis.*

Prædicta omnia expressè probant, *l.* 14. *tit.* 3. *libr.* 1. 21
recop. ibi: *Y de las Prelacias, y Dignidales majores siempre los Santos Padres proveieron à suplication del Rey, que à la facon reynava.* Et *in l.* 1. *tit.* 6. *libr. recop.* ibi: *Por derecho, y antiqua costumbre, y justos titulos, y concessiones Apostolicas somos Patrones de tedas las Iglesias Cathedrales destos Reynos, y nos pertenece la presentacion de los Arcobispados, Obispados, y Prelacias, Abacias Consistoriales de estos Reynos, aunque vaquen en Corte Romana*, referunt Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap.* 8. *num.* 23. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 8. *n.* 13. *vers. Et sic*, Larrea *alleg.* 67. *sub num.* 17. Guttierr. *pract. lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 72. *col.* 2. *in fine*, ubi etiam tradit has leges conditas fuisse ab Invictissimo Rege nostro Philippo Castellæ II. anno 1565. Fermosinus *in cap.* 3. *quæst. num.* 2. *in fine de causa posse. & propriet.* Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæst.* 7. §. 5. *num.* 163. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. quæ Principis assertiones in hac specie probant, ut ex Joan. Andr. tenet Palac. Rub. *in libello de benef.* §. 9. *ad finem*, quem citat Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. num.* 24. 33. & 71. quibus addendi sunt Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *à numer.* 164. & *de supplicat. ad Sanctiss. part.* 2. *cap.* 33. *numer.* 52. Suelves *cons.* 50. *num.* 31. *lib.* 2. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 31. *cap.* 2. *num.* 4. & 5. & *in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *vers. La qual, fol.* 505. Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 9. *resol.* 7. *num.* 36. 43. & 50.

Sed convertens oculos ad Bullam Adriani VI. Iste 22
Beatissimus Papa anno Incarnationis Dominicæ 1523. Octavo Idus Septembris, Pontificatus sui anno secundo, approbans, & confirmans quascumque concessiones juris patronatus præsentandi personas idoneas ad Ecclesias Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Monasteria quæcumque Consistorialia per ejus Prædecessores factas. Motu proprio, & ex certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica concessit Serenissimo Domino Carolo Regi, & Serenissimæ Dominæ Joannæ Reginæ Castellæ, & Legionis, ac Aragonum, & suis successoribus etiam Castellæ, & Legionis, ac Aragonum Regibus pro tempore existentibus perpetuum jus patronatus, & præsentandi personas Idoneas ad omnes, & singulas Metropolitanas, & alias Cathedrales Ecclesias, nec non Monasteria quæcumque Consistorialia in Castellæ, & Legionis, ac Aragonum, & Valentiæ, nec non Cathaloniæ, cæterisque Hispaniarum Regnis, & dominiis

consi-

consistentes, & consistentia. De qua meminerunt Navar. *in can. Nullam, num.* 2. 28. *quæst.* 2. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ cap.* 24. *num.* 4. Escobar *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 8. *num.* 25. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 225. Mendo *de jure Academ. quæst.* 7. §. 5. *num.* 163. Rodriguez *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 123. *quæst.* 4. Borrell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 50. *num.* 21. Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 10. *n.* 218. Fermosin. *in cap.* 3. *quæst.* 3. *num.* 5. *in fine de causa posse. & propriet.* Bosch *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 41. §. 2. *col.* 2. *in princ. fol.* 295. Salzedo *in lege polit. libr.* 2. *cap.* 11. *num.* 29. *in fine, & num.* 35. *vers. Nam Reges* Barbosa *in cap. Cùm causam, sub num.* 4. *de electione*, Don Bonaventura Tristany *in Corona Benedict. cap.* 2. *n.* 102. & latiùs Mariana *in histor. Hispan. libr.* 24. *cap.* 16. *& libr.* 25. *cap.* 5. Gonzalez Davila *in Histor. Salmantic. lib.* 2. *cap.* 8. Rota apud Tamburin. *post tom.* 3. *tract. de jure Abbatum decis.* 15. *num.* 1. Michael Ferrer. *cap.* 3. *observan. cap.* 1. *in princ.* Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedict. cap.* 8. *num.* 27. *col.* 3.

23 Sub illis verbis Bullæ Adriani VI. & alias Cathedrales Ecclesias. Intellige Episcopatus, Oliba notat *de jure fisci cap.* 13. *num.* 15. & notant alii ex citatis *numer.* 17. Non tamen intelligas, quòd Dominus noster Rex Hispaniarum quamvis patronus Cathedralium, & præsentet ad Dignitates Episcopales, sit patronus Canonicatuum, & aliorum beneficiorum in eisdem Ecclesiis Cathedralibus consistentium, nec ad illos, ac illa jus præsentandi habet, Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 10. *numer.* 13. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 89. Don Michael Antonius Frances de Urrutigoyti *in tract. resol. jur. cap.* 16. *num.* 174. *& seq.* Solorzano *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 1. *& 2. & in polit. libr.* 4. *cap.* 2. *in princ. & in vers. Taunque, fol.* 504. Fajardo *allegat. fiscal.* 35. *num.* 31. Excipe aliquas dignitates, in quibus Dominus noster Rex habet jus patronatus, & præsentandi in pluribus Ecclesiis Cathedralibus Cathaloniæ, quas refert Don Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap.* 8. *num.* 39. Et Dignitates, Canonicatus, & Præbendas vacantes in Ecclesia Cæsaraugustana in mensibus Februarii, Maji, Augusti, & Novembris, juxta Bullam secularizationis Clementis VIII. de qua Barbosa *voto* 46. *num.* 1. qui *à num.* 2. *usque ad finem*, refert casum valdè notabilem, *libr.* 2. Suelves *cons.* 50. *num.* 32. *vers. Tum & elucescit, libr.* 2.

24 Et sub illis verbis prædictæ Bullæ Adriani VI. nec non Monasteria quæcumque Consistorialia. Quæ etiam reperiuntur in Bulla Clementis VII. ibi: nec non Monasteria Consistorialia, ut refert Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 225. intellige Monasteria virorum; Cabedo *de patron. Reg. Coronæ cap.* 24. *n.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 51. *num.* 51. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *disput.* 2. *punct.* 18. *num.* 3. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 117. 118. & 212. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 250. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 91. *& de jure Eccles. univ. libr.* 3. *cap.* 13. *num.* 56.

25 Idest Abbatiæ, Prioratus, & aliæ Regularium Præfecturæ virorum, Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 251. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 113. *ad* 122. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 91. & alii citati, *num.* 18. & 19. non autem Monialium, quæ habent jurisdictionem quasi Episcopalem, Barbosa *dict. num.* 91. Castr. Pal. *loco citato num.* 3.

26 Etenim eadem militat ratio in Abbatiis, Prioratibus, & aliis Regularium Præfecturis virorum, quàm in Episcopatibus, Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 17. *num.* 5. Fermosin. *in cap. cùm contingat, qu.* 5. *num.* 5. *de ætat. & qualitate*. Nam sicut per mortem Episcopi Ecclesia manet viduata, & sine sponso, & Pastore: sic Ecclesia remanet viduata, & sine sponso, & Pastore per mortem Abbatis, & Prioris, & omnium habentium dignitatem cum administratione, qui sunt de per se, & non habent Abbatem superiorem, sic Tuschus *pract. conclus. littera A. conclus.* 5. *num.* 6. Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 11. *& part.* 5. *cap.* 1. *num.* 120. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *& voto* 57. *sub num.* 1. *lib.* 2. Marcus *decis.* 1369. *num.* 1. *part.* 1. Ursel. *concl.* 1. *verbo Abbas, num.* 2. *& 98. in fine*, Fermosin. *in cap. Cùm contingat, quæst.* 5. *num.* 8. *de ætate, & qualit.* & sicut beneficia vacant per promotionem ad Episcopatum, ita similiter beneficia vacant per promotionem ad Abbatias, & Prioratus, & alias Præfecturas, qui, & quæ habent locum Abbatis, & sunt principales Prælaturæ in Ecclesia regulari, seu Collegiata, *ut infrà decis.* 254. *à num.* 16. *ad* 20.

Nomen tamen Abbatis primæva ejus origine inspecta erat potiùs nomen solitudinis, quàm ordinis, vel honoris *secundùm gloss. in cap. Tuam, verbo Ascendat*, ubi Barbosa *num.* 2. Fermosin. *num.* 10. *de ætate, & qualitate*, Gratian. *discept. forens. cap.* 270. *n.* 26. Tuschus *pract. conclus. littera A. conclus.* 3. *num.* 4. Tamburin. *de jure Abbat. part.* 1. *disp.* 25. *quæst.* 1. *num.* 182. *&* 183. Ciarlin. *controv. forens. part.* 2. *cap.* 220. *num.* 56. *&* 57. idem Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 17. *n.* 3. *in fine*, idem Fermosin. *in cap. Cùm contingat, qu.* 5. *n.* 12. *de ætate & qualitate*. Et ab antiquo Abbates Eremi dicebantur Archimandritæ, *ut in l. Nos addentes* §. *Omnes, C. de Sum. Trinit.* Tuschus *pract. conclus. litt. A. conclus.* 3. *num.* 9. Tamburin. *de jure Abbat. part.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 3. *n.* 1. quos citat Ciarlin. *controv. forens. part.* 2. *cap.* 220. *n.* 59. alios addunt Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 16. Fermosin. *in cap. Cùm contingat, qu.* 5. *n.* 54. *de ætate, & qualit.* A nonnullis Cœnobiarchæ, vel Archimonachi, ut Alciat. *in l.* 1. *ff. de injus vocando*, Ursellius *conclus.* 1. *verbo Abbas, num.* 2. Et propterea variis vocantur nominibus, ut Abbatis, Prioris, Præpositi, Archimandritæ, & Archipresbyteri, Tambur. *de jure Abbat. part.* 3. *disp.* 9. *quæst.* 3. *n.* 22. Ciarlin. *controv. forens. cap.* 220. *sub num.* 59. *part.* 2. 27

Unde non est facienda vis in nomine, an vocentur Abbates, Priores, vel Præpositi, seu Archipresbyteri, Gratian. *de benef. part.* 11. *cap.* 7. *num.* 5. Seraphin. *decis.* 1052. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *disp.* 6. *punct.* 5. *num.* 7. *fol.* 32. Ciarlin. *controv. forens. part.* 2. *cap.* 220. *sub num.* 58. si in substantia, & dignitate conveniunt Gratian. *discept. forens. cap.* 871. *n.* 6. 8. 9. & 22. Tamburin. *de jure Abbat. part.* 1. *disp.* 25. *qu.* 1. *num.* 180. & 193. *cum seq.* Ciarlin. *controvers. cap.* 220. *num.* 59. *vers. Non ergo, & num.* 107. *part.* 2. cùm ad cognoscendam Abbatialem dignitatem non consideretur nudum nomen, sed substantia, dignitas, potestas, & jurisdictio Abbatis, Prioris, & Præpositi, doctè Ciarlin. omninò videndus *controvers. cap.* 220. *à num.* 55. *vers. Neque obstat, cum seq. part.* 2. 28

Nam quando Prioratus est principalis dignitas in Ecclesia regulari, seu Collegiata, &, est de per se, nec habet Abbatem superiorem, in effectu est eadem dignitas, ac Abbatia, & Prior veluti Abbas, pulchrè Panormit. *in cap. Cùm illorum*, 32. *n.* 13. *de sentent. excom.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *num.* 113. Tuschus *pract. conclus. littera P. concl.* 708. *n.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 871. *n.* 6. 8. 9. & 22. Tamburin. *de jure Abbat. part.* 1. *disp.* 25. *quæst.* 1. *num.* 180. 193. 194. & 195. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 120. Ursell. *concl.* 1. *verbo Abbas, sub num.* 100. *ad medium, vers. Igitur ex natura*, Barbosa *appell.* 3. *num.* 4. Ciarlin. *controv. cap.* 220. *num.* 60. *part.* 2. Idque procedit etiam si Abbates, & Priores sint solo nomine, qui regulares subditos sub se non habent, vel quia fortassis Monachi locum reliquerunt, vel quia Monasterium est aliò translatum, vel alicui sæculari Ecclesiæ commendatum, & isti titulares Abbates, & Priores vocantur, ad Tusch. *pract. conclus. littera A. conclus.* 3. *n.* 12. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 24. Fermosin. *in cap. Cùm contingat, quæst.* 1. *n.* 7. *de ætate, & qualit.* quæ omnia benè conveniunt Prioratui Beatæ Mariæ de Meya, & aliis Prioratibus Ordinis Clausralis Divi Benedicti, qui sunt de per se, & non habent Abbatem superiorem, ut de eis Dominus noster Rex sit patronus, & habeat in illis jus præsentandi. 29 30

Sed quæro primò, Monasteria consistorialia, id est Abbatiæ, Prioratus, & aliorum regulariæ præfecturæ virorum, quæ sint? Resp. quòd in duplici genere reperiuntur. Alia appellantur Consistorialia, quia reperiuntur scripta, & annotata in libris Cameræ inter Consistorialia, sed de illis ex consuetudine non providetur 31

consi-

consistorialiter, hoc est in Consistorio Papæ, ut ex Caputaquen, & Flaminio, Parisio tradit Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 248. Rot. *decis.* 540. *à nu.* 4. *part.* 3. *divers.* & in Palentina Abbatia de Benevivere 14. Decembris 1618. coram Coccino Decano apud Tamburin. *de jure Abbatum*, *tom.* 3. *in fin. decis.* 16. *à n.* 3. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 91. *in fin.* Alia appellantur Consistorialia Monasteria, hac ratione ita dicta, quia de eis disponit Papa in consistorio coram Cardinalibus Lapo, Mandosio, Rebuffo, Staphileo, Petro Gregorio, Sarnerio, Mohedano, Puteo Glossatore Hispano, & Soto docet Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 149. Rota in Palatina Abbatia de Benevivere 14. Decembris 1618. coram Coccino Decano apud Tamburin. *post tom.* 3. *de jure Abbat. decis.* 15. & 16. Barbosa *voto* 89. *n.* 3. *tom.* 3. & sufficit unica provisio consistorialiter facta de Abbatia, quæ per Bullam appareat, ut sit Consistorialis, Rota *decis.* 540. *n.* 6. & 7. *part.* 3. *diversor.* Rota in Palentina Abbatia de Benevivere *decis.* 16. *num.* 6. & 7. apud Tamburin. *post tom.* 3. *de jure Abbatum*.

32 Ut autem Monasteria Consistorialia dicantur, & sic Abbatiæ, Prioratus, & aliorum regularium Præfecturæ virorum non requiritur, quòd hæc duo requisita simul concurrant, scilicet, quòd reperiantur scripta inter Consistorialia in libris Cameræ, & quod de eis disponat Papa in Consistorio coram Cardinalibus. Sed sufficit, quod sint taxata in libris Cameræ, vel quod de iis fuit consistorialiter dispositum. Habentur enim Monasteria pro Consistorialibus, etiam si extra Consistorium per signaturam Papæ expediantur, Rota in Palentina Abbatia de Benevivere 14. Aprilis 1618. Coram Coccino Decano apud Tamburin. *de jur. Abbatum*, *decis.* 15. *num.* 4. & 5. *post tom.* 3.

33 Neque etiam requiritur, ut Monasteria, Abbatiæ, Prioratus, & aliæ regularium Præfecturæ virorum sint Consistorialia, ut illa provideantur in Consistorio per viam schedulæ, & non per supplicationem, ut opinantur Gomez, & Mandos. relati à Gonzalez, *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 51. *n.* 51. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *cap.* 24. *n.* 1. 2. & 3. *in fin.* Salgado *de Reg. protect. cap.* 10. *n.* 253. Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 18. *n.* 3. quia contrarium est verius, ut probat Rota in Palentina Abbatia de Benevivere coram Coccino Decano apud Tamburin. *post tract. de jure Abbatum*, *tom.* 3. *decis.* 15. *n.* 4. & 5. ubi refert decretum Sacræ Congregationis rerum Consistorialium sub die 9. Junii 1591. in qua fuit declaratum, quòd Monasteria habentur pro Consistorialibus, etiamsi extra Consistorium per Signaturam manu Papæ aliquando expediantur, quod & repetit *decis.* 16. *n.* 7.

34 Nec similiter requiritur, ut Monasteria virorum sint Consistorialia, quod solita sint commendari, ut dicunt Seraphin. *decis.* 1305. *n.* 6. & *decis.* 1492. *n.* 2. & 6. Cabedo *de patr. Reg. Coronæ*, *cap.* 24. *n.* 3. Postius *post tract. de manut. decis.* 670. *n.* 15. quia contrarium est verius, ut probat Rota in Palentina Abbatia de Benevivere 14. Aprilis 1618. apud Tamburin. *post tom.* 3. *de jure Abbatum*, *decis.* 15. *à nu.* 7. nam sufficit ut Monasteria censeantur Consistorialia, quod solita sint conferri in titulum perpetui beneficii, Rota *dict. dec.* 15. *n.* 10. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 2. *n.* 6. & *disp.* 7. *quæst.* 1. *n.* 4. Ac proinde inquit Barbosa *voto* 89. *n.* 3. *lib.* 3. quòd Abbatia, de qua in suo casu agebatur, est, & dicitur Consistorialis, quia ad præsentationem Regis Catholici, & ad institutionem Sanctæ Sedis Apostolicæ spectat. Et prosequitur, & etiam perpetua, proinde beneficium, cùm hæ qualitates sint de essentia beneficii Ecclesiastici.

35 Benè tamen alias verum est quòd si Monasteria sint manualia, non sunt Consistorialia, neque solet Papa de illis providere, quia cùm collatio de sui natura perpetua censeri debeat, Papa in reservationibus non intelligit comprehendere manualia, ad evitandum absurdum, quod provisus ab illo possit ab inferiori amoveri, Rota *post tom. Tamburin. de jur. Abbat. dec.* 15. *n.* 9. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 2. *n.* 4. & 5. & sic requiritur, ut Abbatiæ censeantur consistoriales, quod sint perpetuæ, Barbos. *de jur. Eccl. univ. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 84. & *voto* 89. *n.* 3. *lib.* 3. Quia Abbatiæ temporalis potiùs nuda officia, quàm Ecclesiastica beneficia dici possunt, pro ut nec esse possunt Prioratus Sancti Dominici, & S. Augustini, ac similes, cùm non sint Ecclesiastica beneficia, sed officia, Gonzales *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 8. *n.* 50. & 51. Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 271. & 272. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 7. *quæst.* 1. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 5. *n.* 104. & 175. & aliis additis *voto* 89. *n.* 8. *lib.* 3.

Quæro secundò, an ut Monasteria, Abbatiæ, Prioratus, ac aliæ regularium Præfecturæ virorum sint consistorialia, & consistoriales, debent esse alicujus æstimationis valoris auri? Respon. quòd licèt Clemens VII. per regulam secundam Cancellariæ disposuit, quòd debent communi æstimatione excedere valorem ducentorum florenorum auri, quam regulam ad literam adducunt Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. §. 4. *in princ. ante n.* 212. Cast. Palaus *in oper. moral. parte* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punc.* 18. *n.* 3. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 84. ita ut non sufficiat, quòd Monasteria sint taxata in libris Cameræ, nisi sint taxata ad florenos sexaginta tres, & duas tertias, quæ summa reducta florenos ducentos constituit; aliàs si sint taxata ad minorem quantitatem, non dicuntur Consistorialia, ut asseverant multi doctissimi Viri sumpta occasione dictæ regulæ secundæ Cancellariæ, refert, sed non sequitur Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 255. & ita agnovisse nostram Regiam Audientiam testatur Michael Ferrer *part.* 3. *observ. cap.* 1. quem sequitur Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 41. §. 2. *col.* 2. *in princ. fol.* 295. & illum citat Rota apud Tamburin. *post tom.* 3. *de jur. Abbatum*, *decis.* 15. *n.* 6. & *decis.* 16. *num.* 6. 36

Sed oppositum verius existimo, salva pace multorum Doctissimorum Virorum, & nostræ Regiæ Audientiæ. Primò, quia regula secunda Cancellariæ per prædictam reservationem non censetur derogare juripatronatus Regio. Receptum enim est, quòd jus patronatus Regium non comprehenditur in reservationibus, quæ per regulas Cancellariæ factæ sunt, etiamsi ex privilegio, vel consuetudine competat, imò inviolabiliter est observandum, Conc. Trid. *sess.* 25. *de refor. cap.* 9. *vers. Exceptis*, & docent Rebuff. *in prax. benef. part.* 3. *signanter nu.* 61. Lambertin. *de jur. patron. lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 9. *art.* 11. Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 6. *vers. Secundum*, Berojus, Melch. Palau, Joan. Delphin, Paul. Fuscus, Joseph. Ludovic. Chasan. & Selva, quos citat Cenedo *collect.* 79. *ad decretal. nu.* 2. quibus addendi sunt Palat. Rub. *de benef. vacant. in Cur.* §. 11. Azevedo *l.* 1. *num.* 6. & *l.* 5. *num.* 3. *tit.* 6. *lib.* 1. *recop.* Garcia *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 219. 220. & 375. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 18. *à n.* 97. & *glos.* 24. *à n.* 153. & *glos.* 51. *n.* 49. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *cap.* 10. *n.* 3. & *cap.* 35. *n.* 7. Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 2. *n.* 19. Paris. *de resignat. benef. part.* 2. *quæst.* 4. *n.* 47. Ramirez *de lego Reg.* §. 27. *n.* 18. Cevallos *comm. cont. com. quæst.* 36. *n.* 1. & 4. *quæst.* 897. *à n.* 322. & *de cognit. per viam violent. part.* 1. *glos.* 8. Borell. *de Reg. Cathol. præstan. cap.* 50. & 51. Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 18. *nu.* 2. Villalobos *in Sum. part.* 2. *tract.* 9. *diff.* 7. *n.* 4. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 19. & *cap.* 3. *num.* 11. *cum seqq.* & *in polit. lib.* 4. *cap.* 3. *vers. Infriendo*, *fol.* 511. & antea *lib.* 4. *cap.* 2. *vers. De lo qual*, *fol.* 506. Sanchez *tom.* 2. *moral. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 54. *n.* 6. Barbosa *de potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 32. & *de jur. Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 90. & *voto* 46. *n.* 17. *lib.* 2. *et par.* 3. *alleg.* 57. *n.* 27. & 86. Antunez Portugal. *de donation. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 38. *n.* 107. Thom. del Bene *de parlament. dub.* 4. *sect.* 21. *subsect.* 7. *num.* 2. Castillo *de tertiis*, *tom.* 7. *capit.* 36. *num.* 28. *col. vers. Respondese quinto*, *fol.* 277. *à tergo*, & *fol.* 278. Noguerol. *alleg.* 39. *n.* 32. & 33. Fermosin. *in cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 12. & *quæst.* 3. *n.* 7. *de causa possess. & propriet.* Menchaca *controv. illustr. lib.* 2. *cap.* 51. *à nu.* 37. Burat. *dec.* 369. *num.* 5. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 66. *numero* 4. & *numer.* 5. *versic. Ex quibus*, *in fine*, Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 13. *à numer.* 38. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. General. cap.* 8. *n.* 28. Fajardo *alleg. fiscal.* 37.

fiscal. 23. num. 8. & alleg. fiscal. 35. num. 24. in fine, Frasso *de Reg. patron. Indiar. tom. 1. cap. 2. n. 4. & cap. 3. n. 47.* Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 10. n. 96. & 97.* quamvis præsentatio per Reges sit facienda Papæ, & ab eo provisio facienda, Gonzales, & Garcia *supra, ille gloss. 51. num. 49. iste cap. 1. num. 220.*

38 Et licèt aliqui id de jure limitent, si specialis, & expressa mentio fiat de jure Regio patronatus, Marta *decis. Pisana* 193. Riccius *collect.* 494. Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 57. numer. 87.* Azor. *instit. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 23. quæst. 3.* Salzedo, & alios addit. *de leg. polit. lib. 2. cap. 13. num. 28. post princ. & num. 38. vers. Et licet*, Frasso *de Reg. Patron. Indiar. tom. 1. cap. 3. num. 45.*

39 Attamen in Hispania revocatio, seu derogatio Regii patronatus, etiamsi esset expressa, non admittitur, sed supplicatio Summo Pontifici cum debita reverentia interponenda, ut eam reponeret, electionemque, & electiones virtute dictæ derogationis factas nullas, & irritas decerneret, utpotè absque Patroni consensu, & citra Regii patronatus præjudicium, ut latè probant Covar. *pract. c. 36. n. 3. vers. Olim, & nu. 4. in fin. princ. & n. 6. vers. Secundum*, Palat. Rub. *de resig. benefic. lib. 2. quæst. 3. n. 43. & 44.* Spin. *in specul. testam. gloss. 4. n. 45.* Cevall. *de cognit. per viam violen. gloss. 8. n. 14. & 15.* Barbos. *claus. 41. n. 19. in fin.* Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 10. n. 17. & de suppl. ad Sanctiss. part. 1. cap. 2. n. 68. & 69. & cap. 3. §. unic. à n. 7. & à n. 38.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. n. 20. & cap. 3. n. 14. & 33. & in polit. lib. 4. cap. 2. vers. Lo qual es cierto, fol. 506. & cap. 3. vees. Y esta pratica, fol. 514.* Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 3. n. 16.* Pereyra *de man. Regia, par. 2. c. 61. n. 32. vers. Hodie verò, & cap. 66. n. 12. vers. Aliter*, Bolannos *in Cur. Philip. tom. 1. part. 1. §. 5. n. 4.* Antunez Portugal. *de donat. reg. tom. 2. lib. 3. cap. 28. n. 132.* Salzedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 6. num. 23. & cap. 7. n. 21. & cap. 11. n. 37. & 38. & latissimè, cap. 13. à n. 12.* Frasso *de patron. Reg. Indiar. tom. 1. cap. 3. n. 48.* Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. gener. cap. 8. n. 66. 67. & 68.* & supersedendum usque ad certiorandum Summum Pontificem, Salzedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 6. n. 23. & cap. 7. num. 21. & latius, cap. 13. à nu. 12. cum plurib. seqq.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 33.* Salgado *locis citatis*. Ut illibatum maneat juspatronatus Regium, Salzedo *de leg. polit. libr. 2. cap. 11. num. 37. & 38.* Quod nedum fundatur in praxi Hispaniæ, sed etiam in Bulla Adriani VI. quam ponderant Salgado *de suppl. ad Sanctiss. part. 1. cap. 2. nu. 69. & cap. 3. §. unic. n. 7. 8. & 28.* Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 3. n. 16.*

40 Sicut derogatio specifica, & expressa Sacri Concilii Tridentini requiritur, ut in aliquo literæ à Sede Apostolica impetratæ prævalere possint, Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 26. num. 7.* Garcia *de benefic. part. 4. cap. 5. à num. 25.* Valenzuela *cons. 22. num. 57.* Rota *decis. 48. n. 10. & 11. part. 1. divers.* Salgado *de suppl.*

41 *ad Sanctiss. par. 2. cap. 1. num. 59.* Salzedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 7. num. 1.* Attamen in Hispania derogatio etiam specifica, & expressa Sacri Concilii Tridentini non admittitur, ut firmant Azevedo, Bobadill. Cevallos, & Paz, quos citat Salgado *de supplic. ad Sanctiss. part. 2. capit. 1. num. 64.* Salzedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 7. nu. 21.* Sed humili supplicatione ad Sanctissimum præmissa superseditur in executione literarum Apostolicarum, ut cum Bobad. Azevedo, Cevallos, Narbona, Paz, & Diaz de Mena docent & probant Salgado, & Salzedo, *ille de supp. ad Sanctiss. part. 2. cap. 1. per totum, iste lib. 2. cap. 7. toto.*

42 Secundò, quia daro quod dicta regula secunda Cancellariæ comprehenderet jus patronatus Regium, quòd negatur, adhuc Monasteria sunt consistorialia, etiam, quod sint taxata ad minorem summam sexaginta trium florenorum, & duarum tertiarum, ut resolvit Sacra Congregatio rerum Consistorialium 9. Junii 1591. & si Monastaria excedunt valorem ducentorum florenorum, etiam quod in libris Cameræ non sint descripta ad tantam summam, hoc sufficit, quia regula utitur verbis illis: *Ducentorum florenorum auri de Camera communi æstimatione excedentia*. Et sic sufficit quòd Monasteria tanti valeant communi æstimatione, etiam quod in tanta summa non sint taxata, ita ad nostrum Michaelem Ferrer. *part. 3. observ. capit. 1.* Respondet Rota *decis. 15. num. 6. & decis. 16. num. 6. post. tom. 3. Tamburini de jure Abbatum.*

Tertiò, Monasteria Consistorialia, ut talia dicantur, non requirunt aliquam summam, & valorem, Et taxa opposita in libro Consistorii, non est facta, ut tanti, vel quanti esse debeant Monasteria Consistorialia, sed verus valor, & æstimatio uniuscujusque Monasterii, sivè magna sit, sivè parva, ibidem est apposita, ut sciatur, & cognoscatur quantitas annatæ præstandæ, itaque non in valore consistit Monasteria esse consistorialia, sed in ejus qualitate, an sint Monasteria virorum, sic Salgado *de Reg. protect. part. 3. c. 10. n. 256.* qui *n. 255.* inquit Doctissimos illos viros (de quibus supra, *n. 36.*) contrarium falsò asseveravisse. Et generaliter docent Rota *dec. 15. & 16. post. tom. 3. Tamburini de jure Abbatum*, Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 57. n. 91.* His possunt addi quæ tradit ipse Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 10. num. 256. vers. Adverte, & num. 157, 158. & 159.* 43

Quartò, quia communis stylus & praxis Hispaniæ obtinuit, ut non requiratur aliquis valor, nec descriptio in libro Consistorii Cameræ Apostolicæ, ad hoc ut Monasteria dicantur Consistorialia, sed ufficiat realiter constare, & apparere esse, vel fuisse Monasteria Conventualia virorum, ut intrent privilegia, & indulta Romanorum Pontificum concedentium horum Consistorialium jus patronatus Dominis nostris Regibus Hispaniarum, & ita pluries fuisse in ejus favorem sententiatum, & determinatum in Consilio Supremo, & Cancellaria Vallisoletana in multis causis Prioratuum, habitis priùs fide dignis informationibus, ac instrumentorum, & testium literatorum, & fide dignorum curialium præsentatis à Procuratoribus Cæsarei patrimonii, attento stylo Romæ, etiamsi ex adverso fuisset probatum, & authenticè verificatum prædictos Prioratus, & Abbatias non esse scriptas in libro Consistorii, in quo esse plures informationes, & sententias, & executoriales apud Secretarium Regiæ Cameræ, refert Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 10. nu. 263. 264. & 265.* 44

Quæro tertiò. An beneficia de Regio patronatu vacantia apud Sedem Apostolicam, seu in Curia reservata sint dispositioni Romani Pontificis? Resp. quòd licèt de jure omnia beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam; seu in Curia sint reservata dispositioni Romani Pontificis, *cap. 1. cap. Statutum, c. Præsenti, de præbend. in 6. Clement. 1. ut lite pendente, regul. 8. Cancellariæ*, abundè Gonzalez *ad reg. 7. Cancel. gloss. 13. à nu. 1.* Lotterius *de re benef. lib. 2. quæst. 27. tota*, Garcia *de benefic. part. 5. cap. 1. à num. 68.* Solorzano *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 6. n. 88. & 89. & in polit. lib. 3. cap. 7. vers. Resta aora, fol. 298.* Cast. Palaus *in oper. mor. part. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 16. à n. 1.* Villalobos *in sum. mor. part. 2. tract. 9. diff. 12. n. 6.* Pereyra *de man. Regia, part. 2. cap. 61. n. 32. in prin.* Suelves *cons. 6. n. 1. lib. 1.* Valenzuela *cons. 128. num. 77. & 106. lib. 2.* Barbosa multis aliis citatis *in cap. 2. nu. 10. de præbend. in 6. de potest. Episc. part. 3. alleg. 57. à n. 19. & de jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 13. à n. 19.* Burat. *decis. 103. n. 1.* Valenzuela *cons. 128. num. 77. & 78.* 45

Attamen sub hac reservatione beneficiorum vacantium apud Sedem Apostolicam, seu in Curia non veniunt beneficia juris patronatus laicorum, Covar. *prac. cap. 36. n. 4.* Pereyra *de man. Regia, part. 2. cap. 61. n. 32. vers. tamen verius est*, Suelves *cons. 6. n. 1. vers. Sed etiam, lib. 1.* Maceraten. *resol. 68. n. 1. lib. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 18. n. 1.* Spin. *in specul. testam. gloss. 4. n. 44.* Cevallos *com. cont. com. quæst. 897. à n. 452.* Garcia *de benef. part. 5. cap. 1. n. 571.* Cast. Palaus *in oper. mor. part. 2. tract. 13. disp. 2. §. 16. nu. 6. vers. Excipiuntur namque*, & alii penes Barbosam *in cap. 2. n. 13. de præbend. in 6. & de potest. Episc. part. 3. alleg. 57. n. 25. & de jure Eccles. univ. lib. 3. capit. 13. n. 28.* vide infra *decis. 254. n. 2.* 46

Et multo minus beneficia juris patronatus Regii, quæ 47

quæ etiamsi vacent apud Sedem Apostolicam, seu in Curia, non pertinet ad provisionem Summi Pontificis, Palat. Rub. *de benefic. vacan. in Curia*, §.11. Rebuf. *de nominat. q.* 5. *à num.* 9. Covar. *pract. c.*36. *num.* 4. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.*2. *num.*19. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *c.*5. *num.*10. *in fine*, *& cap.*35. *n.*8. Azor. *instit. mor. tom.*2. *lib.*6. *cap.*23. *quæst.*7. Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*3. *num.*14. *&* 15. *& in polit. lib.*4. *cap.*3. *vers. Infiriendo*, *fol.*511. Azevedo *l.* 5. *n.* 3. *vers. Iterum*, *tit.*6. *lib.* 1. *recopil.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.*3. *cap.*28. *num.* 129. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 24. *n.* 159. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 38. *vers. Et licèt, in fine*. Et dixerunt Doctores Regii Consilii in consultatione missa Domino Imperatori Carolo V. die 13. Februarii, *num.* 24. infra referenda *decis.* 257. *num.* 2.

48 Quod adeo verum est, ut procedat etiam si juspatronatus laici derogetur per Summum Pontificem in Bulla, sub illa generali derogatione non comprehenditur juspatronatus Comitum, Marchionum, Ducum, Principum, & Regum, Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 2. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *cap.* 35. *n.* 7. Villalobos *in sum. mor. tom.* 2. *tract.* 9. *diff.* 7. *n.*4. & alii pœnes Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 38.

49 Quinimo quamvis juspatronatus competens Comiti, Marchioni, Duci, vel Principi derogetur per Summum Pontificem, adhuc sub tali derogatione non comprehenditur juspatronatus Regium Villalobos, *in sum. tom.* 2. *tract.* 9. *diff.* 7. *n.* 4. *in fine*, Azor. *instit. mor. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 23. *quæst.* Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 87. Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.*13. *n.* 38.

50 Nec mirum, quia juspatronatus Regium est efficacius, & potentius, quàm aliorum inferiorum, & cujuscumque privati, *ad textum in l. Cum multa, C. de bonis, quæ liber. & colligitur ex Concilio Trident. sess.*25. *de reform. cap.*9. Palat. Rub. *de benef. vacan. in Cur.* §. 11. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.*13. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 3. *vers. Infiriendo*, *fol.* 511. Don Didac. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisd. cap.*7. *n.* 18. Fajardo *alleg. fiscal.* 35. *n.* 24. Salgado *de suppl. ad Sanctiss. part.* 1. *cap.* 1. *n.*138. Frasso *de patron. Reg. Indiar. tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 49. Antunez Portugal. alios addit *de donat. reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *n.* 128.

51 Sed an hæc intelligantur de patronatu competente ex privilegio, consuetudine, aut præscriptione? Proponit remissivè Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *disp.*2. *punct.* 16. *n.*6. sed quidquid sit de jure patronatus laicorum, de quo Garcia *de benef. part.* 5. *cap.*1. *à num.*571. Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *alleg.* 57. *num.*26. *&* 27. Pereyra *de man. Regia*, *par.*2. *c.*61. *num.*32. *vers. Quod etiam*. Tamen procedunt, & intelliguntur de patronatu Regio, ad Covar. *pract. cap.* 36. *num.*6. *vers.* 2. Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gl.* 24. *n.* 159. Garcia *de benef. p.*5. *c.*1. *n.*375. Salzedo *de l. polit. l.*2. *c.*13. *n.*39. *&* 40.

52 Quæro quartò. An Domino nostro Regi sit arctatum aliquod tempus ad præsentandum ad Episcopatus, & alia beneficia sui jurispatronatus Regii? Respond. quòd licèt juspatronatus Regium censeatur laicale, & sæculare, Cabedo *de patr. Regiæ Coronæ*, *cap.* 1. *num.* 14. Solorzano *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *à nu.* 3. *ad* 8. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 3. *in fine*, *princ. cum seq. fol.* 510. Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 43. *in fine*, Pereyra *de man. Regia*, *part.*2. *cap.* 66. *n.* 6. Fajar-

53 do *alleg.*35. *num.* 26. Frasso *de patron. Reg. Indiar. c.*5. *à num.*40. Et patronis laicis sit præfinitum tempus quatuor mensium ad præsentandum beneficia, *cap. Quoniam in quibusdam*, *in fine*, *c. Cùm propter*, *de jurepatronatus*, *c. unico*, *eod. tit. in* 6. Riccius *decis.* 228. *n.* 14. *&* 15. *p.*2. Vivian. *de jurepatron. lib.* 7. *cap.*1. *num.* 1. Cardos. *in prax. judic. verbo Juspatronatus*, *num.* 15. *&* 16. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *l.* 3. *c.*28. *num.*115. innumeros laudant Barbosa *de potest. Episc. p.*3. *allegat.*72. *à num.*126. *& de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.*12. *num.*166. *&* 168. Suelves *cons.* 58. *num.*5. *lib.*1. Garcia *de benefic. par.*5. *c.*9. *à num.* 209. *&* part. 10. *cap.*2. *à num.*6. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *l.* 3. *c.*3. *num.*48. Castr. Palaus *in oper. moral. par.* 2. *tractat.* 13. *disp.* 2. *punct.* 5. *à num.* 2. Villalobos *in summ. mor. p.*2. *tract.*9. *dif.*9. *n.*1. quod currere incipit à die scientiæ, & notitiæ vacationis illorum, Seraphin. *decis.*380. *num.*1. Spin. *in specul. testam. gloss.*4. *numer.* 21. Mantica *decis.*360. *num.*3. Riccius *decis.*183. *num.* 2. *p.*2. Suelves *cons.* 58. *num.*5. *lib.*1. certæ, & non interpretativæ, nec verosimilis, Seraphin. *decis.* 1173. *num.*3. Garcia *de benefic. par.* 10. *c.*2. *à num.* 34. Salgado *de Regia protect. par.*3. *c.*10. *n.*42. Beltramin. *ad Ludovis. decis.*177. *num.*9. Barbosa *de jure Eccles. un. lib.* 3. *c.*12. *n.*166. Cast. Palaus *in oper. mor. par.*2. *tract.*13. *disp.*2. *punct.*5. *n.*3. Antunez Portugal. *l.c.*

Speciale tamen est in Dominis nostris Regibus His- 54
paniæ non currere tempus quadrimestre ad præsentandum ad Episcopatus, & alia beneficia sui Regii patronatus, non solùm si eorum Officiales sciant vacationem, Domino Regi, ut non nocet, sed etiamsi ipse Dominus Rex sciat, eo quod multis occupationibus impediti, & variis negotiis distracti, tàm in bello, quàm in pace, non possunt intra illud tempus præsentare, ut probat, & obtinuisse testatur Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *c.*28. *à n.*5. quem refert, & sequitur, ac ita semper vidisse practicari tradit Garcia *de benef. p.*10. *c.* 2. *n.*34. *in fine*, quod laudat Salgado *de Reg. protect. p.* 3. *c.*10. *n.*43. *&* 44. quibus addendi sunt Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *alleg.*72. *num.*137. Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*3. *num.*49. *&* 50. *& in polit. l.* 3. *cap.*3. *vers. En quanto*, *fol.*516. Cast. Palaus *in oper. mor. par.*2. *tract.*13. *disp.*2. *punct.*5. *numer.* 5. *vers. Ob hanc rationem*, & de praxi notoria testatur Dominus Vicecancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat.*57. *numer.*20. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *c.* 66. *numer.*6. *versic. Ex quibus*, *ibi*: *Quod si ultra tempus*, Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.*2. *lib.* 3. *c.* 28. *num.*124.

Quæro quintò. An juspatronatus Regium consue- 55
tudine, vel præscriptione per privatos acquiri possit, aut aliquo modo usurpari, alterari, vel præjudicari. Respond. quòd non, docent Rebuf. *tom.*3. *ad l. Gal. tit. de materia possessor. in præfat. n.* 133. Valascus *de jure emphyt. quæst.*9. *n.* 26. *vers. Rursus cùm dico*, Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *cap.*7. *à n.*2. *& cap.* 10. *n.*9. *in fine*, *& cap.* 34. *n.*3. *& decis.* 65. *n.* 3. *part.* 2. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *capit.* 10. *n.* 147. 148. 149. 280. *&* 281. Solorzano *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.* 3. *cap.*2. *à n.* 25. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *vers. Pero es cerca*, *fol.* 507. Pereja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 2. *num.* 11. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap.* 8. *n.* 83. *&* 84. & si aliter dicat Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *n.* 28.

Nam juspatronatus Regium, jus Regale dicitur, 56
inter regalia Regis, & cætera bona Regiæ Coronæ adnumeratur, & computatur, *cap. Generali*, ubi Archidiac. *n.* 1. Butri *n.* 3. Andr. *n.*4. *de electione*, Cabedo *de patr. Reg. Coronæ*, *cap.* 4. *n.* 6. *&* *cap.* 7. *n.* 2. *& cap.* 12. *n.* 6. Antunez Portugal. *de donat. Regiis*, *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.*28. *n.*138. *& cap.* 45. *n.*28. Castillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 3. *n.* 30. Mastril. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 3. *à n.* 3. *& cap.* 13. *nu.* 14. 15. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.*1. *tit.*2. *n.* 38. Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.* 18. *nu.* 213. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 25. *&* 26. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *vers. Pero es cerca*, *fol.* 507. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 148. 190. *&* 192. *in fine*, *&* 216. *& de suppl. ad Sanctiss. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 116. *&* 137. Pereja *de instr. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *resol.* 9. *n.* 51. Fajardo *allegat. fiscal.* 35. *num.* 13. *&* 56. Frasso *de patron. Reg. Indiar. tom.*1. *cap.* 1. *à n.* 19.

Et regalium possessores præscriptionem longissimi 57
temporis, nempè decem, viginti, triginta, quadraginta, aut centum annorum opponere non possunt, nisi titulum habeant, nam cùm juris præsumptio vehementer illis adversetur, nullo pacto possessionem suam tueri possunt, nisi per ostensionem tituli, *cap.*1. ubi Barbosa *à n.* 2. *de præscrip. in* 6. latè Castillo *de tertiis*, *cap.*16. *n.*2. *&* 13. *& cap.*26. *à n.*55. plures laudat Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.*5. *resol.*9. *a n.*58. *& à n.* 106. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 14. *à n.*42. Posthius *de manutent. observ.* 44. *num.* 29. Cutellus *decis.* 1. *n.*412.

& decis. 1. à num. 15. & latè dec. 4. Reg. Matthæu *de regim. Regni Valen. tom. 1. c. 6. §. 1. à n. 32. cum seq.*

58 Unde dicit Cabedo *de patron. Reg. Coronæ, c. 10. n.* 8. quòd Ecclesia juris patron. Regii, etsi per centum, & plures annos collata sit ab Episcopo, nihilominus circa collationem, non potest possessionem allegare, & ita obtinuisse Lusitaniæ in favorem Regii patronatus in quodam beneficio magni redditus. Et idem Cabedo *d. cap. 10. n.* . inquit, quòd in patronatibus Regiis non datur possessio absque titulo, nec præscriptio, & sic obtinuisse in causa ardua cujusdam patronatus Regii, sequitur in utroque casu Salgado *de Reg. protect. p. 3. c. 10. n. 145. & 146. & 147.*

59 Quæro sexto. An jus patronatus Regium possit per Regem in alium transferri, vel alienari, aut renuntiari in totum, vel in partem? Respond. quòd non, sicut nec cætera bona Regiæ Coronæ, saltem ultra tempus quo ipse vixerit in præjudicium successorum, probant Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num.* 22. *& 24. & in polit. l. 4. c. 3. vers. Y de ello resulta, fol.* 512. Suelves *cons. 50. à n. 27. l. 2.* etsi aliter dicat Portugal. *loco cit. n. 55.*

60 Quæro septimo. An si Domini nostri Reges numquam præsentaverunt Abbatiam, Prioratum, seu aliud beneficium sui Regii Patronatus, amiserunt illud jus præsentandi? Resp. quòd non. Primò, quia licèt aliqui dicant, quòd jus patronatus amittitur per non usum, si præsentationes de Rectore Ecclesiæ facere patronus omiserit, & duabus saltem vicibus Rector fuerit absque præsentatione institutus, cessante ejus legitimo impedimento, Barbosa *de jure Eccles. un. l. 3. c. 12. n. 257.* Seraphin. *dec. 1367. n. 6.* verius est, quòd jus patronatus per non usum non amittitur, ut docent Puteus, Rota, Riccius, quos referunt, & sequuntur Salgado *de Reg. protect. par. 3. c. 10. num. 30.* Suelves *cons. 50. n. 29. lib. 2.*

61 Quæ verior opinio maximè procedit in jurepatronatus Regio, quod per non usum non amittitur, ut probat in Dominis nostris Regibus, Spinus *in spec. testam. glos. 4. n. 13. vers. Nec obstat.* & vide infra, *n. 67.* Tum quia juspatronatus Regium nulla consuetudine, vel præscriptione præjudicari potest, *ut dictum est, à num.* 55. Tum quia si juspatronatus Regium amitteretur per non usum, esset illud alienare, vel renuntiare, & juspatronatus Regium inalienabile est in totum; vel in partem, neque renuntiari potest, ut supra, *n. 59.*

62 Secundo, quia Bulla Adriani VI. continet decretum irritans, cujus effectus inter alia includit, indudit, & operatur, quòd dispositio super qua est appositum, non possit impugnari, quod usu recepta non sit, Barbosa *claus. 4. n. 35.* Gratian. *decis. 186. in addit. n. 5.* Jul. Chartar. *decis. 46. n. 70. & decis. 74. n. 19. & decis. 93. n. 21.* Sperell. *decis. 103. n. 42. libr. 2.* Nam cùm semel constet de intentione Papæ, ex capite non usus impugnari, nec elidi valet, nec potest, Salgado *de Reg. protect. par. 3. cap. 10. n. 96.* Castillo *de tertiis, tom. 7. c. 33. n. 4. in fine.*

63 Tertiò, quia Domini nostri Reges indultis jurispatronatus usi sunt semper in parte, & usus privilegii in parte interrumpit præscriptionem adversùs illud introductam, Garcia *de nobilit. gl. 1. §. 1. num. 79. ante finem*, nam in iis, in quibus adest titulus, per usum partis retinetur universum jus quoad quaslibet species sub eo contentas juxta doctrinam, Bartol. *in l. 1. §. Si quis, ff. de itinere actuque privato*, & sic usus jurisdictionis in una parte concessionis tribuit jus in alia, & conservat omne jus, Castren. *in l. Imperium, ff. de jurisdict. omn. jud.* & usus in parte conservat jus in totum, *l. stillicidii 8. §. 1. ff. Quemamod. servitut. amittan.* in quorum omnium ornatum, & aliorum plurium, ut decimarum, & similium, quæ hìc accommodantur, videndi sunt Tamburin. *de jure Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 18. à num. 34.* Mieres *de majoratu, p. 1. q. 34. à n. 10.* Molina *de primog. Hispan. lib. 2. c. 6. n. 17.* ubi Additionat. *n. 16. vers. Hæc regula*, Surd. *cons. 323. à n. 44. & cons. 390. lib. 3.* Barbosa *in capit. 1. num. 5. & 6. de relig. domib.* Peregrin. *de jure fisci, l. 6. tit. 8. num. 30.* Gabriel. *com. concl. lib. 5. de præscrip. con-*

cl. 2. Noguerol. *alleg. 39. num. 42.* Castillo *de tertiis, tom. 7. cap. 3.* Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. par. 1. c. 9. à num. 66. & de Reg. protect. par. 3. c. 10. à num. 100. ad 135.* Posthius *de manuten. obser. 73. à numer. 136. ad* 172. ex nostris Michael Ferrer *par. 3. obser. c. 274. cum seq.* Fontanella *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. gl. 19. par. 1. num. 76. 77. & 78. & tom. 2. claus. 7. gl. 3. p. 10. num. 26. & decis. 327. num. 2. p. 2.* Cancer *par. 1. var. cap. 23. à n. 22. & p. 3. c. 5. n. 85.* Xammar. *defin. 140. num. 14.* Ramon *cons. 18. n. 50.* Filius meus Don Sebastianus de Cortiada *in discur. jurisdict. Proreg. quæst. 15. num. 34. in fine.*

Et in nostris terminis dicunt Doctores, quòd pos- 64
sessio præsentandi ad unum beneficium trahitur ad alia beneficia sub eadem fundatione contenta, & quod probata quasi possessione conferendi unum ex beneficiis suis in indulto comprehensum, censetur acquisita quasi possessio, quoad alia sub eodem titulo contenta. Et quòd quasi possessio conferendi respectu quorumdam beneficiorum, & dignitatum, extenditur ad cætera beneficia, & dignitates, quæ sunt ejusdem speciei, ut docent aliis similibus illationibus traditis, Mantica *decis. 320. n. 6.* Cavaller. *decis. 238. n. 4.* Beltramin. *ad Ludovis. dec. 557. à n. 7.* Duran. *dec. 226. n. 3.* Vivian. *post tract. de jure patron. dec. 85. n. 3. & dec. 103. n. 3.* latè Posthius *de manut. obser. 73. à n. 147.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. p. 1. c. 9. n. 68. 69. & 70.* & in terminis jurispatronatus, Regii Salgado *de Reg. protect. p. 3. c. 10. à n. 110. ad 135.* Castillo *de tertiis, tom. 7. c. 33. à n. 4.*

Et licèt aliqui ex Doctoribus citatis, *n. 64.* limitent, 65
alio existente in possessione, ut Molina *de Hispan. primog. l. 2. c. 6. n. 18.* Beltramin. *ad Ludovis. dec. 557. n. 2.* Barbosa *in c. 1. n. 6. de relig. domib.* Posthius *de manut. obser. 73. n. 172.* Cancer *par. 1. var. c. 23. num. 27. & p. 3. c. 5. num. 91.*

Prædictæ limitationi septem modis satisfaciunt Sal- 66
gado *de Reg. protect. par. 3. c. 10. à numer. 136. ad 147.* Castillo *de tertiis, n. 7. c. 33. à num. 18.* quos non repeto, licèt hìc transcribi deberent.

Et punctim tradit Salgado plures Abbatias, & Prio- 67
ratus oblitas, & oblitos fuisse recuperatas, & recuperatos, in quibus nunc de novo per recuperationem suam Regiam Majestatem quotidiè præsentare, *de Reg. protect. par. 3. c. 10. n. 147.* exemplaria refert, *n. 266.* Sed insigne est exemplar ad institutum in fortioribus terminis, quod tradit Escobar, de officio Magistri Scholarum unito præbendæ Cathedralis Ecclesiæ Salmantinæ, omnino videndus, *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. c. 8. tot.* de quo meminit Frasso *de patron. Reg. Ind. tom. 1. c. 1. n. 5. in fine.*

Quæro octavo. An juspatronatus regium in Epis- 68
copatibus, Abbatiis, & aliis beneficiis consistorialibus extendi debeat ad beneficia consistorialia noviter erecta, & quæ noviter consistorialia reperiuntur, & cognoscuntur? Resp. quod sic, ut quoad beneficia consistorialia noviter erecta, docent Rota *decis. 39. n. 9. p. 3. recent.* Posthius *de manuten. obser. 73. num. 147.* & quoad beneficia consistorialia, quæ noviter reperiuntur, & cognoscuntur, Salgado *de Reg. protect. p. 3. c. 10. num. 143. & 144.* Castillo *de tertiis, tom. 7. c. 33. num. 15.*

Sed ad institutum, licèt de jure communi cognitio 69
jurispatronatus privatorum tanquam spiritualibus annexi pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, *c. Quanto, ubi omnes de judiciis, faciunt jura, in cap. fin. eod. tit. 1. in 6. Clement. dispendiosam, eod. tit. cap. de jurepatronat.* Cabedo *de patron. Reg. Coronæ, cap. 49. à n. 1. & decis. 120. num. 3. & art. 91. par. 2.* Cævallos *com. cont. com. quæst. 462. & q. 897. num. 560. & de cognit. per viam violen. p. 2. q. 94.* Belluga *in specul. Princip. rubr. 11. §. Sunt & aliæ, num. 3.* ubi Borell. *litera D*, Parlador. *rer. quotid. tom. 2. differ. 9. num. 25.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 26. & in polit. lib. 4. cap. 3. vers. c. Yassi mesmo, fol. 513.* Salgado *de Reg. protect. par. 3. cap. 10. num. 188. & 189.* Sperell. *decis. 8. numer. 26. lib. 1.* Fermosin. *in cap. Quanto, q. 2. de judiciis*, Cardoso *in praxi jud. verbo Causa, num. 8. & 9.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. l. 3. cap. 45.*

num.

*num.*28. *versic. Maximè*, Barbosa *de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.*12. *num.* 154. *& in cap. Quanto* 3. *num.*1. 2. *& 3. & tom.*6. *in addit. à n.*1. *de judiciis*, *& in c. de jure* 16. *n.*4. *de jure patron.* Idque procedit in omni jure patronatus, sivè illud Ecclesiasticum sit, sivè laicum, Vega *in cap. Quanto*, *à n.*28. *ad* 32. ubi Fermosin. *q.*
71 2. *n.*1. *de judiciis*. Adeo ut non valeat contraria consuetudo, quod de causis juris patronatus cognoscat sæcularis, Cabedo *de patron. Reg. Coronæ*, *c.*49. *n.*3. Cardoso *in praxi jud. verbo causa*, *n.*8.

72 Nihilominus tamen specialissimum est in causis, & quæstionibus concernentibus, & attingentibus jus patronatus Regium, ut agitandæ, & tractandæ sint coram ipso Rege, & ejus Regio Consilio, sicuti cæteræ concernentes ad jus Regium, Bobad. *in polit. l.* 2. *cap.*18. *n.*141. *in fine*, *& n.* 213. Cabedo *de patron. Regiæ Coronæ*, *cap.*5. *n.*5. *& decis.*120. *num.*3. *part.*2. Suelves *cons.*50. *num.*31. *in fine*, *lib.*2. Cardoso *in praxi judic. verbo Causa*, *n.*10. Bolannos *in Cur. Philipp. tom.*1. *p.*1. §.5. *n.*4. Pereyra *quæst. foren. cons.* 5. Fragoso *de regim. Reipubl. lib.*2. *disp.*4. §.4. *mentro* 7. *n.* 364. Salzedo *de lege polit. lib.*2. *cap.*12. *num.* 45. *&* 46. Fajardo *alleg. fiscal.* 35. *n.*25. Fermosin. *in cap. Quanto*, *quæst.*5. *de judiciis*, remissivè Barbosa *in cap. de jure in* 6. *num.*4. *de jure patron.* Vivian. *de jure patron. l.*11. *c.* 9. *n.*1. multos alio citant Salgado *de Reg. protect. p.*3. *c.* 10. *à num.*190. *& de suppl. ad Sanctis. par.*1. *cap.*1. *à n.* 132. *ad* 141. Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.* 3. *c.* 3. *num.*25. *& in polit. lib.*4. *cap.*3. *versic. Yassi mesmo*, *fol.*513.

73 Et in Cathalonia Dominus Rex ex privilegio Apostolico, quod ex possessione immemoriali remanet probatum, cognoscit in possessorio, & petitorio de beneficiis sui Regii Patrimonii, & de eorum dotibus, & redditibus, etiam inter Ecclesias, Clericos, & Ecclesiasticas personas ut dixerunt Doctores Regii Consilii Cathaloniæ in consultatione missa Domino Imperatori Carolo V. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. n.39. quam refert Oliba *de jure Fisci*, *capit.* 13. *sub n.*16. *& c.*15. *n.*16. & docent idem Oliba *de jure fisci*, *c.*13. *n.*18. *&* 23. Ripoll. *de regal. c.*11. *à num.*39. Cancer *par.*3. *var. c.*14. *n.*31. *&* 32. Ego *decis.*7. *n.*38. *par.*1. & refert Salgado *de suppl. ad Sanctiss. lib.*1. *c.*1. *num.* 139.

74 Et generaliter in Hispania usu receptum, & permissum est, quòd Dominus Rex, & ejus Consilium Cameræ cognoscit de causis juris patronatus Regii, sivè in possessione, sivè in proprietate, etiam inter Ecclesiasticas personas, Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.* 18. *n.* 213. Salgado *de Reg. protect. par.*3. *cap.* 10. *à num.* 99. *cum seq. & de supplicat. ad Sanctiss. lib.*1. *cap.*1. *à num.* 132. *cum seq.* Solorzano *de jure Ind. tom.*2. *lib.*3. *cap.*3. *num.*28. *& in polit. lib.*4. *cap.*3. *versic. Yassi mesmo*, *gl.* 513. Salzedo *de lege polit. lib.*2. *cap.* 3. *num.* 45. *&* 46. ubi *in versic. Haud dubitandum*, testatur de nostro Rege nullam inveniri difficultatem.

75 Et nedum est usu receptum in Hispania, sed etiam in Regnis Galliæ, Angliæ, Ungariæ, & Apuliæ, ut multis citatis tradunt Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.* 18. *num.*213. Salgado *de Reg. protect. part.*3. *cap.* 10. *à nu.* 90. *& de supplicat. ad Sanctissim. lib.*1. *cap.*1. *à n.* 132. *ad* 141. Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*3. *n.* 28. & in omnibus Regnis Christianis, idem Solorzan. *in polit. lib.*4. *cap.*3. *vers. Yassi mesmo*, *fol.* 513. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.*2. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 107. 108. 109. 136. *&* 137.

76 Quia licèt jus patronatus sit spirituale, vel spiritualibus annexum, Spin. *in specul. testam. gl.*4. *num.*5. Balboa *in cap. Quanto*, *n.*15. ubi Fermosin. *q.*1. *de judiciis*, & alii citati, *n.*69. concessum tamen per Romanos Pontifices nostris Regibus, factum est jus regale, & inter jura patrimonialia Regis computatur, *ut dictum est*, *n.*56. & sic ad eum pertinet, & spectat tuitio, & jurisdictio, ut eleganter docet Turrecremata *in can. filiis*, 16. *quæst.*7. & refutato Marta, ita tradunt Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par.*1. *c.*1. *num.* 137. *&* 138. *& de Reg. protect. p.*3. *c.*10. *n.* 192. Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.* 3. *c.*3. *n.* 27. *&* 28. *& in polit. l.*4. *c.*3. *vers. Yassi mesmo*, *in fine*, *fol.*513.

Quæ procedunt, etiamsi Clerici, & personæ Ec- 77
clesiasticæ super beneficiis juris patronatus Regii, vel de eorum dotibus, & redditibus, tàm in possessorio, quàm in petitorio, recurrant ad Tribunal Ecclesiasticum, & competentiam firment, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Curiæ sæcularis Domini Regis, & ejus Bajuli Generalis, sic per Priorem Jalpi Tertium contentionum, Consultoribus Andreu, Puig, & Pallares 23. Februarii 1655. occasione firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per Didacum Janer Presbyterum obtinentem Capellaniam institutam sub invocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Ecclesia Parochiali Beatæ Mariæ de Pinu Civitatis Barcinonæ de Regio patronatu ex causa prætensæ permutationis de tempore turbationum factæ cum consensu Locum-Tenentis Bajuli Generalis Cathaloniæ posteà obtento, procedimentis contra eum in Curia sæculari Bajuliæ Generalis Cathaloniæ factis ad instantiam Fisci Procuratoris ejusdem, petendo dictam permutationem, & illius vigore collationem, & possessionem dictæ Capellaniæ in favorem dicti Didaci Janer esse nullas, & invalidas ex defectu legitimi consensus; imò præsentationem factam per suam Regiam Majestatem Salvatori Garcia Presbytero de dicta Capellania, tanquam de suo Regio patronatu esse validam, cujus præsentationis vigore dictus Salvator Garcia petiit collationem sibi fieri à Vicario Generali Ecclesiastico Barcinonæ, cui se opposuit dictus Didacus Janer, & ob hanc causam fuit inter ipsos mota lis in dicta Curia Ecclesiastica, fuit declaratum, firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ per dictum Didacum Janer factæ locum non fuisse, nec esse, quam declarationem refero *dec.*7. *n.*38. *p.*1.

Et respectu dotium, & reddituum beneficiorum Re- 78
gii patronatus, ita fuit declaratum per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Astor, & Salbà de Vallseca 5. Augusti 1599. in favorem Berengarii Geli Passe Arrendatarii Beneficii Ecclesiastici, ac de Regio patronatu fundati in Altari, & sub invocatione Sancti Petri in Ecclesia Parochiali Beatæ Mariæ de Cocolibro, contra Franciscum Bretò, Presbyterum, & Rectorem Ecclesiæ Parochialis Loci de Tholugues, super possessione collectæ, seu juris colligendi census dicti Termini de Tholugues ad dictum beneficium pertinentes, quos habet, & possidet Beneficiatus dicti beneficii sub feudo Domini Regis. De hac declaratione, Bosch. *dels titols de honor*, *lib.*2. *capit.* 36. §.21. *versic. A* 1. *de Octubre*, *in fine*, *fol.*261. & eam refero *decis.*7. *sub n.*38. *p.*1.

Sed omittendum non est hoc loco, quòd Rex no- 79
ster, ut Comes Barcinonæ habet præbendam Canonicalem in Ecclesia Cathedrali Barcinonen. Oliba plura in his tradit videndus *de jure Fisci*, *cap.*13. *à n.* 4. *ad* 13. Bosch. *dels titols de honor. lib.*2. *c.*41. §.2. *col.* 2. *ibi: Goza porciò Canonical*, *fol.*395. Fontanella *decis.*455. *num.*3. *par.*2. Monras *in addit. ad Xammar. de privil. Barcin.* §.6. *n.*42. prout etiam habent Reges nostri in Ecclesiis Toletana, Burgensi, & Legionensi, Solorzano *de jure Ind. tom.*3. *l.*3. *c.*2. *sub n.*45. *& in polit. l.*4. *c.*2. *sub vers. Yno ay*, *fol.* 509.

ARGUMENTUM.

An Dominus Rex cognoscat in Cathalonia de beneficiis vacantibus per promotionem ad Episcopatum.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacant per promotionem ad Episcopatum*, *n.* 1. *omnia vacant beneficia*, *n.* 2. *etiam simplicia*, *n.*3. *sæcularia*, *& regularia*, *n.*4. *& Præceptoria Ordinis*, *& Militiæ Sancti Joannis Hierosolymitani*, *n.*5. *& pensiones*, *n.*6. *à quo die vacant*, *n.*7. *limita* 1. *si retentio beneficiorum per Summum Pontificem concedatur*, *n.* 8. *& quomodo practicatur*, *n.*9. *limita* 2. *in beneficiis promotorum ad Episcopatum titularem*, *seu in terris infidelium existentem*, *numer.* 10.

*sublimita. n.*11. *limita* 3. *in Canonicatibus Doctoralibus, Magistralibus, Lectoralibus, & Pœnitentiariis, n.*12. *limita* 4. *in officiis, n.*13. *sublimita, n.* 14. *&* 15.

16 *Beneficia vacant per promotionem ad Abbatiam, n.*16. *sivè sæcularem, sivè regularem, n.*17. *intellige, n.*18.

19 *Beneficia vacant per promotionem ad Prioratum, aut aliam Prælaturam, quæ locum Abbatis habet.*

20 *Beneficiorum vacantium per promotionem ad Episcopatum, provisio pertinet ad Sedem Apostolicam per reservationem expressam, quam faciunt Summi Pontifices in crastinum assumptionis, n.* 20.21, 22. *&* 23. *quid in Hispania in Episcopatibus Regii patronatus, n.*26.

24 *Regulæ Cancellariæ expirant morte uniuscujusque Summi Pontificis conditoris, n.*24. *sed renovantur, & revivisunt per novum Papam cum eisdem qualitatibus, n.*25.

26 *Beneficia Vacatura per promotionem ad Episcopatus nominati per Dominum Regem ad Episcopatus sui juris patronatus renuntiant in favorem personarum, quas Dominus Rex nominaverit, & designaverit, & istis, & non aliis Summus Pontifex confert, num.*26. *aliàs non valeret collatio, n.*27. *limita, n.*32.

27 *Collatio non valeret, si fieret in favorem aliorum, & non in nominatos per Dominum Regem.*

28 *Beneficia vacant à puncto provisionis Pontificiæ statim, quod qui promotus est ad Episcopatum ad effectum, ne illa possit renuntiare ad favorem tertii.*

29 *Beneficia renuntiare nequit in favorem tertii electus, & nominatus per Dominum Regem ad Episcopatum, n.*29. *imo nec intra tempora vacationis, & promotionis Episcopatus, n.*30. *& amplia, n.*31.

32 *Beneficia juris patronatus laicorum in reservatione beneficiorum vacantium per promotionem ad Episcopatum.*

33 *Rex cognoscit in Cathalonia, tàm in possessorio, quàm in petitorio, etiam inter Clericos, & Ecclesiasticas personas de beneficiis de resulta vacantibus per promotionem ad Episcopatus, n.*33. *& vide n.*34. 35. 36. *&* 37.

DECISIO CCLIV.

1 PLanum est, & sine controversia, quòd beneficia vacant per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum, *c. cùm in cunctis* 7. *§. cùm verò*, ubi Barbosa *n.*29. *de electione, extravag. ad regimen.* ubi Barbosa *n.*1. *&* 13. *de præben. in extravag. commun.* Garcia *de benefic. par.*1. *cap.*5. *n.*105. *&* 110. *& p.*11. *c.*6. *n.*1. Riccius *collect.* 358. *in prin.* Salzedo *de lege politic. lib.*2. *cap.* 14. *num.* 5. *vers. Ideò*, Tuschus *pract. concl. litera B, concl.*61. Zerola *in prax. Episc. p.*1. *verbo vacatio*, §.1. Maresc. *var. resol. l.* 2. *cap.*94. *à n.*36. Larrea *alleg. fiscal.*67. *n.*27. *in fine*, idem Barbosa *de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.*4. *n.*48. *& c.* 11. *n.*38. *& in repertor. verbo Beneficium, vers. Beneficia promoti*, Dom. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.*6. *n.*72.73.74. *&* 75. & alii quamplures allegandi, *n. seq. præcipuæ, n.*7.

2 Vacantque omnia beneficia, Caputaq. *decis.* 400. *&* 401. *par.*2. Garcia *de benef. par.*11. *cap.*6. *n.*2. Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*15. *n.*53. Riccius *collectan.* 866. *in prin.* Fermosin. *in cap. cùm in cunctis* 7. *§. cùm rarò, n.*1. *de electione*, Cast. Palaus *in oper. mor. p.* 2. *tract.*13. *disp.*6. *punct.*5. *num.*1. *in prin.*

3 Etiam simplicia, Lambertin. Hojeda, & Parisius, quos citat Garcia *de benef. p.*11. *c.*6. *n.*3. Barbosa *de potest. Episc. p.*3. *alleg.*57. *n.*71.

4 Tàm sæcularia, quàm regularia ex congestis per Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gl.*8. *à n.*12. Barbosa *de jure Eccles. un. lib.*3. *c.*4. *n.*81. *&* 82. & punctim *extravag. ad regim.*13. *de præven. in extravag. comm.* idem Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gl.*8. *num.*17. Barbosa *voto* 43. *n.* 2. *&* 8. *lib.*2.

Et Præceptoriæ Ordinis, & Militiæ Sancti Joannis Hierosolymitanen. *ad Gonzalez ad reg.*8. *Cancel. gl.*8. *n.*61. Sperell. *dec.*21. *à n.*49. *l.*1. Barbosa *de jure Eccles. un. l.*3. *c.*7. *à n.*33. *de potest. Episc. p.*3. *alleg.*57. *n.*175. *in fine*, & punctim declaravit Greg. XIII. in constitut. 82. incipien. Controversia, sub dat 3. Kalend. Maji 1583. in Bullario novo, *tom.*2. *fol.*466. refert Barbosa *de potest. Episc. p.*3. *allegat.* 57. *n.*72. & diffusè probat idem Barbosa *voto* 43. *à n.*9. *l.*2. 5

Et pensiones, Gigas *de pension. quæst.*56. *numer.*2. *& cons.*149. *num.*8. Gabriel. *cons.*200. *lib.*2. Parisius *de resig. benef. lib. q.*1. *num.*8. *&* 78. *& lib.*2. *quæst.*2. *numer.* 121. Seraphin. *decis.*91. Garcia *de benef. par.*1. *cap.*5. *n.* 105.106.107.110. *&* 111. *& p.* 11. *cap.* 6. *num.*4. *&* 25. Squillante *de privil. Cler. cap.*5. *num.* 45. Gratian. *discep. foren. cap.*296. *num.*66. Fermosin. *in cap. cùm in cunctis*, §. *cùm verò, n.*2. *de electione*, Zerola *in praxi Episc. par.* 1. *verbo Vacatio*, §.1. Ferentil. *ad Burat. decis.*464. *n.*11. Cast. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.* 13. *disp.* 6. *punct.*5. *n.* 1. *vers. Quod Doctores*, Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *alleg.*57. *num.*73. *& de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.*11. *num.*38. 6

Sed si quæras, à quo die vacant beneficia per promotionem ad Episcopatum. Resp. quidquid sit, spectato jure communi, attento stylo Curiæ Romanæ, & consuetudine recepta vacant statim, quòd Summus Pontifex confirmat, & promovet electum ad Episcopatum, de quibus sunt textus, *in cap. cùm in multis*, 7. §. *Cùm verò*, ubi Barbosa *num.*29. Fermosin. *num.*1. *de elect. can. Si quis Episcopi, gl. verb. Qui prius* 92. *dist. can. Si quis jam translatus, gl. verbo translatus*, 21. *quæst.*2. *Concil. Trid. sess. de refor. cap.*9. *& sess.*13. *de refor. c.*2. Lambertin. *de jure patron. p.*1. *q.*6. *art.*5. Gigas *de pensionib. q.*56. *n.*3. Navar. *cons.*14. *&* 15. *de elect.* Paris. *de resig. benef. lib.*3. *quæst.*1. *num.* 76. Marcus *decis.*1086. *num.*4. *par.*1. Ursellius *verbo Abbas, concl.*1. *sub num.* 17. Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gl.*15. *num.*53. Gratian. *discept. foren. cap.*223. *num.*32. *& c.* 296. *à num.*1. Azor. *instit. mor. par.*2. *lib.*7. *cap.* 16. *q.* 12. Tuschus *pract. concl. litera B, concl.*31. *à numer.* 1. Riccius *collect.*358. *post prin. & collect.*866. *in fine*, & *collect.*1213. *vers. Sexto*, Zerola *in prax. Episc. par.* 1. *verbo Vacatio*, §.1. Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. par.*1. *cap.*3. *à num.*76. Hojeda *de incompat. benef. par.*1. *cap.*4. *n.* Loter. *de re benef. lib.*3. *quæst.* 26. *à n.* 50. Ferentil. *ad Burat. decis.*464. *num.*11. *juncto vers. Hoc tamen*, Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.* 13. *num.*79. *& in polit. lib.*4. *cap.*13. *vers. Ven confirmacion, in fine, fol.*610. Borell. *in sum. decis. part.*1. *tit.*2. *num.*84. Garcia *de benef. par.*1. *cap.*6. *à num.* 15. Salzedo *de l. polit. lib.*2. *cap.* 24. *num.*6. idem Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *alleg.*57. *num.*67. *&* 215. *& de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.*14. *num.*22. *& voto* 28. *n.*7. *&* 10. *l.*2. Cast. Palaus *in oper. mor. p.*3. *tract.* 13. *disp.*6. *punct.*5. *num.*1. *vers. Nomine promotionis.* 7

Limita primo, si retentio beneficiorum per Summum Pontificem concedatur promoto ad Episcopatum, quo casu beneficia non vacant per promotionem ad Episcopatum, etiamsi beneficiorum retentio conferatur sine consen. patroni, Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 12. Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gl.*15. *num.*53. *vers. Nisi prorogatio*, Barbosa *voto* 28. *num.*13. *vers. Pro quo, & voto* 47. *n.*94. *l.*2. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. l.* 1. *c.*3. *n.*84. alios plures addunt idem Barbosa *de potest. Episc. p.*2. *alleg.*57. *n.*69. Salzedo *de leg. polit. l.*2. *c.*14. *num.*8. 8

Sed contrarium tenet Lambertin. *de jure patron. p.* 3. *lib.*2. *q.*9. *num.*1. *art.*19. *fol.*983. quem refert, & sequitur Salzedo *de lege polit. lib.*2. *cap.*14. *n.*20. & præcipuè, si retentio concedatur absque assensu Regio, latè probant idem Salzedo *à n.*9. *ad* 28. ad quem se refert Barbosa *de jur. Eccles. un. l.*3. *cap.*14. *sub num.* 22. & de stylo servatur, quòd quando dispensatio retentionis beneficiorum per promotum ad Episcopatum vult impetrari à Summo Pontifice, interponitur supplicatio, tàm ipsius promoti, quàm Regius consensus, ac supplicatio Regis per Legatum Regium, ne contra, & sine Regio beneplacito factum censeantur in præjudicium patronatus Regii expeditum, & exinde 9

execu-

executio suspendatur, ut testatur idem Salzedo *num.* 27. ut in casu relato per Barbos. *voto* 28. *num.*1. *l.*2. & in terminis retentionis pensionum, Fermosin. *in cap. cùm in cunctis* 7. §. *cùm verò*, *n.*2. *de electione*.

10 Limita secundò, in beneficiis, & pensionibus promotorum ad Episcopatus titulares, seu in terris infidelium existentes, quæ de jure non vacant; ut docent in terminis beneficiorum Navar. *cons.* 14. *n.*3. *de elect.* Paris. *de resig. benefic. lib.*3. *quæst.*1. *num.*9. *cap.* 89. & *quæst.*6, *num.*49. Azor. *instit. mor. par.* 2. *lib.*7. *cap.* 16. *quæst.*12. Gratian. *discep. forens. cap.*296. *num.*69. alios plures addunt Garcia *de benefic. par.*11. *cap.*6. *num.*24. Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *allegat.* 57. *num.*74. & *de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.*14. *n.*24. & *in c. cùm in cunctis* 7. §. *cùm verò*, *n.*29. *vers. per promotionem, de electione*, & *voto* 28. *num.*9. *lib.*2. Beltraminus *ad Ludovis. decis.*464. *num.*13. Fermosin. *in cap. cùm in cunctis* 7. §. *cùm verò* 1. *vers. Sed fallit. de elect.* Alzedo *de præcel. Episc. dignit. lib.*1. *cap.*3. *num.* 81. Cast. Palaus *in oper. mor. par.*2. *tract.*13. *disp.*2. *punct.* 17. *vers. Quinto*, *ibi*: *supradicta reservatio*. Et respondit Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in Colimbrien. 22. Decembris 1640. quod beneficia obtenta, curam Animatum, seu residentiam non requirentia, non vacant per promotionem ad Episcopatum Titularem, nec resultat incapacitas ad similia obtinenda, testatur Barbosa *decis. Apostol.*61. *n.*31. & *decis.*287. *n.* 4. & *de jure Eccl. un. lib.*3. *cap.*14. *sub n.*24. & in terminis pensionum, Puteus *decis.*16. *de pensionib.* Paris. *de resig. benef. p.*11. *cap.*6. *num.*26.

11 Sublimita si promoti ad hujusmodi Episcopatus deinde moriantur, nam illa beneficia, quæ ipsi obtinebant, reservata censentur, ut de eis solus Papa disponere possit, ad tradita per Simonetam *de resig. benef. quæst.*27. *num.*5. Barbosam *de potest. Episc. par.*3. *allegat.*57. *num.* 76. & *voto* 28. *n.*13. *lib.*2. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. lib.*1. *cap.*3. *num.* 85. quidquid dicat Cast. Palaus *loco citato*, *vers.*5. *ibi*: *At si moriatur*, Et in Hispania pertinet ad Dominum Regem, ut in casu Episcopi Coadjutoris cum futura successione respondit Barbosa *voto* 38. *lib.*2.

12 Limita tertio, in Canonicatibus Doctoralibus, Magistralibus, Lectoralibus, & Pœnitentiariis, de quibus latè Garcia *de benef. p.*5. *c.*4. *n.*108. *à n.*165. & *à n.*168. Barbosa *de Canonicis*, *cap.*26. & 27. qui non comprehenduntur in reservationibus, si obtinentes promoveantur ad Episcopatus, sed providendi etiam isto casu per concursum uni Doctori, seu licentiatio in jure, vel in Theologia, ad Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*9. §.2. Barbosa *de potest. Episc. par.*3. *alleg.*57. *num.*178. Larrea *alleg. fiscal.*6. *n.*28. & 29. Sed in contrarium videtur urgere textus *in extravag. ad regim. de præbendis*, dum reservat beneficia electiva per promotionem ad Episcopatum, Cast. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.*13. *disp.*2. *punct.*17. *vers.*5. latè Maresc. *variar. resol. lib.*2. *cap.*49. *à num.*36. *vers. Verum*, *usque ad finem*, cogita.

13 Limita quarto, ut procedat in beneficiis, non autem in officiis, quæ non vacant per promotionem ad Episcopatum, Achiles de Grassis *decis.*1. *de elect.* quem refert, & sequitur Barbosa *de jure Eccles. un. libr.*3. *c.* 14. *sub num.*22.

14 Sublimita, ut procedat in Officiis sæcularibus, ut Scriptoribus Apostolicis, portionibus, & similibus officiis, secùs de officiis Ecclesiasticis, & mixtis, quę vacant per promotionem ad Episcopatum, Gomez *ad* 15 *regul. Cancel. quæst.* 22. & per constitutionem 6. Innocentii VIII. incipientem Circumscripta, 10. Kalend. Septembris 1485. *apud Cherubin. tom.*1. *pag.*378. *aliàs pag.* 335. *in nova impressione*. Officium Auditorum Romanæ Curiæ vacat per promotionem ad Ecclesias Cathedrales, referunt Barbosa *dec. Apost.*59. *n.* 1. Saravia *de jurisd. adjunct.* 9.35. §.6. *in fin. vers. Verum tamen est*, vide tradita cum epistolico rescripto, *dec.* 249. *par.*4.

16 Et sicut beneficia vacant per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum. Ita similiter beneficia vacant per promotionem ad Abbatiam, Gigas *de pension.* q.65. Hojeda *de incompatib. benef. p.*2. *c.*6. *à n.*1. Paris. *de resig. benef. l.*3. *q.*1. *à nu.* 95. Marcus *dec.*1086. *n.*4. *p.*1. Ursellius *verbo Abbas*, *concl.*1. *sub n.*17. & 66. Garcia *de benef. p.*1. *c.*5. *n.*112. & *p.*11. *c.*7. *n.*1. qui *n.*2. inquit pro quo allegari textum *in can. Presbyteros* 16. *q.*1. & facere *reg.*25. *Cancel. de beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias*, & *Monasteria*, tàm in titulo, quàm in text. ibi: *Vacaturis per promotionem quorumcumque ad Ecclesiarum*, & *Monasteriorum regimina*, sequitur Cast. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.*13. *disp.*6. *punct.*5. *n.*7. alios plures cumulat Barbosa *in extrav. ad regimen. n.*13. *de præbend. in extrav. com.* & *de potest. Episc. p.*3. *allegat.* 57. *n.*66. & *de jure Eccl. un. l.*3. *c.*13. *n.*50. Sivè sæcu- 17
larem, sivè regularem, Hojeda *de compet. benef. p.*1. *c.*6. *n.*2. Parisius *de resign. benef. lib.*3. *quæst.*1. *num.*99. Garcia *de benef. p.*11. *cap.*7. *num.*3. Cast. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.*13. *disp.*6. *punct.*5. *n.*7. intellige de Ab- 18
batia sæculari, quando Abbas sæcularis habet generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, quia tunc dicitur Sponsus, & Pastor, ac imitatur dignitatem Episcopalem; secùs si illa jurisdictione caret, cujus beneficia non vacant per promotionem ad Abbatiam, magis quàm adeptionem aliarum dignitatum, Garcia, & Castr. Palaus *locis citatis*, *ille num.*4. *iste num.*7.

Similiter vacant beneficia per promotionem ad 19
Prioratum, aut aliam præfecturam, qui locum Abbatis habet, & est principalis Prælatura in Ecclesia regulari, seu sæculari, & in effectu est eadem dignitas, ac Abbatia, Hojeda *de incompat. benef. p.*1. *c.*6. *num.* 2. Parisius *de resign. benefic. lib.*3. *q.*1. *n.*100. Garcia *de benef. p.*11. *c.*7. *n.*5. Cast. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.* 13. *disp.*6. *punct.*5. *num.*7. adde latè tradita, *dec.* 253. *à num.*24. *ad* 31.

Videamus modò. Cui pertineat, & spectat provi- 20
sio beneficiorum vacantium per promotionem ad Episcopatus, & alias dignitates? Resp. quòd ad Sedem Apostolicam, illa enim expresè reservavit Summus Pontifex Benedictus XII. *in extrav. ad regim.* ubi Barbosa *num.*1. & 13. *de præbend. in extrav. comm.* Gonzalez *ad regul.*8. *Cancel. gl.*51. *num.*35. Garcia *de benefic. par.*11. *cap.*6. *num.*30. idem Barbosa *voto* 43. *à numer.*2. *lib.*2. & *de potest. Episc. par.*3. *alleg.*57. *num.*66. & *de jure Eccles. univ. lib.*3. *cap.*13. *num.* 50. Cast. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.*13. *disp.*2. *punct.*17. *n.*2. Salzedo *de lege polit. lib.*2. *cap.*14. *n.*2. Maresc. *var. res. lib.*2. *cap.*94. *num.*7. *vers.*2. & *à num.*36. *versicul. Verum*.

Sed quia ista reservatio Benedicti XII. *in extrav. ad* 21
regim. erat temporalis, & dumtaxat duravit, dum vixit, ejusque morte expiravit, Garcia *de benefic. p.* 1. *cap.*5. *num.*85. 86. & 192. Azor. *instit. moral. par.* 2. *l.* 6. *cap.*36. *aliàs* 17. *q.*10. *versic. Quæres quorsum*, Lotter. *de re benef. lib.*2. *quæst.* 27. *num.*97. Barbosa *in extravag. ad regim. num.* 2. *de præbend.* & *voto* 43. *n.* 5. *l.* 2. & *de jure Eccles. un. lib.*3. *cap.* 13. *n.*37. & *de potest. Episcopi*, *par.*2. *alleg.*57. *num.*63. *versic. cum autem*, Larrea *alleg. fiscal.* 67. *n.*27. Cast. Palaus *in oper. mor. par.*2. *tract.*13. *disp.*2. *punct.*17. *num.*2. Seraphin. *decis.* 980. *num.*12. Ideò sequentes Summi Pontifices eam innovant, & renovant, quilibet cùm regulas Cancellariæ edit, ut videre est in regula 1. docent Garcia *de benefic. par.*15. *cap.*6. *num.*31. Azor. *instit. mor. p.*2. *lib.*6. *cap.*36. *aliàs* 16. *quæst.*10. *vers. Quæres quorsum*, Barbosa *voto* 43. *num.*5. *lib.*2. & *de jure Eccles. univ. l.* 3. *cap.*13. *num.*37. *in fine*, & Cast. Palaus *in oper. mor. par.*1. *tract.*13. *disp.*2. *punct.*17. *num.*2. *versic. At per.* Idque facere solent Summi Pontifices in crastinum assumptionis suæ, Garcia *de benef. par.*5. *cap.*1. *numer.* 199. Piasec. *in prax. Episc. part.* 2. *cap.*5. *numer.* 3. *in princ.* Barbosa *voto* 43. *num.*6. *in fine*, *lib.*2. & *de potest. Episc. part.*3. *alleg.*57. *num.*58. & 59. Nam cùm regulæ Cancellariæ expirent morte uniuscujusque Summi Pontificis conditoris, Menochius *cons.* 190. *num.*17. 18. & 19. Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel.* §. 5. *proœm. num.* 2. Parisius *de resign. benef. lib.*11. *quæst.*2. *numer.*31. & *lib.*12. *quæst.*11. *num.*2. Zerola *in praxi Episc. part.* 3. *verbo Regulæ Cancellariæ*, §.7. Piasec. *in praxi Episc.*

part.2. cap.5.num.2. verſic. Sed item, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de intruſione*, *q.* 52. *n.* 9. Marcel. Vulp. *in prax. jud. fori Eccleſ. capit.* 48. *n.*25. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*57. *num.*60. *& voto* 43. *num.*7. *lib.*2. Reviviſcunt renovatæ, ac ſubrogatæ per novum Papam cum eiſdem qualitatibus, & moderationibus, Gonzalez *ad reg.*8. *Cancel. gl.*5. §.3. *num.*73. *&* 74. *& gloſ.* 9. §.2. *num.*10. Barboſa *voto* 43. *n.*7. *in fine*, *& de poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*57. *n.* 60. *in fine*, & ſic latæ vim legis habent, Zerola *in prax. Epiſc. par.* 1. *verbo Regulæ Cancellariæ*, §. 8. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *loc. citat.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*57. *num.*61.

26 At in Hiſpania de conſuetudine inveterata, & obſervantia antiquiſſima, uſu, & ſtylo introductum eſt, quòd nominati per Dominum noſtrum Regem ad Epiſcopatus ſui juris patronatus renuntiant beneficia per promotionem hujuſmodi vacatura in favorem perſonarum, quas Dominus Rex noſter nominaverit, & aſſignaverit, quæ ſemper ſunt meritiſſimæ, & iſtis, & non aliis Summus Pontifex confert, ſic Garzia *de benefic. par.*11. *cap.*6. *num.*37. Venero à Leyva *in examine Epiſcop. lib.*2. *cap.*4. *numer.* 15. Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. par.*1. *cap.*3. *numer.*80. Barboſa *de poteſt. Epiſc. p.*3. *allegat.*57. *n.*76. *verſic. in Hiſpania*, *& de jure Eccleſiaſt. lib.*3. *cap.*14. *num.* 24. *in fine*, *verſ. De ſtylo*, *& voto* 28. *n.*1. *in fine*, *& num.*6. *& voto* 43. *n.* 21. *lib.*2. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *capit.* 16. *q.*12. Pariſius *de reſignat. benefic. lib.*3. *quæſt.*1. *num.* 77. Salzedo *de lege polit. lib.*2. *cap.*14. *n.*18. 21. 22. *&* 23. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.*2. *tract.* 13. *diſp.*6. *punct.*5. *n.* 2. *in fine*, *verſ. Quod in Hiſpania*, Larrea *alleg. fiſcal.* 67. *n.*3. 6. *&* 27. *in fine*, *& n.*30. *verſ. Ex quo*, Fermoſin. *in cap. Tranſmiſſam* 15. *q.*5. *n.*9. *de electione*, Ferrer *in conſtit. Los impubers*, *gloſ.*2. *à num.*57. *ſignanter num.*62. *col.*3. *in prin.* Fraſſo *de patron. Reg. Indiar. c.* 30. *n.* 5. *tom.*1. notat Dominus Vicecanc. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.*6. *num.*72. 73. 74. *&* 75. Ego *deciſ. n.*7. 36. *par.*1.

27 Adeò, quod collatio non valeret, ſi fieret in favorem aliorum, & non in nominatos per Regem noſtrum, *ad Clement. unicam*, ubi Barboſa *num.*1. *& de rer. permut.* Covar. *lib.*1. *var. cap.*5. *num.*5. ubi Ybannez de Faria *numer.* 25. *&* 26. Vaſquez *in opuſcul. de benef. cap.* 2. §.4. *dub.*7. *n.* 199. Filuci *de ſtatut. Cleric. tract.* 41. *cap.*9. *num.*2. Leſſius *de juſt. & jur. l.*2. *c.*35. *dub.*14. *n.*86. Sanchez *conſ. mor. lib.*2. *cap.*3. *dub.*36. *n.* 3. *&* 4. Suarez *de relig. tom.*1. *lib.*4. *cap.* 35. *n.*7. idem Barboſa *in c. Ex parte* 12. *n.*8. *verſ. Quæſtio autem*, & in terminis Salzedo *de lege polit. l.*2. *c.*14. *à n.*24. Solorzano *de jure Ind. tom.*2. *lib.* 3. *cap.*3. *n.* 15. conducit Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom.*2. *lib.*3. *cap.*28. *num.* 130.

28 Sciendum tamen eſt, quòd ſicut à puncto proviſionis Pontificiæ (quæ proviſio vim habet electionis, & confirmationis) ſtatim ex ſtylo Rotæ, quod quis ad Epiſcopatum promotus eſt, beneficia ipſius ſint vacantia, ad effectum ne illa poſſint renuntiari ad favorem tertii, ut docent Azor. *inſtit. mor. par.*2. *lib.*7. *cap.*16. *q.*12. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.*3. *quæſt.* 1. *num.* 77. Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 1. §. 2. *num.* 3. Alios addunt Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*57. *num.* 68. *& in cap. cum in cunctis* 7. §. *Cum verò*, *n.*29. *verſ. In proviſis de electione*, Caſt. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tr.* 13. *diſp.*2. *punct.*17. *verſ.* 5. *ibi*: *& licèt*, *& diſp.*6. *punct.*5. *n.*2. *in prin.* latè probant Mareſcot. *var. reſol. l.*2. *c.*94. *à n.*46. *verſ. Nec facit*, & alii ex citatis, *n.* 7. Non ſolùm quando Summus Pontifex decernit beneficia vacare à puncto proviſionis, & ſic quando adeſt expreſſum vacationis decretum, ut Rota declaravit, teſte Seraphino *deciſ.*110. *num.*2. & tradunt Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.*57. *ſub n.* 68. *& in c. cùm in cunctis* 7. §. *Cum verò*, *n.*29. *verſ. Stylus autem*, *& de jure Eccleſ.un. l.*3. *cap.*14. *num.*23. Ferentil. *ad Burat. deciſ.*464. *n.*11. *verſ. Hoc autem*, *in fine*. Sed etiam quando Papa non dicit vacare beneficia eo ipſo, prout intelligit idem Barboſa *de jure Eccl.un. lib.*3. *cap.*14. *n.*24. *verſ. Sed ego*.

29 Ita pariter electus, & nominatus per Regem noſtrum ad Epiſcopatum nequit renuntiare beneficia ad favorem tertii, Salzedo *de lege polit. lib.* 3. *cap.*14. *n.* 19. *verſ. idem dicendum eſt*, Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. p.*1. *cap.*3. *num.*79. Fermoſin. *in cap. Tranſmiſſam* 15. *quæſt.*5. *num.*9. *de electione*,

Quinimo dico, quòd promovendus ad Epiſcopatum 30
non poteſt ad favorem tertii renuntiare beneficia, quę obtinet intra tempora vacationis Epiſcopatus, & promotionis; aliàs proviſiones, & quæcumque diſpoſitiones factæ de beneficiis reſignatis ſimpliciter, vel ex cauſa pertumationis per promovendos ad Eccleſias Cathedrales, & quaſcumque Prælaturas inter earum vacationis, & promotionis tempora ſunt caſſæ, & irritæ, nulliuſque roboris, vel momenti, ut *in regula* 24. *aliàs* 25, *Cancellariæ de beneficiis vacaturis per promotionem*, Pariſius *de reſig. benef. lib.*3. *q.*1. *à num.*83. & ex Profeſſo *quæſt.*6. *tota*, Garcia *de benefic. par.* 11. *c.*6. *n.*34. 35. *&* 36. ubi ampliat non ſolùm in reſignationibus factis in manibus Ordinariorum, ſed etiam factis in manibus Papæ in favorem, & cum reſervatione aliqua, & citat Rotam *deciſ.*691. *&* 694. *par.*1. *diver.* & Pariſium *de reſign. benef. lib.*3. *quæſt.*6. *n.*19. *&* 35. & ſi hoc ultimum ipſi non videatur verum. Sed confirmatur mea opinio *in textu*, *in cap.* 2. *de renunc. in* 6. ubi renuntiatio facta in fraudem expectantis primam vacaturam factam de pinguiori beneficio non valet. Ratio eſſe poteſt, quia aliàs Papa eluditur, & renuntiatio præſumitur facta in fraudem, quæ ſunt rationes, quas de jure in ſuo caſu ponderat, Mareſcot. *var. lib.*2. *cap.*94. *à num.*46.

Prædicta adeò vera ſunt, quòd tertius ad cujus fa- 31
vorem promotus, ſeu promovendus ad Epiſcopatum renuntiavit beneficia, quæ obtinebat intra tempora vacationis, ſeu electionis, non poteſt aliquo colore defendere ſuam intruſionem, videantur Barboſa *voto* 43. *à n.*22. *lib.*2. Don Didac. Anton. Frances de Urrutig. *de intruſione*, *quæſt.*53.

Sed adverte, quòd beneficia juriſpatronatus laico- 32
rum non comprehenduntur ſub reſervatione beneficiorum vacantium per promotionem ad Epiſcopatum, Lambertin. *de jure patronat. par.*3. *lib.*2. *quæſt.*9. *artic.* 16. *num.*1. *fol.*82. Salzedo *de lege polit. lib.*2. *cap.*14. *n.* 3. adde ſupra tradita, *deciſ.*253. *num.*45. ſic præcedente conſultatione declaravit Sua Regia Majeſtas epiſtolico reſcripto diei 8. Octobris 1666. & obſervavit noſtra Regia Audientia 10. Novembris ejuſdem anni de quibus *infra*, *n.*34. 35. 36. *&* 37.

Reſtat videndum. An ſicut Dominus noſter Rex co- 33
gnoſcit in Cathalonia, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio etiam inter Clerico, & Eccleſiaſticas perſonas de beneficiis juris patronatus Regii, quamvis Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ contentionem firment, declaratur per Cancellarium in favorem Curiæ ſæcularis Domini Regis, & ejus Bajuli Generalis, *ut latè dictum eſt*, *dec.*253. *à n.*72. Ita pariter cognoſcat de beneficiis de reſulta vacantibus per promotionem ad Epiſcopatus, etiam inter Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas? Reſp. quòd ſic, ut per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Aleny, Rull, & Triſtany 16. Junii 1663. in facto contentionis juriſdictionis ortæ inter Curiam Eccleſiaſticam Gerundę ex una, & Curiam ſæcularem Bajuliæ Generalis Cathalonię ex altera partibus ratione firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factę per Procuratorem fiſcalem illius, & Salvium Ciurana Presbyterum, & Sacriſtam Parochialis Eccleſiæ Loci de Riudellots de la Selva, procedimentis contra eum in dicta Curia ſæculari Bajuliæ Generalis factis, ad inſtantiam ejus Fiſci Procuratoris Patrimonialis, & Antonii Sala & Codina Canonici Magiſtralis Sanctæ Eccleſiæ Vicen. prætendentium dictum Salvium Ciurana amovendum eſſe à poſſeſſione, ſeu quaſi cujuſdam beneficii Eccleſiaſtici ſub invocatione Sancti Michaeli Archangeli in Parochiali Eccleſia Sancti Laurentii de Maſſaneto fundati, & tanquam de patronatu laicali eidem præſentati, & collati: in eandemque poſſeſſionem dictum Canonicum Sala & Codina eſſe immittendum vigore præſentationis de dicto beneficio in ſui favorem per ſuam Regiam Majeſtatem factæ, & ſuam Sanctitatem confirmatæ cum Bullis expeditis

peditis Romæ 18. Kalendas Julii 1660. ex quo dictum beneficium vacavit in Curia per dimissionem, quam de eo fecit in favorem personæ à Domino nostro Rege nominandæ Reverendissimus Franciscus Pejoan ob promotionem ad Episcopatum Gerunden. fuit declaratum his verbis: firmæ juris in dicta Curia Ecclestica Gerunden. per Procuratorem Fiscalem illius, & Salvim Ciurana Presbyterum & Sacristam dicte Parochialis Ecclesiæ de Riudellots de la Selva ejusdem Diœcesis Gerunden. factæ locum non fuisse, nec esse.

34 Qua declaratione facta, continuata fuit causa in Bajulia Generali, quæ ad Regiam Audientiam venit causa faciendi verbum, atque commissa Magnifico Francisco Vidal y Roca meæ Aulæ, fuit dubitatum. An regalia, quæ pertinet Domino nostro Regi provisionis beneficiorum vacantium per promotionem ad Episcopatum, comprehendat, vel non, beneficia juris patronatus laicalis? Interpositaque consultatione ad Suam Regiam Majestatem, ejusque Sacrum, Supremum Aragonum Consilium, fuit responsum, quòd non, epistolica rescriptio diei 8. Octobris 1666. tenoris sequentis,

35 La Reyna Governadora. Espectable Don Vicente Gonzaga de mi Consejo de guerra, mi Lugar-Teniente y Capitan general. Con vuestra carta de 25. de Setiembre se hac recibido el papel de los Ministros de la Sala del Regente, sobre la duda que se les ofrece, en si la regalia, que me toca de la piovision de los beneficios, que suelen vacar, pro la promocion de los que los obtienen à Obispados, comprehende, ò no lòs beneficios de patronato laico. Y à parecido declarar (como declaro) que mi Real intencion por las presentaciones, que se ofrecieren hazer à Obispado, y prebendas de mi Real patronato, no es de prejudicar à los patronazgos laicales, el derecho de presentar de nuevo en lugar de los promovidos, y assi io advertireis à la Audiencia, y que con este presupuesto haga justicia en la causa, que ha dado motivo à esta duda, y en las demas, que se ofrecieren desta calidad, haziendo; que si registre esta orden en el libro de las acordadas para su observancia en adelante. Dat. en Madrid. à 8. de Octubre 1666. Yola Reyna. Don Christophorus Crespi Vice-Canc. Vidit Don Petrus de Villacampa Regens. Vidit Don Georgius de Castellvi. Vidit Exea Regens. Vidit Don Michael de Salba. Vidit Don Josephus Romeu Regens. Vidit Hernandez ab Heredia Regens. Vidit Vilosa Regens. Don Didacus de Sada Secretarius.

36 Recepto hoc epistolico rescripto, fuit facta conclusio in Regia Audientia, referente dicto Magnifico Francisco Vidal y Roca die 10. Novembris 1666. quam conclusionem insequendo, sententia lata in Bajulia Generali die 15. ejusdem mensis, & anni fuit impositum silentium dicto Canonico Sala & Codina, & dictus Salvius Ciurana Presbyter absolutus. His verbis:

37 Attento licèt pro parte Antonii Sala Presbyteri, & Canonici Sanctæ Ecclesiæ Vicen. fuerit petitum, & prætensum, quòd mandetur alicui Officiali, ut assistat illi ad effectum accipiendi possessionem beneficii instituti, & fundati in Ecclesia Parochiali Sancti Laurentii de Massaneto sub titulo Sancti Michaelis, & ad removendum Salvium Ciurana Presbyterum & Sacristam de Rindellots de la Selva Diœcesi. Gerunden. ex eo quod cùm dictum beneficium vacaret per dimissionem ob promotionem ad Episcopatum Gerundæ Reverendi in Christo Patris Francisci Pejoan fuit nominatus per suam Majestatem dictus Sala, qui obtinuit Bullas Apostolicas datas Romæ 18. Kalendas Julii 1660. & fuit de dicto beneficio provisus per Officialem Gerundæ, uti Commissarium, & Delegatum Apostolicum, prout constat ex instrumento acto Gerundæ die 16. Jan. 1664. pœnes Michaelem Pauplana Presbyterum, Notarium & Scribam Curiæ Episcopalis Gerundæ. Cæterum attento quia ex instrumento testamenti facto 24. Februarii 1460. pœnes Bernardum Sitjar Presbyterum, & Hebdomadarium Ecclesiæ Parochialis Sancti Laurentii de Massaneto, constat Marcum Xifre, Presbyterum dictæ Parochiæ instituisse, & fundasse in dicta Ecclesia Parochiali quoddam beneficium Sacerdotale sub invocatione Sancti Michaelis Archangeli, mandasseque manumissoribus sui testamenti, ut omnia, & singula bona sua in incantu publico venderent ad dotandum dictum beneficium, cujus quidem beneficii jus patronatus legavit, sivè dimisit hæredi, vel possessori dicti mansi Xifre Parochiæ Sancti Martini Rivi Arenarum, toties quoties dictum beneficium vacare contigerit. Constat alio instrumento acto 24. Januarii 1660. penès Petrum Rossellò, Notarium Gerundæ, Magdalenam Xifre viduam, & tenutariam, seu usu fructuariam hæreditatis, & bonorum Martini Xifre quondam viri sui, & eo nomine possidentem dictum mansum Xifre Loci Rivi Arenarum, & Hieronimum Xifre & Calsada dictorum Conjugum filium, & hæredem patris sui, uti patronum dicti beneficii præsentasse dictum Salvium Ciurana, supplicando illi conferri tanquam vacantis per obitum dicti Episcopi Pejoan ultimi illius possessoris: Constat dictum beneficium fuisse collatum dicto Ciurana provisione facta per Ordinarium Ecclesiasticum Gerundæ die 10. Aprilis 1660. illiusque possessionem realem adeptam fuisse. Ex quibus plenè constat dierum beneficium Sancti Michaelis Archangeli in Ecclesia Sancti Laurentii de Massaneto institutum esse de patronatu laicali, & sic non comprehendi sub regalia Domini nostri Regis nominandi personas ad beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum, quemadmodum beneficia patronatus laicalis non comprehenduntur sub regulis reservationum beneficiorum. Undè remanet elisa prætensio, & petitio dicti Antonii Sala. His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, Admodum Illustris. Bajulus Generalis Cathaloniæ sententiat, pronuntiat, & declarat dicto Antonio Sala Canonico Sedis Vicen. in prædictis in præsenti judicio, & causa petitis per eum, silentium imponendum fore & esse, prout cum præsenti imponit, & dictum Salvium Ciurana Presbyterum, & Sacristam Loci de Riudellots à prædictis absolvendum fore, & esse, prout cum præsenti absolvit, & quod quilibet pars suas solvat expensas, & pro distractis solita fiat executio.

ARGUMENTUM.

An Dominus Rex in Cathalonia possit sequestrare fructus, & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium sui Regii patronatus, sequestrorumque nominatio, & deputatio ipsius Regis sit.

SUMMARIUM.

1 *Patroni laici an differant ab Ecclesiasticis in administratione Ecclesiæ vacantis, num. 1. affirmativè resolvitur, num. 2. cum seq.*

2 *Patrono Ecclesiastico incumbit de convenienti administratores providere Ecclesiæ vacantis, nu. 2. Sed hoc jus non competit patrono laico, num. 3. Etiamsi beneficium sit de Regio patronatu, n. 4. Limita si patronatus laicus habeat privilegium Apostolicum, vel longam consuetudinem custodiendi, sequestrandi, & administrandi fructus, & redditus Ecclesiæ, seu beneficii vacantis in eo tuendus est, num. 6.*

5 *Patrono incumbit custodire Ecclesiam & conservare dotes, & redditus illius, & quomodo hoc intelligendum sit.*

7 *Rex noster in Cathalonia sequestrat fructus, & redditus beneficiorum regalium, & Abbatiarum vacantium sui Regii patronatus ex Apostolicis privilegiis, usu, & possessione immemoriali omnibus notoria probatis, num. 7. 8. & 9. Et observatur in aliis Regnis, num. 10.*

11 *Consuetudo sequestrandi in Cathalonia fructus, & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium de Regio patronatu valida est, & servanda, n. 11. & 12. Maximè stantibus tot & tantis subsidiis præstitis sanctæ Sedi Apostolicæ per Comites Barcinonæ, & Reges Aragonum,*

num, num. 13. *& multo magis ſtante ſcientia, & patientia Romanorum Pontificum, num.* 14.

13 *Poſſeſſio & uſus antiquiſſimus inducunt probationem privilegii Apoſtolici.*

14 *Scientia, & tolerantia plurimum operatur, ſi ex ea poteſt colligi approbatio Romani Pontificis.*

15 *Bulla in Cœna Domini, cap.* 17. *prohibet Judicibus ſæcularibus ſequeſtrum fructuum & reddituum beneficiorum Eccleſiaſticorum quavis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id poteſtatem habentium expreſſa licentia ſub excommunicatione in eadem Bulla contenta, n,* 15. *Non intrat in iſto caſu, à n.* 16. *ad* 20.

21 *Rex noſter, ſeu alius Princeps, qui ſolet ſequeſtrare fructus, & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium ſui Regii patronatus non poteſt fructus, & redditus dictorum beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium ſibi applicare, & diſponere ad libitum in quoſcumque uſus voluerit, num.* 21. *Etiam data in contrarium conſuetudine, num.* 27. *&* 28.

22 *Sequeſtrum in fructibus, & redditibus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium de Regio patronatu non fit, ut hujuſmodi fructus, & redditus Regi noſtro quærantur, ſed ut reſerventur, & conſeruentur futuris ſucceſſoribus, num.* 22. *Intellige deductis oneribus, expenſis, & ſumptibus factis in colligendis fructibus, & redditibus, n.* 33. *Et etiam excepta portione moderata ſequeſtrario, ſeu Oeconomo aſſignata, nu.* 24. *Et quod in utilitatem Eccleſiæ fuerit converſum, ante collationem beneficii factam, nu.* 25.

26 *Lex, ſtatutum, & quælibet diſpoſitio loquens de fructibus, intelligitur deductis oneribus, ſumptibus, & expenſis, non ſolùm in poſſeſſore bonæ fidei, ſed in poſſeſſore malæ fidei, etiam in prædone, tàm in foro fori, quam in foro poli.*

29 *Cameræ Apoſtolicæ ſpectant in Hiſpania fructus menſæ Epiſcopalis Sede vacante.*

DECISIO CCLV.

1 QUamvis Decius exiſtimet, probareque intendat non inefficacibus argumentis nullam differentiam conſtitui debere inter patronum Eccleſiaſticum, & laicum ſuper adminiſtratione Eccleſiæ vacantis, quia magis privilegiatum eſt jus patronatus laicorum, quàm Eccleſiaſticorum, *in cap. de Monachis* 12. *num.* 21. *de prabend.* loquitur contra communem, ut tradit Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 4. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 12. *verſic. Aunque, fol.* 594.

2 Ideò differentia eſt, quòd ſi Eccleſia habet patronum Eccleſiaſticum, ei incumbit de convenienti adminiſtratore providere, *cap. Cum vos* 4. ubi Doctores *de offic. Ordin.* Solorzanus *de jure Ind. tom.* 2. *libro* 3. *cap.* 12. *num.* 2. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 12. *verſic. Pero ſi la Igleſia, fol.* 594. nam ad patronatum Eccleſiaſticum ſpectat cuſtodia Eccleſiæ, tempore vacationis, & Epiſcopus in ea non poteſt ponere Oeconomum, Innocent. & alii *in cap. unico ut Eccleſ. benef. & in cap.* 1. *Ne ſede vacante*, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 72. *num.* 17.

3 Si verò Eccleſia habet patronum laicum, ipſe adminiſtrationi ſe immiſcere non poteſt, ſed adminiſtratio, & cuſtodia Eccleſiæ, ſeu beneficii vacantis juris patronatus laici, ſpectat Judici Eccleſiaſtico Ordinario, qui habet jus conferendi, ſeu inſtituendi, *cap. Cum vos*, 4. ubi Innocent. *n.* 1. *ſuper verbo Eccleſ.* Anchar. *n.* 1. *verſ. Quarto nota, verſ. Ponatis, & ſeq.* Bald. *n.* 4. Auguſt. Barboſa *n.* 7. Panormit. *n.* 8. *verſic. Secundò nota*, Butr. *n.* 11. Joan. Andr. *numer.* 16. *de off. Ordinar. Can. Non liceat, can. De laicis, can. Illud* 12. *quæſt.* 2. *cap. Cum veniſſent, de inſtitut. can. Filiis, vel nepotibus* 16. *quæſt.* 7. Bald. *in cap. Bonæ memoriæ, num.* 5. ubi Abbas, & Imola *n.* 12. *de appellat.* Decius *conſ.* 420. *num.* 3. Theſaurus *deciſ.* 131. *numer.* 5. idem Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 1. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 12. *verſic. Pero, ibi: Y ſi es lego, fol.* 594. Nam qui habet jus inſtituendi, habet Eccleſiæ, ſeu beneficii cuſtodiam tempore vacationis, *dict. cap. Cum vos, gloſ. penult. in fine, de off. Ordin.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 16.

Amplia etiamſi Eccleſia, ſeu beneficium vacans 4
ſit de Regio patronatu ſic factum fuiſſe, & Regem decreviſſe anno 1594. in facti contingentia ſuper quadam Eccleſia Epiſcopatus Viſenſis Regni Luzitaniæ teſtatur Cabedo *de patron. Reg. Coronæ, cap.* 25. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 124. *in fine.*

Unde infero, quòd licèt aliqui dicant, quòd patro- 5
no incumbit cuſtodire Eccleſiam, & conſervare dotes, & redditus illius, *ad text. in cap. Quia Cleric. ubi gloſ. cap. Præterea, el* 2. *de jure patronat. cap. In ſingula, in fine de ſtat. Monachor. cap. Generali, de elect. in* 6. Oliba *de jure fiſci, cap.* 13. *numer.* 20. Fajardo *alleg. fiſcal.* 35. *num.* 51. *in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 26. *in fine*, Suelves *conſ.* 50. *num.* 36. *lib.* 2. intelligendum eſt, quòd patronus curare & procurare debeat, quòd Eccleſiaſtici, quibus competit, fideliter, & legaliter in adminiſtratione procedant; non autem ut patronus laicus ſe immiſceat, & intromittat in adminiſtratione Eccleſiæ, ſeu beneficii vacantis, nam hoc non ſpectat ad patronum laicum, ſed ad Judicem Eccleſiaſticum Ordinarium, ad quem pertinet inſtitutio, ut tradunt Doctores citati *num.* 3. & 4. ſignanter Solorzanus *ibidem citatus*,

Limita ſi patronus laicus habet privilegium Apoſto- 6
licum, vel longam conſuetudinem cuſtodiendi, ſequeſtrandi, & adminiſtrandi fructus, & redditus Eccleſiæ, ſeu beneficii vacantis in eo tuendus eſt, Theſaur. *deciſ.* 131. *n.* 11. & 12. & Gaſpar. Anton. ejus filius *in addit. in fine*, Vivian. *de jure patron. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 2. Valenzuela *conſ.* 96. *num.* 56. alios addit Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 5. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 12. *verſic. Suntque, fol.* 594.

Ex qua limitatione fit, quòd in Cathalonia Domi- 7
nus noſter Rex ſequeſtrat fructus & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium ſui Regii patronatus, ſequeſtrorumque nominatio, & deputatio ipſius Domini Regis eſt, & temporalitatum defenſio in Regio Tribunali tractetur, quia cuſtodia eorum ad Dominum Regem pertinet ex Apoſtolicis privilegiis, uſu, & poſſeſſione immemoriali omnibus notoria probatis, ut dixerunt Doctores Regali Conſilii Cathaloniæ in conſultatione miſſa Sereniſſimo Domino Imperatori Carolo V. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. *num.* 30. his verbis: *Habet Majeſtas veſtra Cuſtodiam Eccleſiarum vacantium de ſuo Regio patronatu.*

Et magis expreſsè reſpondit, & declaravit Regium 8
Conſilium Civile, & Criminale Cathaloniæ concluſione ſequuta, junctis Aulis die 2. Auguſti 1576. *quæ legitur in libro concluſionum civilium, fol.* 60. *pag.* 2. quam referam *deciſ.* 7. *num.* 3.

Ex quibus conſultatione, & declaratione, traditis 9
n. 7. & 8. colligunt Practici, quòd in Cathalonia Dominus noſter Rex ſolet ſequeſtrare fructus & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium ſui Regii patronatus, tradunt Oliba *de jure fiſci, cap.* 13. *à num.* 19. *& cap.* 15. *nu.* 2. & 78. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 45. Ego *deciſ.* 7. *num.* 37. *part.* 1.

Hanc eandem regaliam ſequeſtrandi fructus, & red- 10
ditus beneficiorum vacantium de Regio patronatu habent alii plures Reges, & Principes jura imperii in ſuis dominiis obtinentes ex privilegiis Apoſtolicis, uſu, & conſuetudine probatis, tradunt Oliba *de jure fiſci, cap.* 13. *num.* 23. Paul. Rub. *in tract. de benefic. vacan. in Curia*, §. 10. Gregor. Lopez *l.* 11. *tit.* 16. *p.* 1. *verbo Majordomo, ubi licèt cogitandum relinquat, expreſsè tamen teſtatur, lib.* 18. *tit.* 5. *part.* 1. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 46. *in fine, & cap.* 12. *à n.* 6. *cum ſeq. & in polit. lib.* 4. *cap.* 12. *verſ. De donde, cum ſeq. fol.* 594. Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſs. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 117. *&* 118. Marcus *deciſ.* 90. *cum ſeq. p.* 1. Rober. *rer. judic. lib.* 3. *cap.* 1. Coppin. *de ſacr. polit. lib.* 1. *cap.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. Cabedo *de Reg. patron. c.* 37. *n.* 7. *&* 8. *& deciſ.* 84. *part.* 1. Aponte *deciſ.* 12. *à n.* 13. Thoro *in compen. deciſ. part.* 1. *verbo Cuſtodes rerum, fol.* 138. Valenzuela *conſ.* 196. *à num.* 54. *lib.* 2. Carleval. *de Judic. lib.*

lib. 1. *disp.* 2. *n.* 344. Thesaur. *decis.* 131. *nu.* 5. *in fine*, & 11. & 12. ubi Gaspar Anton. ejus filius *in addit. vers. Quibus stantibus, usque ad finem.*

11 Quę quidem consuetudo sequestrandi in Cathalonia fructus, & redditus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium de Regio patronatu, de qua testantur Doctores citati *numer.* 7. 8. & 9. valida est, & servanda, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 13. *n.* 20. Thesaur. *decis.* 131. *num.* 11. *in fine*, & *num.* 22. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 49. *num.* 4. & *de gabel. quæst.* 82. *numer.* 12. Gamma ubi Flores de Mena *decis.* 313. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 180. Solorzano *de jure Indiar. tom.*

12 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *à num.* 22. & *n.* 100. Cùm hujusmodi sequestratio fructuum, & reddituum beneficiorum vacantium de Regio patronatu sit quid temporale, & nihil spiritualitatis habeat, ex Osasco *decis.* 31. *num.* 5. & aliis tradit Thesaur. *decis.* 131. *num.* 6. plures cumulat Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 12. *vers. Y esta guarda*, *fol.* 596.

13 Maximè stantibus tot, & tantis subsidiis præstitis sanctæ Sedi Apostolicæ per Comites Barcinonæ, & Reges Aragonum, Ripoll. & Valdis, quos citavi *decis.* 7. *num.* 34. *part.* 1. præsumitur privilegium dictæ Sedis Apostolicæ dictis Regibus concessum præcessisse, ut expressis verbis declaravit, & respondit Regium Consilium Cathaloniæ Civile, & Criminale, junctis Aulis 2. Augusti 1577. versic. Ex qua consuetudine maximè stantibus, quam referam infra, *decis.* 7. *num.* 3. & etiam quia possessio, & usus antiquissimus inducunt probationem privilegii Apostolici, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 13. *num.* 59. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 25. *in fine*, Ego *decis.* 7. *num.* 65. *part.* 1.

14 Et multo magis quia Domini nostri Hispaniæ Reges cum scientia, & patientia Romanorum Pontificum pro tempore Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum usi fuerunt dicta facultate custodiendi fructus beneficiorum Regalium; & Abbatiarum vacantium sui Regii patronatus, ut elegantissimè refertur in declaratione facta per Regium Consilium Civile, & Criminale Cathaloniæ, junctis Aulis, die 2. Augusti 1577. vers. Attento maximè, quam referam infra, *decis.* 7. & quando ex scientia, & tolerantia potest colligi approbatio Romani Pontificis tunc valet, & habet vim privilegii, Mascard. Sesse, Diana, & Thom. del Bene, & plus operatur, quàm expressus consensus, Craveta, Cassanere, Narbona, & Salgado, & in non prohibitis à jure naturali pro expressa dispensatione habetur, Sesse, Cenedo, & Salgado, quos omnes laudavi *decis.* 7. *num.* 27. 28. & 29. *part.* 1. & per temporis diuturnitatem, concurrente scientia, & patientia Summi Pontificis præsumitur illius consensus, Sesse, Menochius, Surd. & Salgado, & approbatio, Sesse, Ripoll. & confirmatio consuetudinis, idem Sesse, quos citavi *decis.* 7. *num.* 66. *part.* 1.

15 Nec intrat in isto casu dispositio Bullæ in Cœna Domini *cap.* 17. prohibens Judicibus sæcularibus sequestrum fructuum, & reddituum beneficiorum Ecclesiasticorum; quamvis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id facultatem habentium expressa licentia sub excommunicatione in eadem Bulla contenta, ut docent Villalobos *in summa mor. p.* 1. *tract.* 17. *dif.* 21. *nu.* 7. Castr. Palaus *in oper. mor. p.* 6. *tract.* 29. *disp.* 3. *punct.* 18. *num.* 1. Leander *quæst. mor. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 17. *quæst.* 1. aliis additis Salgado *de supl. ad Sanctiss. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 66. 67. & 68. Barbosa *in praxi exigen. pension. part.* 2. *qu.* 14. *num.* 1. intellige Judicibus sæcularibus, etiam Imperatoribus, Regibus, & Principibus, Leander post alios *tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 17. *quæst.* 2. intellige beneficiorum Ecclesiasticorum etiam vacantium secundùm communiorem, & veriorem sententiam, quidquid aliàs declaravit noster Senatus in dicta declaratione diei 2. Augusti 1576. versic. Nec prædictis, ut pluribus citatis probant Castr. Palaus *in oper. mor. part.* 6. *tract.* 29. *disp.* 3. *punct.* 18. *numer.* 16. Leander. *quæst. mor. part.* 4. *tract.* 3. *disp.* 17. *quæst.* 5.

16 Primò, quia Bulla in Cœna Domini tantùm disponit contra occupatores, & invasores fructuum Ecclesiarum vacantium, & contra eos, qui dictos fructus accipiunt, ut suos faciant, & non contra conservatores dictorum fructum futuro successori, cum dicta Bulla tantùm insurgat contra damnificantes Ecclesias, & non contra fovентes & conservantes fructus Ecclesiarum, sic expressis verbis declaravit Regium Consilium, Civile, & Criminale Cathaloniæ, junctis Aulis die 2. Augusti 1577. versic. Et dato quod possit intelligi. Et sequestrum ponitur in Cathalonia per Dominum Regem in fructibus, & redditibus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium de Regio patronatu, solùm ad effectum, ut beneficiorum redditus conserventur, Ecclesiæ jura defendantur, ædificia fulciantur, & reparentur, & fructus beneficiorum colligantur, & custodiantur futuro successori, debitis oneribus inde supportatis, & ut occurratur dilapidationi fructuum, & ruinis ædificiorum, & usurpationibus jurium, & reddituum, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 13. *num.* 25. & alii *infra num.* 22.

Secundò, quia prohibitio Bullæ Cœnæ *cap.* 17. 17
non includit, nec comprehendit casus aliàs specialiter à jure permissos, exceptos, & approbatos, *ad Thesaur. decis.* 131. Cancer *p.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 8. *in fine*, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 14. *n.* 22. Carol. de Grass. *de eff. Cleric. eff.* 1. *num.* 397. Barbosa *in prax. exigen. pension. par.* 2. *quæst.* 14. *num.* 3. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 10. *n.* 48. Postius *de manuten. observ.* 6. *n.* 24. Salgado *de suppl. ad Sanctiss. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 20. & punctim *num.* 68. *in fine*, & *versic. Etenim.* quidquid dicat Leander, & ab eo citati *qu. mor. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 17. *quæst.* 17. Maximè Regibus quibus ali- 18
cujus specialis juris ex regalię virtute competit ad suas manus reducere fructus, seu bona Ecclesiæ, vel beneficii vacantis pro custodia, & tuitione, ne dissipentur, *ut probat textus expressus in cap. Generali*, 3. *de electione in* 6. Salgado *de suppl. ad Sanctiss. par.* 1. *c.* 1. *n.* 118. & *c.* 10. *num.* 68. *vers. Etenim*, Barbosa *in praxi exig. pension. part.* 2. *quæst.* 14. *n.* 4. Thesaur. *decis.* 131. *n.* 11. & 12. Valenzuela *cons.* 196. *nu.* 57. *lib.* 2. Hæcque regalia orta est ex jure patronatus, quod D- 19
mini nostri Reges habent, & exercent in dictis Abbatiis, & beneficiis Regalibus, ut dicit Gregor. Lopez *l.* 18. *glos.* 4. *tit.* 15. *par.* 1. notat Cævallos *comm. contr. com. quæst.* 897. & *num.* 307. & 379. quos refutat Carleval. *de Judic. part.* 1. *disp.* 2. *num.* 344. Nec mirum, 20
quia hæc, & alia similia privilegia, seu regaliæ pertinentes ad Principes ex consuetudine immemoriali, aut privilegio præservatæ sunt à prohibitione Bullæ Cœnæ Domini, sicut post innumeros Doctores scripsit Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. part.* 1. *cap.* 2. *sect.* 5. *nota*, *à num.* 172. & *signanter à num.* 191. *cum multis seq. & punctim*, *cap.* 10. *num.* 68. *versic. Et sic de similibus*, & declaravit, ac respondit noster Senatus, junctis Aulis die 2. Augusti 1576. *versic. Attento maximè quia in alio capite.*

Tertiò, quia quamvis in dicta Bulla in Cœna Do- 21
mini fiat mentio de Regibus, non tamen in ea exprimitur de fructibus beneficiorum juris patronatus Regii, cui non censetur derogatum, nisi de eo fuerit facta expressa mentio, *ex latè traditis suprà*, *decis.* 243. *à num.* 37. *hac part.* 5. & dixit noster Senatus, junctis Aulis in dicta declaratione facta 2. Augusti 1576. *vers. Et quamvis dicta Bulla.*

Ex dictis *num.* 15. transeo ad quæstionem. An Do- 22
minus noster Rex, seu alius Princeps, qui solet sequestrare fructus beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium sui Regii patronatus, possit fructus, & redditus dictorum beneficiorum Regalium, & Abbatiarum vacantium sibi applicare, & disponere ad libitum in quoscumque usus voluerit? Resp. quòd non licet sibi applicare, nec potest de eis disponere ad libitum in quoscumque usus voluerit, Marta *de jurisdic. part.* 2. *cap.* 40. *à num.* 29. Azor. *instit. mor. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 4. *quæst.* 2. latè Solorzanus *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *à num.* 53. & *in polit. lib.* 5. *cap.* 12. *versic. Teniendo esto*, *fol.* 599. latiùs omninò videndus Diana *resol. mor. part.* 7. *tract.* 10. & *miscel.* 1. *resol.* 1. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 14. Quia sequestrum hoc non fit, ut fructus, & redditus beneficiorum, & Abbatiarum vacantium Regii patronatus ipsi Regi quærantur, sed

ut

ut reſerventur, & conſerventur futuris ſucceſſoribus, pro ut erat de jure communi, *cap. Quia ſæpè*, 11. ubi Jo. Monac. Dominic. Jo. And. Barboſa *num.* 3. & 4. & omnes *de elect. in* 6. *cap. Cum vos, & ibi: gloſ. verbo Futuris, de off. Ordin. cap. fin.* ubi Barboſa *num.* 2. *de off. Ordin. in* 6. *Clement. ſtatutum*, 7. ubi Barboſa *num.* 2. *de elect.* Boer. *deciſ.* 340. *num.* 1. & 2. Covar. *in cap. Relatum, el* 2. *de teſtament.* Petr. Barboſa *in leg. divortio, part.* 2. *ſub num.* 59. *ff. ſolut. matrim.* Avezedo *conſ.* 9. *num.* 3. Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verbo Beneficia, verſic. Quoad ſecundam partem*, Gabriel. *conſ.* 197. *num.* 4. *lib.* 2. Pavin. *de poteſt. cap. Sede vacante, part.* 2. *q.* 1. *n.* 3. Cardoſo *in praxi Judic. verbo Fructus, n.* 24. Regens Seſſe *de inhib. cap.* 1. §. 8. *n.* 20. Coccin. *deciſ.* 496. *n.* 1. Rodoer *ad Marinis, reſol. jur. cap.* 10. *n.* 13. Solorzanus *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 12. *n.* 19. & *in polit. lib.* 3. *c.* 12. *verſic. Pero veniendo, fol.* 596. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 89. Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſs. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 20. Sperell. *deciſ.* 82. *num.* 4. *lib.* 1. Valenzuela *conſ.* 196. *nu.* 60. *tom.* 2. Oliba *de jure fiſci, cap.* 13. *num.* 25. ſic declaravit noſter Senatus, junctis Aulis, in concluſione facta 2. Auguſti 1576. infra referenda *deciſ.* 257. *num.* 3.

24 Intellige, deductis oneribus, expenſis, & ſumptibus factis in colligendis fructibus, & redditibus, *cap. fin.* ubi Barboſa *num.* 1. & 3. *de off. Ord. in* 6. *Clement. ſtatutum*, ubi Barboſa *num.* 1. *de elect. gloſ. in cap. Si tibi conceſſam, verbo Fructus, de præben. in* 6. Tiraquel. *de retract. ligniager.* §. 15. *gloſ.* 1. *n.* 6. & 7. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 13. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 12. *n.* 85. Reg. Seſſe *deciſ.* 325. *nu.* 5. Menoch. *conſ.* 64. *n.* 21. & 31. *verſic. Non obſtant, lib.* 1. Azevedo *in rub. in* 6. *tit.* 20. *lib.* 6. *recop.* Covar. *in cap. Relatum el* 2. *ſub numer.* 3. *de teſtament.* Oliba *de jure*

25 *fiſci, cap.* 13. *n.* 25. ac etiam excepta portione moderata ſequeſtratio, ſeu Oeconomo aſſignata, Valen-

26 zuela *conſ.* 196. *num.* 60. *lib.* 2. & quod in utilitatem Eccleſiæ fuerit converſum, notant Reg. Seſſe *de inhit. cap.* 1. §. 8. *num.* 20. Sperell. *deciſ.* 82. *numer.* 4. *lib.* 1. ante collationem beneficii factam, Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 89. Solorzano *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *verſic.* Y *por el contrario, fol.* 596.

27 Nam regulare eſt, quòd lex, ſtatutum, & quælibet diſpoſitio loquens de fructibus, intelligitur, deductis oneribus, ſumptibus, & expenſis, & hoc non ſolùm in poſſeſſore bonæ fidei, ſed in poſſeſſore malæ fidei, etiam in prædone, tàm in foro fori, quàm in in foro poli, ut pluribus juribus & variis Doctorum authoritatibus probant Tiraquel. *de retract. ligniag.* §. 15. *gloſ.* 1. *à num.* 1. Reg. Seſſe *deciſ.* 136. *num.* 1. *lib.* 2. & *deciſ.* 325. *à num.* 1. *lib.* 3. Garcia *de expenſis, cap.* 1. *à num.* 11. Petrus Barboſa *in l. fructus* 7. *à n.* 6. *ff. ſolut. matrim.* Auguſt. Barboſa *in Clement. ſtatutum* 7. *nu.* 4. *de electione*, & *appellat.* 103. *n.* 22. Mareſcot. *var. reſol. l.* 2. *c.* 108. *à n.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 50. *à n.* 24. Burat. *deciſ.* 618. *n.* 1. Roxas *deciſ.* 142. *n.* 3. 4. 8. & 9. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 15. *num.* 574. & 575. & *conſ.* 64. *nu.* 12. 23. 24. & 31. *verſic. Non obſtat ſecundum*, Merlin. *deciſ.* 731. *à n.* 1. Cirocch. *diſcep.* 72. *n.* 32. & 33. Suelv. *conſ.* 24. *n.* 4. *lib.* 3. Cardoſo *in praxi Jud. verbo Fructus, n.* 7. Tuſch. *pract. concl.* 484. *à n.* 25. Sperell. *deciſ.* 118. *num.* 75. *lib.* 2. Ciarlin. *controv. foren. cap.* 31. *num.* 16. & 17. *lib.* 3. Fontan. *deciſ.* 208. *n.* 14. & *deciſ.* 210. *numer.* 9. & 10. *part.* 1. Xammar. *deſin.* 4. *n.* 29. & 30. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 30. *à n.* 15. Guttier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 37. *à num.* 3.

28 Prædicta *num.* 21. procedunt, etiam data in contrarium conſuetudine diſponendi de hujuſmodi fructibus in quoſcumque uſus. Tum quia eſt valdè periculoſa pro conſcientiis Regum. Tum quia prohibitio diſponendi in uſus non pios eſt de jure Divino, & naturali, quod non poteſt derogare conſuetudo. Tum quia talis conſuetudo eſt irrationalibilis, utpotè nociva Eccleſiæ, & pauperibus, ut ex Sanchez, Mancino, Tanner. Molina, Maytana, & Caniſio probat Diana *reſol. moral. part.* 7. *tract.* 10. & *miſcel.* 1. *reſol.* 1. & *in coord. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 14. *num.* 5. Barboſa *in Clement. ſtatut. num.* 4. *de elect.*

29 Et ita inquit Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 78. & 79. Et ſi concedamus, Regem noſtrum, juſto aliquo titulo, vel colore, his bonis potiri poſſe, adhuc tamen non videtur ſalva ſecuritate conſcientiæ ei conſuli poſſe, quod ea liberè, & abſolutè pro arbitrio ſuo, in quoslibet uſus, etiam merè profanos, expendere poſſit, cùm quoad illa in locum Prælati intret, & ſubrogetur, cujus obligatio erat, utpotè Eccleſiaſtica, & intuitu Eccleſiæ, quæſita in pios uſus erogare; & addit *num.* 181. quòd Rex noſter piiſſimus inſpectis conſiderationibus, & omnibus ad utramque partem maturè penſatis per doctiſſimos viros inclinavit in hanc ſententiam, ut piorem, & æquiorem, reſervata ſibi dumtaxat tertia parte vacantium, in uſus pios, pro ſuo arbitrio diſtribuenda, & repetit *in polit. lib.* 4. *c.* 12. *verſic.* Y *de qualquier ſuerte*, & *verſic.* Y *con eſte ultimo parecer, fol.* 600. tranſcripſit Diana *reſol. mor. part.* 7. *tract.* 10. & *miſcel.* 1. *reſol.* 1. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 14. *ſub n.* 13. ubi in fine concludit, Reges noſtros fructus Eccleſiarum vacantium in Sicilia ſemper in pios uſus expendiſſe, & expendere apertè patet; nec aliter poſſe fieri puto. Cæterum in Cathalonia nec ad pios uſus diſponit Rex noſter de iis fructibus, ſed eos futuris ſucceſſoribus reſervat, & ita video hodiernis temporibus ſervari juxta doctrinam Olibæ, & declarationem noſtri Senatus diei 2. Auguſti 1576. *de quibus ſupra, num.* 22.

Notanter in hac deciſione de fructibus, & redditi- 30
bus Epiſcopatuum vacantium ullum verbum feci, quia eos non ſequeſtrat Rex noſter in Cathalonia, cùm ipſi non conſerventur futuro ſucceſſori, ſed pertinent Cameræ Apoſtolicæ, ut tradidi aliquibus citatis, *deciſ.* 29. *numer.* 11. *part.* 1. addo Solorzanum *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 22. & *in polit. lib.* 4. *cap.* 12. *verſic.* Y *eſte meſme, cum ſeq. fol.* 596.

ARGUMENTUM.

Fiſcus ut poſſit trahere etiam perſonas Eccleſiaſticas in cauſis civilibus ad ſuos Judices fiſcales, an debeat conſtare plenè, vèl ſemiplenè de ejus intereſſe, vel ſufficiat, quòd agatur de intereſſe illius, & poſſit ei fieri præjudicium, & ſic lædi Regium patrimonium.

SUMMARIUM.

1 *Fiſcus habens in aliqua intereſſe, ſeu comparens in cauſa pro ſuo intereſſe attrahit eam ad ſuum forum, ubi cauſæ patrimoniales, & fiſcales tractantur, n.* 1. *Et ut attrahat ad ſuum forum, ſufficit quodlibet Fiſci intereſſe, n.* 2. *Sivè conſiderabile, ſivè leve ſit, n.* 3. *Non ſolùm ob intereſſe præteritum, vel præſens, ſed etiam ob intereſſe futurum, quod Fiſco præciſè, & infallibiliter poſſit advenire, num.* 4.

5 *Fiſci intereſſe debet apparere, & de eo conſtare in cauſis civilibus, ut eas attrahat ad ſuos Judices fiſcales, tanquam fundamentum ſuæ intentionis, l.* 5. *Secùs ſi de eo non conſtet, num.* 6.

7 *Fiſci intereſſe in cauſis civilibus non eſt neceſſarium, quod de eo conſtet plenè, nec ſemiplenè, ſed ſufficit, quòd agatur de ejus intereſſe, & poſſit ei fieri præjudicium, & ſic lædi Regium patrimonium, ut trahere poſſit etiam Eccleſiaſticos ad ſuum forum, n.* 7. *probatur, nu.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. & *reſpondetur contrariis, à n.* 18. *uſque ad finem.*

18 *Qualitas tribuens juriſdictionem ante omnia probari debet.*

19 *Qualitas delativa juriſdictionis ſi negetur, plenè probari debet, n.* 19. *Sed contrarium eſt verius, num.* 22.

20 *Immunitate Eccleſiæ, vel privilegio fori ut quis privetur, debet plenè conſtare de delicto commiſſo, & qualitate illius, num.* 20. *Sed contrarium eſt verius, num.* 23.

21 *Immunitatis Eccleſiæ cauſa civilis eſt, num.* 21. *Sed contrarium eſt verius, num.* 24.

25 *Fiſ-*

25 *Fiscus an possit convenire debitorem debitoris coram Procuratore Cæsaris, n.25. 26. 27. & 28.*

29 *Fiscus quando potest convenire debitorem sui debitoris.*

30 *Fiscus ad obtinendam attractionem ad suum forum an debeat habere interesse formatum, & apertum in causa, num. 30. 31. 32. & 35.*

DECISIO CCLVI.

1 FIscus habens in aliqua causa interesse, seu comparens in causa pro suo interesse, attrahit eam ad suum forum, ubi tractantur causæ patrimoniales, & fiscales, *l. si minori*, ubi Joan. de Platea *C. de jure fisci, lib.* 10. Anchar. Castren. Cagnol. Capyc. & Decius, quos laudat Peregrin. *de jure fisci, l.7. tit.1. n. 9.* Marta *de jurisd. p.4. cent.1. casu* 43. *à n.*12. Mastril. *de Magistr. lib.3. c.4. n.*12. Alfaro *de off. fiscal. glos.* 16. *n.*23. *&* 26. Farinac. *fragm. crim. part.* 1. *lit.F. n.* 183. Gusman. *de eviction. quæst.* 8. *à n.* 1. *signanter n.* 11. Quesada Pilo *dissert.* 18. *n.* 17. 18. *&* 19. Carascus *de casibus Curiæ, n.* 168. Amaja *in l. Si minori, n.* 30. *C. de jure fisci, l.* 10. Marinis *resol. jur. l.* 1. *cap.* 146. *à n.* 1. Novarius *in prag.* 12. *collect.* 1. *n.*4. *de off. Procurat. Cæsar.* Fermos. *allegat. fiscal.* 3. *n.* 4. 6. 10. 11. *&* 15. *p.* 1. *& alleg.* 4. *à n.* 13. *p.* 2. Carleval. *de jud. l.* 1. *disp.* 2. *n.* 307. Thoro *in compend. decis. p.* 3. *sect.* 1. *verbo Fiscus pro suo interesse, fol.* 467. Bolero *de decoct. deb. fiscal. tit.* 2. *q.* 4. *n.* 32. Ripoll. *var. resol. c.* 1. *nu.* 180. 181. *&* 241. Fontanella *decis.* 557. *n.* 12. *part.* 1. plures alios citat Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *c.* 7. *n.* 15. *&* 16. latissimè Scialoya *de foro compet. cap.* 24. *à num.* 12. *ad* 25. Ripoll. *ad Peguer. in praxi civil. rub.* 4. *n.* 77.

2 Et ut Fiscus attrahat ad suum forum, sufficit quodlibet Fisci interesse, Fermosin. *alleg. fiscal.* 4. *n.* 15. *p.*
3 2. Sivè considerabile, sivè leve sit, quia magis, & minus non variant privilegium, Fermos. *alleg. fiscal.* 3. *à num.* 18. *part.* 1. Alfaro *de off. fiscal. glos.* 16. *num.* 2. *col.* 2. *in fine, versic. Et generaliter, ibi: In quo aliquid commodi fiscalis appareat.* Non solùm ob interesse præteritum, vel præsens, sed etiam ob interesse
4 futurum, Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 704. Bolero *de decoct. debit. fiscal. tit.* 2. *quæst.* 4. *n.* 32. *in fine.*

5 Benè tamen verum est, quòd de interesse Fisci debet apparere, & de eo constare in causis civilibus, ut eas attrahat ad suos Judices fiscales, tanquam fundamentum sua intentionis, Dexart. *ad cap. Reg. Sard. in cap.* 1. *n.* 15. *de Regio Procurat. fol.* 555. Ripoll. *var. resol. c.*
6 1. *nu.* 180. *&* 181. Secùs si de Fisci interesse non constat, ut fuit declaratum per Carolum à Cardona Tertium, Consultoribus Llobregat, & Sala 15. Septembris 1568. in finali parte declarationis *in casu relato, decis.* 252. *sub n.* 7. *hac p.*5. & per Cancellarium Loris, Consultoribus Ferrer, Balle, Ros, Amell. & Puig. 31. Octobris 1580. *in casu infra referendo, decis.* 158. *num.*

7 Verùm difficultas versatur, an sint necessarium quòd constet plenè, vel semiplenè de interesse Fisci in causis civilibus, ut trahere possit ad suum forum, etiam personas Ecclesiasticas? Resp. quòd non, sed sufficit, quòd agatur de interesse Fisci, & ei præjudicium fieri possit, & sic lædi Regium Patrimonium, ex sequentibus.

8 Primò quia non solùm si Fisci causa est, vel dependet à Fiscali, est Judex Fisci Procurator, sed etiam si dubitetur esse interesse Fisci, id sufficit, ut Fiscalis adsit, & causa deferatur ad Judices fiscales, Alfarus *de off. fiscal, glos.* 16. *sub n.*24. *col.* 3. *post prin.* Franchis *decis.* 117. *in fine*, ubi Luca *in observ. n.*3. *& in versic. Difficultas remanet*, idem Franchis *decis.* 132. ubi Luca *nu.* 1. *&* 2. Thoro *in compend. decis. p.* 1. *verbo Advocatus Regii patrimonii, fol.* 21. *& verbo Remissio causæ an sit facienda, fol.* 461. *& in supplem. verbo Fiscus creditor, fol.* 240. Cabal. *resol. crim. casu* 168. *n.* 8. 9. *&* 10. Novarius *in prag.* 1. *coll.*12. *n.* 7. *de offic. Proc. Cæsar. & de elect. fori, qu.* 40. *sect.* 3. *nu.* 19. Scialoya *de foro comp. c.* 15. *n.* 6. *& c.*24. *n.* 25. *versic. Sed ubi*, Villaplana *in addit. ad Peguer. in constit. Item ne super laudemio, versic.* 1. *n.* 57. Fontanella *decis.* 557. *n.* 6. *&* 20. *p.* 2. Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 146. *n.* 4. ubi Rodoer. *n.* 2. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *n.* 705. Rovit. *in pragm.* 62. *n.*5. *de off. Procurat. Cæsar.* Galeota *lib.* 1. *controv.*24. *à n.*1. Capycius Latro *decis.* 186. *n.*8. *&* 25. ubi Manfrella *n.* 2. 3. 4. *&* 5. idem Manfrella *ad Capyc. Latro, decis.* 175. *nu.* 2. *&* 3. Bolero *de decoct. debit. fiscal, tit.* 2. *qu.*4. *n.*33. & quamvis aliqui solum loquantur de assistentia Fisci, & alii negent remissionem ad Judices fiscales, nihil interest, quia verius est faciendam esse remissionem ad Tribunal Fisci, ut tenere videtur Fontanella cum declaratione nostri Senatus confirmata in causa supplicationis *decis.* 557. *n.* 20. 21. *&* 22. *part.* 1. & cum eo Luca *ad Franchis, decis.* 17. *n.* 3. *versic. Difficultas remanet*, & docent Capyc. Latro, Marinis & Luca *locis suprà citatis.* Et fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 1. Februarii 1631. in facto jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Urgellen. ex una, & Curiam sæcularem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Fisci Regii Procuratorem Patrimonialem procedimentis per dictam Curiam Ecclesiasticam Urgellen. ad instantiam Prioris, Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ Villæ & de Castelbo factis in præjudicium Regii patrimonii, contra Joannem Riu Bajulum Regium Loci de Noves, & Vallis de Agnilar, ratione pignoramenti, & aliorum actuum jurisdictionis per dictum Bajulum factorum in domo, seu manso Salvatoris Julia, aliàs Soler Quadræ Sancti Petri de Noves, & in ejus bonis, quem, & quæ dicti Prior, & Canonici prætendunt esse eorum jurisdictioni subjectum, & subjecta. Contrarium prætendente dicto Fisci Procuratore, imò articulum jurisdictionis, quia agitur de interesse Regii patrimonii ad Dominum Regem pertinere, & spectare. Et non obstante, quod per Officialem, & Vicarium Generalem Urgellen. 8. Aprilis 1630. fuisset lata sententia contra dictum Bajulum de Noves, in & cum qua inter alia fuisse declaratum, jurisdictionem termini Quadræ Sancti Petri non pertinere ad Dominum Regem, reservato jure fiscali Regio Vicecomitatus Castriboni super Causa dictæ jurisdictionis quoad verum titulum, & proprietatem. Fuit pronuntiatum, sententiatum, & declaratum his verbis: Firmæ juris in dicta Curia sæculari Bajuliæ Generalis Cathaloniæ per ejus Fisci Regii Procuratorem factæ locum fuisse, & esse. Meminit de hac declaratione Xammar. *de off. Jud. part.* 2. *qu.* 6. *n.* 76. Ergo non requiritur, quòd de interesse Fisci constet plenè, nec semiplenè.

Secundò, quia sufficit fumus causæ fiscalis, ut Ju- 9
dices Fisci habeant de ea cognoscere, ut sentit Fermos. *allegat.* 3. *par.* 1. dum in argumento quærit, an Judex Fisci habeat cognoscere, etiam inter privatos, si non adest fumus causæ fiscalis, & *in allegat. n.* 4. 6. 10. 11. *&* 15. resolvit, quòd Judex Fisci cognoscit inter privatos, si Fiscus comparet pro suo interesse. Quod meo judicio idem est, ac si dixisset, quòd interesse Fisci verificatur in fumo causæ fiscalis.

Tertiò, quia concors est Doctorum sententia, quòd 10
Fiscus omnes, & quascumque causas attrahit ad suum tribunal quomodolibet, & quomodocumque jus fiscale attingant, ut cum innumeris docet Salgado *in Labyrint. credit. part.* 1. *c.* 7. *n.* 15. *&* 16. alios plures addidi *decis.*251. *&* 252. *hac p.*5. igitur non est necesse, quòd de jure fiscali constet plenè, nec semiplenè, ex latè traditis de dictionibus quomodolibet, & quoquomodo, Barbosa *dict.*330. *& dict.* 334.

Quartò, ex Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *n.* 241. ubi sic 11
scribit, quòd si de re Ecclesiastica, de qua disputatur inter partes, habeat interesse Dominus Rex, tunc si causa habet interesse Fiscus, certum est eam esse tractandam in Curia sæculari, & refert ita fuisse declaratum per Cancellarium Manegat 6. Aprilis 1588. in causa contentionis inter Curiam Bajuliæ Generalis Cath. & Franciscum Despuig ex una, & Curiam Eccles. Barcinonæ, & Joannem Palau Rectorem Villæ de Matarò litigantes, an Scribania publica dicti Rectoris sit de districtu in præjudicium Scribaniæ, quam in dicta Villa habet dictus Franciscus Despuig, quæ est sub allodio Domini Regis, & ei solvit dictus Despuig certos annuos census, qui pereclitari poterant ex declaratione

ne facienda in dicta causa, & sic quia lædi poterat Regium patrimonium, testatur fuisse declaratum, dictam causam in Curia sæculari Bajuliæ Generalis esse tractandam. Egi de hac declaratione, & ejus materia *decis. 176. an. 12. p. 4.*

12 Quinto, sic fuit observatum per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Codina, Ferrer, & Pastor 21. Octobris 1659. in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Præpositum Præpositurę mensis Novembris Sedis Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, & Gasparem Sabater Mercatorem ex altera parte, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Fisci Procuratorem Patrimonialem Bajuliæ Generalis, & dictum Gasparem Sabater Mercatorem, procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica factis ad instantiam Canonici Francisci Valeri Procuratoris Francisci Taverner Canonici dictæ Ecclesiæ; & Præpositi Præpositurę mensis Novembris contra dictum Sabater Mercatorem, occasione laudemii prætensi pro venditione mansi Balle in Parochia Sancti Martini de Provencana empti per dictum Sabater, in cujus laudemii liquidatione ratione aquæ ad rigandum dictum mansum Balle, prætendit Fiscus Regii patrimonii Bajuliæ Generalis agi de suo interesse, sicque cognitionem ad Dominum Regem pertinere, & in Consistorio Bajuliæ Generalis agi oportere. Fuit declaratum his verbis: Firmæ juris in dicta Curia sæculari Bajuliæ Generalis per ejus Fisci procuratorem, & Gasparem Sabater Mercatorem factæ locum fuisse, & esse.

13 Et non obstante hac declaratione in Fisci favorem facta, prosequuta causa in Bajulia Generali per Fisci Procuratorem contra dictum Gasparem Sabater, & dictum Canonicum, & Præpositum Taverner, per cujus mortem continuata extitit contra Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Barcinonę, cui dicta Prepositura unita fuerat, insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, referente Magnifico Didaco de Ferrer, Regio Senatore 3. Februarii 1670. quoad dictum prætensum laudemium dicti mansi Balle, de quo in dicta contentione agebatur, sententia lata in Bajulia Generali 26. ejusdem mensis, & anni, fuit impositum silentium dicto Fisci Procuratori Bajuliæ Generalis, & absoluti Sabater, & Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ.

14 Sextò, sic pariter fuit observatum per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Aleny, Rull, & Tristani 16. Junii 1663. super beneficio Ecclesiastico sub invocatione Sancti Michaelis Archangeli fundato in Ecclesia Parochiali Sancti Laurentii de Massanet, vacante per promotionem Reverendissimi Francisci Pejoan ad Episcopatum Gerunden. de quo per suam Regiam Majestatem fuit præsentatus Canonicus Antonius Sala & Codina, & confirmatus per suam Sanctitatem, Bullis expeditis Romæ 18. Kalendas Julii 1660. prætendens Salvium Ciurana Presbyterum & Sacristam Parochialis Ecclesiæ Loci de Riudellots de la Selva amovendum esse à possessione, seu quasi dicti beneficii tanquam de patronatu laici eidem præsentati, & collati, fuit declaratum cognitionem pertinere ad Curiam sæcularem Bajuliæ Generalis. Qua declaratione non obstante, prosequuta causa in dicta Bajulia Generali fuit in ea declaratum, insequendo conclusionem in Regia Audientia factam in favorem dicti Salvii Ciurana Presbyteri, contra dictum Canonicum Sala & Codina, ut latè tradidi *decis. 254. num. 33. 34. 35. & 36. hac parc. 5.*

15 Ex istis declarationibus, & sententiis clarè liquet non constare plenè, nec semiplenè de interesse Fisci, ex quo in causa, & negotio principali succubuit, & nihilominus quia agebatur interesse Fisci, & poterat ei fieri præjudicium, & sic lædi Regium patrimonium, fuit declaratum pro qualitate attributiva jurisdictionis in favorem Curiæ secularis Bajuliæ Generalis

16 Unde minus benè dixit Marcianus *conf. 6. num. 12.* causam esse remittendam ad Regiam Cameram, dum vertitur interesse Fisci, intelligi debere de vero & reali interesse Fisci, non autem de aliquali præjudicio, sequitur Novarius *in pragm. 12. collect. 1. num. 6. versic. Adde, de offic. Procurat. Cæsaris.* Qia loquitur in terminis cujusdam pragmaticæ Regni Neapolis, & de jure ingenuè agnoscit, quòd quolibet interesse, sivè considerabile, sivè leve Regii Fisci potens est pro remissione causæ ad Regiam Cameram; aliter enim de ejus dicto non est curandum, quia est contra communem Doctorum sententiam.

Nec ex eo, quod in aliqua, seu aliquibus declarationibus Cancellariorum Cathaloniæ constaret plenè, vel semiplenè de interesse Fisci, & fuisset in eis declaratum in favorem Curiæ sæcularis, ut in declaratione Cancellarii Manegat die 26. Apilis 1586. quam refert Ripoll. *var. resol. cap. 1. num. 179.* Sequitur de necessitate, quòd debeat constare plenè, aut semiplenè de illius interesse; sufficit enim, quòd agatur de rebus, in quibus Dominus Rex habet interesse ratione sui patrimonii, ut attrahat causam ad suum tribunal, etjam personas Ecclesiasticas, ut tradit idem Ripoll. cum declaratione Cancellarii Cathaloniæ *var. cap. 1. num. 181.* & meliùs quia periclitari poterant certi annui census, & sic lædi poterat Regium patrimonium, testatur idem Ripoll. fuisse declaratum contentione Scribaniæ Villæ Maratonis, contra Rectorem ejusdem Villæ, in favorem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, *variar. cap. 1. num. 241.* notavi supra *num. 11.* 17 18

Nec obstat 1. quòd qualitas tribuens jurisdictionem ante omnia probari debeat, Ego innumeris citatis *decis. 13. num. 3. & decis. 30. n. 78. part. 1.* & multis aliis laudatis, Quesada Pilo *differt. 18. num. 3.* Fermosin. *allegat. fiscal. 6. num. 3. & 4. part. 2.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ*, §. 29. *num. 135.* Et si qualitas delativa jurisdictionis negetur, non præsumptivè, & per indicia, sed plenè, concludenter & perfectè probari debet, Ego multis relatis *decis. 21. nu. 66. part. 1.* alios addunt Quesada Pilo *differt. 18. num. 5. & 6.* Fermosin. *allegat. fiscal. 6. num. 6. part. 2.* Qua de causa, ut quis privetur immunitate Ecclesiæ, vel privilegio fori, debet constare plenè, concludenter, & perfectè de delicto commisso, & qualitate illius, ut docent innumeri, quos laudavi *decis. 21. num. 62. & 86.* pluribusque rationibus exornavi *à num. 87. ad 92. part. 1. & decis. 80. n. 1. 2. & 3. p. 2.* & hanc tutiorem dicit Quesada Pilo *diff. 18. n. 15.* Latè Fermosin. *alleg. fiscal. 6. tota p. 2.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ*, §. 29. *à n. 44. cum multis seq.* Et causa immunitatis Ecclesiæ civilis est, Grassetus *in anatome necis proditoris*, §. 29. *sub num. 53. & num. 170. & in addit. fol. 20. nu. 199.* 19 20 21

Quia contrarium est verius, quòd qualitas tribuens jurisdictionem, etiamsi negetur, non est plenè probanda, ex quo in probatione qualitatis sufficiunt leviores probationes, nam in quæstionibus emergentibus ad causam principalem incidenter, & secundariò, & per modum causæ non requiritur plena causę cognitio, ut cum pluribus tradidi *decis. 21. n. 76. 77. & 78. p. 1.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ*, §. 29. *n. 104. versic. Et in terminis, in fine.* Et sic ut quis privetur immunitate Ecclesiæ, vel privilegio fori, non requiritur plena, & concludens probatio delicti commissi, & qualitatis illius, sed satis est semiplena per indicia ad torturam sufficientia, sic docent innumeri cum variis Senatuum decisionibus, quos laudavi *decis. 21. n. 75. & 93.* multisque rationibus probavi *à n. 76. ad 85. & à n. 94. ad 100. par. 1. & decis. 80. n. 4. & 5. p. 2.* quibus addendi sunt Quesada Pilo *differt. 18. n. 14.* Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ. 60. num. 141.* Don Didacus Frances de Vrritigoyti *de competen. jurisd. quæst. 14. à num. 23. & quæst. 15. à num. 27.* & me citato *quæst. 70. 96. & 97.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ*, §. 29. *à num. 170. signanter à num. 176. & contrariis respondet*, §. 31. *toto.* 22

Sed meliùs respondetur, quod objectum in criminalibus procedit; at non in civilibus, & in causis immunitatis Ecclesiæ proceditur, sicut fieri solet in causis criminalibus, & ad instar causarum criminalium, cùm de crimine saltem incidenter agatur, quatenus judicium pendet ex eo, an reus delictum exceptum commiserit, ita Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 10. numer. 150. & 151.* refert Grassetus *in anatome necis proditoriæ in additionibus, fol. 22. nu. 208.* quidquid ipse interpretetur *num. 211.* 24

Non

Non obstat 2. quòd Fiscus non potest extranere exemptum à suo foro, & ad suum tribunal attrahere, si adsit dubietas circa prætensam qualitatem jurisdictionis, ut in negotio principali, ut docent Quesada Pilo, *dissert.* 18. *n.* 28. 29. & 30. Galeota *contr. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 19. Staybanus Junior *resolut.* 194. *à numer.* 24. *tom.* 2. *per text. quem dicunt singularem in l. Si debitum*, 3. *C. Quando Fiscus, vel privatus*, ubi expressè statuitur, quòd si debitum hi non inficiantur, quos obnoxios esse debitoribus Fisci asseritur, tunc ad solutionem coram Procuratore Cæsaris compelli possunt; sed si quæstio aliqua ab eis referatur, coram dicto Procuratore Cæsaris compelli non possunt.

26 Quia objectum procedit, quando Fiscus vult convenire directè debitorem sui debitoris; & adhuc in istis terminis concludit communis Doctorum schola, quòd Fiscus potest convenire debitorem sui debitoris coram Judicibus Fiscalibus, quidquid in contrarium dicant *glos. in l.* 3. *C. de primipil. lib.* 12. Reg. Vico *ad pragmat. Reg. lib.* 1. *tit.* 11. *cap.* 23. *n.* 35. *in fine*, Mansonius *de causis exequutivis*, *ampl.* 8. *n.* 32. Staybam. Junior. *tom.* 2. *resol.* 194. *à n.* 1. *cum seq.* quia contra eos, & alios est verior sententia, quam docent, & sequuntur Barbosa *in l.* 3. *C. Quando fiscus, vel privatus*, Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 16. *sub n.* 24. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *n.* 706. Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 12. *num.* 18. Quesado Pilo, *dissert.* 18. *num.* 17. Xammar. *de offic. Judic. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 71. ita practicari testantur Peregrin. *de jure Fisci*, *lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 28. Guttier. *de gabell. q.* 164. *n.* 11. *in fine*, Farinac. *frag. crim. par.* 1. *litera F*, *n.* 184. decisum testatur idem Staybanus Junior. *tom.* 2. *res.* 194. *in fine.*

27 Respondetur 2. quòd dicta *l.* 3. *C. Quando Fiscus, vel privatus*, loquitur in casu speciali debitoris debitoris Fisci, quem compelli non potest cor. Procuratori Cæsaris, si quæstio aliqua ab eo referatur. At in aliis casibus sufficit Fisci interesse, ut attrahat quascumq; personas, etiam Ecclesiasticas ad Judices Fiscales, quamvis quæstio, vel dubietas aliqua referatur, Alfarus *de offic. fiscal. glos.* 16. *sub n.* 24. *col.* 3. *vers. Imò*, & fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Puigmari 1. Februarii 1631. in casu relato supra *numer.* 8.

28 Respondetur 3. quia ut dictum est, non est necessarium constare plenè, nec semiplenè in causis civilibus de interesse Fisci, ut trahere possit quoscumque etiam Ecclesiasticos ad suum forum, sed sufficit, quòd agatur de interesse Fisci, & possit præjudicium fieri fisco, & sic lædi Regium patrimonium, & sic fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Manegat, & in binis declarationibus Cancellarii Sunyer in casibus respectivè relatis supra *num.* 11. 12. 13. & 14.

29 Et si vis scire, quando, & in quibus casibus possit fiscus convenire debitorem sui debitoris, videndi sunt Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 6. *tit.* 7. *à n.* 25. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *de solutionibus*, *resol.* 16. *n.* 3. 4. Guttier. *de gabel. q.* 164. *à n.* 8. & 18. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 16. *privil.* 4. *n.* 31. Xammar. *defin.* 10. *n.* 19. 30. & 39. Bolero *de decoctione debitor. fiscal. tit.* 5. *quæst.* 17. *n.* 27. Olea *de cessione jur. tit.* 4. *quæst.* 4. *n.* 45. Suarez *l.* 1. *tit. de las arrhas*, *n.* 14. Stayban. Junior. *tom.* 2. *resol.* 194. *n.* 68. Quesada Pilo, *dissert.* 18. *à num.* 25.

30 Nec obstat 3. quòd fiscus ad obtinendam attractionem ad suum forum debeat habere interesse formatum, & apertum in causa, idq; ex æquitate, ne detur occasio fraudandi, & remittendi ad Judicem fiscalem. Quesada Pilo, *dissert.* 18. *n.* 29. & 30. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *n.* 705. Baron. *de citat. tom.* 3. *annotat. ad q.* 25. *n.* 1. Thoro, Scialoya, & alii plures ex citatis *n.* 8.

32 Quia contrarium est verius, quamvis fisci interesse non sit formatum, sed valdè remotum dependens ex multis conditionibus, probat Fontanella *dec.* 557. *n.* 3. 6. & 20. *cum seq. par.* 2. sequitur Luca *ad Franchis decis.* 117. *sub n.* 4. *vers. Quæritur*, & *vers. Difficultas remanet*, exemplum est, si Dominus Rex ad aliquod fideicommissum, deficientibus pluribus conditionibus, ob defectum aliorum antea in vinculo vocatorum, sit ultimo loco vocatus, nullum est dubium, quòd fiscus habeat interesse, & propter præjudicium, quod ei fieri potest, causam debet attrahere ad suum forum, videatur Fontan. cum decisione nostri Senatus confirmata in causa supplicationis *dec.* 557. *tota*, *signanter à n.* 20. *par.* 2. Villaplana *in addit. ad Peguer. in constit. Item ne super laudemio*, *prælud.* 1. *n.* 57. & 38.

Nec mirum quia fideicommissarius conditione pendente dicitur habere jus in spe probabile de præsenti in bonis fideicommissi, Fusarius plures allegat *de substit. quæst.* 72. *tota*, Giurba *ad consuetud. Messan. capit.* 1. *glos.* 3. *par.* 1. *num.* 62. Fontanella *dict. decis.* 557. *n.* 21. *par.* 2. Luca *ad Franchis*, *decis.* 117. *n.* 4. *vers. Quæritur*. Nam ut dictum est *n.* 4. Fiscus attrahit ad suum forum non solùm ob interesse præteritum, vel præsens, sed etiam ob interesse futurum. 33

ARGUMENTUM.

De materia præcedentium decisionum 252. 253. & 255. tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Bulla Adriani VI. patronatus Regii refertur.*

2 *Consultatio Regii Senatus Cathaloniæ missa 13. Februarii 1551. ad Imperatorem Carolum V. Regem nostrum refertur.*

3 *Conclusio Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, junctis Aulis, ex voto majoris partis, quæ legitur in libro conclusionum civilium, fol. 60. pagina 2. refertur.*

DECISIO CCLVII.

QUia in decisione 253. *n.* 17. & *à n.* 22. memini de Bulla Regii patronatus Adriani VI. eam infero, & est tenoris sequentis.

ADrianus Episcopus Servus Servorum Dei Charissimo in Christo filio nostro Carolo Regi, & Charissimæ in Christo filiæ Joannæ Reginæ Castellæ, & Legionis, ac Aragonum Catholicis salutem, & Apostolicam benedictionem. Eximiæ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Ecclesiam geritis, ac vestri Prædecessores gesserunt, indefessique labores, & quasi intolerabiles expensæ, quos pro expugnatione infidelium, & propagatione Christi fidei indesinenter substinetis, vestrique Prædecessores sustinuerunt, promerentur, ut Vestro, Successorumque Vestrorum honori consulamus. Hinc est, quòd Nos quascumq; concessiones juris patronatus præsentandi personas idoneas ad Ecclesias Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Monasteria quæcumque Consistorialia, Vobis, Vestrisque Successoribus quomodolibet factas, & quarumcumque literarum Apostolicarum desuper quomodolibet confectarum tenores, necnon alia quæcumque ad utilitatem, & efficaciam præsentium quomodolibet necessaria, & opportuna præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes motu proprio, & certa Nostra scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, authoritate Apostolica tenore præsentium concessiones, ac literas prædictas, & in eis contenta, quæcumque approbamus, & confirmamus & de novo facimus, supplemusque omnes, & si gulos, tàm juris, quàm facti defectus, si qui forsan intervenerunt in eisdem. Illaque perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, ac Vobis, Vestrisque Successoribus Castellæ, & Legionis, ac Aragonum Regibus pro tempore existentibus, etiam ubi Vobis jus præsentandi personas idoneas ad omnes, & singulas Metropolitanas, & alias Cathedrales Ecclesias, necnon Monasteria, quæcumque Consistorialia in Castellæ, & Legionis, ac Aragonum, & Valentiæ; necnon Cathaloniæ, cæterisque Hispaniarum Regnis, & dominiis consistentes, & consistentia, dum illas, & illa deinceps perpetuis futuris temporibus per cessum, vel decessum modernorum, & pro tempore existentium illorum, vel illarum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuerint, seu Ecclesiarum, vel Monasteriorum hujusmodi administrationibus, aut commendis cessantibus, sive per translationem, aut aliis quibusvis modis, & ex

quo-

quorumcumque personis, propter quam apud Sedem Apostolicam vacaturas, & vacatura eisdem scientia, & potestatis plenitudine; reservamus, & concedimus, decernentes juspatronatus, & præsentandi hujusmodi, illius omninò naturæ, & vigoris existere, cujus juspatronatus Regum ex fundatione, & dotatione existit, & quascumque provisiones commendas, administrationes, uniones, ac dispositiones, tàm de vacantibus, quàm de vacaturis etiam per viam accessus, & regressus, vel aliàs quomodolibet, etiam de consensu illas, vel illa pro tempore obtinentium de Ecclesiis, & Monasteriis prædictis, absque præsentatione, aut expresso consensu Vestris, aut dictorum Successorum Vestrorum per Nos, aut Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem Apostolicam prædictam, quomodolibet de cætero faciendas, aut pro tempore factas, & quascumque literas Apostolicas, desuper quomodolibet pro tempore confectas, etiam quascumque derogationes, quorum jus Vestrum præsentandi, seu nominandi, etiam cum quibusvis efficacissimis, & plenissimis clausulis in se continentes, nullius roboris, vel momenti existere, Vosque ac dictos Successores Vestros, seu Vestrum aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non paritionem hujusmodi aliquas etiam in eisdem literis contentas censuras, & pœnas nullatenus incurrere posse, ac præsentes literas in eis contenta quæcumque valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, ac perpetuò inviolabiliter observare deberi in omnibus, & per omnia perinde, si de unanimi omnium Cardinalium concilio, & consensu consistorialiter, ut moris est, servatis quibuscumque servandis præstitis, emanassent, & quæcumque ad illorum validitatem, efficaciam, & perpetuitatem quomodolibet requisita, formaliter, & individuè nihil omisso interveniissent, & observata, & facta fuissent, & sic per quoscumque tàm ordinaria, quàm delegata, & mixta authoritate fungentes Judices, & personas ubique judicari, cognosci, atque decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quidquid secùs super iis à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, perpetuò decernimus, non obstantibus ultimi Lateranensis, & aliorum quorumcumque Conciliorum, necnon quibusvis de Ecclesiis, & Monasteriis prædictis per Nos, & Sedem prædictam pro tempore factis reservationibus, seu affectionibus specialibus, vel generalibus, necnon Cancellariæ Apostolicæ regulis pro tempore editis, & pro tempore edendis, & quibusvis aliis Apostolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi, etiam cum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, & cum quibusdam irritativis, annullativis, cessativis, revocativis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis; mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis; & insolitis clausulis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores, & Successores Nostros, ac Nos; & Sedem prædictam quomodolibet pluries concessis, & confirmatis; ac concedendis, & confirmandis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus speciali, & individua; ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit illorum omnium tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, seu formas ad id servandos pro individuo servatis habentes, hac vice dumtaxat; illis aliàs in suo robore remansuris; harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, sic igitur in Nostra & dictæ Sedis devotione persistatis, ut ad Vobis favorabiliter concedenda, perque Vobis, & eisdem Successoribus Vestris honor accrescat, meritò inducì valeamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, reservationis, concessionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1523. 8. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno secundo, Evangelista A. de Castillo, Registrata apud me Evangelistam.

Decisione 3. n. 2. decis. 7. n. 38. decis. 9. n. 18. & 73. in fine, Decis. 17. n. 4. decis. 28. n. 3. & 11. par. 1. decis. 237. n. 4. decis. 240. n. 13. & 14. par. 4. decis. 252. n. 6. decis. 253. n. 47. in fine, & n. 73. & decis. 255. n. 7. hac par. 5. & alibi plura comprobavi ex consultatione missa ad Imperatorem Carolum Quintum Regem nostrum per Regium Senatum Cathaloniæ die 13. Febr. 1551. prout fecit Oliba *de jure fisci, cap. 13. sub n. 16. & cap. 15. n. 16. & sub n. 29. & alibi*, quæ est tenoris sequentis,

S. C. C. B. M.

1. PEr Fratrem Joannem Exerrach Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitanen. nomine suo, & Castellani Ampostæ, & nonnullorum Fratrum dicti Ordinis Aragonen. sunt præsentatæ literæ patentes C. Majestatis V. Illustri Locum-Tenenti Generali, & huic Consilio datæ in Imperiali Civitate Augustæ Vindelicorum 10. Novembris 1550. & receptis humili qua decet reverentia, perlecto illicò illorum tenore in dicto Consilio ad obedientiam, nihil enim aliud unquam Nobis cordi est. Vidimus negotium hoc de regalibus esse, multis proinde circa id occurrentibus, salva semper superioritate Eminentissimæ Majestatis Vestræ cepit dubitatio. Si forsan intra obedientiam esset, jure utcumque ardua, atque perplexa, secundam expectare jussionem. Annotatis circumstantiis, quæ illud contingunt, & sunt annexæ, quæ cùm facti sint, & in facto consistant, possunt probabiliter ignorari.

2. Adducta fuit dubitatio coram dicto Illustr. Locum-Tenenti Generali expositæ causæ annuit, imò censuit M. V. Cæsaream esse consulendam, confici omnes ex fide innata, necnon ea, quæ ex debito officii Nobis injuncti astringimur, per quam loqui urgemur de illius clementia, & solita benignitate, præmissa adhuc protestatione, de qua tenemur, ex eo quod nihil affirmari intenditur, aut teneri, quod Sanctæ Sedi Apostolicæ resistat, nec decreta illius impugnet, nec Apostolicis quoque modo adversetur mandatis, sed sint omnia sub correctione ejusdem Sanctæ Sedis, cui omnem reverentiam, & spiritualem obedientiam, ut debemus, humiliter, firmiterque profitemur, nunc ad factum.

3. Ex duplici causa præcipitur Nobis executio provisionis Regiæ in dictis literis contentæ. Primò, ex re judicata in Curia Romana (de hac causa Seraphinus *dec.* 1337. meminit Ferrer *in Constit. Hac nostra, temp. 3. declar. 3. num. 4.* & latè Oliba *de jure Fisci*) contra Priorem, & alios Fratres dicti Ordinis Cathaloniæ, & Procuratorem Generalem, seu Generalis Cathaloniæ, necnon contra dictum Illustr. Locum-Tenentem Generalem, & hoc Consilium, cùm declaratum sit sequestrationes Præceptoriarum dictæ Castellaniæ, intra limites Cathaloniæ constitutarum, per Constitutiones Cathaloniæ decretas, & in vim illarum provisas, nullas, & temerarias fuisse, & esse, & sic tolli, & revocari, fructusque perceptos consignari debere Fratribus Aragonensibus, & Valentinis, respectivè per Magnum Magistrum de dictis Præceptoribus provisis. Secundò, ex nullitate dictarum Constitutionum in Curiis Generalibus Cathaloniæ per M. V. editarum, in quibus est decretum prædictum de sequestrandis Præceptoriis, & seu sub sequestro tenendis forma ibi expressa, cùm non fuerint per Sedem Apostolicam confirmatæ, atque ita veridicè contra Ecclesiasticam libertatem, ex eorum tenore judicatum sit.

4. Dubitamus utrum contra dictum Locum-Tenentem Generalem, & hoc Consilium ritè processum fuerit, atque ita legitimè judicatum, cùm citati non fuimus, nec auditi, & cùm id instituebant Castellanus,

& alii

& alii Fratres interesse prætendentes, decentius instituissent, priùs auribus Christianissimæ Majestatis Vestræ insinuare, quàm eandem, toramque Curiam, quæ in condendis Constitutionibus intervenit, atque ita universum populum Cathaloniæ, simul, & omnes prælatos ejusdem, qui pars Curiæ sunt, ea forma directè de violatione Ecclesiasticæ libertatis instituendo, apud Sedem Apostolicam denuntiare, & arguere, & dictum Locum Tenentem Generalem, & hoc Consilium merum in his executorem decretorum V. Majestatis, & Curiæ Generalis apud eandem Sedem, tàm gravi nota efficere, totque periculis, ac etiam, quæ ad administrationem Reipublicæ M.V. concernunt, velle implicare, & si ita decebat, inexcusabilis erat indecentia, si ad declarationem ventum est, nobis illorum arte apparenter citatis, & sic fictæ veracitatis.

5. Alia enim culpa Nobis adscripta est, proximè non dissimilis in literarum executorialium à dicta Curia emanatarum publicatione notata, quod non erat tutus accessus ad Nos, dicit testes de iis inductos fuisse Romæ, sicque obtinuisse. quod per edictum in albo publicarentur in Curia Romana, & extra in Ecclesia Oscen. & in Parochiali Montissoni, circa secundum, quod declaratum est in effectu dictas constitutiones esse contra libertatem Ecclesiasticam, & ut tales reputari debere.

6. Præsuppositis reverenter M. V. quòd in dictis constitutionibus, quibus decretum est, quòd non detur possessio Præceptorarium Castellaniæ, Ampostæ, intra limites Principatus Cathaloniæ constitutarum Fratribus dicti Ordinis, qui non essent naturales originarii dicti Principatus, quousque cum effectu provisum esset, quòd Fratres ejusdem Ordinis originarii, & naturales dicti Principatus in Commendis dictę Castellaniæ Ampostæ etiam in Regno Aragonum, & Valentiæ fundatis, ac abirentur, & de facto concurrerent, & admissi fuissent, & contra dictas constitutiones non concederentur executoriales, aut aliæ provisiones, hæc in Curia anni 1520. & hoc idem fortiori adhuc, strictiori forma, & observantia in aliis Curiis Generalibus per V.M. fuit constitutum, expressa est causa, ut ea æqualitate pax, & charitas inter Fratres dicti Ordinis, & inter regnicolas, qui in iis principale, & perpetuum deduxerunt interesse, stabiliretur, & è contrario zizania, discordiæ, & dissensiones in tam sancta, & tam necessaria Reipublicæ Christianæ, & religione tollerentur, & seu illis obviaretur.

7. Ex quibus, & quia per Principes hujus Regni, per Barones, & alios dicti Regni, Religio prædicta dotata fuerit, visum fuit M.V. & tribus Statibus Curiæ Generalis rationabile, ut dicta ordinatio procederet, non obstantibus frequentibus interpellationibus, & contradictionibus Statuum Regni Aragonum, & placuit M.V. ut dictæ constitutiones in contractum cum dicta Curia transirent, promittendo Curiæ per stipulationem juramento solemni firmatam, prædictas constitutiones tenere, & observare, & observari facere, & cùm contra formam illarum, quòd Michael Magius Vice Cancellarius residente V.M. Montissoni Curias Generales tribus Regnis anno 1542. celebrante, signasset literas executoriales, obtinuit Curia ibidem, quod revocarentur, quæ de facto revocatæ sunt, & deletæ, & novissimè censuit Serenissimus Princeps, non obstantibus executorialibus, per Celsitudinem Suam Montissoni expeditis rescribi dicto Illustri Locum-Tenenti, & sic reducere negotium ad illam cognitionem, & eo tempore intellexit Celsitudo Sua, videratque Supremum Consilium dictas sententias, & alias provisiones Romanæ Curiæ.

8. Exponimus etiam reverenter M. V. quòd ex constitutionum Generalium hujus Principatus præscripto, & ex forma provisionum Regiorum Officialium per V.M. Nobis commissorum, juramento, & sub excommunicationis pœna latæ sententiæ astricti sumus ad observantiam Constitutionum, & licèt quod contra libertatem Ecclesiasticam statutum esset in observantia, non includeretur tamen discussio in facto tandiu in Curiis publicè coram M.V. contracto, & discusso, & semper confirmato, videri potuit non facilem habere indaginem, præsertim instante, pro observantia universo Regno, & ad grave trahente quòd Consilium, quòd secundùm leges judicare habet, de legibus judicaret. Hoc itaque fuit apud hoc Consilium in consideratione, cùm processit provisio illa, & visum fuit, quòd simpliciter sine motivis procederet, & nisi omnibus provisionibus generale sit ad expressiones motivorum, non esse astrictos.

9. Item sunt in consideratione causæ dictæ constitutiones expressæ, & non maxima M.V. potestas, ut in pace sint Regna, & quietę, & quàm facillimum fuisset, si confirmationem Apostolicam habuissent constitutiones præfatæ, illam obtinuissent stantibus dictis causis, prout ut & alia longè difficiliora, majoraque, quarum aliqua inferiùs statim annotabuntur, in hoc Regio per M.V. exerceantur, sine quibus administratio temporalis maximum dispendium pateretur. Quinimò jura V. M. in Regno in tuto non essent, ex causa enim, atque ita pro bono pacis prohibitiones moderari convenit, ut æquum est, & supersederi in executione præceptorum etiam Apostolicorum, & alia similia ex similibus tolerantur. Fuit ulteriùs in consideratione, quòd in grave transiret exemplum apud gentes hujus Regni principalis, signanter quia, & Curiam faciunt, quod fieret constitutionum pactionatarum extra Curiam transgressio, & quodammodo revocatio, & signanter prædictarum, quas arbitrantur in magna æquitate fundari: dicunt enim, & protestantur, quòd Aragonenses intra se Dignitates, & omnia beneficia tenentur ex foris, itidem Valentini, & hoc ut fertur etiam in Regnis M.V. ulterioris Hispaniæ servatur, ex quo non improbabiliter sperari poterat non leve, quinimò maximum impedimentum in Curiis Generalibus.

10. In hoc Regno per V.M. plurima exercentur, & quamvis aliquando per Ecclesiasticam Curiam in contrarium insistatur, in partibus defenditur, quia ita antiquissimè observatum reperitur, si autem ad Romanam Curiam hæret aditus sub dubio, ut dici solet litis eventu, omniaque expectantur.

11. Proceditur etiam per M.V. in casibus Regaliæ contra Prælatos, & Clericos, & jubentur venire, & adducuntur, & capti detineri possunt per spatium viginti quatuor horarum, & cùm remittuntur Curiæ Ecclesiasticæ, eorum personæ onerantur illo processu. Ita quod si providentur per Regiam Curiam multa, ratione injuriæ M.V. irrogatæ, non possunt per Curiam Ecclesiasticam laxari, donec solverit dictam mulctam.

12. Item, cùm Clerici pro regalia capti remittuntur Curiæ Ecclesiasticæ, dantur in commendam, & sic per tres menses tenetur dicta Curia, de illis reddere rationem, & copiam facere Curiæ Regiæ.

13. Proceditur insuper contra dictos Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas impedientes cum suis processibus Regiam jurisdictionem, ad occupationem temporalitatum, & citantur ea ratione coram M. V. & comparere habent, & reddere de procedimentis rationem, stareque laudationi Curiæ, aliàs proceditur manu Regia ad occupationem dictarum temporalitatum, quæ tandiu detinentur, quamdiu sustinet illa procedimenta, & soluta sit emenda, & hoc exercebatur ante concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum.

14. Cognoscit V. M. de causis oppressionum in temporalibus contra Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas.

15. Cognoscit etiam contra Prælatos exemptos, quando proponeretur dilapidatio patrimonialium dictarum Dignitatum.

16. Cognoscit de privilegio Clericali, si venit Clericus per se producendo titulum Regiæ Audientiæ in Regia Curia; hoc enim erat ante dictam concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum? si verò fit repetitio per Curiam, & sic firmatur contentio, cognoscit juxta concordiam, & aliàs concordata, Cancellarius, qui est officialis V. M.

17. Cognoscit, M.V. de processibus Delegatorum Apostolicorum factis contra laicum, & in casu quo prætenditur impediri, seu turbari Regia jurisdictio, jubentur

bentur venire ad Bancum Regium, & in formare de causis suorum procedimentorum, & revocat illa, si Regio Consilio videatur.

18. Item, cùm remittuntur Clerici Curiæ Ecclesiasticæ, qui pro debitis civilibus capti detinentur in casibus permissis, oneratur dicta Curia, quòd illos detineat ad cognitionem Curiæ sæcularis, taliter quòd nec manuleutæ tradi possunt, absque cognitione Curiæ sæcularis, & per Curiam sæcularem cognoscitur de causa civili, propter quam fuerat provisa captura, & petita in bonis executio juxta rigorem contractus.

19. Regii Officiales facto processu, qui dicitur soni emissi, ingrediuntur Ecclesias, & alia loca immunitatis, sine assistentia Officialis Ecclesiastici, & extrahunt delinquentes, & si fieret resistentia per Curiam Ecclesiasticam, procederetur contra Prælatos; ad occupationem temporalitatum.

20. Ingrediuntur Officiales Regii etiam sine processu soni emissi domus Ecclesiasticorum, & extrahunt laicos sine assistentia judicis Ecclesiastici.

21. Officiales Regii compellunt Clericos conjugatos ad firmandas treugas.

22. Laici quamvis de sacrilegio impetiti coram Ecclesiastico firmat jus coram M. V. si non sit fides de qualitate, & præventione per Curiam Ecclesiasticam.

23. Compellitur dicta Curia ad declarationem R. Cancellarii revocare procedimenta, etiam quando processisset ad publicationem censurarum in vim Constitutionum Provincialium Tarraconæ.

24. Clerici qui non detinentur, eo tunc capti per Regiam Curiam, si firmant jus in posse Curiæ Ecclesiasticæ, & per eam formatur contentio, non audiuntur, nec concioni respondetur, & nihilominus capiuntur postea per Regiam Curiam, hinc dicitur, quòd prima captura est Domini Regis.

25. Cognoscit M. V. de guidaticis per eam concessis, etiam quando sunt Clerici guidati & si capti essent per Officialem Ecclesiasticum durante guidatico, liberari mandatur pro observantia guidaticorum, & extrahuntur manu militari jussu Regio à carceribus Curiæ Ecclesiasticæ.

26. Cognoscit V.M. de laicis, etiam quando in eodem delicto fuisset Clericus, & sic Clericus in Cathalonia iis casibus non attrahit laicum ad Judicem Ecclesiasticum.

27. Cognoscit V. M. de decimis Castri Ecclesiastici.

28. Item, cognoscit de juribus suis Regiis, & sic de concernentibus regalias, & Regium patrimonium, etiam contra Clericos.

29. Punit M. V. præsentantes citationes ad Curiam Romanam pro factis profanis.

30. Habet M.V. custodiam Ecclesiarum vacantium de suo patronatu Regio.

31. Concedit literas manutenentiæ in beneficiis Ecclesiasticis, & illis stantibus cognoscit contra Clericos de perturbationibus, & spolio.

32. Cognoscit V.M. in civilibus de Prælatis, & aliis exemptis.

33. Petuntur coram M.V. literæ manutenentiæ pro parte Sedis Apostolicæ pro beneficiis, quæ nomine Cameræ Apostolicæ interdum possidentur & concedunturtur.

24. Prælaturæ, & alia beneficia de Regio patronatu in Curia Romana vacantia, etiam quæ fuerint Cardinalium, non providentur nisi ad præsentationem, & nominationem M. V. & manu Regia custodiuntur.

35. Ex causa scandali, & quando convenire arbitratur, M.V. providet sequestra in jurisdictionibus, & fructibus Ecclesiasticorum.

36. Prælati obstricti sunt venire ad Curias vocati, & contribuunt in servitiis per Curiam factis, & subditi eorum solvunt in maridagiis, & coronariis Regiis.

37. Cognoscit M.V. de censibus quæ peterentur per Clericos, non obstan tequalirate Ecclesiæ, & mandat laicis, ne super iis compareant coram Judice Ecclesiastico, & cùm hæc ordinatio tempore Regis Petri publicata fuerit ad supplicationem Civitatis Barcinonæ, & postea in Provinciali Consilio Tarraconen. per Procuratorem Regis esse revocata, & demum per edictum revocatio confirmata, & voce præconis publicata; tandem ad instantiam dictæ Civitatis, dictus Rex, cùm Civitas non fuisset audita, habito super his maturo consilio, revocavit revocationem dicti statuti, & jussit dictam novissimam revocationem publicari, & hoc jure utimur.

38. Per Regias pragmaticas est dispositum, & per constitutionem Regis Alphonsi, quòd nullus, qui non est originarius suorum Regnorum, posset obtinere Prælaturam, Dignitatem, aut aliquod aliud beneficium, officium, aut administrationem Ecclesiasticam in aliqua parte suorum Regnorum, atque omnimodo, & cum omnibus remediis obviaretur executioni quarumcumque Bullarum, & gratiarum in contrarium expeditarum.

39. Confert M. V. beneficia per Prædecessores suos fundata, & cognoscit de illis in possessorio, & petitorio, & ad dicta beneficia concedit expectativas.

40. Ordinatum etiam est per Regias pragmaticas, quòd Clerici contribuant in fortificationibus murorum, & sic fuit ideò condemnatus per Regiam pragmaticam Episcopus Urgellen. Et licèt diebus non longè effluxis per aliquos Clericos Diœcesis Tarracon. de contributionibus in fortificatione murorum Civitatis Tarraconæ recusantibus solvere, causa sit introducta in Curia Romana super iis, & nunc Consules dictæ Civitatis Tarraconæ sunt præsentes conquerentes de dictis Clericis, qui obtinuerant à Romana Curia contra eos, & Civitatem provisiones, & literas censuræ, ne super prædictis molestentur ampliùs.

41. Hæc signanter jura Regia, quamvis longa narratione comprehensa M. V. ad propositum insinuare censuimus, eandem humiliter supplicantes dignetur, ut juxta animi nostri desiderium in obsequio, & obedientia M.V. consultatio reputetur, & super his Regiam mandare jussionem. Deus Optimus Maximus S.C.C.R.M. protegere, & custodire dignetur, cum fœlicitate Imperii, & Regnorum. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551.

V.S.C.C.R.M. perhumiles qui pedes, & manus V. M. deosculantur.

Doctores sui Regii Consilii Cathaloniæ.

Sequitur conclusio Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, junctis Aulis, ex voto majoris partis, quæ legitur in libro conclusionum civilium, fol. 60. pag. 2. de qua memini *decis.* 255. *nu.* 8. *& anu.* 13. *hac p.* 5. & est tenoris sequentis.

Die 2. mensis Augusti, Anno 1576. Barcinonæ in Regia Audientia, Præsidente Sua Excellentia, interfuerunt Reverendus, & Magnifici Franciscus Montaner Cancellarius, Adrianus Vilana Regens Cancellariam, Franciscus Xammar. Michael Ferrer, Antonius Ros, Petrus Sabater Fisci Advocatus, Michael Cordelles, Michael Quintana, Antonius Negrell. Franciscus Sala, Martinus Joannes Franquesa Fisci Advocatus, Damianus Osser, Petrus Balle, Franciscus Federicus Font & Pastor, & Paulus Agullana.

In facto propositionis factæ per Suam Excellentiam, in qua proposuit, quòd respondeatur per utrumque Consilium Civile, & Criminale, consultationi factæ per Suam Majestatem, cum suis literis, datis Anaranges 15. Maji proximè præteriti, & signanter super illo capite, An Bulla dicta in Cœna Domini obstet appositioni sub Regio sequestro Ecclesiarum vacantium de suo patronatus, vel Ecclesiarum non vacantium ex causa.

Attento per literas missas Regii Consilii præsentis Principatus Cathaloniæ, dat. Barcinon. 13. Februarii 1551. directis indelebilis memoriæ Carolo Imperatori Regi nostro, tunc fæliciter regnanti, constat inter cæteras Regalias, quas habet Majestas Regia in dicto Principatu esse, quòd vacantibus beneficiis de suo jure Patronatus habeat Dominus Rex custodiam dictorum beneficiorum, non ut fructus suos faciat, nec de illis disponat, sed tantùm ut per suos Ministros dictos fructus conservet futuro successori. Ex qua consuetudine maximè stantibus tot, & tantis subsidiis præstitis

sanctæ

sanctæ Sedi Apostolicæ, per Comites Barcinonæ, & Reges Aragonum præsumitur privilegium dictis Regibus concessum præcessisse. Nec dici potest dictam consuetudinem initium habuisse à die concessionis dicti juris patronatus facti dictæ Regiæ Majestati, per bonæ memoriæ Adrianum VI. de anno 1523. cùm de jure jam Regibus Hispaniæ competebat juspatronatus in Ecclesiis Regni sui, & non solùm dictis Regibus Hispaniæ, ut plures Doctores testantur, verùm etiam quibuscumque Regibus, & ideò dictus Adrianus in dicta suâ concessione affirmavit, jam ante dictam concessionem, competisse Regibus Hispaniæ dictum jus & propterea constat non simpliciter concessisse, sed tantùm confirmasse dictis Regibus, & quatenus opus esset de novo concessisse dictum jus patronatus, quæ narrativa, in qua fundatur dispositio dicti Romani Pontificis plenè probat.

Attento maximè, quòd dicti Reges Hispaniæ cum scientia, & patientia Romanorum Pontificum pro tempore, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum usi fuerunt dicta facultare custodiendi fructus Abbatiarum vacantium, quod colligitur ex tenore literarum Romani Pontificis Regiæ Majestati directarum relatarum per Doctores antiquos Regii Consilii, cum quibus conquerebantur de Regia Majestate, eo quod mandabat sequestris in dictis Abbatiis appositis, quod responderent de fructibus sequestratis personis nominatis, & præsentatis in dictis Abbatiis literis non expeditis, sed non conquestus fuit, eo quod Regia Majestas sub Regio sequestro fructus dictarum Abbatiarum vacantium posuisset. Quo etiam comprobatur per literas Brevis Apostolici bonæ memoriæ Pii V. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Martii 1568. Pontificatus anno tertio, cum quibus committebat Collectoribus Cameræ Apostolicæ, quod reciperent fructus omnium Apostolicæ, quod reciperent fructus omnium beneficiorum vacantium, quorum provisio reservata esset Sanctæ Sedi Apostolicæ, exceptis beneficiis, quæ essent de jure Patronatus Domini nostri Regis, & cùm exceptio facta in favorem Suæ Majestatis debeat esse de regula, intelligitur voluisse Romanum Pontificem, quòd in beneficiis de jurepatronatus Domini Regis vacantibus dicta sequestra fierent per Dominum Regem, vel per ejus officiales. Nec prædictis obstat allegata in contrarium Bulla in Cœna Domini, quoniam dicta Bulla tantùm disponit contra occupantes fructus beneficiorum, in quibus sunt Canonici possessores, & non Ecclesiarum vacantium, & dato quod posset intelligi in Ecclesiis vacantibus, disponit tantùm contra occupatores, & invasores fructuum Ecclesiarum vacantium, & contra eos, qui dictos fructus accipiunt, ut suos faciant, & non contra conservantes dictos fructus futuro successori, cùm dicta Bulla tantùm insurgat contra damnificantes Ecclesias, & non contra foventes, & conservantes fructus Ecclesiarum, & quamvis dicta Bulla de Regibus mentionem faciat, non tamen expressit de fructibus beneficiorum jurispatronatus Regii, cui juri patronatus Regii, non censetur derogatum, nisi de eo expressam mentionem faciat. Attento etiam quia in alio capite in dicta Bulla exprimitur, quòd non intendit Romanus Pontifex juri communi derogari, & cùm Regiæ Majestati, ut dictum est de jure communi in vim dictæ consuetudinis competat custodia Ecclesiarum vacantium de suo jurepatronatus. Constat dictam Bullam non comprehendere dictam custodiam, cùm dispositio generalis non tollat casum specialem legis antiquæ. Quibus, & aliis attentis, & aliàs fuit concluſum, quòd Regia Majestas per ejus Officiales conservetur, & manuteneatur in possessione, in qua, est ponendi sub Regio sequestro fructus beneficiorum sui Patronatus vacantium, præstita priùs idonea cautione, per dictos sequestros nominandos per dictam Majestatem, & ejus Officiales de benè, & legaliter se habendo in exercitio dicti sequestri, & de restituendis fructibus legitimo successori dicti beneficii, & aliàs prout est fieri solitum.

D. Michaelis de Cortiada, Tom. IV.

ARGUMENTUM.

An bona intestatorum tanquam vacantia Fisco quærantur, & applicentur, & an de eis cognoscat Judex Ecclesiasticus, vel secularis.

SUMMARIUM.

1 *Bona vacantia de jure Regali ad Regium Fiscum pertinent.*

2 *Bonorum vacantium cognitio pertinet in Cathalonia ad Bajulum Generalem.*

3 *Bona vacantia tribus modis dicuntur, n.3. Et generaliter dicuntur bona vacantia, quæ omni domino, omnique jure vacua sunt, & ab omni spe aditionis aliena, quæ ab aliquo fieri possit, n.4.*

5 *Bona vacantia ad institutum hujus decisionis dicuntur, ut Regio Fisco quærantur, quando aliquis ab intestato decedit sine descendentibus, aut ascendentibus, aut absque collateralibus, seu transversalibus usque ad decimum gradum, num.5. Et idem si relicto hærede, is hæreditatem non adierit, vel adire non potest, n.6.*

6 *Intestatus in proposito dicitur, non solùm is, qui decedit non facto testamento, sed etiam qui testamentum fecit, sed ex eo hæreditas adita non fuerit, vel adiri non potuit.*

7 *Fiscus excluditur à bonis defuncti, existente hærede instituto in testamento, ipsoque hæreditatem adeunte, vel existentibus ab intestato descendentibus, aut ascendentibus, aut collateralibus, agnatis, vel cognatis usque ad decimum gradum.*

8 *Consanguineus veniens ab intestato ad successionem defuncti ad exclusionem fisci, non sufficit si in genere probet consanguinitatem, sed tenetur probare lineam, & gradum consanguinitatis, incipiendo à primo stipite, aut certè à primo gradu transversali, qui est fratrum.*

9 *Successio ab intestato in transversalibus non defertur ultra decimum gradum.*

10 *Consanguinitas non est probanda genericè, & indefinitè, sed est probanda distinctè per singulos gradus à primo stipite, seu a primo gradu fratrum, quando ad successionem, vel alios actus certus gradus desideratur.*

11 *Consanguineus probata consanguinitate distinctè per singulos gradus præsumitur proximior, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.*

12 *Fiscus excluditur in bonis vacantibus intestati defuncti à marito, & uxore, num. 12. & 13. Amplia 1. etiamsi uxor non sit adhuc ducta ad domum viri, n. 14. amplia 2. in uxore Clerici conjugati, n.15. Limita 1. in sponsis de futuro, n.16. Limita 2. in uxore putativa, n. 17. Limita 3. in concubina, n. 18. Limita 4. si maritus expulisset uxorem de domo sine causa, n. 19. de quo in limitatione sequenti. Limita 5. si conjuges usque ad mortem cum bona gratia, & concordia non perduraſſent, n. 20. Limita 6. in conjuge occidente conjugem, n.21. Limita 7. in bonis feudalibus, & emphyteuticariis, n.22. Intellige, ut in n.23. Sed adverte ad ea quæ dicuntur, n.24. & 25. Limita 8. mortua uxore in socero, n.26.*

26 *Socer non succedit ab intestato generi suo, & è contra.*

27 *Vitricus non succedit ab intestato suo privigno, & è contra.*

28 *Pater spiritualis non succedit ab intestato filio spirituali, & è contra.*

29 *Compater, seu patrinus non succedit ab intestato compatri, nec commatri, nec filio, quem de Sacro Fonte levavit, & è contra.*

30 *Confessor, Pater spiritualis an possit esse testis pro pœnitente filio spirituali, & è contra. Et an compater possit esse testis pro compatre, commatre, & filio, quem de Sacro Fonte levavit, & è contra.*

31 *Confessor, Pater spiritualis an sit suspectus in causa*

pœnitentis filii ſpiritualis, & è contra. Et an compater ſit ſuſpectus in cauſa compatris, commatris, & filii, quem de Sacro Fonte levavit, & è contra.

32 *Nutritores, quorum uxores pro pecuniis lactant puerõs alienos, non ſuccedunt pueris ab inteſtato defunctis.*

33 *Tutor non ſuccedit pupillo ab inteſtato defuncto.*

34 *Hoſpitalia non ſuccedunt ab inteſtato pueris expoſitis, n.* 34. *&* 35.

36 *Peregrinis ab inteſtato decedentibus, qui ſuccedant, n.* 36. 37. *&* 38.

39 *Fiſcus tantùm excluditur à bonis vacantibus inteſtati defuncti in caſibus deciſis, & expreſſis in legibus.*

40 *Judex ſæcularis cognoſcit de bonis vacantibus inteſtati defuncti abſque legitimo hærede, & uxore, n.* 40. *idemque de bonis naufragatis, numer.* 41. *fallit ſi probatur defunctum teſtamentum confeciſſe, n.* 42.

43 *Fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus tenetur de bonis defuncti expendere funeris expenſas, & alia pia opera, num.* 43. *Attenta qualitate perſonæ ipſius defuncti, & quantitate bonorum juxta morem Regionis, n.* 44. 45. *&* 46. *Et quis Judex de hoc cognoſcat, n.* 47.

48 *Fiſcus Regius an ſuccedat Clerico ab inteſtato defuncto abſque conſanguineis, n.* 48. 49. 51. 52. 53. 54. 55. *&* 59.

56 *Civitates recognoſcentes ſuperiorem in bonis vacantibus ſuorum civium ab inteſtato defunctorum non ſuccedunt, n.* 56. *limita, n.* 68.

57 *Barones, ſeu Domini locorum in bonis vacantibus ſuorum vaſſallorum ab inteſtato defunctorum non ſuccedunt, n.* 57. *Limita, n.* 58.

60 *Conſanguinei ſuccedunt Clerico ab inteſtato decedenti, excluſa Eccleſia.*

DECISIO CCLVIII.

1 BOna vacantia ex jure Regali ad Fiſcum pertinent, & ei applicantur, & quæruntur, cùm regulariter Fiſcus in bonis vacantibus ſuccedat, ut pluribus juribus, & Doctoribus citatis docent Calicius, Sixtinus, Boſſius, Peregrinus, Belluga, Maſtrillis, Surdus, Grivellus, Tuſchus, Borellus, Ramirez, Cabedo, Solorzanus, Alfaro, Pichardus, Farinaceus, Ramon noſter, Bobadilla, Caſtillo, Novarius, Amaya, & Ripoll, quos citavi *deciſ.* 39. *num.* 19. *par.* 1. Roſſental. Fontanella, Gallus, Thoro, Bobadilla, Lara, Guttier. Solorzanus, quos addidi *in additionbus poſt. par.* 2. *deciſionum ad eundem, deciſ.* 39. *num.* 19. Fermoſinus, & Ricc. quos addit filius meus Don Sebaſtianus *in diſcurſu de juriſdic. Proreg. & Capitan. General. quæſt.* 16. *nu.* 28. quibus addendi ſunt Roland à Valle *de inventario, q.* 25. *num.* 6. *verſic. Quid dicendum*, Phanucius *de inventar. quæſt.* 273. *n.* 18. Idem Calicius *in extravag. Cur. cap.* 7. *caſu.* 83. Cævallos *com. cont. com. quæſt.* 144. *in prin.* Gail. *lib.* 2. *obſ.* 152. *n.* 8. idem Maſtr. *dec.* 123. *n.* 3. *lib.* 2. Montanus *de Regalib. tit. Bona vacantia, n.* 1. *fol.* 83. Franchis *dec.* 125. *n.* 12. ubi Luca *n.* 1. Fajardo *alleg.* 17. *n.* 5. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 59. plures alios cumulat *aliegat.* 32. *n.* 46. *&* 47. *& allegat.* 43. *num.* 10. *& allegat.* 43. *n.* 3. moderniores citat Romaguera in addit. ad Conciolum *ad ſtatut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 35. *n.* 28. & alii allegandi, *n.* 5.

2 Et in Cathalonia cognitio bonorum vacantium pertinet Bajulo Generali, Judice Regii patrimonii, Ripoll, Boſch, Ferrer, Deſpujol, Berart, & Ramon, privativè ad Regiam Audientiam, Ripoll, quos laudavi *dec.* 39. *n.* 20. *part.* 1.

3 Bona vacantia licèt tribus modis dicantur, ut tradunt Chaſſaneus *conſuet. Burgun. rubr.* 2. *in fine prin.* Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo Uxorem nomine Adelaſiam, num.* 360. *& ſeq.* Joannes de Platea *in l.* 1. *nu.* 3. *C. de bonis vacan. lib.* 10. Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ.* 20. §. 9. *in prin. & n.* 119. remiſſivè Amendola ad Franchis, *dec.* 125. *n.* 9. Boſſius *tit. de bonis vacantib. nu.* 8.

4 Tamen generaliter dicuntur bona vacantia, quæ omni domino, omnique jure vacua ſunt, omni ſpe additionis aliena, quæ ab aliquo fieri poſſit, ut ex quatuor juribus tradunt Amaya *in l.* 1. *num.* 1. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Fermoſin. *alleg. fiſcal.* 62. *n.* 30. notat Alfaro *de offic. fiſcal. gl.* 20. §. 9. *n.* 120.

Sed ad inſtitutum, bona vacantia dicuntur, quæ 5
Fiſco quæruntur, & applicantur, quando aliquis ab inteſtato decedit ſine deſcendentibus, aut aſcendentibus, aut abſque collateralibus, ſive tranſverſalibus uſque ad decimum gradum, *l.* 1. *gloſſ. verbo Legitimo*, ubi Bartol. *nu.* 11. Amaya *num.* 1. *verſic. Veluti, & nu.* 2. *&* 3. *l. Vacantia, gloſſ. verbo Linea*, ubi Joannes de Platea *numer.* 3. Novarius *num.* 1. *C. de bon. vacant. lib.* 10. *l.* 1. §. *fin. ff. de jure fiſci, l. Quidem*, 96. §. *Quoties, ff. de legat.* 1. & conſtituitur in *l.* 1. *ff. de ſucceſſ. edicto, l.* 4. §. *eadem, ff. de fideicomm. libert. l. Si hæredem* 10. *C. de inoffic. teſtam. l. fin.* §. *ſi quis in furore, C. de curat. furioſi*, l. penult. *C. de Præpoſit. ſacr. cubic. lib.* 10. *l. Recuſare*, §. *Sed ſi fiſco, ff. ad trebellian.* Valenzuela *in rub. num.* 2. *&* 3. *C. de bon. vacant. lib.* 10. Boſſius *in prax. crim. tit. de bonis vacant. num.* 1. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 2. Farinac. *frag. crim. litera F, num.* 115. Montanus *de regal. tit. Bona vacantia, nu.* 1. Tiraquel. *in tract. le mort ſaiſit le vif, part.* 2. *declar.* 15. *à numer.* 11. Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ.* 20. §. 9. *n.* 121. *&* 122. Gomez *in l.* 8. *tauri, num.* 26. *incipien. Poſtremo*, Avezedo *l.* 12. *in princ. & ſub num.* 4. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Molina *de juſt. & jure, tom.* 1. *diſp.* 164. *verſic. Undecima concluſio*, Thom. Valaſcus *allegat.* 37. *num.* 1. Borrel. *de reg. Cathol. præſtan. cap.* 14. *numer.* 2. Caſtr. Palaus *in oper. mort. part.* 7. *tract.* 31. *diſp. unic. punct.* 19. Surd. *conſ.* 518. *num.* 4. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 3. *numer.* 28. Cævallos *com. cont. com. quæſt.* 822. *à numer.* 12. Carraſc. *ad l. recop. cap.* 7. *ſub num.* 19. 15. 46. *&* 52. Maſtril. *de magiſtratib. lib.* 3. *cap.* 10. *à numer.* 365. Ramirez *de leg. Regia*, §. 26. *num.* 51. Caſtillo *de tertiis, tom.* 7. *cap.* 41. *à num.* 150. *ad* 154. Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 63. Pichard. *de acquir. hæred. cap.* 5. *à num.* 1. Roſſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 29. *num.* 3. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 9. *à numer.* 1. Tellus Ferdinandez *in l.* 3. *tauri, par.* 3. *numer.* 13. Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 24. §. *Et primò videamus, num.* 11. Grivell. *deciſ.* 144. *n.* 4. Spin. *in ſpec. teſtam. gloſſ.* 1. *princip. numer.* 37. *verſic. Deficientibus*, Cabedo *deciſ.* 51. 57. *&* 58. *part.* 2. Barboſa *in l. Si quis Presbyter, numer.* 3. *&* 7. *Cod. de Epiſcop. & Cler.* Merlinus *de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 9. *numer.* 1. *&* 6. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 1. 2. *&* 78. Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 6. *num.* 12. *p.* 1. *fol.* 145. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 41. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer.* 93. *numer.* 13. Fermoſin. *allegat. fiſcal.* 62. *à num.* 31. *par.* 1. Fajardo. *allegat. fiſcal.* 17. *la* 2. *numer.* 6. *& allegat.* 32. *à num.* 46. *& allegat. fiſcal.* 43. *numer.* 11. ex noſtris Cancer *par.* 1. *var. reſol. cap.* 5. *numer.* 28. *in fine*, Fontanella *deciſ.* 528. *num.* 9. *part.* 2. Ripoll. *de regal. cap.* 9. *à num.* 18. Ramon. *conſ.* 5. *à num.* 37. Romaguera ad Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 35. *n.* 28.

Et nedum quando quis decedit ab inteſtato, nul- 6
lo legitimo hærede relicto, bona vacantia pertinent ad fiſcum, ſed etiamſi teſtatus deceſſerit hærede relicto, ſi hæreditas non fuit adita, vel adiri non potuit. Nam inteſtatus in propoſito accipitur non ſolùm is, qui decedit, non facto teſtamento, ſed etiam qui teſtamentum fecit, ſed ex eo hæreditas adita non fuerit, vel adiri non potuit, *l. inteſtatus, ff. de verb. ſignif. l.* 1. *ff. de ſuis, & legit. hæred. l.* 2. *ff. de injuſto teſtament.* §. 1. *de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 2. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera F, num.* 115. Fajardo *alleg. fiſcal.* 17. *la* 2. *nu.* 20. notant Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 365. Tellus Ferdin. *l.* 1. *part.* 3. *n.* 13. Carraſco *ad leg. recop. cap.* 7. *n.* 52. Cyriacus *controver.* 396. *numer.* 13. *tom.* 2.

Et ſic exiſtente hærede inſtituto in teſtamento, ip- 7
ſoque hæreditatem adeunte, vel exiſtentibus aſcendentibus, vel deſcendentibus, aut collateralibus, ſeu tranſverſalibus uſque ad decimum gradum ab illius bonis vacantibus excluditur fiſcus, *ſecundum gloſſ. in l. va-*

l. vacantia; verbo Linea, ubi Bartol. Angel. & Joan. de Platea *C. de jure fisci, lib. 3. tit. 3. numer.* 3. Farinac. *frag. crim. litera F, n.* 129. Amaya *in l. 1. n. 3. in fine, & n.* 35. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Castillo *de tertiis, tom. 7. c.* 41. *n.* 153. *vers. Cæterum*, Fermosin. *allegat. fiscal.* 62. *n.* 40. Fajardo *alleg. fiscal.* 17. *la* 1. *n.* 1. & sentiunt omnes citati, *n.* 1. *&* 5.

8 Sed consanguineus veniens isto casu ad successionem intestati defuncti ad exclusionem fisci à bonis vacantibus, non sufficit, si in genere probet consanguinitatem, sed tenetur probare lineam, & gradum consanguinitatis, incipiendo à primo stipite, aut à primo gradu transversali, qui est fratrum, Tiraquel. *de retractu ligniager.* §. 1. *gloss.* 16. *num.* 9. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 20. §. 9. *n.* 134. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 9 3. *in fine, & de fideicom. art.* 43. *sub n.* 63. Farinac. *frag. crim. litera F, n.* 129. *in fine.* Quia successio ab intestato in transversalibus non defertur ultra decimum gradum, *l. Certum, C. Unde legitimi*, Covar. *de succession. ab intestato, n.* 11. Spin. *in specul. testam. gloss.* 1. *princip. num.* 26. Gallus *de except. tit.* 4. *excep.* 4. *à num.* 5. *part.* 1. Cancer *variar. resol. p.* 1. *c.* 5. *num.* 38. Fusar. *de substitut. q.* 381. *n.* 6. Gomez *in l.* 8. *tauri, n.* 5. Ciroccus *discep.* 36. *numer.* 6.

10 Et quando ad successionem, vel alium actum certus gradus desideratur, ut in transversalibus, seu collateralibus, non est probanda genericè, & indistinctè, sed probari debet distinctè per singulos gradus à primo stipite, seu à primo gradu fratrum, Decius *cons.* 321. *numer.* 13. Alciat. *regul.* 1. *præsump.* 28. *numer.* 9. Tiraquel. *de retract. ligniager.* §. 1. *gloss.* 16. *à num.* 1. Covar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 6. *num.* 6. *in fine*, Menochius *cons.* 816. *num.* 52. *lib.* 9. Gabriel. *com. conclus. lib.* 1. *de probat. conclus.* 6. *num.* 24. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 33. *numer.* 29. Peregrin. *de fideicom. art.* 43. *num.* 63. *&* 64. Farinac. *in prax. part.* 2. *quæst.* 69. *numer.* 111. Thesaur. *quæst. forens. num.* 3. *lib.* 1. Valenzuela *cons.* 105. *à num.* 52. *tom.* 2. Ciroccus *discept.* 23. *numer.* 45. Comez *in l.* 8. *tauri, num.* 2. Lara *de univer. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 15. Mascard. *de probat. conclus.* 410. *à numer.* 21. *tom.* 1. Barbosa *in cap. Licet ex quadam* 47. *num.* 6. *de testib.* Cæval. *comm. cont. com. par.* 3. *quæst.* 778. *num.* 51. 52. *&* 53. Mieres *de majoratu, part.* 2. *quæst.* 7. *num.* 5. Maresc ot. *lib.* 1. *var. cap.* 70. *toto*, Garcia. *de benefic. tom.* 2. *part.* 7. *cap.* 15. *à num.* 28. Marta *de succes. legali, part.* 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *à numer.* 17. *usque ad fin.* Castillo *contr. jur. tom.* 6. *capit.* 122. *num.* 1. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 6. *numer.* 34. Amostazo *de causis piis, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *sub n.* 49. 50. *&* 51.

11 Et tunc consanguineus probata consanguinitate distinctè per singulos gradus præsumitur proximior, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, Alexander *in l.* 15. *post numer.* 15. *vers. Conclud.* ubi Jason. *numer.* 8. *ff. de acquir. hæred.* Tiraquel. *de retract. ligniager.* §. 11. *gloss.* 1. *numer.* 5. Seraphin. *decis.* 1219. *num.* 1. *&* *decis.* 1282. *numer.* 8. Menoch. *cons.* 816. *nu.* 59. *libr.* 9. Cavaller. *decis.* 575. *num.* 7. Duran. *dec.* 105. *numer.* 2. *&* *decis.* 443. *numer.* 2. *&* *decis.* 447. *numer.* 8. Peregrin. *de fideicom. art.* 43. *numer.* 60. Surd. *decis.* 106. *num.* 8. *&* *cons.* 5. *num.* 34. *&* 35. *&* *cons.* 241. *numer.* 26. Burat. *decis.* 556. *num.* 2. ubi Ferentil. *litera B*, Molina *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 21. Castillo *controvers. jur. tom.* 5. *cap.* 93. *sub num.* 54. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 6. ubi Ybannez de Faria *num.* 33. Farinac. *in repert. ultim. volunt. quæst.* 5. Thesaurus *quæst. forens.* 61. *à num.* 10. *lib.* 1. Cirochus *discept.* 23. *numer.* 46. etsi aliter dicat Fachineus *controvers. jur. lib.* 6. *capit.* 43. quem impugnat Cancer *par.* 1. *var. resol. capit.* 5. *numer.* 65.

13 Prædicta ut deficientibus, seu non existentibus descendentibus, aut ascendentibus, aut collateralibus, seu transversalibus usque ad decimum gradum intestati defuncti succedat fiscus, intellige, quando decedens ab intestato non reliquit conjugem, ut notant Gomez *in l.* 8. *tauri, numer.* 26. *incipien. Postremo*, Cancer *par.* 1. *var. resol. cap.* 5. *num.* 37. *&* 38. Tuschus *practicar. conclu. litera F, conclus.* 392. *numer.* 1. *&* 9. Matienco *leg.* 12. *gloss.* 2. *num.* 2. *tit.* 8. *lib.* 6. *recop.* Castillo *de tertiis, tom.* 7. *capit.* 41. *sub num.* 154. Fagundez *de justit. & jure, lib.* 6. *capit.* 14. *num.* 8.

At Fiscus excluditur in bonis vacantibus intestati defuncti à marito, & uxore. Et sic si quis decedit ab intestato absque descendentibus, aut ascendentibus in infinitum, aut collateralibus, seu transversalibus usque ad decimum gradum, succedit sibi uxor, & similiter uxori succedit maritus. Tum propter unionem, quæ est inter virum, & uxorem, cùm sint socii divinæ, & humanæ domus, *l.* 1. *ff. de ritu nup. l. Adversus, C. de crim. expil. hæred.* Tum quia sunt duo in carne una, & propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, Genesis *cap.* 2. *in fine*, Matthæi *cap.* 19. *in prin.* Marci *cap.* 10. Pauli *ad Ephesios, cap.* 5. *in fine*, *cap. Debitum, de bigamis, c. Gaudemus, de divortiis, cap. Fraternitatis* 35. *quæst.* 10. Tum quia fiscus excluditur ex qualibet sanguinis linea, vel ejus legitimo titulo, *l. Vacantia, C. de bonis vacantibus, libr.* 10. & sanguinis linea nihil aliud est quàm jus cognationis; & juris legitimi tituli sunt vir & uxor, ut probant jura *in l.* 1. *C. Unde vir & uxor, l. unica, ff. eodem, l.* 1. *post princ. C. Si tabulæ testamen. nullæ extrahunt, l.* 2. *C. de petit. honor. lib.* 10. *l.* 1. *gloss. verbo Legitimo, in princ. vers. Item uxor, l. Vacantia, gloss. verbo Linea, C. de bon. vacan. lib.* 10. *gloss. in l. Affinitatis*, 3. *C. commun. de succession.* ita Joan. de Platea *in l.* 1. *num.* 3. *vers. Nunc quæritur, ibi: Item uxor*, ubi Amaya *num.* 3. *in fine*, 31. 32. *&* 33. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Novarius *in l.* 4. *num.* 9. Valenzuela *numer.* 32. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Decius *in l.* 1. *à numer.* 1. Jason *à numer.* 1. Curtius Junior *à num.* 1. & communiter Doctores, *C. Unde vir, & uxor*, Bossius *in praxi crim. tit. de bonis vacant. numer.* 5. Laudensis *de fisco, quæst.* 127. Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo Uxorem, statim in princ.* Cephal. *cons.* 53. *numer.* 65. *lib.* 1. Belluga *in spec. Princip. rub.* 24. *vers. Et primo, numer.* 12. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 4. Farinac. *frag. crim. litera F, num.* 131. Tiraquel. *in tractatu Le mort sai sit le vif. parte* 2. *declarat.* 15. *numer.* 1. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 4. Borrell. *de Reg. Cathol. præst. c.* 4. *num.* 9. *&* *seq.* Duennas *reg.* 73. Palac. Rub. *de donat. inter virum, & uxorem*, §. 15. *num.* 5. Pascal. *de pat. potest. part.* 2. *cap.* 1. *numer.* 62. *incipien. Post omnes*, Th. Valascus *alleg.* 37. *num.* 2. Alvarus Valascus *de portionib. capit.* 26. *num.* 1. Gomez *in l.* 8. *tauri, numer.* 8. Mastril. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 383. Sicque judicatum, & executum testatur, *decis.* 123. *lib.* 2. Covar. *de succes. ab intestato, num.* 11. *ad finem, vers. Verùm*, Spin. *in spec. testament. gloss.* 9. *princ. num.* 4. Fagundez *de justit. & jure, lib.* 6. *cap.* 14. *numer.* 7. Gallus *de except. tit.* 4. *tit.* 6. *à num.* 80. *&* *except.* 6. *numer.* 16. *part.* 1. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 20. §. 9. *numer.* 136. Matienco *l.* 12. *gloss.* 2. *numer.* 2. ubi Azevedo *num.* 2. *&* 3. *tit.* 8. *libr.* 5. *recop.* Pichard. *de acquiren. hæred. cap.* 5. *numer.* 4. *&* *in* §. *Sunt autem, num.* 27. *de honor. possess.* Rovas *in epit. succes. cap.* 33. Guttier. *pract. lib.* 2. *quæst.* 123. Castillo *de tertiis, tom.* 7. *cap.* 41. *numer.* 154. Marta *de jurisdic. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *à num.* 12. Fermosin. *allegat. fiscal.* 62. *à numer.* 41. Fajardo *allegat. fiscal.* 32. *num.* 80. Grivell. *decis.* 144. *numer.* 4. Ferrer noster *in Constit. Hac nostra temp.* 3. *declarat.* 7. *num.* 39. Cancer *par.* 1. *var. resol. cap.* 5. *num.* 38. *vers. Hac legitima successione.* Ramon *cons.* 6. *num.* 10. quidquid in terminis legis Castellæ 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* contrarium teneneat Tellus Fernandez *l.* 3. *tauri, p.* 3. *num.* 13. quem sequitur Carraseo *ad leg. recop. cap.* 7. *à num.* 47. & dubitet Palac Rub. *in l.* 31. *tauri, num.* 12. quia eos reprobant Matienco, Azevedo, Valenzuela, & Amaya, Alfaro, Castillo, Fermosinus, & Ramon *locis hìc citatis.* Et addit ipse Ramon, quòd si non constet, quis supervixerit, sed solùm appareat de morte uxoris, & non mariti, præsumptio juris est maritum ea tempestate vivere, & fuisse superstitem.

Amplia 1. etiam si uxor non sit adhuc ducta ad do- 14
mum viri, sed solùm sit sponsa de præsenti velata, & conjugata, excluditur fiscus in bonis vacantibus defuncti intestati, quia hæc uxor dicitur, *l. nihil. ff. rer. amotar. l. Cùm fuerit, ff. de condit. & demonstrat. leg.*

Nuptias, *ff. de reg. juris*, *can. Conjuges* 22. *quæst.* 2. Baldus *in l.* 1. Jason, Decius, Angel. Salicet. Alexand. Castren. *sub num.* 4. Curt. Junior, *num.* 10. *Cod. Unde vir & uxor*, Joan. de Platea, *in l.* 1. *numer.* 3. *versic. Nunc quæritur, ibi: Item uxor*, *C. de bon. vacantib. lib.* 10. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera F*, *sub num.* 131. Azevedo, *l.* 12. *numer.* 3. *versic. Et idem erit*, *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Gomez, *in l.* 8. *tauri*, *numer.* 21. Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 5. *à numer.* 81. *part.* 1. Marta *de succes. legal. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *sub num.* 26. Mastril. *decis.* 123. *num.* 7. *tom.* 2. latissimè noster Ilerdensis Ferrer *in Constit. Hac nostra temp.* 3. *declarat.* 4. *à n.* 1. *ad* 54. *& punctim*, *num.* 23. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 10. *à num.* 31. *& claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 1. *num.* 27. *&* 28. Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 6. *à n.* 41. *ad* 48. *& interminis*, *n.* 45. etsi aliter dicat Cancer *p.* 2. *var. c.* 1. *à num.* 167. *ad* 173. *et p.* 3. *c.* 11. *à num.* 115.

15 Amplia 2. in uxore Clerici conjugati, quæ fiscum excludit à bonis vacantibus mariti intestati defuncti, *l. Si quis Presbiter*, *C. de Epis. & Cler.* explicant Decius *in l.* 1. *numer.* 2. *versic. Et ista conclusio*, ubi Jason. *num.* 1. *in fine*, Curt. Junior. *n.* 4. *versic. Hanc regulam*, *C. Unde vir. & uxor*. Marta *de succes. legali*, *p.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *num.* 12. *vers. Item uxor*, *& numer.* 13. *&* 14. Tiraquel. *in tract. le mort saisit le vif*, *par.* 2. *declarat.* 15. *n.* 1. *versic. Etiamque vir*, Azevedo *l.* 12. *numer.* 3. *versic. Idem tamen*, *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Mastril. *decis.* 123. *num.* 6. *tom.* 2. Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 5. *à numer.* 85. *p.* & alii à me laudati *dec.* 125. *num.* 32. *p.* 3.

16 Limita 1. in sponsis de futuro, qui fiscum non excludunt à bonis intestati defuncti, quia sponsalia de futuro non sunt adhuc matrimonium, ita Jason *in l.* 1. *num.* 2. *versic. Secundo*, Castren. *sub n.* 4. Decius *num.* 6. Curt. Junior, *n.* 8. *C. Unde vir. & uxor*. Joannes de Platea *in l.* 1. *num.* 3. *versic. Nunc quæritur, ibi: Item uxor, de bon. vacan. lib.* 10. Marta *de succes. legal. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *num.* 23. 24. *&* 25. ubi, *num.* 26. declarat, ut non procedat, quando post sponsalia de futuro sequuta est copula carnalis, Gomez *in l.* 8. *tauri*, *num.* 21. Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 5. *num.* 56. *& sub n.* 81. *part.* 1. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 20. §. 9. *num.* 137. Ferrer. *in Constit. Hac nostra temp.* 3. *declar.* 4. *à n.* 33.

17 Limita 2. in conjugibus putativis, qui sibi invicem non succedunt, sed fiscus eos excludit à bonis vacantibus intestati defuncti, Alfaro *de offic. fisc. gloss.* 20. §. 9. *numer.* 136. *vers. Sed hoc in veris*, Marta *de succes. legal. par.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *à n.* 19. *ad* 23. Intellige, & declara per nostrum Ferrer. *in Const. Hac nostra temp. declar.* 4. *à num.* 55. *usque ad finem*, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 1. *à num.* 23. *ad* 27. Callum *de except. tit.* 4. *except.* 5. *num.* 40. 41. 42. *&* 43. *part.* 1. Cancer *var. resol. par.* 3. *c.* 11. *num.* 113. *&* 114.

18 Limita 2. in concubina, quæ non succedit concubinario, & consequenter fiscum ab ejus successione in bonis vacantibus non excludit, Jason. *in l.* 1. *num.* 2. *versic. Tertio fallit*, Decius *numer.* 8. Curt. Junior *num.* 12. *C. Unde vir et uxor*, quidquid dicat Joan. de Platea *in l.* 1. *num.* 3. *versic. Nunc quæritur, ibi: Item et legitima concubina*, *C. de bon. vacant. lib.* 10. nam eum impugnat Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 20. §. 9. *num.* 147. Farinac. *frag. crim. p.* 1. *litera E*, *sub num.* 131.

19 Limita 4. si maritus expulisset uxorem de domo sine causa, perdit ejus successionem, & fiscus non excluditur, Jason. *in l.* 1. *n.* 2. *versic. Quarto fallit*, Decius *num.* 9. *Cod. Unde vir. & uxor*, de quo *n. seq.*

20 Limita 5. si conjuges usque ad mortem cum bona gratia, & concordia non perdurassent, ut quia inter eos fieret divortium, quoad thorum, fiscus non excluditur à bonis vacantibus intestati defuncti, *l.* 1. §. *Ut autem*, *ff. Unde vir & uxor*, *faciunt jura in leg.* 2. *&* 3. *ff. de auro*, *et argen. legato*, videatur de hac limitatione Jason. *in l.* 1. *num.* 2. *versic. Quarto fallit*, *et num.* 7. Decius *num.* 10. Curtius Junior *num.* 14. *C. Unde vir et uxor*, Gomez *in l.* 8. *tauri*, *num.* 23. Petrus Barbosa *in l. Si ab hostibus* 11. §. *fin. numer.* 7. *in fine*, *versic. Et quando*, *ff. solut. matrim.* Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 5. *à* 59. *ad* 74. *part.* 1. Cancer *par.* 3. *var. resol. cap.* 11. *n.* 12. Valascus *in partition. cap.* 6. *à num.* 46. *signanter n.* 54. Fagundez *de just. et jure*, *lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 7. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *par.* 10. *n.* 38. *et claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 1. *n.* 29.

Limita 6. in conjuge occidente alium conjugem, 21
qui non potest ei succedere ab intestato, etiam conjunctis deficientibus, sed perdit successionem, quæ sibi defertur *ex l.* 1. *C. Unde vir et uxor.* ut tradit ibidem Bald. *num.* 3. de qua limitatione videndi *in dict. l.* Jason. *numer.* 2. *in princ.* Castren. *numer.* 4. Alexand. *num.* 11. Salicet. *num.* 5. Decius *num.* 11. latè Riminald. *col.* 4. Corneus *in fine*, *C. Unde vir. et uxor*, Alexand. *in l. Si ab hostibus*, 11. §. *fin. num.* 4. ubi Petrus Barbosa *numer.* 7. *versic. Ex qua ratione*, *et numer.* 8. *ff. solut. matrim.* Roland. à Valle *de lucro dotis*, *quæst.* 61. *numer.* 11. Decius *cons.* 525. *num.* 1. *et* 2. Menoch. *cons.* 502. *num.* 3. *lib.* 6. Boer. *decis.* 25. *numer.* 4. Jul. Clar. §. *Homicidium*, *num.* 17. ubi Bajard. *num.* 6 6. Farinac. *par.* 4. *de homicidio*, *num.* 120. *per totum*, *præcipuè n.* 25. Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 5. *part.* 1. *à numer.* 36. *qui num.* 38. Ampliat, si per negligentiam unius conjugis alter conjux mortuus sit, veluti si in infirmitate conjugis præmortui alter conjux non præstiterit necessaria, non adhibendo Medicum, vel illum adhibendo, sed notoriè imperitum, & vide, *numer.* 77. 78. *et* 79. Conciolus aliis additis, *resol. crim. verbo Occisio*, *resol.* 9. *per totam*, *et punctim num.* 2. & in Cathalonia *est text. in Constitut. unica*, *tit. des indignes de successions.* de qua plura Cancer *part.* 1. *var. resol. cap.* 6. *a num.* 1. in cujus limitationis ornatum si plura videre volueris, lege Doctores citatos, & Molinam *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 31. 32. *et* 33. Mieres *de major. part.* 2. *quæst.* 4. *illat.* 1. *à num.* 13. Paschal. *de pat. potest. part.* 4. *cap.* 8. Cyriac. *controv.* 217. *tom.* 2. Michalor. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 56. Menoch. *de arb. Jud. casu.* 356. *à num.* 94. Castillo *contr. tom.* 6. *cap.* 161. *à num.* 1. Noguerol. *alleg.* 22. *à n.* 183. Boss. *de patr. potest. cap.* 3. *à num.* 281.

Limita 7. in feudis, & bonis emphyteuticis, in 22
quibus maritus non succedit uxori, nec uxor marito, quia non dicuntur vacare, & pertinent ad dominum directum excluso fisco, Bald. *in capit.* 1. *tit. An maritus succedat uxori.* Tiraquel. *de retract. ligniager.* §. 1. *gloss.* 3. *numer.* 5. Marta *de succes. legal. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *num.* 16. 17. *&* 18. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 28. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera F*, *num.* 144. Rosental. *de feudis*, *cap.* 5. *conclus.* 54. *num.* 4. *& cap.* 7. *conclus.* 60. *num.* 13. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 386. Ramon multos alios cumulat *cons.* 5. *à num.* 37. conducunt Menoch. *de recup. poss. remed.* 9. *num.* 250. *versic. Vassallus*, Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 25. *num.* 62. *& de hæres.*, *quæst.* 90. §. 4. *à num.* 59. Alfaro *de offic. fiscal. gl.* 20. §. 10. *num.* 257. Fermosin. *allegat. fiscal.* 33. *num.* 14. *part.* 1. Barbosa *in cap. urgentis*, 10. *numer.* 17. *de hæretic.*

Intellige in bonis feudalibus, quæ de sui natura 23
ab hæreditate separata sunt, ut notat Bartol. *in l. Item videndum*, *ff. de petit. hæredit.* Secùs autem in feudo hæreditario, de quo idem judicatur, quod de hæreditate habetur, quia transit in quemcumque hæredem, etiam extraneum, ut cum Baldo, & Salicet. declarant Decius *in l.* 1. *num.* 12. *&* 13. Curt. Junior. *numer.* 16. *C. Unde vir & uxor*, Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 5. *part.* 1. *num.* 74. 75. *&* 76. conducunt loquentes de bonis emphyteuticis, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 59. *& de hæres.*, *quæst.* 190. §. 4. *num.* 63. Barbosa *in cap. Urgentis*, 10. *nu.* 7. *de hæretic.* Fermosin. *alleg. fiscal.* 33. *num.* 28. *par.* 1. & loquens de feudis, Boer. *decis.* 264. *num.* 8. Menoch. *de recup. poss. remed.* 6. *num.* 252. Farinac. *in praxi*, *p.* 1. *q.* 25. *n.* 71. Fajardo *alleg. fiscal.* 43. *à n.* 59. *signanter à n.* 68. Mastrill. *dec.* 86. *n.* 9. *lom.* 1. Fermosin. *allegat. fiscal.* 33. *à n.* 15. *part.* 1.

Sed

24 Sed adverte, quòd hæc limitatio 7. locum non habet in illis Regionibus, in quibus feuda, & jura emphyteuticaria sunt transitoria ad hæredes extraneos redacta ad instar patrimoniorum, ut in Cathalonia juxta *Constitut. Perco quæ 2. versic. Ajustans, tit. de dret. emphiteotich*, Socarrats, Oliba, Peguera, Despujol, Cancer. Fontanella, Xammar. & Romaguera, quos citat Collega Ilerdensis Villaplana *in addit Peguer. in Constit. Item ne super laudemio, versic. 6. num.* 1. quibus addo eundem Cancer *par. 1. var. cap. 15. num.* 124. Ripoll. *var. resol. cap. 7. numer. 194.* & de consuetudine in Regno Franciæ, Gallus *de except. tit. 4. excep.* 5. *part. 1. numer. 76. in fine*, Decius *cons. 268. numer. 6.* Parisius *cons. 13. num. 25. lib.* 1. Boer. *decis. 123. numer. 2. & decis. 269. num. 9.* Guido Papa *decis. 59. 133. 230. &* 297. Ludovicus Bellus *cum innumeris, cons. 1. num. 34. & consil. 2. num. 3. & cons. 3. num. 64. & cons. 4. n. 1. &* 81. *& cons. 5. numer. 1. & cons. 6. numer. 10. &* 14. *& cons. 37. num. 5.* & in patriam Pedemontium, & Sabaudia, Matthæus ad Guid. Papam *decis. 133.* Menoch. *de recup. poss. remed. 9. num. 151. & 252. & si dubitet, n.* 253. Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 25. num. 71.* Fermosin *alleg. fiscal. 35. n. 18.* Ludovic. Bellus *cons. 1. sub num. 34.* & in Mantua, Parisius, *cons. 13. numer. 27. lib.* 1. & in aliis Regnis, ut in Sicilia, & in Germania, Marta, *de succes. legal. p. 1. quæst. 12. art. 2. n. 21.* Hæcque consuetudo absque dubio valet, idem Paris. *consil.* 13. *à n. 24. lib.* 1. Guido Papa *dec. 297.* Ludovic. Bellus *cons. 1. n. 38. &* 52.

25 Quapropter in Bajulia Generali Cathaloniæ insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, referente Magnifico Joanne Colomer Regio Senatore 12. Julii 1673. fuit declaratum in favorem Fisci Procuratoris dictæ Bajuliæ Generalis contra Fratrem Don Ermengaudum de Barurell Monachum, & Camerarium Monasterii Sancti Cucuphatis Vallen. Ordinis Divi Benedicti, regaliam bonorum vacantium comprehendere bona emphyteuticaria transitoria ad hæredes extraneos, Scriba Dagui.

26 Limita 8. mortua uxore, vel è contra mortuo marito, socer non potest succedere ab intestato in bonis vacantibus defuncti viri, vel defunctæ uxoris, sed fiscus socerum excludit. Tum quia jura loquentia de viro, & uxore non extenduntur ad socerum, si de illo non loquantur expressè, *l. de viro, §. Si viro, ff. Solut. matr.* Tum quia jure affinitatis nemo ab intestato succedit, *l. Vitrico, 3. l. Amita, 5. l. Affinitati, 7. C. commun. de succession.* Tum quia hæreditates defunctorum ex legibus deferuntur, §. 1. *de hæred. quæ ab intest. defer.* & lex positiva expressè loquitur de viro, & uxore, non est igitur trahenda ad alias personas Sic Castren. Alex. Fulgos. Roman Jason. *n. 2. versic. Numquid autem*, Decius *à num. 14.* Curt. Jun. *à num. 17. C. Unde vir & uxor*, Bald. *in l. fin. col. 4. versic. Item quæritur an sis invenire, C. Unde legitimi*, Gallus *de except. lib. 4. except. 5. part. 1. à num. 51.* ubi *num. 54.* ait, affines esse illos, qui per virum, & uxorem propter matrimonium sunt conjuncti, & *num. 55.* inquit, maritum, & uxorem non esse affines, sed affinitatis principium, *l. Affinitatis, 7. gloss. fin. Cod. commun. de succes. l. Non facilè, §. Affines, gloss. verbo Ex nuptiis, ff. de gradib. §. Affinitatis, gloss. verbo Affinitatis, de nuptiis*, Tiraquel. *in tract. Le mort saisit le vif, part. 2. decl. 15. n. 2. &* 3. Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 3. numer. 5.* Mastril. *de magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 367.* Farinac. *frag. crim. part. 1. litera F, num. 121.* Cancer. *part. 1. var. resol. c. 5. numer. 40.* Olvad. ad Donel. *lib. 9. cap. 1. litera V*, Amaya *in l. 1. n. 22. C. de bonis vacant. libr. 10.* Fermosin. *allegat. fiscal. 62. nu. 49.* quidquid contrarium teneant idem Baldus, *in l. 1. num. 3. versic. Item quæro, si non extat vir, sed socer, C. Unde vir & uxor*, Joan. de Platea *in leg. 1. numer. 3. versic. Nunc quæritur, ibi: Si non extat vir. Cod. de bon. vacant. libr. 10.* quia contrarium est verius, & meritò eos impugnant Jasson, Decius, Curt. Jun. Tiraquel. Peregrin. & Farin. *locis hic citatis.*

27 Ex qua limitatione 8. infertur 1. quòd vitricus non succedit privigno in bonis vacantibus ab intestato defuncto. Et è contra privignus non succedit vitrico, sed unum, & alium fiscus excludit, *l. vitrico 3.* ubi Bald. & Castren. *nu. 1. C. comm. de succes.* Gomez *in l. 8. tauri, n. 24. versic. Item adde, prope finem, ibi: Et eodem modo vitricus*, Amaya, & Fermosin. *locis citatis, n. 25. in fine.*

Infertur 2. quòd Pater spiritualis non succedit filio spirituali in bonis vacantibus ab intestato defuncti. Et è contra, filius spiritualis non succedit Patri spirituali, sed fiscus unum, & alium exeludit, loquor clariùs: Confessor non succedit pœnitenti, nec pœnitens Confessori. Quia inter eos solùm est quædam gratuita, & sancta communio, quæ non est dicenda consanguinitas, sed spiritualis proximitas, quæ nihil commune habet cum bonis externis, profanis, & temporalibus, ut ex Nicol. & Ubaldo tradit Gomez *in l. 8, tauri, n. 24. versic. Item etiam adde, in fine*, & alii, *n. seq. allegandi.* 28

Per hæc existimo, quòd Compater, seu Patrinus non succedit compatri, nec commatri, nec eorum filio baptizato, quem de Sacro Fonte levavit quia inter eos non est consanguinitas, se cognatio spiritualis, videatur omninò Tiraquel. *in l. Si unquam, verbo Susceperit libros, à n. 26. ad 41. Cod. de revoc. donat.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 8. n. 18.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 82. in fine*, Fusar. *de substitut. quæst. 412.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 11. à num. 1.* quidquid ipse dicat, *num. 15. versic. Et non obstat, cum seq.* 29

Et si scire desideras, An Confessor, Pater spiritualis possit esse testis pro pœnitente filio spirituali. Et è contra, & an compater possit esse testis pro compatre, commatre, & filio, quem de Sacro Fonte levavit, & è contra? quidam negant, alii affirmant, alii dicunt, quòd non est testis integræ fidei, & omni exceptione major, verùm alii Judicis arbitrio remittunt, videantur Tiraquel. *in l. Si unquam, verbo susceperit liberos, numer. 30. 38. &* 39. *C. de revoc. donat. & de pœnis temperan. causa, n. 6. 7. &* 8. Mascard. *de probat. conclus. 332.* Menoch. *de arb. Jud. casu 100.* Cardoso *in prax. Jud. verbo Testis, numer. 24.* Farinac. *in praxi, crim. p. 2. quæst. 54. à numer. 198. ad 205.* Buccaron. *de diff. inter Jus civil. & crim. differ. 94. num. 6.* Barbosa *in l. Parentes, 5. num. 9. C. de testib.* Reverter. *decis. 154. versic. Verùm dicebatur*, Burat. *decis. 349. n. 2.* Novarius *in pragmat. 8. collect. 5. num. 8. de Official.* Surd. *de aliment. tit. 5. q. 11. n. 11.* Carol. de Grass. *de except. 24. num. 68.* 30

Si etiam scire desideras. An Confessor Pater spiritualis sit suspectus, & possit ut talis recusari in causa pœnitentis filii spiritualis. Et è contra, & an compater in causa compatris, commatris, & filii de Sacro Fonte levari possit, ut suspectus, recusari propter conjunctionem spiritualem, & è contra? quidam affirmant, quidam negant, alii dicunt standum esse consuetudini Regionis, videatur Jason. *in l. Apertissimis, numer. 7. versic. Sexta causa, C. de Judic.* Tiraquel. *in l. Si unquam, verbo Susceperit liberos, n. 29. &* 37. *Cod. de revoc. donat. & de pœnis temperand. causa 21. à numer. 5.* Maranta *de ord. Jud. part. 6. tit. An, & quando appelletur, n. 71.* Carol. de Crass. *de excep. excep. 24. à num. 66. ad 70.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 11. a num. 5. versic. Verùm, signanter numer. 11.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera I, numer. 839.* Carrasco *ad leg. recopil. cap. 9. numer. 123. &* 124. Rovit. *in pragmat. 1. numer. 35. de suspic. Official.* Novarius *in pragmat. 8. collect. 5. à n. 3. de Officialib.* Sanfelicius *dec. 83.* Guazin. *defens. 1. capit. 21. num. 61.* Marinis, *lib. 1. resol. iur. cap. 190. à num. 1. signanter num. 12.* ubi Rodoer. *à num. 6.* Thoro *in compend. decis. part. 1. verbo Suspicio an militet, fol. 533. & part. 2. verbo Compater, fol. 86. & in supplemen. decis. verbo Suspicio an militet in personam Officialis, fol. 623.* Scioloya, *de foro compet. cap. 9. num. 52.* Xammar. *de offic. Jud. part. 1. quæst. 14. à n. 64. ad 97.* Ripoll. *var. resol. cap. 2. numer. 230. 231. &* 232. Fermosin. *in cap. Si quis contra, 4. quæst. 30. num. 41. in* 31

princ. & num. 44. in fine, de foro compet. Fontanella *decis. 15. num. 22. 23. & 24. par. 1.* Sed adverte ne erres, sicut Practici nostri Xammar. Ripoll. & Fontanella, nam Xammar. *de offic. Jud. part. 1. q. 14. num. 64.* indistinctè dicit, quòd jure communi, sola compaternitas est justa suspicionis causa ad repellendum Judicem, *& num. 65. in fine* testatur, ita junctis tribus aulis Regiæ nostræ Audientiæ sub anno 1616. in causa Joannis Guiot, & Jacobi Monserrat decisum fuisse, Ripoll, *var. resol. cap. 2. n. 230.* quærit an Judex, qui est compater alicujus ex litigantibus, possit ut suspectus recusari per alium collitigantem, & *num. 231.* inquit, die 13. Septembris 1616. junctis tribus Aulis fuisse decisum, quòd Judex, qui est compater alterius partis, vel procuratoris illius, per aliam partem potest recusari. Postea ait, quòd si non opponatur; non est causa sufficiens, ad hoc ut Judex se abstineat à decisione, & voto dictæ causæ, ut suspectus, & statim refert determinationem illius causæ Joannis Guiot, & Jacobi Monserrat, Fontanella *decis. 15. num. 24. par. 1.* ait, verum esse, contrarium fuisse resolutum junctis tribus Aulis, quòd compaternitas non præstet sufficientem causam recusandi Judicem. Et addit postea audivisse, sed non esse ex nostris, qui de hoc recordaretur, uti cum aliquibus comprobasse. Vides Lector diversitatem, & modos loquendi Practicorum nostrorum. Veritas est, quòd compaternitas sola non sufficit ad recusandum Regium Senatorem, sic declaravit nostra Regia Audientia junctis tribus Aulis die 13. Septembris 1616. his verbis: In facto propositionis factæ per Magnificum Regentem Regiam Cancellariam, an Doctores Regiæ Audientiæ possint esse relatores, vel votum suum præbere in causa, seu causis, in quibus reperiuntur esse compatres actoris, vel rei, vel etiam si actor, vel reus sit procurator alicujus ex Doctoribus Regii Consilii, fuit visum posse esse relatores, vel vovere in dictis causis. Et iterum declaravit Senatus in Aula Regentis Cancellariam die 15. Octobris 1662. in causa Nobilis Mariæ de Tamarit, & Nobilis Ugonis de Tamarit matris, & filii ex una, & Michaelis de Tamarit ex altera, in qua iste me recusavit, eo quia dictus Nobilis Ugonis de Tamarit à Sacro Baptismate levavit filium meum Don Sebastianum, & sic compater meus, sed repulsam dictus Michael de Tamarit passus fuit, declarando suspiciones non procedere.

32 Infertur 3. quòd nutritores, quorum uxores pro pecuniis lactant pueros alienos, si isti pueri quandocumque decedunt absque consanguineis, illi non succedunt, sed bona deveniunt ad fiscum, *leg. Nutritoribus 10.* ubi Castrens. *numer. 1. & communiter Doctores, Cod. commun. de successionib.* Gomez *in l. 8. tauri, num. 24. versic. Item etiam adde, in princ.* Thesaur. *decis. 118. numer. 5.* Baeca *de decima, tutor. cap. 33. à numer. 14.* quos & alios citat Franchis *decis. 198. numer. 6.* quidquid dicant Lara *de anniversar. lib. 1. capit. 21. numer. 76.* Montanus *de regalib. titul. Bona vacantia, numer. 2. versic. Sed obstat,* Luca *ad Franchis, decis. 198. num. 2. versic. Et quod dicitur.* Quæ illatio tribus modis exemplificatur, ut dicit Castrens. *hic citatus.*

33 Primò in tutore, nam licèt aliqui teneant, quòd tutor, sivè testamentarius, sivè dativus succedit pupillo in bonis vacantibus non extantibus consanguineis, excluso fisco, *gloss. 1. in fine, in leg. Quo tutela 74. ff. de regul. juris,* quem sequuntur noster Ramon *consil. 5. numer. 50. versic. Sicut etiam,* & relati per Gomez, Baecam, Tiraquellum, Peregrinum, Farinacium, Mastrillum, Lucam, Amajam, & Fermosinum. Et alii existiment hæreditatem pro medietate dividendam inter tutorem, & fiscum, ut more rusticorum dixit Cavalcanus *de tutore, & curatore, numer. 336. & seqq.* verius tamen est, quòd tutor, sivè testamentarius, sivè dativus non succedit in bonis vacantibus pupillo deficientibus consanguineis, sed fiscus eum excludit. Quia nullo jure probatur successio tutoris in bonis pupilli, & non debet affectus tanti æstimari, ut tutor fisco anteponatur, sic Bartol. *in l. Quo tutela 74.* ubi latè Cagnol. *numer. 4. ff. de reg. jur.* idem Bartol. *in l. Nutritoribus 10.* ubi Angel. Roman. Castrens. *num. 2.* Jason. *numer. 10. versic. Item deficientibus aliis, Codic. commun. de succes.* Angel. Roman. & Jason. *in leg. 1. Codic. Unde vir & uxor,* Bald. *in leg. 1. coll. 4. versic. Item quæritur cum tutor, Cod. Unde legitimi, & in leg. Cum in eo, in fine, ff. de pactis,* Gomez *in l. 8. tauri, numer. 24.* Baeca *de decima tutoris, cap. 33. à num. 14.* Tiraquel. *in tract. Le mort saisit le vif, part. 2. declar. 15. num. 4. & 5.* Peregrinus *de jure fisci, lib. 4. tit. 3. num. 18.* Farinac. *fragment. crim. part. 1. litera F, num. 122. & 123.* Guttier. *de tutel. part. 3. capit. 43.* Mastril. *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. numer. 373.* Spinus *in specul. testament. gloss. 1. in princ. num. 38.* Borrel. *de Reg. Cathol. præstan. capit. 14. à num. 37. cum plurib. seqq.* Pascal. *de pat. potest. part. 2. cap. 1. numer. 79.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 9. n. 13.* Franchis *decis. 198. à num.* ubi Luca *numer. 2. vers. Tutor, cum seqq.* Barri *de succes. lib. 18. tit. 5. de succes. intest. num. 12.* Amaja *in l. 1. n. 30. Cod. de bonis vacantibus, lib. 10.* Fermosin. *allegat. fiscal. 62. num. 47.* Guttier. *de tutel. par. 3. quæst. 43. vers. Jure.*

Secundò, exemplificatur in Hospitalibus recipientibus, suscipientibus, & nutrientibus pueros expositis, nam licèt plures teneant, quòd Hospitalia succedunt expositis pueris ab intestato morientibus, excluso fisco, ut Tartaglia *in prag. fin. capit. 2. numer. 31. de compositionib.* Bald. *in l. Si qua illustris, num. 1. C. ad orfician.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. titul. 3. numero 16.* Pascal. *de pat. potest. parte 2. capit. 1. numero 71.* Riccius *ad Franchis, decis. 198. in princ.* ubi Luca *num. 1. & 2.* Montanus *de regal. titul. Bona vacantia, num. 2.* Farinac. *fragm. crim. part. 1. litera F, num. 134.* Mastril. *de magistr. libr. 3. cap. 10. num. 381. versic. Sic in expositis,* Gallus *de excep. tit. 4. excep. 6. num. 8. & 14.* Ramon noster *cons. 5. n. 50. versic. Item in expositis,* notant Amaja *in l. 1. num. 33. prope finem, versic. & eodem modo, Cod. de bonis vacant. lib. 10.* Fermosin. *allegat. 62. num. 45. gloss. in h. Nutritoribus 10. Cod. com. de succes.* & addit Tartaglia non valere gratiam à Principe obtentam absque remissione illorum, ad quos spectat jus succedendi, & refert exemplum, quòd in causa cujusdam inquisiti in magna Curia Vicariæ de stupro puellæ expositæ in Hospitali Divæ Mariæ Annuntiatæ Civitatis Neapolis opus fuit obtinere remissionem ab Oeconomis ipsius Hospitalis, referunt hìc citati, Riccius *versic. Ad hanc decisionem adde,* Pascal. *num. 72.* Luca breviter *numer. 2.* Verius tamen est, quòd Hospitalia pueris etiam majoribus effectis ab intestato morientibus non succedunt, sed eorum bona deveniunt ad fiscum, quia nullo jure cautum reperitur, quòd Hospitalia istis pueris expositis succedant, ut docent Castren. *in l. Nutritoribus 10. n. 3. C. com. de succes.* ad quem & alios se refert Bossius *in mor. par. 2. tit. 1. §. 43. n. 1584.* & patet ex his, quæ circa hunc articulum scripserunt Nicol. de Ubald. *de succes. ab intest. part. 5. num. 3.* Benedict. *in capit. Raynuntius, verbo Et uxorem nomine Adelasiam, decis. 5. à n. 25.* Gomez *in l. 8. tauri, num. 2.* Baeca *de decima tutor. cap. 33. à n. 14.* Franchis *decis. 198.* quos citat Paschal. *de patr. potest. par. 2. cap. 1. n. 73.* Riccius *ad Franchis, decis. 198. prope finem,* Barri *de succes. lib. 18. tit. 5. de succes. intest. num. 8. & 19.* Tiraquel. *in tract. Le mort saisit le vif, par. 2. declar. 15. num. 7. & 8.* 34

Imo addit Paschal. *de pat. potest. par. 2. cap. 1. n. 74.* quòd nutritoribus, & alumnis, quibus hujusmodi Hospitalia æquiparantur, jus querelandi non competit, & dicit post longam disputationem in specie concludere Plazam *in edit. delict. cap. 46. num. 6. & seq.* Farinac. *in praxi, par. 1. quæst. 14. numer. 49.* addo Riccium *in addit. ad Franchis, decis. 198. in fine.* 35

Tertiò exemplificatur in peregrinis, & advenis, quibus ab intestato decedentibus in peregrinatione non succedunt Hospitalarii, & Hospitalia in bonis 36

mobili-

mobilibus, quæ habent, sed eorum consanguinei & istis non existentibus, applicantur fisco, Paul. de Castro *in l. Nutritoribus* 10. *n.* 3. *versic. Tertio modo*, *C. com. de succes.* sed addit quia in multis locis contrarium servabatur, maximè Romæ, ut dixit Bart. & maximè in anno Jubilei, Imperator Federicus fecit authent. omnes Peregrini, *C. com. de succes.* & concludit Castren. tamen ibi malè servatur. Et quòd Hospitalia in bonis mobilibus non succedant Peregrinis, & advenis ab intestato decedentibus absque legitimo hærede, docent post antiquos Gomez *in l.* 8, *tauri*, *num.* 25. Paschal. post alios *de pat. potest. par.* 2. *capit.* 1. *n.* 74. quidquid dicat Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 6. *par.* 1. *num.* 13.

37 Benè tamen aliàs verum est, quòd Peregrinis, & advenis ab intestato morientibus absque legitimo hærede succedit Episcopus cum onere dispensandi bona ad pias causas, excluso fisco, *authent. Omnes peregrini*, ubi communiter Doctores, *C. com. de succes.* Castren. *in l. Nutritoribus*, 10. *n.* 7. *C. eodem*, Gomez *in l.* 8. *tauri*, *n.* 25. ubi intelligit in bonis mobilibus, quæ secum portant, secùs in rebus immobilibus, Borell. *de reg. Cathol. præstan. cap.* 14. *n.* 51. Mastril. *de Magistrat. lib.* 3. *capit.* 10. *n.* 390. Farinac. *frag. crim. par.* 1. *litera F*, *num.* 140. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 14. Quesada Pilo, *dissert.* 40. *sub num.* 36. Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 20. §. 9. *numer.* 139. Fagundez *de just. & jure*, *lib.* 6. *cap.* 14. *sub num.* 8. Castr. Palaus *in oper. mor. par.* 7. *de just. & jure*, *tract.* 31. *disp. unica*, *punct.* 19. *sub numer.* 9. Gallus *de except. tit.* 4. *except.* 6. *par.* 1. *à num.* 6.

38 Nisi Hospitalia, in quibus decesserunt, privilegium succedendi habeant, ut regulariter habent omnia Hispaniæ Xenodochia, ut inquit Castr. Palaus *hìc citatus*, & citat videndos Covarruviam, Navarrum, & Molinam. Et in hac Civitate Barcinonæ Hospitale generale Sanctæ Crucis habet Regium privilegium, ut succedat in bonis eorum, qui in dicto Hospitali moriuntur intestati absque liberis, ut in contradictorio judicio vidisse obtentum, & ad relationem Magnifici Francisci Ferruz Regii Senatoris meritissimi Regia sententia pronuntiatum testatur Ramon noster *cons.* 5. *n.* 50. *vers. Item in expositis*,

39 Sed omittendum non est, quòd licèt Doctores plures collegerunt casus ad exclusionem Regii Fisci à bonis vacantibus ab intestato defuncti absq; descendentibus, ascendentibus ad infinitum, seu absque collateralibus, usque ad decimum gradum, & absque conjuge, quos referunt, reassumpserunt Decius *in l.* 1. *n.* 20. *C. unde vir*, *& uxor*, Tiraquel. *in tract. Le mort saisit le vif*, *part.* 2, *declar.* 15. *n.* 6. 7. 8. *& 9*, Peregr. *de jure fisci*, *lib.* 4. *tit.* 3. *à num.* 7, *versic. Præterea*, *cum plurib. seq.* Farinac. *frag. crim. part.* 1. *liteta F*, *à num.* 128. *ad* 145. Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 20. §. 9. *n.* 139. Paschal. *de pat. potest. part.* 2. *cap.* 1. *à num.* 64. *ad* 76. Mastril. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *à n.* 372. *cum plurib. seq.* Thom. Valascus *alleg.* 57. Ramon noster *cons.* 5. 49. *& 50. toto*, Borell. *de reg. Cathol. præstan. capit.* 14. Amaja *in l.* 1. *n.* 33. *versic. Eodem modo*, *C. de bonis vacant.* 10. Fermosin. *allegat. fiscal.* 62. *num.* 43. Tamen fisc us tantùm excluditur in casibus à jure decisis, seu expressis in legibus, non autem ex authoritate Doctorum collectis, quia in materia successionis non est facienda extensio de similibus ad similia, ex quo hereditates deferuntur ex legibus, ut notavi suprà *n.* 26. & docent Peregrin. *de jure fisci*, *libr.* 4. *tit.* 3. *num.* 13. *versic. Tu adverte*, Montanus *de regal. tit. Bona vacantia*, *n.* 7. Fajardo *alleg. fiscal.* 32. *num.* 131. *& 132.* notant Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 20. §. 9. *n.* 139. Paschal. *de patr. potest. part.* 2. *c.* 1. *n.* 73.

40 Restat videndum. An de bonis vacantibus cognoscat Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis? Resp. quòd de de bonis vacantibus intestati defuncti absque descendentibus, ascendentibus, collateralibus, & uxore, cognoscit Judex sæcularis, & in Cathalonia Bajulus Generalis, ex traditis per Ripoll. *de regal. cap.* 9, *n.* 47. 48. *& 49.* Fajardo *allegation. fiscal.* 45. *numer.* 3. *in fine*, *& n.* 14. & à me congestis *dec.* 252. *à num.* 6. *hac part.*

5. Adeò quòd si super his firmetur contentio inter Curiam Ecclesiasticam, & sęcularem declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Curiæ sæcularis. Sic fuit decisum per Cancellarium Rovirolla, Consultoribus Torner, Senjust, & Puigmijà 15. Octobris 1601. in favorem Fisci Procuratoris Regii patrimonii Civitatis Dertuzæ, contra Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzæ super hæreditate, & bonis vacantibus Pertrandi, vulgò dicti de Adam intestati defuncti, nullis ascendentibus, descendentibus, collateralibus, & uxore relictis. Meminit de hac declaratione Reg. Vinnes *in primo discursu anni* 1638. §. 7. *vers. Aunque*, *col.* 3. *ad medium*, *fol.* 52.

Idemque est de bonis naufragatis, quę cùm inter 41
bona vacantia comprehendantur, ad fisc um pertinet, nullis legitimis successoribus, vel dominis existentibus, Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *à n.* 393. & alii plures à me citati copiosa allegatione *decis.* 39. *à numer.* 23. *part.* 1. addo Marinis ad Reverter. *dec.* 77. *num.* 1. *&* 2. taliter quod si super his firmetur contentio inter Curiam Ecclesiasticam; & sæcularem declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Curiæ sęcularis. Ita decisum per Cancellarium Eril, Consultoribus Carreres, Rubi de Marymon, & Llorens 17. Martii 1632. contra Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ, & in favorem Procuratoris Regii Campi, & Vicariæ Tarraconæ, ut tradidi *dec.* 39. *sub n.* 28. *part.* 1.

Si autem bona tanquam vacantia apprehendantur 42
per fisc um, & firmetur contentio inter Curiam Ecclesiasticam, & sæcularem, licèt Judex sæcularis prætendat aliquem intestatum decessisse, nullis descendentibus, ascendentibus, collateralibus, & uxore relictis, si per Curiam Ecclesiasticam probatur defunctum testamentum confeciss e, declaratur competentia in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, quia tunc cessat qualitas bonorum vacantium attributiva jurisdictionis ad Judicem sæcularem. Sic per Cancellarium Loris, Consultoribus Ferrer, Balle, Ros, Amell, & Puig 31. Octobris 1580. occasione apprehensionis bonorum, quæ fuerunt Jacobi Mata alienigenæ quondam in Villa de Vilaseca defuncti, cujus bona tanquam vacantia apprehensa fuerunt per Procuratorem Regium Campi Tarraconæ, sed quia constabat dictum Joannem Mata testamentum confeciss e 27. Julii 1564. de quo fidem fecit Joannes Solà Presbyter, & Vicarius dictæ Villæ, authoritatibus Apostolica, & Regia Notarius publicus, regensque Scribaniam publicam dictæ Villæ, & in eo dictum Jacobum Mata heredem instituiss e animam suam, fuit declaratum in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ.

Sed utrum fisc us succedens in bonis vacantibus 43
defuncto ab intestato absque legitimo hærede, & uxore, teneatur ex bonis defuncti pro ejus anima ad expensas funeris, & alia pia opera? Resond. quòd sic, Azevedo *l.* 12, *num.* 4, *propè finem*, *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil.* conducunt Gregor. Lopez *l.* 12. *glos. fin. tit.* 13. *part.* 1, Rodriguez *de concursu*, *part.* 1. *art.* 3, *n.* 6. Amostazo *de causis piis*, *tom.* 2, *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 55, *&* 57. *versic. Et probatur*, Villalobos *in summ. part.* 2. *tract.* 31. *diff.* 4. *num.* 2. *in fine*, qui docent quòd quando defunctus moritur intestatus, & non habet hæredes, tunc Judex ex bonis defuncti expensas funeris, & alia opera pro ejus anima facit, vendendo priùs mobilia, quàm immobilia.

Et tenetur Fisc us expendere pro anima defuncti ab 44
intestato pro ejus anima funeris expensas, Missas, & alia pia opera, quantum deceat, attenta qualitate persone ipsius defuncti, & quantitate bonorum juxta morem consuetum Regionis, prout tenentur facere hæredes ab intestato, si adsunt, *juxta textum in l. Si quis sepulchrum* 12. §. *Sumptus*, *ff. de relig. & sumptib. funer.* Guttier. *pract. lib.* 2. *quæst.* 46. *versic. Quid dicendum*, *ibi*: *Quare tam de jure*, Carrasco *ad leg. recop. cap.* 7. *n.* 29. 30. *&* 31. Angulo *de meliorat. l.* 13, *glos.* 4, *n.* 2. *&* 3. *tit.* 6. *lib.* 5. *recop.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7, *n.* 43. *& in polit. lib.* 5. *c.* 7. *versic. Lo quinto y ultimo*, *fol.* 806, Amostazo *de causis piis*, *tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 56.

In

45 In locis autem, partibus, & ditionibus, quibus non est Tribunal Regii patrimonii, si defunctus moritur ab intestato absque legitimo hærede, & uxore, Judex Ordinarius se intromittere potest, vel Parochus, vel Vicarius Episcopi etiam foraneus, ut disponat de mediocri, seu moderata quantitate bonorum defuncti ad expensas funeris, Missas, & alia pia opera pro anima ipsius defuncti, maximè si talis viget consuetudo, quę valdè rationabilis est, ad Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 78.* Cardinal de Luca *de testament. discurs. 24.* Amostazo *de causis piis, tom. 2. libr. 6. cap. 6. num. 54.* qui *n. 70. & 71.* tradit declarationem Sacræ Congregationis Episcoporum in Monte Pelusio 9. Maji 1581.

46 Sed fiscus jure Regni Castellæ *ex l. 36. tauri hodie, l. 10. tit. 4. lib. 5. recop.* decedente aliquo ab intestato, sivè masculo, sivè fœmina, absque legitimo hærede, teneatur expendere quintam partem bonorum defuncti pro ejus anima? Disputans Doctores in proximiore Successore veniente ab intestato, videndi sunt Didac. de Castillo *in l. 36. tauri, num. 3.* Anton. Gomez *n. 2.* Gomez Cornejo *in addit. à num. 2.* Gomez Arias *col. 3. versic. Sed in hoc casu,* Tellus Fernandez *num. 3. versic. Uterius, & num. 4.* Spin. *in spec. testament. glos. 2. in princ. num. 54. versic. Quod si,* Angulo *de meliorat. l. 13. glos. 4. n. 4. tit. 6. libr. 5. recopil.* Garcia *de expens. cap. 8. num. 2.* Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 46.* Matienco *l. 6. glos. 4. num. 3. & 4. tit. 4. lib. 5. recop.* Azevedo *l. 6. à num. 29. ad 33. & l. 13. numer. 12. tit. 5. lib. 5. recop.* Rojas *de succes. ab intestat. cap. 9. numer. 14.* Parlador. *rer. quot. tom. 2. differ. 25. num. 1. 2, & 3.* Valdes in addit. ad Rodoer. Suarez *in l. Quoniam in priorib. declar. 1. regul. ad princip. litera B,* Altamirano *de visitat. verbo Etiam testamentum, num. 59.* Vasquez *in opusc. de testam. capit. 9. §. 3. dub. 10.* Ferro Manrique *quæst. moral. 23. præcipuè, n. 1. part. 1.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 7. num. 43. 44. & 45. & in polit. lib. 5. cap. 7. versic. Lo quinto, & versic. El qual disputa, fol. 806,* Carrasco *ad leg. recop. cap. 7. toto,* Quesada Pilo *controvers. forens. c. 40. toto,* Amostazo *de causis piis, tom. 2. cap. 6. n. 72, 73. & 74.*

47 Quorum aliqui disputant, quis Judex Ecclesiasticus, vel secularis cognoscat de dubio, quod suscitur contra hæredes obtinentes hæreditatem ab intestato super erogatione alicujus portionis pro anima defuncti, nam Carrasco, & Solorzano dicunt posse cognoscere Judicem sæcularem ille *ad leg. recopil. cap. 7. fere per totum,* iste *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 7. & in polit. lib. 5. cap. 7.* Sed quòd spectet cognitio ad Judicem Ecclesiasticum, data prævention, in ejus tribunali decisum testatur Quesada Pilo *controv. forens. cap. 40. n. 42.* & ante eum Carrasco *ad leg. recop. cap. 7. num. 29.* At quòd ad Judicem Ecclesiasticum spectet cognitio, nulla data prævention in ejus tribunali, cùm quod magis disponitur in his dispositionibus sit purè spirituale, latè probat, & contrariis respondet Amostazo *de causis piis, tom. 2. lib. 6. cap. 6. à numer. 61. ad 79.* Sed quando fiscus succedit ab intestato in bonis vacantibus, an pertineat cognitio ad sæcularem Judicem, vel ad Judicem Ecclesiasticum, non inveni Doctorem aliquem, qui de hoc puncto tractaret.

48 Sed quæro. An Fiscus Regius succedat Clerico ab intestato defuncto sine consanguineis, Respond. quòd licèt plures Doctores gravis notæ teneant quòd non, sed succedit Ecclesia, si Clericus habet propriam Ecclesiam, & si non habet Ecclesiam, sed Altare, in quo habet beneficium, succedit Altare, tàm in bonis patrimonialibus, quàm in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, ut latè dixit *decis. 125. à num. 30. ad 35. part. 3.* quibus addi possunt Joan. de Platea *in l. 1. num. 3. versicul. Nunc quæritur, ibi: Item Ecclesia, C. de bonis vacant. lib. 10.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 3. num. 10.* Farinac. *frag. crim. part. 1. liter. F, numer. 132.* Azor. *instit. moral. tom. 2. libr. 8. c. 3. quæst. 11.* Menoch. *cons. 609. num. 4. lib. 7.* Mastrill. *de magist. lib. 3. cap. 10. num. 387. & 388.* Et aliqui ad-

49 dunt, quòd si Clericus non habet Ecclesiam, seu Altare, succedit Episcopus Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, non ut sibi appropriet, sed in usus pios convertat, Abbas *in cap. 1. de succes. ab intestat.* Farinac. *fragm. crimin. part. 1. litera F, numer. 132.* Mastrill. *de magistr. lib. 3. capit. 10. numer. 388.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 3. numer. 10. versic. si autem,* Azevedo *l. 13. num. 4. tit. 8. lib. 5. recop.*

Verùm invenio gravissimos Authores contrarium 50
tenentes, quòd Fiscus Regius succedit Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, tàm in bonis patrimonialibus, quàm in acquisitis intuitu Ecclesiæ, exclusa Ecclesia. Tum quia successio in bonis Clerici debet regulari secundùm successionem in bonis laicis. Tum quia mortuo Clerico ceffat privilegium Clericatus, quo erant affecta ejus bona, juxta *dec. 261.* Guid. Papæ, Sic aliquibus citatis, & reprobatis contrarii Alfaro *de off. fiscal. glos. 20. §. 9. numer. 140. & 141.* Carrasco *ad leg. recopil. cap. 7. à numer. 17.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 7. num. 41.* latissimè omninò videndus Fajardo *allegat. fiscal. 41. tota,* & ad Alfaro se refert Ramon noster *cons. 5. numer. 50. sub versic. Plures alios.* Et quòd Episcopus non succedat Clerico ab intestato defun- 51
cto absque consanguineis, reprobatis Abbate, & Baldo, tenet Fajardo *allegat. fiscal. 45. n. 17.*

At si teneas primam opinionem, quòd succedat 52
Ecclesia, seu Altare Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, & quo casu succedat Episcopus. Omissis limitationibus traditis per Carol. de Graf. *de effect. Cler. effect. 31.* Limitatur 1. ut procedat, si Clericus se obtulit, & destinavit Ecclesiæ, vel Altari, cum sua persona, & bonis, nam tunc Ecclesia, vel altare succedit Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis; secùs in simplici Clerico sæculari, qui non se obtulit, & destinavit Ecclesiæ, vel Altari cum sua persona, & bonis, quo casu Ecclesia, vel Altare non succedit Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, sic acutè, & doctè Fajardo omninò videndus *allegat. fiscal. 45. num. 15. & 16.* Barri *de succes. lib. 18. tit. 5. num. 8.* & cùm istæ oblationes, quas Clerici de suis personis, & bonis faciebant, in desuetudinem abierint, nec ampliùs Clerici particulari Ecclesiæ, vel Altari, se dicant, sed sæculari ritu vivant sine Altari, cui inserviant, concedendum est, quòd cessante causa, & qualitate successionis, propter quam jus Ecclesiis competebat, hodiè etiam secundùm strictam juris censuram, quòd nullum jus succedendi Clericis ab intestato decedentibus competit, ita Fajard. *alleg. fisc. 45. n. 18.*

Limitatur 2. ut procedat in bonis mobilibus, & 53
nominibus debitorum, quo casu potest procedere, quòd Ecclesia, seu Altare, vel Episcopis succedat Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, excluso fisco, quia bona mobilia, & nomina debitorum personam sequuntur; secùs autem in bonis stabilibus, seu immobilibus; nam tunc fiscus succedit Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, exclusa Ecclesia, seu Altari, vel Episcopo, quia bona immobilia habent conditionem distinctam à persona Clerici subjectam dominis temporalibus, per ea quæ scripsit Oldradus *cons. 17.* cum concordantibus adductis per Peregrin. *de jure fisci, lib. 1. tit. 2. num. 110.* & punctim idem Peregr. *de jure fisci, lib. 4. tit. 3. num. 10. versic. Advertere, cum sequenti,* quidquid eum impugnet Farinac. *frag. crimin. part. 1. litera F, sub numer. 132.* sed Peregrinum sequitur Fajardo *allegat. fiscal. 45. num. 25.* conducunt à me tradita *decis. 26. à numer. 29. ad 34. part. 1.* & cum magno ornatu *decis. 232. à numer. 6. ad 20. part. 4.*

Limitatur 3. ut casu quo Ecclesia, Altare, seu 54
Episcopus succedat Clerico ab intestato defuncto absque consanguineis, non potest hoc jure successionis intestatæ de facto occupare bona, sed si vult ea capere, debet hæreditatem Clerici ab intestato defuncti adire, antequam bona occupet, sic extensè Fajardo *allegat. fiscal. 45. n. 15.*

Dicet

55 Dicet forsan Curia Ecclesiastica, prædicta non procedere, extante consuetudine succedendi Ecclesiam, Altare, seu Episcopum Clerico ab intestato defuncto, prout asseritur extare, eamque validam esse, ex traditis à me *dec.* 231. *numer.* 8. *p.* 4.

56 Ad exemplum Civitatum recognoscentium superiorem, quę in bonis vacantibus suorum civium ab intestato defunctorum, non succedunt, *l.* 1. *Codic. de bonis vacant. lib.* 10. *l.* 3. §. *Municipibus*, *ff. de bon. possess.* Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 4. *tit.* 3. *numer.* 19. *&* 20. Tiraquel. *in tract. Le mort saisit le vif*, *part.* 2. *declarat.* 15. *numer.* 11. *in fine*, Farinac. *frag. crimin. part.* 1. *litera F*, *num.* 113. *&* 114. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 301. & alii plures, quos citant Valenzuela *in l.* 1. *numer.* 13. Amaja *numer.* 34. 35. *&* 36. Novarius *numer.* 1. *C. de bonis vacant. libr.* 10. Fermosin. *allegat. fiscal.* 62. *numer.* 48. 49. 50. *&* 51. Ad

57 exemplum etiam Baronum, seu dominorum locorum, qui in bonis vacantibus suorum vassallorum ab intestato defunctorum non succedunt. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 216. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *à num.* 365. Montanus *de regal. tit. bona vacantia*, *num.* 3. *&* 4. Novarius *in l.* 1. *numer.* 3. Valenzuela *num.* 14. Amaja *numer.* 26. *Cod. de bonis vacant. lib.* 10. Fermosin. *allegat. fiscal.* 62. *numer.* 5. Fajardo *allegat. fiscal.* 32. *à numer.* 46. *&* *à numer.* 93. Ripoll. *de Regal. cap.* 9. *num.* 19. *&* 40. Benè

58 tamen Civitates recognoscentes superiorem, & Barones, seu domini Vassallorum, quibus denegata est successio in bonis vacantibus, possunt hoc jus consuetudine, aut præscriptione in bonis vacantibus acquirere, sicut privilegio possent, ut post alios docent Novarius *in l.* 1. *num.* 6. Valenzuela *num.* 14. Amaja *num.* 57. *Cod. de bonis vacant. lib.* 10. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 370. *in fine*, Fermosinus *allegat. fiscal.* 62. *num.* 54. *vers. Et comprobatur*, Dominus Vicecancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 93. *numer.* 15. Ripoll. *de regal. c.* 9. *numer.* 8. *&* 9. Montanus *de regalib. in prælud. q.* 5. *numer.* 31. Fajardo pluribus additis *allegat. fiscal.* 32. *numer.* 106. Postius *post tract. de manuten. dec.* 312. *numer.* 6.

59 Quia distinguendum est inter jus regale bonorum vacantium, quando Clericus decedit ab intestato, nullis relictis consanguineis; & quando Clericus decedit ab intestato, relictis consanguineis. In primo casu, quando Clericus decedit ab intestato, nullis relictis consanguineis, ut Ecclesia, Altare, seu Episcopus extante consuetudine in bonis vacantibus succedat, hæc debet legitimè probari, aliàs secùs, *ex traditis per me decis.* 231. *num.* 9. *part.* 4. & debet esse legitimè præscripta, Fajardo *cum multis*, *alleg. Fiscal.* 32. *numer.* 106. secùs si non sit legitimè præscripta, *ad tradita per me decis.* 231. *numer.* 14. *part.* 4. præscriptione scilicet immemoriali, & non aliter, nam cùm sit de regalibus, *ut dictum est*, *numer.* 1. requirit tempus immemoriale ad ejus præscriptionem, Montanus *de regalib. quæst.* 5. *numer.* 31. *vers. Consuetudine*, Ego cum aliis *decis.* 231. *numer.* 15. *part.* 4. quidquid Doctores disputent, an jus regale in bonis vacantibus sit de majoribus, ut voluit probare Fajardo *allegat. Fiscal.* 32. *à num.* 48. vel sit de minoribus, ut voluerunt Postius *post tract. de manuten. dec.* 312. *numer.* 6. Ripoll. *de regal. cap.* 43. *à numer.* 66. *signanter numer.* 88. Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaur. *observat.* 93. *numer.* 16. Fajardo *allegat. fiscal.* 32. *numer.* 90. non sufficit solus decursus quadraginta annorum, sed requiritur titulus, vel immemorialis, Rota apud Postium *post tract. de manuten. dec.* 312. *numer.* 6. Fajard. *alleg. fiscal.* 32. *n.* 54. *&* 106. *& allegat.* 43. *num.* 13. & sentit Domin. Vicecanc. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observ.* 93. *à num.* 17.

60 In secundo casu, quando Clericus decedit ab intestato, relictis consanguineis, tunc vigore immemorialis consuetudinis Hispaniæ, & aliorum Regnorum succedunt consanguinei eorum usque ad decimum gradum in redditibus, & fructibus beneficiorum suorum, ac in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, exclusa Ecclesia, ut cum multis tradidi *decis.* 125. *num.* 36. *part.* 3. quibus addo Domin. Vicecancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat.* 54. *numer.* 4. *&* 5. Antunez Portugal. *de donat. reg. tom.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *num.* 78. *& tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 15. *num.* 43. *in fine*. Et cùm hæc immemorialis consuetudo sit præscripta, & completa, non potest prætendere Curia Ecclesiastica esse in possessione hujus successionis, nisi per legitimum tempus, & uniformiter probet, contrarium fuisse per Curiam Ecclesiasticam observatum, quia consuetudo prescripta, & completa, licèt aliquo tempore contrarium postea observetur, non interrumpitur, aut tollitur præcedens consuetudo, nisi per legitimum tempus uniformiter in hujusmodi casu contrarium fuerit observatum, ut docet Alexander, quem refert, & sequitur Ludovic. Bellus *cons.* 4. *n.* 20. Bonum tamen, & utile est consanguineis, quòd statim atque Clericus ab intestato decedit, accipiat possessionem domus, si quam habebat, & aliorum bonorum hæreditatis illius, & hoc modo salvabunt hæc bona, & si controversia super eis oriatur, tractanda est hæc causa in Curia sæculari.

ARGUMENTUM.

Quis sit actor, vel sit reus in nuntiatione novi operis, an nuntians, an nuntiatus, ut sciatur coram quo Judice Ecclesiastico, vel sæculari de ea tractandum sit.

SUMMARIUM.

1 *Nuntiatio novi operis quid sit*, *n.* 1. 2. *&* 3.
4 *Nuntiatio novi operis quotuplex sit*, *n.* 3.
5 *Nuntiatio novi operis per simplex verbum quomodo fiat.*
6 *Nuntiatio novi operis per jactum lapilli quomodo fiat.*
7 *Nuntiatio novi operis authoritate Prætoris quomodo fiat.*
8 *Nuntiationis novi operis differentia inter eam, quæ fit per simplex verbum, & eam, quæ fit per jactum lapilli, vel per authoritatem Prætoris.*
9 *Nuntiatio novi operis dumtaxat competit pro opere incæpto, vel præparato, non verò pro opere jam facto & consummato.*
10 *Novum opus quando quis dicitur facere.*
11 *Aedificium antiquum reficiens non facit novum opus*, *numer.* 11. *nisi sit funditus dirutum*, *num.* 12.
13 *Nuntiatio novi operis dumtaxat potest fieri quoad opera cohærentia solo*, *ad alia autem non pertinet.*
14 *Nuntiare novum opus quæ personæ possunt.*
15 *Minor an restituatur in integrum adversus spretam novi operis nuntiationem.*
16 *Nuntiatio novi operis quibus personis sit facienda.*
17 *Nuntiatio novi operis pro quibus rebus fiat.*
18 *Nuntiationis novi operis materia celeritatem desiderat.*
19 *Nuntiatio novi operis an possit fieri diebus feriatis.*
20 *Nuntiationis novi operis qui sint effectus.*
21 *Nuntiatus*, *ut cesset ab ædificio*, *potest appellare à provisione Prætoris novum opus nuntiantis.*
22 *Appellatur quoad utrumque effectum à sententia definitiva*, *sivè affirmativa*, *ut liceat ædificari*, *sivè à negativa*, *ut non liceat ædificare.*
23 *Appellatio quod effectum suspensivum non admittitur à sententia demolitionis novi operis.*
24 *Executio sententiæ non potest fieri diebus feriatis.*

25 *Actor*

25 *Actor quis sit, & quis sit reus in nuntiatione novi operis. An nuntians, an nuntiatus, numer. 25. referuntur quinque opiniones, num. 26. 27. 28. 29. & 30. sed arridet, quòd nuntians sit reus, n. 31.*

22 *Clericus in nuntiatione novi operis contra laicum potest adire suum Judicem Ecclesiasticum, & ab eo potere, ut fiat talis nuntiatio.*

33 *Laicus in nuntiatione novi operis contra Clericum potest adire suum Judicem sæcularem, & ab eo petere, ut fiat Clerico talis nuntiatio, num. 33. & 34. & vide n. 35. & 36.*

37 *Excommunicatus non potest novum opus nuntiare.*

38 *Excommunicatus reus necessarius potest ad judicium trahi, num. 38. & in eo potest comparere, & se defendere, & opponere omnes exceptiones ad sui favorem facientes, num. 39. etiam per se, secundùm veriorem opinionem, numer. 40. nisi quando excommunicatus contemnit absolvi, num. 41.*

42 *Reus necessarius quis dicatur.*

43 *Excommunicatus reus voluntarius non potest esse in judicio, nec in eo audiendus.*

44 *Reus voluntarius quis sit.*

45 *Excommunicatus agendo de consuetudine admittitur in foro sæculari, num. 45. sed impugnatur, num. 46.*

47 *Judex Ecclesiasticus potest per censuras compellere Judicem sæcularem, ut excommunicatum à judicio repellat, & ad litigandum agendo non admittat.*

DECISIO CCLIX.

PRænotandum est primò. Quid sit nuntiatio, sivè denuntiatio novi operis. Resp. quòd Bald. *cons.* 112. *lib.* 1, inquit, quòd est provocatio quædam, sivè extrajudicialis appellatio, sequitur Jason *in l.* 1. *numer.* 2. *ff. de operis novi nuntiatione*, Gratian. *discept. forens. cap.* 84. *numer.* 10. *& sentiunt* Gail. *lib.* 1. *observat.* 16. *numer.* 2. Romaguera *in addit. ad Conciolum ad statut. Civitat. Eugubii, lib.* 2. *rubric.* 70. *num.* 15.

2 Verùm hanc definitionem rectè improbant recentiores, ut ait Alciatus *in l.* 1. *numer.* 8. *ff. de operis novi nuntiatione*; & Bald. & Jason refutat Cardoso *in praxi Jud. verbo Nuntiatio novi operis, numer.* 1. etsi nuntiatio in plerisque instar appellationis habeatur, ut refert idem Alciat. *in l.* 1. *sub n.* 16. *ff. de operis novi nuntiatioae.*

3 Ideoque dico. Quod nuntiatio novi operis est prohibitio, ne quid in futurum in re præsenti, & immobili fiat, quod nobis noceat, *l.* 1. §. *Nuntiatio, & per totum, ff. de operis novi nuntiatione, facit cap. Significantibus* 3. *de novi operis nuntiatione*, Socin. *in rubr. num.* 1. *eod. tit.* plures laudat Cardoso *in prax. Jud. verbo nuntiatio novi operis, num.* 1. Bellon. *de potest. eor. quæ fiunt incon. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 2. *in fine*, Pirhing. *ad decretal. lib.* 5. *novi operis nuntiat.* §. 2. *num.* 1.

4 Prænotandum est secundò. Quod nuntiatio novi operis fit tripliciter. Primò per simplex verbum. Secundò, per jactum lapilli. Tertiò per authoritatem Prætoris, *l. Pupill.* §. *Meminisse*, ubi Bartol. Alexand. Castrens. Jason. & alii, *ff. de operis novi nuntiatione*, Alciat. *in l.* 1. *num.* 50. *& in eadem l.* 1. §. *Nuntiatio, num.* 34. *in fine, ff. eodem*, Socin. *rubric. numer.* 2. *& in cap. Cùm ex injuncto* 2. *num.* 89. *de novi operis nuntiatione*, Gail. *lib.* 1. *observat.* 16. *numer.* 11. ad quem se refert Costa *de facti scientia, & ignorantia, inspect.* 57. *numer.* 5. Gomez *in l. tauri, numer.* 31. Cardoso *in prax. Jud. verbo Nuntiatio novi operis, numer.* 4. notat Fachineus *controv. jur. lib.* 8. *capit.* 46. *versic. Ideo socius*, Bellon. *de potest. eor. quæ fiunt incont. lib.* 1. *cap.* 133. *n.* 2. Pirhing. *ad decret. lib.* 5. *de novi oper. nunt.* §. 1. *n.* 7.

5 Nuntiatio novi operis fit per simplex verbum, quando quis extra judicium simpliciter adversario novum opus nuntiat, ut docent Alciat. Gomez, & Cardoso *locis citatis, numer.* 4. per quæcumque verba fiat, Socin. *in cap. Cùm ex injuncto* 2. *numer.* 102. 103. & 104. *de novi operis nuntiatione*, sivè lingua Latina, Græca, vel Hebraica, dummodo intelligatur, idem Socin. *in cap. Cùm ex injuncto, numer.* 105. *de novi operis nuntiatione*, Pirhing. *ad decretal. tit. de novi operis nuntiat.* §. 1. *numer.* 7. *versic. primò*. Neque talis nuntiatio requirit scripturam, idem Socin. *in cap. Cùm ex injuncto, num.* 106. & 107. *de novi operis nuntiatione*. Et quòd nuntiatio novi operis possit fieri extrajudicialiter, Urceolus *consult. forens. capit.* 30. *numer.* 1. quem refert, & sequitur Romaguera in addit. ad Conciol. *ad statut. Eugub. lib.* 2. *rubic.* 70. *num.* 13.

Nuntiatio novi operis fit per jactum lapilli projiciendo lapides, seu lapidem in ipsum opus novum, ut tradunt Alciat. Gomez, & Cardoso *citatis locis, numer.* 4. Pirhing. *ad decretal. lib.* 5. *tit. de novi operis nuntiat.* §. 1. *numer.* 7. *versic. Secundo*, vel projiciendo aliquos lapides, seu lapidem de opere, Socin. *in cap. Cùm ex injuncto*, 2. *numer.* 89. *de novi operis nuntiatione*, requiritur tamen, quòd manu projiciat lapidem, *l. de pupillo*, §. *Meminisse, ff. de novi operis nuntiatione*, & non cum cubitu, calce, vel pede, si manum haberet; secùs si non haberet, quia sufficeret cum pede, calce, seu cubitu projicere, & idem si haberet manus aridas, quia manus arida non venit appellatione manus, de quo videatur Socin. etsi sumat manum pro potentia, *in capit.* 1. *num.* 46. & 47. *& latius in cap. Cùm ex injuncto, à numer.* 89. *versic. adverte tamen, usque ad num.* 95. *de novi operis nuntiatione*, sed non sunt necessaria verba, dummodò nutu, hoc est, per signa appareat de intentione, quod velit prohibere opus, licèt tutius sit, quòd verba interveniant, idem Socinus remissivè *in cap.* 1. *numer.* 47. *in fine*, & latè *in capit. Cùm ex injuncto* 2. *num.* 96. 97. 98. & 99. *de novi operis nuntiatione*, etsi contrarium videatur annuere Gomez *in l.* 46. *tauri, sub numer.* 31. neque requiritur, quòd in hac jactatione per jactum lapidis, ut quis projiciat tres lapides, sufficit unum lapidem projicere, idem Socin. *in capit. Cùm ex injuncto, numer.* 100. *de novi operis nuntiatione*, & sentit Gomez *in l.* 46. *Turi, num.* 31. *versicul. Secundo modo*. 6

Nuntiatio novi operis per authoritatem Prætoris fit per inhibitionem, Cardoso *in praxi Judic. verb. Nuntiatio novi operis, numer.* 4. & ipse Prætor ad petitionem nuntiantis, vel nuntius, vel tabellio de ejus mandato, quòd in scriptis redigitur, nuntiat novum opus, & jubet, ne fiat, *l.* 1. §. *Nuntiatio, ff. de operis novi nuntiatione*, Gomez *in l.* 46. *tauri, num.* 31. *versic. Tertio*, formam, & praxim de jure communi tradit Socin. *in cap. Cùm ex injuncto* 2. *numer.* 101. *de novi operis nuntiatione*, Pirhing. *ad decretal. lib.* 5. *tit. de novis operis nuntiat.* §. 1. *numer.* 7. *versic. Tertio*, quam in Cathalonia non esse immutatam testatur Cancer *part.* 3. *variar. resol. cap.* 6. *à numer.* 8. ad quem se refert Romaguera in addit. ad Conciolum *ad statut. Eugub. lib.* 2. *rubric.* 70. *numer.* 16. *in fine*. Solet tamen hujusmodi præceptum fieri per Judicem nuntiato cum clausula justificativa, & si senserit se gravatum, compareat de gravamine ostensurus, *l. de pupillo*, §. *Toties*, §. *Si is cui, ff. de operis novi nuntiatione*, Socin. *in capit. Cùm ex injuncto, numer.* 2. *in fine, de novi operis nuntiatione*, Bart. *cons.* 80. *lib.* 1. Tuschus *pract. concl. litera N, concl.* 123. *num.* 1. 2. & 3. Sed quod in nuntiatione novi operis non requiratur clausula justificativa, si senseris, & docent Castrens. Ripa, & Plotus, quos refert, & sequitur Carocius *decis. seu casu* 19. *numer.* 20. at sivè præceptum fiat cum clausula justificativa, sivè absque ea, comparente nuntiato, an resolvatur in vim citationis, videantur Cancer *part.* 3. *variar. resol. cap.* 13. *num.* 176. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 2. *numer.* 43. *& tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 1. *part.* 4. *numer.* 4. *& à numer.* 9. Gratian. *disc. forens. cap.* 384. *num.* 24. Bonden. *collect. legal.* 50. *à numer.* 104. Valenzuela *cons.* 6. *à numer.* 53. quos, & 7

alios

alios citant Conciolus *ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 70. numer.* 3. ubi Romaguera *à numer.* 17. quibus addo Carocium *decis. seu casu* 19. *à numer.* 13. *& punctim à num.* 19. *ad* 26. & an nuntiatio quæ fit per Judicem requirat citationem, resolvit quòd non Alciat. *in l.* 1. *numer.* 45. *ff. de operis novi nuntiatione*. An autem nuntians, novum opus, quando adit Judicem teneatur jurare de calumnia, videntur Socin. *in capit. Cùm ex injuncto* 2. *à numer.* 109. *de novi operis nuntiatione*, Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *capit.* 30. *numer.* 8.

8 Inter istos modos nuntiationis novi operis reperitur differentia, Nam si sit nuntiatio novi operis per simplex verbum, & nuntians sit possessor, statim amittit possessionem, & transfertur in nuntiatum, etiam si priùs non possideret, *l.* 1. §. *in operis, ubi glos.* Bart. Jason. *sub numer.* 2. & communis Doctorum opinio, *ff. de operis novi nuntiatione, l. Si alius*, §. *Ait Julianus, versic. Licere, ff. quod vi, aut clam, l. Et si fortè*, §. *Sciendum, ff. si serv. vindic.* at si nuntiatio novi operis fit per jactum lapilli, vel per authoritatem Prætoris, tunc nuntians conservat possessionem, si tempore nuntiationis esset possessor, *l. de pupillo*, §. *Meminisse, ff. de operis novi nuntiatione*, sic Alciat. *in l.* 1. *numer.* 50. *ff. de operis novi nuntiatione*, rationem diversitatis tradunt *glos. in d. l.* 1. §. *in operis, ff. de operis novi nuntiatione*, Socin. *in capit.* 1. *à numer.* 43. *de novi operis nuntiatione*, Gomez *in l.* 46. *tauri, numer.* 32. & antea *numer.* 27. *in fine*, ubi addit, quòd denuntiatio remanet valida, & firma, quando nuntiatio fit verbo, Alciat. *in l.* 1. §. *Nuntiatio, numer.* 7. *&* 8. *ff. de operis novi nuntiatione*, Cancer *part.* 3. *var. resolut. cap.* 6. *numer.* 11. Sperell. *decis.* 57. *numer.* 26. *libr.* 1. Bellon. *de potestat. eor. quæ fiunt incontin. lib.* 1. *capit.* 133. *numer.* 3. *&* 4. Pirhing. *ad decretal. libr.* 5. *titul. de novi oper. nunt.* §. 1. *numer.* 7. *versic. Est autem*. Et sic regulariter utilior est nuntiatio, quæ fit per jactum lapilli, & per authoritatem Prætoris, quàm simplici verbo, cùm per ultimam amittatur possessio, & per duas primas retineatur, Socin. *in cap. Cùm ex injuncto* 2. *numer.* 66. *de novi operis nuntiatione*. Quinimò si jactatio novi operis facta sit per simplex verbum, vel per jactum lapilli, & nuntians velit prosequi jus sibi ex nuntiatione quæsitum, tunc omino adeundus erit Prætor, *l. de pupillo*, §. *Qui opus, ff. de operis novi nuntiatione*, Alciat. *in l.* 1. §. *Nuntiatio, ff. de operis novi nuntiatione*.

9 Prænotandum est tertiò. Quòd nuntiatio novi operis dumtaxat competit pro opere incepto, vel præparato, non verò pro opere jam facto, & consummato, ut sit conclusio, quòd nuntiatio novi operis competat adversus nova opera, ut verbum sonat, non autem adversus præterita, *l.* 1. §. 1. *l. de pupillo*, §. *Nuntiationem, ff. de novi operis nuntiatione*, Alciat. *in l.* 1. §. *Hoc autem edictum, numer.* 1. *ff. eod.* Dumhaud, Maranta, Cavalcan. & Bernard. Grævæ, quos citat Barbosa *in cap. significantibus* 3. *numer.* 4. *de novi operis nuntiatione*, Pirhing. *ad decretal. lib.* 5. *tit. de novi oper. nuntiat. numer.* 2. *versic. Datur autem*. Sed pro opere jam facto, & consummato, si opus factum fuit clam, competit remedium, seu interdictum, quod vi, aut clam, quod est recuperanda, *dicta l.* 1. §. 1. *ff. de operis novi nuntiatione*, Pirhing. sic intelligendus *loco hic citato*, & si factum est palam, nulla opera, & industria adhibita, ut sibi nuntiari non possit, cessat remedium, quod vi, aut clam, *l.* 1. *l.* 3. §. *fin. ff. Quod vi, aut clam*, & competit interdictum uti possidentis pro defensione possessionis, & ut nuntiatus desinat à molestia, & in consequentiam destruat opus, sine cujus demolitione non videtur cessare à molestia, *l. de pupillo*, §. *Meminisse, in fine, ff. de operis novi nuntiatione, l. duo*, §. *si unicus, ff. Uti possidetis, l. Vim facit, ff. de vi, & manu armata glos. in leg.* 1. *verbo Restituere, ff. Quod, aut clam*, Socin. *in cap. Cùm ex injuncto, num.* 33. *de novi operis nuntiatione*, Gail. *libr.* 1. *observat.* 16. *numer.* 16. *versic. Intelligè ista*, Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 340. *num.* 6. *lib.* 2. Conciolus *ad statut. Eugub. lib.* 2. *rubric.* 70. *num.* 1. Gomez *in l.* 46. *tauri, à numer.* 20.

Prænotandum est quartò. Quod novum opus quis dicitur facere, quando in totum de novo facit, aut detrahit, vel addit, aut mutat pristinam faciem operis, *sic glos. in cap. Cùm ex injuncto, verbo opus autem*, ubi Socin. *num.* 34. *de novi operis nuntiatione*, Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 84. *n.* 19. Pirhing. *ad decretal. lib.* 5. *tit. de novi oper. nunt.* §. 1. *numer.* 2. *versic. Novum autem*. Et reficiens ædificium antiquum, non facit novum opus, & sic reficienti antiquum ædificium non potest nuntiari novum opus, quia aliud est reficere, aliud est novum opus facere, sic *in cap. de Judæis* 3. *in cap. Consuluit* 7. ubi Annan. Butr. Felinus, & cæteri, ac modernè August. Barbosa *num.* 3. *de Judæis, capit. per tuas, de donat. l. Intra Urbem, in fine, Cod. de operib. publicis, l. fin. vers. Illud*, ubi August. Barbosa *num.* 9. *Cod. de Judæis, l.* 1. §. *Si quis ædificium*, ubi latè ad plura infert Jason. *à num.* 1. *ff. de operis novi nuntiat. l.* 1. *circa finem, ubi glos. verbo Reficere, ff. de mort. inferen. l.* 3. §. *Reficere, ff. de itiner. actuque privato, l. Hactenus, juncta l. Usufructuarius novum tectorium, ff. de usufruct.* Felin. *in cap. Cùm accessissent, numer.* 34. Dec. *numer.* 19. August. Barbosa *num.* 9. *de constitut.* Abbas *in cap. Cùm ex injuncto, num.* 9. Socin. *numer.* 34. *de novi operis nuntiatione*, Boer. *decis.* 44. *à numer.* 1. Gomez *in l.* 46. *tauri, numer.* 15. Pereyra *de renovat. emphyt. quæst.* 11. *numer.* 30. Cardoso *in praxi judic. verbo Nuntiatio novi operis, numer.* 3. Aviles plures casus hinc inferens *in cap.* 22. *Prætor. à numer.* 24. Bobadil. *in polit. libr.* 3. *cap.* 5. *numer.* 13. alios plures antiquos cumulat Marinis *resolut. juris, lib.* 2. *oap.* 214. *per totum*, Magon. *decis. Lucen.* 19. *n.* 10. Gratian. *discept. forens. cap.* 84. *à numer.* 9. *ad* 15. *& cap.* 432. *numer.* 5. Costa *de facti scient. & ignor. inspect.* 60. *nuxer.* 1. 2. 6. *&* 7. Reg. Sesse *de inhibit. cap.* 23. §. 1. *à numer.* 1. Pirhing. *ad decretal. lib.* 5. *tit. de novi oper. nunt.* §. 1. *numer.* 2. *versic. Et hinc*, Aponte *de potestat. Proreg. tit.* 2. *de abundantia Civitatis*, §. 2. *numer.* 19. *& si ipse reclamet, numer.* 22. *&* 23. Novarius *in pragmat.* 2. *collect.* 2. *numer.* 2. *&* 3. *& ædificiis prohibitis*. Nisi ædificium antiquum sit funditus dirutum, seu destructum; nam tunc si ædificetur, potest nuntiari novum opus ædificanti, quia esset de novo facere, *l.* 1. §. *Inde quæritur, ff. de operis novi nuntiatione, l. Quid tamen*, §. 1. *&* §. *In novis, ff. Quemadmodum usufruct. amittatur*, Jason. *in l.* 1. §. *Quis ædificium, num.* 6. ubi Alexand. *in fine, ff. de oper. novi nuntiatione*, Socin. *in cap.* 1. *num.* 34. *de novi operis nuntiatione*, Lanar. *cons.* 2. *numer.* 9. Cardoso *in praxi judic. verbo Nuntiatio novi operis, numer.* 3. *ad medium*, Aponte *de potest. Proreg. titul.* 2. *de abundantia Civitatis*, §. 2. *numer.* 20. Afflict. *decis.* 392. ubi Ursil. *numer.* 3. Novarius *in pragmat.* 2. *collect.* 2. *numer.* 4. *de ædificiis prohibitis*, Marinis *resol. jur. lib.* 2. *cap.* 214. *num.* 4. *versic. Et licet*, *& numer.* 5. Gratian. *discept. at. forens. tom.* 1. *capit.* 84. *à numer.* 16. *tom.* 3. *cap.* 422. *numer.* 3. *&* 4. *junctis numer.* 6. 7. *&* 8. ubi testatur hanc opinionem esse tutam, ac communem, & in judiciis approbatam, latè Reg. Sesse *de inhibit. cap.* 23. §. 1. *à num.* 1. Surd. *cons.* 121. *numer.* 8. *&* 23. *lib.* 1. Petr. Barbosa *in l. Divortio*, §. *fin. p.* 1. *num.* 122. *ff. solut. matrimon.* Gomez *in l.* 46. *tauri, num.* 16. Augustin. Barbosa *in cap. Consuluit*, 7. *num.* 4. *de Judæis*, Baronius *de citatione, tom.* 3. *in addit. ad singul.* 107. *numer.* 2. de his remissivè Romaguer. in addit. ad Conciolum *ad statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 70. *num.* 23. citans Capon. Cancer. Lucam ad Gratianum, Fontanel. Brilla, & Actolin. *locis super eum allegatis*.

Prænotandum est quintò, quòd nuntiatio novi operis dumtaxat potest fieri quoad opera cohærentia solo, vel quæ in solo fiunt, ad alia autem non pertinet, *l. de pupillo*, §. *Sextus, ff. de operi novi nuntiatione, l. Inter servitutes*, §. *fin. ff. de servitut. urban. prad. l. Et si fortè*, §. *Sciendum, &* §. *fin. ff. Si servi-*

ſervitus vind. l. 1. §. Juris habet, de remiſſionib. l. In judicio, ff. famil. erciſcundæ, Socin. *in cap. Cùm ex injuncto, numer. 28. de novi operis nuntiat.* Gomez *in l. 49. tauri, num. 24. in princ.* Pirhing. *ad decretal. lib. 5. tit. de novi operis nuntiat. §. 2. in princip.* ſivè ædificium fiat intra oppidum, vel extra, aut in villa, vel in agro, in loco privato, vel publico, ex quo ſolo cohæret, *l. 1. §. Sin. autem, ff. de operis novi nuntiatione*, Socin. *in cap. Cùm ex injuncto, n. 28. verſic. Nec refert, de novi operis nuntiat*, Pirhing. *ad decretal. lib. 5. tit. de novi oper. nunt. §. 1. numer. 2. verſic. Nihil autem*, dixi ad alia autem non pertinet, nam nuntiatio novi operis pro ſervitute ruſtica non competit; poteſt tamen agere confeſſoria, ut ſervitus ſibi præſtetur, & condemnetur in intereſſe, & damno, *l. Qui viam*, & communiter Doctores, *ff. de operis novi nuntiatione*, Socin. *in cap. Cum ex injuncto, 2. num. 30. & 39. in fino, de novi operis nuntiatione*, Gomez *in l. 46. tauri, numer. 24. verſic. ille verò*, Barboſa *in cap. fin. numer. 5. de novi operis nuntiatione*, Trentacinq. *var. reſolut. reſol. lib. 1. de novi oper. nuntiat. reſolut. 1. numer. 3.* Et ideo ſi quis meſſem colligat, vel arbores, aut vineas ſuccidat, licèt opus faciat, non poteſt ſibi nuntiari novum opus, *l. 1. §. Hoc autem edictum, l. 2. ff. de operis novi renuntiatione*, Soccin. *in cap. Cùm ex injuncto, 2. num. 28. verſic. Et ideò, de novi operis nuntiatione*, Pirhing. *ſuprà verſic. undè*. Excipè rivos, & cloacas, & generaliter omnia opera, in quorum mora periculum verteretur, quoniam illa fieri, & purgari poſſunt, ſpreta nuntiatione novi operis, quia quoties periculum eſt in mora, receditur à regulis juris communis, & remittitur juris diſpoſitio, etiam prohibitiva, *l. de pupillo*, §. *Si qui rivos*, ubi Jaſon. *numer. 1. & 5.* & communiter Doctores, *ff. de operis novi nuntiat.* Panormitan. *in cap. Cùm ex injuncto 2. numer. 9.* Socin. *num. 28. Verſ. Excipiuntur, de novi operis nuntiat.* Gail. *libr. 1. obſerv. 13. num. 4. & obſerv. 16. num. 8. verſic. Secundo, & n. 8.* Pirhing. *ſup. num. 2. in fin.* Seſſe *de inhib. capit. 23. à num. 7.*

14 Prænotandum eſt ſextò. Quæ perſonæ poſſunt nuntiare novum opus, & an minor? videantur Socin. *in cap. Cùm ex injuncto 2. à numer. 35. de novi operis nuntiatione*, Cardoſo *in prax. judic. verbo Nuntiatio novi operis, numer. 11.* Pirhing. *ad decretal. lib. 5. tit. de novi oper. nunt. §. 1. numer. 5.* Gomez *in l. 46. tauri, à num. 23. ad 28.* Et an minor viginti quin-
15 que annorum reſtituendus ſit in integrum adverſus ſpretam novi operis nuntiationem, videantur *gloſ. in l. 1. §. Nuntiatio*, ubi Bartol. Ruinus *numer. 77.* Alciat. *à numer. 63.* & communiter Doctores, *ff. de operis novi nuntiatione*, Oddo *de reſtitut. in integrum, part. 2. quæſt. 81. art. 3. num. 43. ſignanter à numer. 47.* Fachineus *controv. jur. lib. 8. capit. 49.* ad quem ſe refert Ayllon. Laynez in addit. ad Gomez, *tom. 2. variar. capit. 14. numer. 49.* Bernard. Grævę *in pract. Camer. Imperial. lib. 1. obſervat. 16. numer. 20.* Pereyra *in l. Si curatorem, verbo Vel adverſarii dolo, numer. 67.* Auguſt. Barboſa *in cap. fin. numer. 3. de novi operis nuntiatione*, Larrea, *deciſ. Granaten. 59. numer. 22.* & alios cum deciſione noſtri Senatus tradit Romaguera ad Conciol. *ad ſtatut. Eugrb. lib. 2. rubric. 70. numer. 28.*

18 Prænotandum eſt ſeptimo. Quibus perſonis ſit facienda nuntiatio novi operis? videantur Socin. *in cap. cùm ex injuncto 2. à num. 62. de novi operis nuntiatione*, Gomez *in l. 46. tauri, numer. 28. & 29.* Lancellot. *de attentat. part. 3. capit. 28. numer. 63.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 7. numer. 41.* Cardoſo *in prax. jud. verbo Nuntiatio novi operis, numer. 9. 10. & 11.* Pirhing. *ad decret. lib. 1. tit. de novi oper. nunt. §. 1. n. 6.*

17 Prænotandum eſt octavò. Pro quibus rebus fiat nuntiatio novi operis; videatur Gomez *in l. 46. tauri, num. 30.*

18 Prænotandum eſt nonò. Quòd materia nuntiationis novi operis celeritatem deſiderat, Lancellotus *de attentat. part. 3. cap. 28. de ſententia in cauſa attentat. ferenda, numer. 63.* Salgado *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. numer. 41.* Bellonus *de poteſtat. eor. quæ fiunt incontinen. lib. 1. cap. 133. num. 6.* Et ideò omnibus diebus etiam feriatis nuntiatio novi operis fieri poteſt, ut docent Lancellot. & Salgado *locis citatis, numer. 18.* notat Gomez *in l. 46. tauri, ſub numer. 28.* non ſolùm in inductis ob neceſſitatem hominum, ſed etiam in inductis in honorem Dei, quia ſemper videtur eſſe periculum in mora propter imminentes rixas, & prohibitionem facti, nec dilationem res commodè recepit, ut tenent Hoſtienſ. Alexand. & Jaſon, quos refert, & ſequitur Gomez *in l. 46. tauri, numer. 31. verſic. Et adde quod*, Carpan. *ad ſtat. Mediolani, cap. 340. à numer. 1.* Conciolus *ad ſtatut. Eugub. lib. 2. rubric. 70. à num. 1.* & Romaguera *in addit. numer. 14.* ubi hoc ſolùm intelligit in nuntiatione novi operis extrajudicialis, Cardoſo *in praxi judic. verbo Nuntiatio novi operis, num. 5. & 6.* ubi declarat procedere in nuntiatione novi operis, quę fit per ſimplex verbum; non autem in nuntiatione. quæ fit per Prætorem, Alciatus perpulchrè tradit *in l. 1. §. Nuntiatio, numer. 33. 34. 35. & 36. ff. de operis novi nuntiatione*, Pirhing. *ad decretal. lib. 5. tit. de novi oper. nuntiat. §. 1. in fine.*

Prænotandum eſt decimò. Quòd nuntiationis 20
novi operis plures ſunt effectus, & principalis eſt, ut ſi poſt nuntiationem novi operis, qui ædificaverit, cogendus eſt ſuis ſumptibus opus deſtruere, *cap. ſignificantibus, de novi operis nuntiat. l. Non ſolùm, §. Sciendum, l. Prætor ait, in princip. penult. l. fin. ff. de operis novi nuntiatione*, de quo effectu, & aliis pluribus, & de materia nuntiationis novi operis videatur *gloſs. in cap. 1.* ubi latè Socin. *à num. 27. cum plurib. ſeq. de novi opuris nuntiatione*. Jaſon. *in l. 1. num. 3. verſic. Quartò limita, ff. de operis novi nuntiat.* Lancellotus *de attentat. part. 3. cap. 28. n. 72. & 77.* Cævallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 141. verſic. Et eſt ratio*, Gomez *in l. 46. tauri, à numer. 33.* Cardoſo *in praxi Judic. verbo Nuntiatio novi operis, numer. 7. & 8.* Theſaurus *deciſ. 204.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 384.* Urſellius *concluſ. 62. verbo Aedificium, à numer. 130.* Bellon. *de poteſt. eor. quæ fiunt incont. lib. 1. cap. 132. à numer. 5. & cap. 133. toto*, Riccius *collect. 1089.* Trentacinq. *var. reſolut. lib. 1. de novi operis nuntiatione, reſol. 1.* Faber *in C. lib. 8. titul. 5. de novi operis nuntiatione, defin. 1. 2. & 3.* Tuſch. *practic. concluſ. litera N, concluſ. 122. 123. 124. & 125.* Gail. *lib. 1. obſerv. 16.* Auguſtin. Barboſa *in cap. 1. 2. 3. & 4. de novi operis nuntiatione, & in cap. Non ſolùm 7. numer. 17. de appellat. in 6.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 84. numer. 4.* Pirhing. *ad decretal. lib. 5. tit. de novi oper. nuntiat. §. 2. toto*, Fachineus *controverſ. jur. libr. 8. cap. 44. ad 50.* Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib. 1. cap. 30.* Sperell. *deciſ. 55. lib. 1.* Narbona *de ætate, ann. 25. quæſt. 42.* Capyc. Latro *conſultat. 64. tom. 1. & conſultat. 116. tom. 2.* Manfrella ad Capyc. Latro, *deciſ. 50. numer. 23.* Altograd. *conſ. 100.* Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib. 2. rubr. 70. n. 10.* ubi Romaguera pluribus aliis citatis *à num. 15.* Salgado *de Reg. protect. part. 2. capit. 12. à numer. 2.* Urſeolus *conſultat. forenſ. cap. 30. numer. 3.* remiſſivè Baron. *tom. 3. de citatione in addit. ad ſingul. 107. numer. 1.*

Prænotandum eſt undecimò, & ultimò. Quòd 21
à proviſione Prætoris novum opus nuntiantis, ut ceſſetur in ædificio, poteſt nuntiatus appellare, *juxta text. in cap. Significantibus 3. ſic intelligendus, de novi operis nuntiatione*, Salgad. *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. numer. 45.* Faber *in Cod. lib. 8. tit. 3. de novi operis nuntiatione, defin. 1.* Pirhing. *ad decre-* 22
tal. lib. 5. tit. de novi operis nuntiat. §. 3. numer. 17. toto. Similiter à ſententia definitiva, ſivè affirmativa, ut liceat ædificari, ſivè negativa, ut non liceat ædificari, benè appellatur quoad utrumque effectum devolutivum, & ſuſpenſivum, Gomez *in l. 46. tauri, numer. 34. in fine, verſic. Item adde*, Capon. *diſcept. forenſ. cap. 169. numer. 7. & 10.* Salgado *de Reg. protect. part. 3. cap. 8. numer. 48.* Romaguera

in addit.

23 in addit. ad Conciolum *ad ſtatut. Eagub. lib. 2. rub. 70. numer. 25.* Sed à ſententia demolitionis novi operis conſtructi poſt factam nuntiationem non appellatur, ſaltim quoad effectum ſuſpenſivum, Lancellot. *de attent. part. 3. cap. 28. numer. 78.* latè diſputat Salgado, contraria proponit, & illis reſpondet *de Reg. protect. part. 2. capit. 8. à numer. 31. ſignanter à numer. 38. & cap. 12. numer. 6.* ad quem ſe refert Baron. *de citatione, tom. 3. in addit. ad ſingul. 107. in fine*, Scaccia *de appell. quæſt. 17. limitat. 31.* Ruginel, *de appellat. cap. 2. §. 3. num. 262.* Cævallos *de cognit. per viam viol. part. 2. quæſt. 141.* Capon. *diſcept. forenſ. cap. 169. numer. 7. & 10.* Auguſt. Barboſa *in c. ſignificantibus 3. numer. 4. verſic. Quidquid, de novi operis nuntiatione*, Altimar. *de nullitat. rubr. 5. q. 33. n. 1.* Pegas *reſol. forenſ. cap. 15. numer. 137.* & hanc opinionem eſſe in praxi receptam teſtatur Romaguera in addit. ad Conciolum *ad ſtatut. Eugub. lib. 2. reſol. 70. numer. 24.* & in contrarium tenent Barboſa *in cap. 3. numer. 4. verſic. Quidquid, de novi operis nuntiat.* quem ſequitur Pirhing. *ad decretal. lib. 5. tit. de novi oper. nunt. §. 3. numer. 18. verſic. Notandum tertiò.* Tum quia ad demolitionem novi operis fabricati poſt nuntiationem devenitur per viam, & remedium attentatorum, ut docent citati *numer. 20.* & appellatio tendens ad differendam revocationem attentatorum non admittitur, maximè in cauſa connexa, Lancellot. *de attentat. part. 3. cap. 28. numer. 71. & 72.* Salgado *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. num. 39. & 40.* Tum quia audientia denegatur illi, qui poſt edictum Prætoris novum opus fecit, *l. 1. §. ſed ſi is, ff. de oper. novi nuntiat.* & ubi denegatur audientia, prohibita eſt appellatio, ſic Lancellot. *de attent. part. 2. capit. 28. numer. 9.* Cævallos *de cognit. per viam violent. cap. 2. quæſt. 141. verſic. In qua*, Salgado *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. à numer. 1. & num. 38.* Tum quia nuntiatio novi operis celeritatem deſiderat, ut dictum eſt *numer. 18.* & in omnibus cauſis, quæ celeritatem requirunt, non admittitur appellatio ad impediendam executionem, Speculat. & Jaſon. quos refert, & ſequitur Maranta *de ordin. judic. part. 6. titulo & quandoque appellatur, numer. 330. verſicul. Vigeſimoquarto limita*, Lancel. *de attent. part. 3. cap. 28. numer. 56.* Salgado *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. num. 41. & 42.* Fermoſin. *in cap. 11. quæſt. 2. num. 2. de appellat.* At executio ſententiæ fieri non poteſt diebus feriatis in honorem Dei, nec in feriis ob neceſſitatem hominum inductis, Alciat. *in l. 1. §. Nuntiatio, num. 37. ff. de operis novi nuntiatione.*

25 Sed difficultas eſt, ut ad inſtitutum accedam. Quis ſit actor, & quis ſit reus in nuntiatione novi operis, an nuntians, vel nuntiatus, ut ejus forus ſequatur? Quæſtio eſt ardua, ut ait Romaguera in addit. ad Conciolum *ad ſtatut. Eugub. libr. 2. rub. 70. num. 12.* Celebris, & difficilis, ut inquit Salgado *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. numer. 54. verſic. Cui obſtare.* In qua.

26 Prima eſt opinio, quòd nuntians novum opus eſt actor, nuntiatus autem reus, quia actor cenſetur is, qui prior ad judicium provocat, Guttier. *conſil. 48. numer. 1.* ad quem ſe refert Salgado *ad Reg. protect. part. 2. cap. 8. numer. 54. verſic. Cui obſtare, & reſolut. numer. 55.* Alciat. *in l. 1. numer. 16. verſicul. Certum, ff. de novi operis nuntiat.* Ripa *obſervat. 63. n. 1. & 2.* Manſon. *de cauſ. execut. ampliat. 38.* Altimar. ad Rovit. *deciſ. 1. obſervat. 6. numer. 18.* Capon. *diſcep. forenſ. cap. 172. num. 1.* Luca ad Franchis, *deciſ. 657. numer. 7.* Severin. ad Sanfelic. *deciſ. 379. in princip.* Romaguera in addit. ad Conciolum, *ad ſtat. Eug. lib. 2. rubric. 70. numer. 12.* quod extenditur, etiamſi nuntiatus, ſeu alius ejus nomine petat remiſſionem ceſſationis novi operis, ſuſtinet partes defenſoris, & dicitur quoque propriè reus, *l. de pupillo, §. qui remiſſionem*, ubi Jaſon. *in princ. & num. 1. ff. de oper. novi nuntiat.* Ripa *obſerv. 63. num. 3.* Guttier. *conſ. 48. num. 2.* & etiamſi nuntiatio ſit facta operariis, Guttier. *conſ. 48. à num. 5.*

27 Secunda eſt opinio, quòd nuntians novum opus eſt reus, & nuntiatus actor, quia ille, qui nuntiat, moleſtatur in jure ſuo, & videtur quaſi ſe defendere, Anton. de But. *in cap. ſignificantibus 3.* ubi Abbas *numer. 2. verſic. Secundò*, Socin. *num. 5. de novi operis nuntiatione*, Guttier. *conſ. 48. numer. 4. in fine prin.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 1. num. 633. in fine*, Sanfel. *dec. 379.*

Tertia eſt opinio, quòd aliquando contingit nuntiantem eſſe reum, & nuntiatum actorem, ut dicit Ripa *obſerv. 63. num. 3. verſic. verum.* 28

Quarta eſt opinio, quòd aut nuntiatus comparet ſimpliciter ad ſui defenſionem, ut mediante ſatisdatione remiſſio operis fiat, dicitur perſeverare reus, aut nuntiatus citat principaliter nuntiantem ad tollendum, revocandum, &c. tunc nuntiatus dum comparet, & judicium proſequitur, non dicitur ampliùs reus, ſed actoris partes ſuſtinet, ut cum Bart. Angelo *numer. 3.* Alexander *numer. 4.* Caſtrenſ. *numer. 4. in l. de pupillo, §. Procurator, ff. de novi operis nuntiatione*, docet Ripa, & teſtatur hanc eſſe receptam diſtinctionem *obſervat. 63. numer. 4.* 29

Quinta eſt opinio, quòd ſi nuntiatio novi operis ſit facta extrajudicialiter, & ea facta nuntiatus comparet, citando nuntiantem ad tollendam, & evocandam nuntiationem novi operis, tunc ipſe nuntiatus actor dicitur, & nuntians reus, & in hac parte hæc opinio concordat cum opinione 4. ſuprà relata *num. 29.* Si autem nuntiatio ſit facta judicialiter adeundo Judicem, tunc nuntians actor dicitur, & nuntiatus, contra quem mandatum expeditur, reus, ita ex Severino ad Sanfel. *dec. 379.* tradit Romaguera ad Conciol. *ad ſtatut. Eugub. libr. 2. rubric. 70. n. 13. & 14.* 30

Ex his opinionibus arridet ſecunda *numer. 27.* tradita, quæ obſervatur in Cathalonia, exemplaria referam *numer. 34.* & ſecundùm eam fuiſſe deciſum in Regno Neapolis refert Sanfelic. *deciſion. 379.* 31

Ex qua infertur 1. quòd Clericus in nuntiatione novi operis contra laicum, poteſt adire ſuum Judicem Eccleſiaſticum, & ab eo petere ut fiat talis nuntiatio *cap. ſignificantibus 3.* ubi hoc notant Anton. de Butr. Abbas *numer. 2. verſic. Secundo*, Socin. *numer. 3. 4. & 5. de novi operis nuntiatione*, Guttier. *conſ. 48. numer. 4.* Carolus de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. 1. numer. 633.* Baronius *de citat. tom. 3. in addit. ad ſingul. 107. numer. 1. in fine*, Adeo quòd Judex Eccleſiaſticus non facit vim cognoſcens de nuntiatione novi operis facta per Clericum contra laicum, deciſum teſtatur Guttier. *conſ. 48. tot.* ad quem ſe refert Salgado *de Reg. protect. part. 2. cap. 8. num. 54.* 32

Infertur 2. quòd laicus in nuntiatione novi operis contra Clericum, poteſt adire ſuum Judicem ſæcularem, & ab eo petere, ut fiat talis nuntiatio Clerico, Paz *de tenuta, part. 2. capit. 63. numer. 22.* quia laicus nuntians eſt reus, & Clericus nuntiatus eſt actor, juxta opinionem ſecundam ſuprà relatam, *n. 27.* quam amplector *n. 31.* ſi igitur Clericus nuntiatus eſt actor, & laicus nuntians reus, debet ſequi Clericus nuntiatus actor forum laici rei nuntiantis, juxta vulgatam juris regulam; actor forum rei ſequi debet, *de qua in cap. ſi Clericus laicum 5.* ubi Barboſa *numer. 4. cap. Cum ſit generale 8.* ubi Barboſa plures lauda *num. foro compet. l. Juris ordinem 2.* ubi Barboſa *numer. 2. C. de juriſd. omni judic.* Idem Barboſa *axiomat. 10. num. 1.* latè cum ampliationibus Scialoya *de foro compet. cap. 1. n. 1.* ſic in ſuo caſu arguit Guttier. *conſ. 48. num. 2. in fine*, quidquid contrarium defendat idem Guttier. *dict. conſil. 48.* & deciſum referat Paz *de tenuta, part. 2. cap. 63. n. 22. in fine.* 33

Adeò, quòd ſi Clericus cui fuit facta nuntiatio novi operis per laicum coram Judice ſeculari, compareat in Curia Eccleſiaſtica, & firmetur contentio inter utramque Curiam Eccleſiaſticam, & ſæcularem, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ, firmæ juris factæ per Clericum in Curia Eccleſiaſtica 34

stica locum non fuisse, nec esse, sed causam esse tractandam in Curia sæculari, in eaque fine debito terminandam, executionem verò fiendam per Judicem sæcularem cum assistentia Officialis Ecclesiastici. Sic fuit declaratum per Cancellarium Regium, electum Barcinonæ cum interventione quasi omnium Doctorum Regii Consilii die 14. Maji 1533. testatur noster Michael Ferrer referens casum *part. 3. observantiar. cap.* 234. *&* 429. & ex eo Fontanella *decis.* 515. *num.* 8. *part.* 2, & ad illos remissivè Monras in addit. ad Xammar. *de privileg. Barcinonæ*, §. 10. *num.* 28. idem Fontanella *dec.* 310. *numer.* 4. *part.* 1. idem Xammar. *de privileg. Barcin.* §. 16. *num.* 20. & per Cancellarium Loris, Consultoribus Xammar. Sala, & Sescases 30. Augûsti 1578. in favorem Monserrati Tries Doctoris Regii in Regno Sardiniæ contra Abbatissam, & Conventum Monialium Vallis Domicellæ Civitatis Barcinonæ prætextu cujusdam litis per dictum Tries motę nuntiationis novi operis. Adde dicenda *dec. seq.*

35 Plus dicunt alii, quòd Judex sæcularis potest tollere, & destruere ędificia facta per Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas in plateis, & viis publicis, & pascuis communibus, ut tradunt Avendanno *in cap. Prætor. numer.* 18. Azevedo *l.* 3. *numer.* 24. *&* 25. *tit.* 7. *lib.* 7. *recop.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 137. *& lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 30. Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 14. Daniel *de Nobilibus in addit. ad disput.* 29. *numer.* 13. adde declarationem Cancellarii Agullana, Consultoribus Dalmau, & Magarola 12. Maii 1610. *infrà referendam*, *dec.* 260. *numer.* 7. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *c.* 8. *numer.* 55.

36 Quinimò addunt, quòd Judex sæcularis potest tollere, & destruere ædificia facta per Ecclesiam, aut Monasterium, vel Ecclesiasticam personam in re aliena, seu alieno solo, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 153. Reg. Vico *ad pragmat. Regn. Sardin. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 34. Daniel de Nobilibus *in addit. ad disput.* 29. *numer.* 13. *in fine*, Angel. *in l. quamquam, ff. de aqua pluvia*, Aviles *in capit.* 18. *Prætor. verbo de se haga*, *numer.* 4. *in fine*, *versicul. Unum tamen nota.*

37 Sed utrum excommunicatus possit novum opus nuntiare. Respond. quòd non, quia licèt sit reus, *ut dictum est numer.* 27. & 31. non est reus necessarius, sed voluntarius, modò nuntiatio novi operis, etsi dicatur defensio, *l. In Provinciali*, §. *in publico*, ubi Jason. *num.* 5. *ff. de operis novi nuntiatione*, est defensio voluntaria, quæ denegatur excommunicato, sic Bartol. *in l. de pupillo*, §. *servo*, *numer.* 2. Jason. *numer.* 3. *ff. de operis novi nuntiatione*, Cardoso *in praxi Judic. verbo Nuntiatio novi operis*, *numer.* 15. Alciat. & si contrarium videatur sentire in hac opinione residet *in l.* 1. *numer.* 16. & 17. *in fine*, *versic. Ego*, *ff. de operis novi nuntiatione*, Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 17. 18. & 19. & docet Fermosin. *in capit. Intelleximus* 7. *quæst.* 3. *numer.* 7. *de judiciis*, ex traditis per Bolognet. *in l.* 1. *num.* 59. & 63. Jason. *numer.* 2. *ff. de operis novi nuntiation.* Vide in simili tradita *dec.* 238. *num.* 44. *part.* 4. & si hoc in casu datur casus notabilis, in quo nuntiatio potest sperni, & est licitum ædificare illa nuntiatione excommunicati spreta, cùm nullius sit effectus, ita Jason, Cardoso, & Alciatus *hic citati.*

38 Hęc enim est differentia inter reum necessarium, & voluntarium. Nam excommunicatus reus necessarius potest invitus ad judicium trahi, & vocari in quacumque causa, in qua fuit provocatus, & postulatus, ne videatur de sua malitia commodum reportare, *cap. Intelleximus* 7. *de judiciis*, Villalobos *in summ. moral. part.* 1. *tract.* 17. *dif.* 14. *numer.* 15. Castr. Pal. *de censuris*, *disp.* 2. *punct.* 14. *numer.* 23. & alii plures Theologi, quos refert, & sequitur Leander *in quæst. moral. part.* 4. *tractat.* 2. *disput.* 12. *quæst.* 8. Paz *in praxi*, *tom.* 1. *part.* 1. *tom.* 8. *numer.* 42. & 43. Barbosa *in cap. Intelleximus*, *numer.* 21. *de judiciis*, ubi Fermosinus *quæst.* 19. *lib. var. cap.* 18. *numer.* 10. In eoque judicio, in quo excommunicatus fuit vocatus, potest comparere, & se defendere ac opponere omnes exceptiones ad sui forum facientes, quę habent naturam exclusionis agentis, seu actoris, scilicet exceptionem non numeratæ pecuniæ, pretii non soluti, si conveniatur ad tradendam rem venditam, solutionis, rei judicatę, doli mali jurisjurandi contra personas testium, recusationis Judicis, fori declinatoriam, de non tuto accessu, ac dicere de nullitate, appellare, & similes alias, cùm defensio juris naturalis sit, iniquum esset excommunicatum ad comparendum in judicio compellere, simulque ei justam denegare defensionem, *ut colligitur ex cap. Intelleximus* 7. ubi Augustin. Barbosa *numer.* 19. *& in addit. tom.* 6. *numer.* 4. Fermosin. *quæst.* 1. *à numer.* 10. *ad* 16. *de judiciis*, *capit. Cùm inter* 5. ubi August. Barbosa *numer.* 1. 4. *& 5. de except.* Ricciul. *de jure person. lib.* 4. *capit.* 33. *à prin.* Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 3. *tit.* 11. *numer.* 19. & 20. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 83. *numer.* 6. Gail. *lib.* 1. *observat.* 71. *numer.* 5. Scaccia *de judic. c.* 101. *numer.* 51. *in fine*, Carol. de Grassis *de except. except.* 4. *numer.* 51. Carocius *de except. except.* 86. *n.* 26. Socin. *in cap. Sacris*, *à num.* 361. *de sentent. excommun.* Capell. Tholosana *decis.* 189. Lezana *in sum. quæst. regul. part.* 3. *verbo Excommunicatio*, *numer.* 40. Menochius *de arbitr. judic. quæst.* 77. *numer.* 4. Bolannos *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 10. *numer.* 2. Paz *in praxi*, *part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 5. *à num.* 43. *versic. Ex quibus*, *cum seq.* Postius *de manuten. observat.* 68. *numer.* 29. *in fine*, Burat. *dec.* 536. *numer.* 5. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 17. Fontanella *dec.* 328. *sub num.* 4. *&* *dec.* 351. *num.* 7. *part.* 2. Xammar. *defin.* 134. *num.* 16. & 17. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 18. *numer.* 23. & 24. Castr. Pal. *in oper. mor. part.* 7. *de censuris*, *disput.* 2. *punct.* 14. *num.* 10. & 11. alios plures Theologos addit Leander *quæst. moral. part.* 4. *tract.* 2. *disp.* 12. *quæst.* 12. quibus addendi sunt Paz *in praxi*, *part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 5. *num.* 43. *versic. Ex quibus*, Bolannos *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 10. *num.* 2. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 17. Osascus *dec.* 151. *num.* 6. *versic. Neque obstat*, *& n.* 7. Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. ubi Ybannez de Faria *à numer.* 8. Ronchegal. *in rubric. de duobus reis ex numer.* 32. August. Barbosa *in c. Intelleximus*, *num.*

39 40 41 42 43

num. 20. ubi Fermosinus *quæst.* 3. *num.* 3. *de judiciis*, Socinus *in cap. Sacris*, *à num.* 365. *de sententia excommunicationis*, Lezana *in summ. quæst. regul. par.* 3. *vebo Excommunicatio*, *num.* 46. *in fine*, Fontanella *decis.* 28. *sub numer.* 14. Reus voluntarius dicitur quando per Judicem non necessitatur ad Judicium venire, sed voluntariè ad illud venit pro suo, vel communi interesse, & aperit sibi viam in judicio ad contradicendum, & opponendum, Bald. *in cap. Cùm inter*, *numer.* 1. *de except.* Socin *in capit. Sacris*, *num.* 365. *versic. Et dicitur*, *de senten. excom.* Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 18. Barbosa *in cap. Intelleximus*, *num.* 26. *versic. Voluntarius*, Fermosin. aliis additis *quæst.* 3. *num.* 4. *de judiciis*, Fontanella *decis.* 328. *sub num.* 4. *part.* 2. Roman. *cons.* 217. *sub num.* 2.

45 Concludo, Quòd licèt hodie de consuetudine excommunicatus actor admittatur, ut dicit Carocius *de excep. except.* 86. *numer.* 36. & in Gallia de generali consuetudine exceptio excommunicationis in foro sæculari non admittatur, Aufrer. *in addit. ad Capel. Tholosanam*, *decis.* 189. Tiraquel. *de retract. ligniag.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 282. notat Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. *versic. In Gallia sane*, & apud Hispanos passim à Judicibus sæcularibus actorem ad agendum admitti, non obstante exceptione excommunicationis, idem Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 5. *versic. Apud Hispanos*, *& in regula peccatum*, *part.* 1. *num.* 8. *in fine*, & referunt Avila *de censur. part.* 2. *cap.* 6. *disput.* 7. *dub.* 1. *versic. Duo restat*. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 4. *glos. litera I.* Castr. Palaus *de censuris*, *disp.* 2. *punct.* 14. *numer.* 12. Fermosin. *in cap. Intelleximus*, *quæst.* 10. *numer.* 7. *in fine de judiciis*, & in Cathalonia de stylo, & consuetudine exceptionem excommunicationis non admitti in Regia Audientia, Fontanella antiquam decisionem Senatus referens *decis.* 351.

46 *numer.* 8. *part.* 2. Sed hujusmodi observantiam impugnant relati per Tiraquel. *de retract. ligniager.* §. 2. *glos.* 9. *numer.* 282. & eam rejicit ut contrariam juri canonico, & municipali, Fontanella *decis.* 351. *numer.* 9. *versic. Sed absit*, *part.* 2. refert, & sequitur Xammar. *defin.* 134. *numer.* 12. & 13. & sentit Ripoll. *var. capit. ult. numer.* 229. & Rota Romana hanc exceptionem excommunicationis admittit etiam in judiciis privilegiatis, prout est judicium manutentionis, Ludovis. & ad eum Beltramin. *decis.* 64. Postius *de manuten. observat.* 68. *à numer.* 19. Fontanella *decis.* 351. *numer.* 11. *part.* 2. Ricciul. *de jure person. lib.* 4. *capit.* 31. *nu.* 22. Burat. *decis.* 32. *numer.* 5. ubi Ferentil. *numer.* 9. Barbosa *in cap. Intelleximus*, *numer.* 9. *de judiciis*, & sic contra Covar. de illa praxi testantem scribunt Auguian. *de legib. controver.* 6. *numer.* 82. Vega *in cap. Intelleximus*, *num.* 68. Fermosin. *qu.* 1. *num.* 18. *de judiciis*, Balboa *in cap.* 2. *à numer.* 50. *de except.* Leander *quæst. mor. part.* 4. *tract.* 2. *disp.* 12. *quæst.* 5. adeò quod statutum laicorum non potest tollere exceptionem excommunicationis inductam de jure canonico, Carol. de Grass. *de except. except.* 4. *numer.* 11. Mascard. *de gener. statut. in-*

47 *terpret. conclus.* 1. *numer.* 24. Quinimò Judex Ecclesiasticus potest per censuras compellere Judicem sæcularem, ut excommunicatum à judicio repellat, & ad litigandum agendo non admittat, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 76. Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 26.

ARGUMENTUM.

An Clericus super servitutibus urbanis ad petitionem laici sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Clericus super servitutibus urbanis ad petitionem laici potest conveniri in Curia sæculari, Don. Michaelis de Cortiada, Tom. IV.*

numer. 1. *exemplum*, *est*, *si aratur de furno*, *& latrina*, *numer.* 2. *item si agatur de sola latrina*, *numer.* 3. *item si agatur de fenestra*, *numer.* 4. *item si agatur de servitutibus latrinæ*, *& partitio*, *num.* 5. *Amplia* 1. *etiamsi de fenestra agatur inter Clericos*, *numer.* 6. *Amplia* 2. *etiamsi agatur de demolitione parietis*, *num.* 7. *limita* 1. *ut executio fieri debeat per Judicem sæcularem cum assistentia Officialis Ecclesiastici*, *numer.* 8. *limita* 2. *ubi agitur de articulo dominii*, *num.* 9.

10 *Statuta laicorum non ligant Clericos*, *num.* 10. *limita si sint edita pro publica*, *communique omnium utilitate*, *numer.* 11. *& idem quando respiciunt politiam*, *& regimen Civitatis*, *numer.* 12. *sublimita*, *ut procedat*, *quo ad vim directivam*, *non quoad vim coactivam*, *numero decimo tertio*, *quid in Cathalonia*, *num.* 14.

15 *Judex competens quis sit in causis servitutum ædificiorum*, *seu prædiorum urbanorum.*

DECISIO CCLX.

EX dictis decisione præcedenti, à num. 25. signanter, num. 27. 31. 33. & 34. infertur etiam, quòd Clericus super servitutibus urbanis ad petitionem laici potest conveniri coram Judice sæculari, & comprobatur ex infrà dicendis *numer.* 10. *cum seq.* 1

Exemplum est in furno, & latrina, nam in iis ad petitionem laici potest Clericus conveniri coram Judice sæculari, & ab eo condemnari, & si Clericus firmat contentionem coram Judice Ecclesiastico, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ causam tractandam esse pœnes Judicem sæcularem. Sic per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sescases, Planes, Sans, & Amell 26. Novembris 1583. in favorem Ædilis, & Syndici Civitatis Vici, contra Raphaelem Codina Presbyterum, & obtinentem beneficium sub invocatione Sanctæ Eulaliæ fundatum in Sede Vincen. super controversia orta inter dictum Codina, & Franciscum Bargada Sartorem dictæ Civitatis super quodam furno coquendi panem, & quandam latrinam, quæ communia habet, & possidet dictus Codina in quibusdam ædibus propriis dicti beneficii sitis in vico de la Ramada dictæ Civitatis, fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia sæculari locum fuisse, & esse & causæ cognitionem ad dictam Curiam sæcularem pertinere, & spectare, executionem verò cum assistentia Officialis Ecclesiastici faciendam esse. Meminit de hac declaratione Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *num.* 188. & ex eo Fermosin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ*, *quæst.* 4. *numer.* 11. *de constitution.* & de ea meminit ad aliud propositum *decis.* 232. *num.* 8. *part.* 4. 2

Item, si agatur de sola latrina potest Clericus ad petitionem laici conveniri apud Judicem sæcularem, & ab eo condemnari, & si Clericus firmat jus in Curia Ecclesiastica, & inter eam, & Curiam sæcularem firmetur contentio, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Curiæ sæcularis. Ita per Cancellarium Agullana, Consultoribus Ferrer Senjust, & Mijavila Franquesa 5. Maji 1606. contra Hieronymum Bosch Presbyterum, Rectorem Parochialis Ecclesiæ Sancti Vincentii dels Horts, in favorem Josephi Pujades Causidici nomine proprio, & procuratorio Monasterii, & Conventus Sanctæ Catharinæ, fuit declaratum, quoad servitutem latrinæ firmæ juris per dictum Bosch factæ in Curia Ecclesiastica locum non fuisse, nec esse, & consequenter partes quoad dictam servitutem remittendas esse, ad Curiam sæcularem Bajuli Barcinonæ, & illius cognitionem, dummodò executio, si quæ faciendæ fuerit, fiat cum assistentia Officialis Ecclesiastici. Hanc declarationem tradidi decis. 232. numer. 10. part. 4. de hac servitute latrinæ, cloacæ, seu bassiæ, vide, *recognoverunt proceres*, *c.* 65. *tit. de les consuetuis de* 3

Barcelona, & ordinationes Sanctæ Ciliæ in prag. 1. §. 19. & 45. *titul. servituts*, Xammar. *de privileg. Barcin.* §. 3. *à num.* 20. & de jure communi *totus titulus, ff. de cloacis*, Ripa *de peste, tit. de remed. præservat. contra pestem, à num.* 48. *ad* 74. Cæpol. *de servit. urban. præd. capit.* 48. Novarius *de grav. vassal. tom.* 1. *gravam.* 269. *in prag.* 6. *collect.* 3. *tit. de salubritate aeris*, Conciolus *ad statut. Eugub. & ad eum Romaguera, lib.* 5. *rub.* 25. & 36.

4 Item, si agatur de fenestris, potest Clericus conveniri coram Judice sæculari ad petitionem laici, & si per Clericum firmetur contentio inter Curiam Ecclesiasticam, & sæcularem, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Judicis sæcularis. Sic fuit declaratum per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjusti, Magarola, & Rubi Coll. 29. Martii 1613. in favorem Alexandri de Aguilar Domicelli, contra Petrum Paulam Vilansosa Presbyterum, ratione compulsionis factæ dicto Petro Paulo Vilansosa, ut altius tolleret parietes, & clauderet fenestras domus suæ, ex quibus patet visus, & aspectus in domum, & solum dicti Alexandri de Aguilar. Et per Cancellarium Carmona 8. Augusti 1619. in favorem Joannis Delfau Chirurgi villæ Vinciani, contra Jacobum Navarro Præsbyterum in Ecclesia Sancti Juliani villæ de Vinca beneficiatum super prætensione dicti Delfau volentis de novo construere quandam fenestram in quodam carrerono contiguo domibus dicti Joannis Delfau, contradicento dicte Jacobo Navarro Presbytero. De hac materia, quomodo sint aperiendæ fenestræ, tàm in proprio pariete, quàm in pariete communi, videantur de jure nostro municipali *ordinationes Sanctæ Ciliæ in pragmat.* 1. §. 1. 11. 14. 20. 41. 46. 50. 51. 61. 62. 63. & 64. *tit. de re servitus, & in recognoverunt proceres, cap.* 63. *tit. de les consuetuts de Barcelona*, Cancer *part.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 2. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad statut. Eugub. lib.* 5. *rub.* 35. *num.* 4. de jure Communi Cæpola *de servit. urban. prædior. capitul.* 62. Ciarlin. *controver. foren. lib.* 1. *cap.* 182. Sperell. *dec.* 55. *num.* 18. & *decis.* 56. *à num.* 7. *lib.* 1. Valenzuela *cons.* 118. *tom.* 1. Luca *ad Gratian. discep. foren. cap.* 263. Tondutus *quæst. civil.* 88. Altimar. *in observat. ad Rovit. decis.* 40. alios plures citant Conciolus *ad statut. Eugub. & ibi Romaguera lib.* 5. *rub.* 32. & 35. Novar. *gravam.* 271. *tom.* 3.

5 Item si de latrina, & partitio agatur, potest Clericus ad petitionem laici conveniri apud Judicem sæcularem, & si Clericus firmet jus in Curia Ecclesiastica, & moveatur contentio inter eam, & Curiam sæcularem, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Curiæ sæcularis. Ita per Cancellarium Puigmari 13. Octobris 1622. de qua declaratione infra *num.* 9.

6 Amplia 1. etiam si de fenestra agatur inter duos Clericos, causa tractanda est coram Judice sæculari quamvis alter ex Clericis firmet jus in Curia Ecclesiastica, & contentio inter eam, & Curiam sæcularem firmetur, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem judicis sæcularis. Ita per Cancellarium Manegat, Consultoribus Amell, Guardiola, Sunver, & Oliba 29. Januarii 1588. in favorem Michaelis Costa Canonici Ecclesiæ Gerundæ, contra Antonium Pejoan Canonicum ejusdem Ecclesiæ, propter quandam fenestram per dictum Pejoan factam in pariete communi cujusdam patii, fuit declaratum firmæ juris in Curia sæculari Ædilis Gerundæ per dictum Michaelem Costa factæ locum fuisse, & esse, & causæ cognitionem, & declarationem super clausura fenestræ per eundem Costa instata, facienda vel non, ad dictam Curiam sæcularem pertinere, & spectare. Provisio, quòd executio, si quæ facienda fuerit, fiat cum assistentia Officialis Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ, de hac declaratione meminit Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *num.* 189. & ex eo Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 4. *numer.* 11. *de constitut.* & eam tradidi *decis.* 232. *num.* 9. *part.* 2.

Amplia 2. etiamsi agatur de demolitione ædificii in vico publico contra Clericum, causa tractari debet coram Judice sæculari. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Consultoribus Dalmau, & Magarola 12. Maji 1610. in favorem Jacobi Montalla Bulgensis & Syndici villæ Podii Ceritani, contra Philippum Altamaso Presbyterum, occasione monitorii à Curia Ecclesiastica Decanatus Podii Ceritani emanati contra Consules, Operarios, & Proceres dictæ Villæ, monendo eosdem, quatenus cessare haberent à demolitione cujusdam pontis per dictum Philippum Altomaso Presbiterum in vico publico dictæ Villæ constructi, *ex traditis, decis. præcedenti* 259. *num.* 35. Et idem dico de demolitione ædificii in re aliena, seu alieno solo, *ex dictis in decis. præcedenti* 259. *num.* 36. 7

Limita 1. in executione facienda per Judicem sæcularem contra Clericum pro servitutibus urbanis, quæ fieri debet cum assistentia Officialis Ecclesiastici. Ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sescases, Planes, Sans, & Amell 26. Novembris 1583. & per eundem Cancellarium Manegat, Consultoribus Amell, Guardiola, Senjust, & Oliba 20. Januarii 1588. & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Ferrer, Senjust, & Mijavila, Franquesa 5. Maji 1606. supra relatis *num.* 2. 3. & 6. & per Cancellarium Pons, declaratione relata *decis.* 132. *num.* 18. *part.* 4. adde in confirmationem tradita *decis. præcedenti* 259. *num.* 34. & quæ latè tradidi *decis.* 232. *à n.* 6. *cum seq. part.* 4. & in terminis cujusdam statuti Barcinonæ, Menochius *cons.* 1000. *num.* 31. *lib.* 10. 8

Limita 2. ut procedat quoad articulum servitutum ad petitionem laici contra Clericum, nam tractari debet coram Judice sæculari, secùs quando agitur de articulo dominii contra Clericum ad petitionem laici, quo casu articulus dominii tractari debet coram Judice Ecclesiastico, & tenetur actor sequi forum rei. Sic fuit in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 13. Octobris 1622. in favorem Consiliariorum, Ædilis, & Operarii Civitatis Vici; contra Josephum Barravera Presbyterum & Rectorem Capellæ, seu Hospitalis Sancti Bartholomæi extra muros dictæ Civitatis, prætendentem quasdam areas parietibus circumductas esse de pertinentiis domus dictæ Capellæ, seu Hospitalis sancti Bartholomæi, sicque in eis tanquam in re propria posse apponere servitutes cujusdam latrinæ, & partirium, totum contrarium prætendente Dominico Nicolau Sartore, fuit declaratum, firmæ juris per dictos Consiliarios, Ædilem, & Operarium in Curia sæculari factæ quoad articulum servitutum locum fuisse, & esse; quo verò ad articulum, & causam dominii pro parte dicti Barravera prætensi, actorem debere sequi forum rei. 9

Comprobantur prædicta, & declarationes in hac decisione contentæ, signanter *num.* 2. 3. 4. 6. 7. *& in hac parte, num.* 9. quia licèt regulariter leges & statuta laicorum non ligent Ecclesias, Clericos, neque Ecclesiasticas personas, & contra bona ex defectu jurisdictionis, ut tradunt Mascard. *de gener. stat. interpret. conclus.* 1. *à numer.* 1. *cum plurib. sequen.* Morla *de empor. jur. part.* 1. *tit.* 1. *de legibus, quæst.* 16. *à num.* 1. *ad* 8. Portoles *de consortib. cap.* 31. *numer.* 1. & 2. Conciolus *ad stat. Eugub. in prælud. à num.* 166. Carol. de Grassis *de effect. clericat. effect.* 2. *à num.* 2. *ad* 111. Cenedo *collect. ad decretal.* 2. *num.* 1. Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 38. *à numer.* 1. *ad* 6. Ferrer noster *in constit. Hac nostra eviden.* 2. *num.* 87. & 88. Cancer *part.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 101. *in fine*, Castillo *controver. jur. lib.* 2. *capit.* 5. *à numer.* 26. & *tom.* 7. *de tertiis, cap.* 8. *num.* 2. & *cap.* 9. *à num.* 1. Anguian. *de legib. libro* 2. *controv.* 14. 15. & 16. Suarez *de legib. libro* 3. *cap.* 34. *à numer.* 12. & *de imm. Eccles. lib.* 4. *cap.* 16. Azevedo *l.* 5. *à num.* 19. *titul.* 8. *lib.* 6. *recop.* Marta *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 1. *cum seq.* Molina *de just. & jure, tract.* 2. *disp.* 31. alter Molina *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 81. & 82. 10

& 82. Mexia *in prag. taxæ panis, concluſ. 5. à num. 1.* Cabal. *reſol. crim. tom. 1. caſu 9. à numer. 6. & caſu 12. à numer. 2.* Azor. *inſtit. mor. tom. 1. lib. 5. cap. 12. quæſt. 3.* Petrus Barboſa *in l. titiq. num. 32. ff. ſolut. matrim.* Ambroſin. *de immun. Eccleſiar. cap. 21.* Oliba *de jure fiſci, cap. 14. num. 128.* Riccius *collect. 175.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 6. numer. 49. & 50.* Carpan. *ad ſtat. Mediolan. in prælud. à numer. 163. & à numer. 579. & part. 2. cap. 180. à numer. 18.* Sperell. *deciſ. 12. lib. 1.* Auguſtin. Barboſa *in cap. Quæ in Eccleſiarum, numer. 2. 3. & 4. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 2. & in addit. num. 1. 2. & 3. de conſtitut.* Carleval. *de judiciis, lib. 2. titul. 1. diſp. 2. num. 394.* Cail. *lib. 2. obſervat. 32. à numer. 1.* Maranta *diſput. 8.* Surd. *conſ. 2. & 311.* Reg. Seſſe *deciſ. 113. num. 65. tom. 2.* Tuſchus *prax. concluſ. litera S. concluſ. 581. & 582.* Roxas *deciſ. 138. num. 2. & 10.* Marinis *lib. 1. reſol. jur. cap. 62.* ubi Rodoer. *in additionibus,* Bellet. *diſquiſ. cler. tit. de exemp. cleric. à ſtatutis ſecularium, §. per totum,* Fontanella *deciſ. 495. num. 2. part. 2.* Antunez Portugal. *de donat. Regiis, tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 72. 73. & 74.* Don Didac Anton. Frances de Vrritigoyti *de compet. juriſd. quæſt. 99. à num. 1.* Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 8. dub. 2.* Borrell. *de magiſtrat. lib. 2. cap. 11.* Ciarlin. *controver. foren. lib. 1. cap.* Fermoſin. *in cap. Quæ Eccleſiarum, à numer. 1. & in cap. Eccleſia Sanct. Mariæ, quæſt. à num. 1. de conſtitut.* Daniel de Nobilib. *diſput. 61. num. 1. & 2. & diſput. 63. num. 6. & à num. 13.* Salzedo *de lege polit. lib. 1, cap. 4. num. 3. & 4.* qui mille alios citant.

11 Tamen ſtatuta generalia laicorum, nulla facta mentione de Clericis, edita pro publica, communique omnium utilitate, quæ juri canonico non contradicunt, ligant Eccleſias, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, Bartol. *in leg. Cunctos populos, n. 28. & 29. Cod. de Sum. Trinit.* Tiraquel. *de retract. ligniag. §. 1. gloſ. 13. numer. 4.* latiſſimè Mexia *in prag. taxæ panis, concluſ. 5. à numer. 3. ad 66.* Burſat. *conſ. 93. à num. 11. lib. 1.* Portol. *de conſort. cap. 31. num. 3.* Menochius longa ſerie comprobat *conſ. 800. lib. 8. & conſ. 1000. lib. 10.* Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 2. de legibus, quæſt. 16. à numer. 9.* Lezana *in ſum. quæſt. regul. part. 1. cap. 11. numer. 16. & part. 4. verbo Statuta, num. 3.* Covar. *in reg. poſſeſſor. part. 2. §. 4. num. 8. verſic. Tertium eſt,* Guttier. *pract. lib. 4. quæſt. 38. à num. 6.* Paz *de tenuta, part. 2. cap. 63. num. 14. cum ſeq.* Molina *de juſt. & jure, tom. 1. tract. 2. diſput. 3. concluſ. 6.* Suarez *de legibus, lib. 3. cap. 34. à num. 6.* Caſtr. Palaus *in oper. moral. part. 1. tract. 3. diſput. 1. punct. 24. §. 6. num. 1.* Gail. *lib. 2. obſervat. 32. num. 6. & obſervat. 56. num. 4. & 5.* Franchis *deciſ. 8. num. 3.* ubi Novarius *verſ. Quod autem, in fine,* Vulpel. *de lib. Eccleſ. cap. 2. num. 30.* Villalobos *in ſum. mor. part. 1. tract. 2. dif. 31. num. 1. & 4.* Caſtillo *tom. 7. de tertiis, cap. 9. à num. 22. & 28.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 245.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 8. dub. 2. numer. 2.* Barboſa *in cap. Eccleſiarum 7. num. 4. verſic. Intellige ſupradicta, & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, 10. num. 3. de conſtitut.* Daniel de Nobilibus *diſput. 61. à num. 10. & diſput. 63. à numer. 23.* Salzedo *de lege polit. lib. 1. cap. 4. à num. 7.* Maſcard. *de general. ſtat. interpret. concluſ. 1. num. 240.* Salgado *de cognit. per viam violen. in prologo, à num. 30.* Diana *reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 8. & in coordin. part. 9. tract. 2. reſol. 90. num. 1.* Cutel. *ad Dianam de imm. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 8.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 1. prælud. 2. à numer. 64.* ex noſtris Oliba *de jure fiſci, cap. 11. num. 132. 133.* Peguera *deciſ. 56. num. 13. part. 1.* Cancer *part. 3. var. cap. 4. numer. 227. & 277.* Fontanella *deciſ. 495. part. 2.* Villaplana *in addit. ad Peguer. in conſtitut. Item ne ſuper laudemio, verſic. 7. numer. 45.* Xammar. *de privileg. Barcin. rub. 26. à numer. 20.* Autunez Portugal. *de donat. Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 75.* Ego *deciſ. 11. numer. 67. &*
12 *68. part. 1. & alibi paſſim, part. 4.* Quorum aliqui docent, ſtatuta laicorum regimen, & politiam Civitatis reſpicientia Eccleſias, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas ligare, Covar. *dict. n. 8. verſic. Tertium eſt. ibi: Tamen ſi ob ſtatutum,* Mexia *num. 32.* Portoles *num. 4.* & cum eo Barboſa *num. 3. ante finem,* notant Salzedo *num. 7.* Villaplana *num. 45.* Maſcard. *num. 240. col. 2. poſt prin.* ubi dicit ex Saliceto, & Archidiacono, quòd ſtatuta Notarii de Flango, quæ ſunt edita Bononiæ circa ſtratas, cloacas, & immunditias ligant Eccleſias, & Clericos, Ripoll. *var. cap. 1. num. 288. & 89. & alii ex citatis, numer. 11,* quamplures cumulant, etſi contrarium teneant Ambroſin. *de immun. Eccleſ. part. 21.* Carol. de Graſſis *de effect. Cleric. effectu 2. à num. 168. ad 175. & à num. 197. ad 201.* Portoles *ad Molin. §. Clericus, num. 12. 13. & 19.* Marta *de juriſd. part. 4. cent. 1, caſu 1. 2. & 7. cum ſeq.* Sperell. *deciſ. 12. lib. 1.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 5. dub. 7. ſect. 23. à num. 3.*

Dices cum pluribus magnæ authoritatis Doctori- 13
bus, quòd quatenus ſtatuta generalia laicorum edita pro publica, & communi utilitate, ſeu reſpicientia ad regimen, & politiam Civitatis, quæ juri canonico cum contradicunt, ligarent Eccleſias, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, id non eſſet directè ex vi ipſorum ſtatutorum laicorum, quia nemo tenetur directè legibus illius, qui non habet juriſdictionem in ipſum, ſed indirectè ex vi rationis naturalis, & æquitate canonica, & morali, in qua fundantur, & ſic iis ſtatutis non ligantur ut Clerici, ſed quatenus ſunt cives, & partes unius Reipublicæ, quibus uniformitas neceſſaria eſt, à qua obligatione nunquam voluit Eccleſia Clericos eximere, Surd. *conſ. 301. nu. 30. & 31. lib. 3.* Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap. 12. n. 27.* Carol. de Graſſis *de eff. Cler. de effectu 2. n. 174. in fine.* Atque ita tenentur Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſervare leges Principum ſæcularium, & ſtatuta laicalia, non vi coactiva, ut cogi poſſit à Judice ſæculari ad obſervantiam ipſorum ſtatutorum laicalium, Surd. *conſ. 301. num. 34. lib. 3.* Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap. 23. cap. num. 28.* Garol. de Graſſis *de effect. Cler. effect. 2. n. 484.* Cancer *part. 3. var. cap. 4. num. 378.* Fontanella *deciſ. 308. num. 20. & deciſ. 495. num. 3. & à num. 15. part. 2.* Villaplana *ad Peguer. in conſtit. Item ne ſuper laudemio, verſic. 7. num. 46.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 76.* ſicut nec trahi ad ipſum Judicem ſæcularem, Rodriguez, & Lezana *ſtatim allegandi.* Sed vi directiva, ad modum quo Princeps obligatur legibus, non directè ex vi legum ſuarum, quia nullus ſibimetipſi ſubditur, ſed ſolùm indirectè, ex vi convenientiæ naturalis, quæ dictat, quod oneribus, quæ ſubditis imponit, ipſe quoque ſe ſubmittat, Villalobos *in ſumm. mor. part. 1. tractat. 2. diſp. 31. nu. 2.* Rodriguez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 66. artic. 2. concluſ. ult.* Lezana *quæſt. regul. part. 1. capitul. 11. numer. 16. in fine, verſic. Subduntur,* Azor. *inſtit. mor. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæſt. 3.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 122.* notant Cævallos *de cognit. per viam violen. in prologo, num. 31. in fine,* quamplures alios citant Barboſa *in cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 4. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 3. & in addit. tom. 6. numer. 2. & 3. de conſtitut.* Caſtillo *tom. 7. de tertiis, cap. 9. num. 10. junctо verſic. Reſpondetur etiam,* innumeros addit. Daniel de Nobilibus *diſput. 61. numer. 18. & diſput. 62. numer. 30. & num. 54. verſic. Ad has, & num. 55. & diſput. 63. n. 6. verſic. Quibus,* latè Caſtr. Palaus *in oper. mor. par. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 14. §. 6. à n. 3. uſque ad finem,* Diana *part. 1. reſol. moral. tract. 2. reſol. 8. & part. 1. tract. 10. reſol. 12. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 90. num. 2. 3. & 4. & reſol. 91, tota,* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 8. dub. 2. à nu. 2. cum ſeq.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 1. prælud. 2. à num. 65. ad 70.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. de conſtitut.* Salzedo *de lege polit. libro 1. capit. 4. num. 15.* & licèt ipſe contrarium teneat *num. 16. cum ſeq.* eum impugnant Diana *reſol. mor. part. 7. tractat. 10. & miſcel. 1. reſol. 2. & in coordinat. part. 9. tractat. 2. reſol. 92.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 2. de conſtitut.*

14 Quia in Cathalonia obſervatur, quòd Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ quoad politiam Civitatis, veluti circa vicos, plateas, ſervitutes ædificiorum, ſeu prædiorum urbanorum, & alia ſimilia, ligantur, & comprehenduntur ſtatutis, edictis, & præconiis Judicis ſæcularis, & per eum condemnari poſſunt, dummodò executio fiat per Judicem ſæcularem cum aſſiſtentia Officialis Curiæ Eccleſiaſticæ, Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *num.* 188. & 189. ubi refert duas declarationes Cancellarii Cathaloniæ, quæ ſunt in terminis ſervitutum urbanarum, eaſque tradidi *numer.* 2. & 6. & alias cumulavi *num.* 4. 5. & 7. etſi diſpliceat Fermoſino *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 4. *num.* 11. & 12. *de conſtit.* ſimiliter in nuntiatione novi operis tradidi deciſ. præced. *num.* 34. pariter circa pondera, & menſuras, ut dixi *deciſ.* 11. *num.* 68. *part.* 1. & per Cancellarium Agullana 14. Septembris 1606. fuit declaratum, quòd in caſibus juriſdictionis Adminiſtratoris platearum pro Regia juriſdictione, qui conſiſtunt in executione ordinationum Civitatis Barcinonæ, poteſt procedere ad recognitionem, & apprehenſionem rerum prohibitarum repertarum in poſſe Clericorum, refert Reg. Vines *in primo diſcurſu anni* 1638. §. 7. *verſic. Aunque, col.* 3. *poſt prin. fol.* 52.

15 Sed quæro. Quis ſit Judex competens in cauſis ſervitutum ædificiorum, ſeu prædiorum urbanorum? Ripoll. dicit eſſe Judicem competentem Officialem ſæcularem, ad quem ſimilis Civitatis cura pertinebit, *var. reſol. cap.* 1. *num.* 188. At Ripa ex gloſ. & Bartol. *in l. fin. ff. de cloacis*, refert coram quolibet Prætore agi poſſe interdicto cloacis, quod ipſe verum credit, niſi ſint deputati Judices ſpeciales, & hoc caſu, ſi iſtis Judicibus ſit conceſſa juriſdictio privativè, coram illis tantùm agendum eſſet; ſi verò eſſent Judices cloacarum ſimpliciter deputati, tunc eſſet locus prærentioni, quia juriſdictio ſimpliciter conceſſa, intelligitur conceſſa cumulativè, non privativè *in tract. de peſte, tit. de remed. præſerv. t. contr. peſtem, a num.* 60. ſed in Civitate Barcinonæ Ædilis, ſivè Muſtafaſus cognoſcit de ſervitutibus domorum, Xammar *de privileg. Barcin.* §. *Jura, num.* 25. Boſch. *dels titols de honor. lib.* 4. *c.* 26. *poſt prin.* & de nuntiatione novi operis tradunt Ferrer, Fontanella, & Xammar *locis citatis, deciſ. præced. numer.* 34. privativè ad Dominum Regem, ejuſque Regiam Audientiam, & alios officiales, Xammar *loco hic citato*, Boſch. *loco relato, verſic. En los quals, & verſic. Dicta juriſdictio*. Similiter in Civitate Valentiæ cognoſcit Ædilis de ſervitutibus ædificiorum, ſeu prædiorum urbanorum, Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valentiæ, cap.* 4. §. 4. *nu.* 40. pariter in Civitate Gerundæ Romaguera in addit. ad Conciolum *ad ſtat. Eug. lib.* 1. *rub.* 53. *nu.* 2. ut in declaratione Cancellarii Manegat *ſupra relata, num.* 6. & in Civit. Vici ut in declaratione Cancellarii Manegat *tradita, num.* 2. & Cancellarii Puigmarii *citata num.* 9. invenio tamen, quod per Cancellarium Agullana declaratione *tradita nu.* 3. fuerunt remiſſæ partes quoad ſervitutem latrinæ ad Bajulum Barcinonæ.

ARGUMENTUM.

An cauſa minerarum, venarum, ſeu fodinarum auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum in fundo, ſeu prædio Clerici, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ inventorum, tractanda ſit contra Clericum, & perſonam Eccleſiaſticam coram Judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari.

SUMMARIUM.

1 *Spectato jure naturali gentium, licèt aliqui teneant, quòd mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ubicumque inveniantur, ſunt primi inventoris, numer.* 1. *verior eſt opinio, quòd non ſunt inventoris, ſed pertinent ad dominum fundi, in quo inveniuntur, num.* 2.

3 *Mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ſpectato jure communi, ſi inveniantur in loco Principis, ſeu publico, pertinent ad Principem,*

4 *Mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ſi inveniantur in aliquo fundo, utrum pertineant ad Principem, vel ad dominum fundi. Tres ſunt opiniones, num.* 4. *ſed verior eſt, quòd pertinent ad dominum fundi, in quo inveniuntur, numer.* 5. *Tenetur verò dominus fundi ſolvere decimam partem Regio Fiſco, numer.* 6. *& quid ſi inveniantur in loco Principis, ſeu publico, num.* 7. *& quomodo hæc decima ſit ſolvenda, num.* 8.

9 *Mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum inventæ in fundo dotali, an pertineant ad uxorem, vel ad maritum, numer.* 9. *& quid quando inveniuntur in fundo vinculato, ſeu majoratus, numer.* 10. *& quid quando inveniuntur in fundo, cujus dominus unus eſt utilis, alter directus, num.* 11.

12 *Mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ſpectato jure privatorum Regnorum, ſeu eorum conſuetudine, pertinent ad Regem, n.* 12. *ut in Regnis Caſtellæ, num.* 13. *in Regno Aragonum, nu.* 14. *in Principatu Cathaloniæ, nu.* 15. *in Regno Valentiæ, num.* 16. *in Regno Luſitaniæ, num.* 17. *in Regnis Indiarum, nu.* 18. *in reliis imperii, num.* 19.

20 *Doctori atteſtanti de conſuetudine ſuæ pariæ credendum eſt.*

21 *Cauſa minerarum, venarum, ſeu fodinarum auri argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum in fundo, ſeu prædio Clerici, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ inventorum tractanda eſt contra Clericum, ſeu Eccleſiaſticam perſonam in Curia ſæculari Bajuliæ Generalis Cathaloniæ.*

22 *Aurum de palliola inveniens in littore, ſeu ripa fluminis, vel ripæ, an teneatur aliquid ſolvere Regi.*

23 *Saliné an ſint de regalibus?*

24 *Theſaurus inventus bonis artibus an ſit de regalibus,*

25 *Theſauri, & mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, & aliorum metallorum, diverſa eſt ratio.*

26 *Remedium l.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione locum habet, ſi forte minoris diſtractus fuerit fundus ob mineram, venam, ſeu fodinam auri, argenti, & aliorum metallorum in eo exiſtentem, quamvis talis metallorum minera, vena, ſeu fodina à principio ignorabatur.*

27 *Remedio l.* 2. *C. de reſcindenda venditione venditor uti non poteſt, quando venditus eſt fundus, in quo venditor poſt invenit theſaurum, num.* 27. *nedum quando venditor ignorabat theſaurum eſſe in fundo, n.* 28. *ſed etiam quando emptor ſciebat in fundo empto eſſe theſaurum, & venditor ignorabat, num.* 29.

30 *Emptor ſciens in fundo eſſe theſaurum abſconditum, poteſt eodem pretio fundum emere, ac ſi nullus theſaurus ibi eſſet reconditus, abſque obligatione reddendi aliquid venditori, num.* 30. *ſecùs ſit non ſit theſaurus, ſed pecunia in fundo depoſita ſub terra, nam tunc venditori eſt reſtituenda, num.* 31.

DECISIO CCLXI.

SPectato jure naturali gentium, licèt aliqui teneant, quòd mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque 1

que metallorum, ubicumque inveniantur, sunt primi inventoris, Soto *de just. & jure, lib.* 5. *quæst.* 3. *artic.* 3. Læssius *de just. & jure, lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 12. *num.* 51. Fagundez *de just. & lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. *versic. An verò, & num.* 3. 4. 5. & 6.

2 Communis tamen, & verior est opinio, quòd spectato jure naturali gentium mineræ, venæ, seu fodinæ auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum non sunt inventoris sed pertinent, & spectant ad dominum fundi, seu prædii, in quo reperiuntur, Gabriel *in* 4. *dist.* 15. *qu.* 3. *art.* 3. *dub.* 7. Molina *de just. & jure, tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 54. *paulo post initium*, Layman *in Theolog. mor. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 21. quos refert, & sequitur reprobatis contrariis Castr. Palaus *de just. & jure, part.* 7. *tract.* 31. *disp. unic. punct.* 17. *numer.* 14. *versic. Cæterùm*, Villalobos *in sum. mor. part.* 2. *tract.* 10. *dif.* 21. *numer.* 1. *in princip.* Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 36. *num.* 59.

3 At spectato jure communi, mineræ, venæ, seu fodinæ auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, si inveniantur in loco Principis, seu publico, pertinent, & spectant ad Principem, *ad text. in l.* 3. §. *fin. ff. de jure fisci*, & in terminis procedit text. sic intelligendus *in c.* 1. *verbo Argentaria, tit. quæ sint regalia in usib. feudor.* & quod præsupponit *lib.* 1. *ff. quod cujusque univer. nom. leg. sed & hi, ff. de publican. & vectigal. l. inter publica* 17. *in fine, ff. de verb. signif.* sic communiter tenent omnes Interpretes, ut præcipuè annotarunt Martin. Lauden. Florian. & Jacob. quos refert, & sequitur Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 12. quibus addendi sunt Bass. *in prax. crim. tit. de metallis, nu.* 12. 13. & 14. Afflict. *decis.* 121. ubi Ursil. *num.* 1. Montan. *de regalib. tit. Argentaria, num.* 16. Farinac. *in praxi, par.* 3. *quæst.* 104. *num.* 37. Petr. Barbosa *in l. divortio* 8. §. *Si vir, numer.* 18. *in prin. & versic. Intellige autem, ff. solut. matrimon.* Ramirez *de lege reg.* §. 26. *num.* 29. *ubi plures, allegat. litera Q.* Castillo *de tertiis, part.* 7. *c.* 41. *num.* 115. Montan. *de regalib. verbo Argentariæ, num.* 16. Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 1. & 2. Ripoll. *de regal. cap.* 16. *num.* 12.

4 Si tamen mineræ, venæ, seu fodinæ auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum inveniantur in aliquo fundo, utrum pertineant, & spectent ad Principem, vel ad dominum fundi? Tres sunt opiniones, quas referunt Afflict. *decis.* 231. Montanus *de regalib. tit. Argentariæ, à num.* 1. Azevedo *l.* 2. *numer.* 1. 2. & 3. *tit.* 13. *lib.* 6. *recopiliat.* Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 2.
5 §. 6. *à num.* 101. Communior tamen, & verior est opinio, quòd spectant, & pertinent ad dominum fundi, quia sunt partes fundi, & in fructu esse censentur, nam in illis mineris, venis, seu fodinis auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum dominus fundi habet dominium, sicut in toto fundo, & sicut illud quod superiùs correspondet superficiei fundi mei, censetur meum usque ad cælum, *l. Altius, Cod. de servit. & aqua*, sic etiam quod est subtus fundum meum, debet censeri meum usque ad inferos, ut advertit Cæpola *de servit. rusticor. prædior. cap.* 22. *n.* 4. & *melius in l. inter publica*, §. 1. *num.* 10. *ff. de verbor. signif.* ita præsupponunt jura *in l. divortio* 8. §. *Si vir, versic. Sed si creti fodinæ, l. si fundus* 9. *ff. solut. matrim. lib.* 3. §. *fin. ff. de rebus eorum, l. item si fundi* 10. *versic. Sed si metalla, l. æquissimum* 17. §. *proinde alias, l. si cujus* 13. §. *indè, ff. de usufructu*, sic resolvunt. Roman. Alexand. & Castren. *num.* 4. *in dicta l. divortio*, §. *si vir.* Petr. ubi Barbosa multis laudatis *num.* 18. *versic. aut reperiuntur*, & *num.* 21. *in fine*, & *num.* 22. *ff. solut. matrim*, Garcia *de expen. cap.* 22. *nu.* 4. Molina *de just. & jure, tract.* 2. *disp.* 54. *col.* 2. Diana *resol. moral. part.* 9. *tract.* 5. *resol.* 17. & *in coordin. part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 28. *num.* 1. & 2. Castr. Palaus *de just. & jure, part.* 7. *tract.* 31. *disp. unic. à punct.* 17. *nu.* 14. *versic. Cæterum*, Fagundez *de just. & jure, lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. Amaja *in l.*

unica, num. 30. & 31. *C. de thesaur. lib.* 10. Afflict. *decis.* 321. ubi Ursillis *num.* 1. Bossius *in prax. crim. tit. de metallis, num.* 4. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 11. Farinac. *in praxi, crim. part.* 3. *quæst.* 104. *numer.* 36. Thoro *in compend. decis. part.* 1. *verbo Jus conficiendi, fol.* 298. Camil. de Curte *resol. feudal. cap.* 4. *num.* 63. *in fine*, Ripoll. *de regal. cap.* 16. *num.* 21. Villaplana *in addit. ad Peguer. in Constit. Item ne super laudemio, versic.* 7. *num.* 64. Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 36. *num.* 62. Mieres *de majoratu, p.* 1. *quæst.* 10. *num.* 35. Ramirez *de lege regia*, §. 26. *num.* 29. *versic. Quòd si in fundo privati*, Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 20. §. 6. *num.* 101. Castillo *de tertiis, part.* 7. *cap.* 41. *num.* 115. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. 4. 5. 8. 9.

Tenetur verò dominus fundi solvere Regio Fisco 6
decimam partem auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum in mineris, venis, seu fodinis ejus fundi inventis, *leg. cuncti, Cod. de metall. lib.* 10. Alciat. *in leg. Inter publica* 17. *n.* 4. *ff. de verbor. signif.* & hæc decima, quæ Regio Fisco solvitur, jus regale metallorum dicitur, *leg. Inter publica* 17. *in fin. juncta, glos. ult. ff. de verbor. signif.* sic accipienda jura *in l. Sed & hi ff. de publican. & vectigal. lib.* 1. *ff. quo cujusque univer. nom. cap.* 1. *verbo Argentariæ, tit. quæ sint regal. inusu feudor.* Bossius *in prax. crim. titul. de metallis, numer.* 3. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 11. Afflict. *decis.* 321. Mieres *de majoratu, par.* 1. *cap.* 10. *num.* 35. Thoro *in compend. decis. part.* 1. *verbo Jus conficiendi, fol.* 298. Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 104. *num.* 36. & 61. Petr. Barbosa *in leg. Divortio, §. Si vir. numer.* 17. *versic. His ita explicatis juncto, num.* 19. *versic. Secunda concordia*, & *nu* 26. *versic. Ad secundum, ff. solut. matrim.* Gomez *in l.* 45. *tauri, num.* 51. *in fine*, Ramirez *de leg. Reg.* §. 26. *num.* 29. *versic. Solumque certa pars*, Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 20. §. 6. *numer.* 103. Mastril. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 301. 302. & 303. notant Balmaseda *de collect. quæst.* 123. *num.* 20. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 6. 7. sic intelligendus Menochius *cons.* 302. *num.* 29. *versic. Decimo sexto, lib.* 4.

Et si mineræ, venæ, seu fodinæ, auri, argenti 7
stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum inveniantur per aliquem in loco Principis, seu publico, tunc duæ decimæ solvendæ sunt per inventorem Regio Fisco, una ratione juris regalis, & alia ratione fundi in quo inventæ sunt; si verò inveniantur in fundo alieno una decima solvenda est Regio Fisco ratione juris regalis, & alia decima domino fundi ratione loci, *leg. Cuncti, juncta glos. fin. Cod. de metal. lib.* 11. qui quidem text. licèt in specie loqui videatur in effodientibus venas saxorum, prout in effodientibus lapidicinas annotavit Bartol. *ibidem*, tamen intelligitur in effodientibus metalla, quorum appellatione comprehenduntur etiam lapidarii, & lapidum effodiatores, & inventores, ut tradunt ibidem Joan. de Platea *numer.* 1. *in fine*, Lucas de Penna *in princ. & numer.* 1. quibbus addo *leg. venditor*, §. *Si constat glos. verbo Salarium*, ubi Alberic. *numer.* 3. *ff. com. prædior. leg. inter publica in fine, glos. verbo Metallorum, ff. de verbor. signif.* Afflict. *decis.* 321. *n.* 5. & 11. *in fine*, Gragor. Lopez *lib.* 5. *glos. fin. in prin. tit.* 15. *part.* 2. Bossius *in praxi crim. tit. de metallis, num.* 3. & 13. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 11. Petr. Barbosa *in leg. Divortio* 8. §. *Si vir, num.* 19. *versic. Quibus addendum est, ff. Solut. matrim.* Farinac. *in prax. crimin. part.* 3. *quæst.* 104. *num.* 62. & 63. Tusch. *pract. conclus. littera M. concl.* 237. *num.* 2. & 12. Alfaro *de offic. fiscal. glos.* 20. §. 2. *numer.* 106. remissivè Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unico, num.* 28. & *in polit. lib.* 6. *cap.* 1. *versic. Taunque, fol.* 932.

Hæcque decima solvenda est Regio Fisco ex au- 8
ro, & argento jam purificato, non verò ex metallo, seu in pulvere, prout à terra eruitur, Joan. de Platea *in l. Cuncti post. princ. C. de metall. libro* 11. Petr. Barbosa *in l. Divortio* 8. §. *Si vir, num.* 20. *ver-*

ſicul. Item addendum eſt, ff. Solut. matrim. notant Solorzano *de jure Indiar. in polit. lib. 6. cap. 1. verſic. Yendo todos con letura, ibi: Yuſſi por, fol. 933.*

9 Quapropter ſi prædium eſt fundus dotalis, quidquid ex mineris, venis, ſeu fodinis auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum inveniatur, cedit uxori in dotis augmentum, *juxta tex. in l. Si ex lapidicinis, ff. de jure dotium*, quod intelligendum eſt, modò aliud ſimile non renaſcatur, nam eo caſu quo aliud ſimile renaſcatur, referendum eſt inter fructus prædii marito ſpectantes, *ut habetur in l. Divortio, §. Si vir, & ibi gloſ. l. Si fundus, ff. Solut. matrim. l. Item ſi fundi, ff. de uſufruct.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. par. 7. tract. 31. diſp. unica, punct. 13. §. 17. num. 14. verſic. Cæterum, ibi: Quo circa*, Molin. *de primog. Hiſpanor. lib. 1. cap. 23. num. 8. verſic. Sed intelle-ctus*, Farinac. *in prax. crim. part. 3. quæſt. 104. numer. 43.* Camil. de Curte *reſol. feudal. cap. 4. numer. 63. poſt* Marinis *reſol. jur. lib. 1.* Garcia *de expen. cap. 22. ſub num. 47.* latiſſimè Petr. Barboſa *in l. Divortio 8. §. Si vir à prin. & à num. 1. ſignanter, num. 14. 15. & 36. ff. ſolut. matrim.* Caſtillo *de uſufructu, lib. 1. cap. 37. num. 9. & à num. 15.* Boer. *deciſ. 19. num. 3. & deciſ. 51. num. 2. & deciſ. 124. num. 4.* alter Molina *de juſt. & jure, tractat. 2. diſput. 54. ad finem*, Mele *ad Gizarel. deciſ. 34. à num. 59.* Guttier. *de tutel. part. 3. cap. 25. tota*, ubi latè diſputat an tutor, vel curator debeat habere decimam ex mineris, venis, ſeu fodinis auri, argenti, & aliorum metallorum in fundo pupilli inventis, Baeca *de decima tutoris, cap. 25. numer. 15. & 16.* Larrea *deciſ. Granat. 44. à num. 13.*

10 Et ſi prædium eſt ex bonis vinculatis, ſeu majoratus, quod ex eo extractum fuerit, poſſeſſori competit, ut potè domino prædii, ſed obligatur, nè prædium ſucceſſoribus notabiliter deterius reddat, quia ſub eo onere bona vinculata, ſeu majoratus poſſidet, Molina *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 23. à num. 8. uſque ad finem*, alter Molina *de juſt. & jure, tractat. 2. diſput. 54. in medio*, Petr. Barboſa *in leg. Divortio 8. §. Si vir, à numer. 9. ff. Solut. matrim.* Garcia *de expenſis, cap. 22. num. 47. & 48.* Guttier. *de tutel. par. 3. cap. 25. à numer. 19.* Caſtr. Palaus *de juſt. & jure, part. 7. tract. 31. diſp. unica, punct. 13. §. 17. verſic. Cæterum, ibi: Verum ſi prædium*, Caſtillo *de uſufruct. cap. 37. ſub num. 19.*

11 Et ſi dubites, ad quem de jure communi pertineant & ſpectent mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum inventæ in fundo, cujus dominus unus ſit utili, alter directus? Reſp. quòd ſpectant & pertinent ad eum, qui haber utile dominium, & non ad dominum directum quia utile dominium prævalet directo, ſic Boſſius *in prax. crim. titul. de metallis, num. 11.* etſi contrarium videatur voluiſſe Nicaſius *in §. Theſauros, num. 3. de rer. diviſ.* Farinac. *in praxi crim. part. 3. quæſt. 103. num. 38.* Petr. Barboſa *in l. Divortio, §. Si vir, à numer. 9. ff. Solut. matrim.*

12 Prædicta procedunt juxta jus naturale, gentium, & commune; at ſpectato jure privatorum Regnorum, ſeu eorum conſuetudine, mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ubicumque inveniantur, deputantur, & adjudicantur Regi, & ad Regem pertinent, & ſpectant in ſumptus communes ad ſuſtentanda onera Reipublicæ, ſoluta aliqua parte, tam inventori, quàm domino prædii, Molina *de juſt. & jure, tract. 2. diſput. 54.* Villalob. *in ſumm. moral. part. 2. tract. 10. dif. 21. numer. 1. verſic. Mas de ordinario*, Caſtr. Palaus *de juſtit. & jure, part. 7. tract. 11. diſp. unica, punct. 13. §. 17. num. 14. verſic. Cæterum, in fine, ibi: Hæc intelligenda ſunt*, Petr. Barboſa *in l. Divort. 8. §. Si vir, num. 19. verſic. Cum igitur, ff. ſolut. matr.* Afflictis *deciſ. 321. num. 4. 5. & 16.* Boſſius *in praxi crim. tit. de metallis, num. 7.* Tuſchus *pract. concluſ. litera M. concluſ. 237. num. 15. & 16.* Guttier. *practicar. lib. 4. quæſt. 36. num. 53. in fine*, Ramirez *de lege Regia, §. 26. num. 19. in fine*, Farinac. *in praxi crim. part. 3. quæſt. 104. à num. 65.* Diana *reſol. moral. par. 9. tract. 5. reſol. 17. & in coordinat. part. 6. tract. 6. reſol. 18. ſub num.* Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 10. 12. & 13.*

Sic in Regnis Caſtellæ, mineræ, venæ, ſeu fodi- 13
næ auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ubicumque inveniantur, ſivè in publico, ſivè privato loco exiſtant, ſunt Regis, nec licet alicui abſquè licentia & privilegio Regis illas quærere, aut fodere, deductis tamen expenſis & data aliqua parte inventori, & domino agri, *lib. 2.* ubi Azevedo *numer. 3. verſic. De jure tamen noſtro, & lib. 4. in princ. tit. 13. libro 6. rec.* Gregor. Lopez *lib. 5. verbo Emineras, ad finem, tit. 15. part. 2.* Gomez *in leg. 45. tauri, ſub numer. 51.* Molina *de juſt. & jure, tract. 2. diſput. 54. col. 2.* Petr. Barboſa *in l. Divortio, §. Si vir, n. 19. verſ. Cùm igitur, & num. 20. verſic. Sed neque, ff. ſolut. matrim.* Villalobos *in ſumm. mor. part. 2. tract. 10. dif. 21. num. 2.* Guttier. *pract. lib. 4. quæſt. 36. num. 62. & 63.* Amaja *in l. unica, nu. 33. C. de theſauris, lib. 10.* Alfaro *de offic. fiſcal. gloſ. 20. §. 6. numer. 105.* Balmaſeda *de collectis, quæſt. 123. numer. 4. & 5.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 10. verſic. Atque ita*, Caſtillo *de tertiis, tom. 7. cap. 41. nu. 115. verſic. De his autem mineris*, Diana *reſol. moral. part. 9. tract. 5. reſol. 17. & in coordinat. part. 6. tract. 6. reſol. 18. num. 2. in fine, verſic. Hodiè tamen*, Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 5. capit. unico, à num. 19. & in polit. lib. 6. cap. 1. verſic. De las quales, cum ſeq. fol. 291.*

Et in Regno Aragonum omnes fodinæ, ex quo- 14
rum venis deducitur electrum, æs, ſtannum, plumbum, argentum, aurum, ferrum, arumen, vel quodlibet aliud metallum, ſunt ſupremi dominii, & ad regem pertinent, ac ei ſoli jus eſt concedendi facultatem privatis, ut poſſint inquirere venas metallorum, etiam in fundis alienis; ſic accepiſſe teſtaſtatur Ramirez *de lege Regia, §. 26. num. 29.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 10. verſic. Ita etiam.*

Similiter in Cathalonia, hoc jure utimur, quòd 15
nemo poteſt habere mineras, venas, ſeu fodinas auri, argenti, vel alterius metalli, & ſalis, ſine licentia, & conceſſione Principis, nec metalla extrahere, vel perquirere, imò habita licentia à Principe, & data ſibi certa parte hoc fieri debet, Calicius *in margarita fiſci, dub. 8. numer. 10. verſic. 77. & in extravag. Curiar. cap. 7. num. 77. verſic. 77.* Cancer *part. 3. var. cap. 13. num. 311.* quos citat Maſtril. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 302.* Ripoll. *de regal. cap. 16. à num. 8. & à num. 28. & à num. 60.* Antunez Portugal. *de donat. reg. tom. 2. lib. 3. capit. 12. ſub num. 10.* Villaplana ſic intelligendus *in addit. ad* Peguer. *in conſtitut. Item ne ſuper Laudemio, verſ. 7. à num. 61.* Boſch. *dels titols de honor. lib. 2. cap. 41. §. 3. verſic. Altres regalies, fol. 296.*

Et in Regno Valentiæ, idem obtinuit conſuetu- 16
do, quæ jam habet vim legis, ut metalla omnia ſint patrimonii Regis, & ita in Caſtella, & in eo Regno Valentiæ nemo illa poteſt quærere, aut fodere tuta conſcientia, ſine licentia, ac privilegio Regis, quòd ſi contra faciat, quidquid acceperit, deductis expenſis, tenetur reſtituere, ut bona, quorum Rex eſt verus, & legitimus Dominus, refert Guttier. *pract. lib. 4. quæſt. 36. numer. 63. verſic. In Regno Valentiæ.*

Pariter in Regno Luſitaniæ, mineræ, venæ, ſeu 17
fodinæ auri, argenti, & aliorum metallorum inter jura regalia numerantur eo modo, quo declarant Fagundez *de juſt. & jure, lib. 2. cap. 12. numer. 1. verſic. Sanè in hoc Regno*, Petr. Barboſa *in l. Divortio 8. §. Si vir, numer. 20. verſic. In Regno quidem Portugalliæ, ff. Solut. matrim.* Cabedo *deciſ. 55. part. 2.* Pereyra *de extinct. emphit. cap. 3. à numer. 13.* Antunez Portugal. *de donat. reg. tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 10. verſic. Quod ipſum.*

Et

18 Et in Regnis Indiarum mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri, argenti, & aliorum metallorum ad Regem pertinent, declarant Alfaro *de offic. fiſcal. reg.* 20. §. 6. *num.* 104. *&* 105. Caſtillo *de tertiis, tom.* 7. *cap.* 41. *numer.* 115. *in fine*, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unico, à num.* 19. *ſignanter, num.* 30. *& in polit. lib.* 6. *capit.* 1. *verſic. De las quales, cum ſeq. fol.* 931. breviter notat Fagundez *de juſt. & jure, lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 1. *in fine.*

19 In terris Imperii mineræ, venæ, ſeu fodinæ auri argenti, & aliorum metallorum ad Principem ſpectant, ut refert And. de Iſernia *in capit.* 1. *verbo Argentariæ, tit. quæ ſint regaliæ in uſibus feudorum,* etſi eum impugnent Boſſius *in praxi crim. tit. de metallis, numer.* 8. Farinac. *in praxi crim. part.* 3. *quæſt.* 104. *ſub num.* 67. ſed malè, quia ratio per
20 eos adducta non eſt vera. Cùm Doctori atteſtanti de conſuetudine ſuæ patriæ credendum ſit, *ut cum multis tradidi, deciſ.* 3. *num.* 28. *part.* 1. quibus addendi ſunt plures alii, quos citant Auguſt. Barboſa *in cap. Dilectus* 8. *num.* 17. *de conſtitut.* Queſada Pilo *controver. foren. cap.* 17. *nu.* 46. *&* 47. Sperell. *deciſ.* 131. *num.* 33. *verſic. Et in omnem caſum, lib.* 2. Villalobos *in ſum. mor. part.* 1. *tract.* 3. *diff.* 19. *num.* 11. me citato Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 27. *num.* 4. *part.* 1. ſaltem præſumptivè, niſi contrarium clarè probetur, Caſtr. Palaus *in opere mor. part.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *punct.* 6. *num.* 9. Diana *reſol. moral. part.* 6. *tract.* 5. *reſol.* 28. *& in coord. part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 34.

21 Ex dictis *num.* 15. infertur reſolutio in Cathalonia ad quæſtionem in argumento propoſitam, Ut cauſa minerarum, venarum, ſeu fodinarum auri, argenti, ſtanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum in fundo, ſeu prædio Clerici, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ inventorum tractanda ſit contra Clericum, ſeu perſonam Eccleſiaſticam in Curia ſæculari Bajuliæ Generalis. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Copons, Conſultoribus Sabater, Guardiola, & Regas 16. Aprilis 1596. in favorem Curiæ ſæcularis Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, contra Oeconomum Conventus Beatæ Mariæ Montis Alacris Ordinis Carthuſien.

22 Sed utrum inveniens aurum de palliola in litore, ſeu ripa fluminis, ſeu ripæ teneatur aliquid Regi ſolvere? Aliqui tenent quòd non, quia jure gentium fit inventoris, ita Marcus *deciſ.* 125. *part.* 1. *&* *deciſ.* 583. *part.* 2. Rebuffus *in leg. Inter publica, col.* 8. *ad finem, ff. de verbor. ſignif.* Petr. Barboſa *in l. Divortio*, §. *Si vir. numer.* 20. *in fine verſic. Præterea addes, ff. Solut. matr.* Antunez Portugal. *de donat. reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 20. *per text. in* §. *Item lapilli, de rerum diviſ.* at eos impugnat contrarium docens Solorzano *in polit. lib.* 6. *cap.* 1. *verſic. Yendo todos con letura, fol.* 933. in ea ratione quia aurum inventum in littore, ſeu ripa fluminis, ſeu ripæ judicatur pro mineris, venis, ſeu fodinis. Quid in hoc dicendum, cogita.

23 Circa ea, quæ ex Calicio, Cancer. Ripoll. & Villaplana *num.* 15. tradidi de ſale, quòd ſit in Cathalonia de Regalibus, ut nemo poſſit habere mineras, venas, ſeu fodinas ſalis ſine licentia, & conceſſione Principis. Si vis ſcire quid de jure communi, & an in omnibus Regnis, & Provinciis ſalinæ computentur inter regalia, & ſic ad Principem ſpectent, latè tradunt, explicant, & declarant Maſtril. *de Magiſtrat. libro* 3. *cap.* 10. *à numer.* 305. Ramirez *de lege Reg.* §. 26. *num.* 28. Alfaro *de off. fiſcal.* §. 20. *gloſ.* 4. *de ſalariis, à num.* 82. Caſtillo *de tertiis, part.* 7. *cap.* 41. *num.* 116. Petr. Barboſa *in l. Divortio* 8. §. *Si vir, num.* 27. *verſic. Juxta hæc congruenter quæritur, cum ſeq. ff. ſolut. matrim.* Borrell. *de Reg. Cathol. præſt. cap.* 25. Larrea *alleg. fiſcal.* 77. *à num.* Montanus *de regalib. verbo Vectigalia, num.* 1. *& verbo Piſcationem redditus, & ſalarium, num.* 2. *&* 3. Mele *in addit. ad Gizarel. deciſ.* 34. *num.* 66. Balmaſeda *de collectis, quæſt.* 123. *à num.* 2. *cum ſeq.* Auguſtin. Barboſa *in l. Si quis* 11. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *C. de vectigal.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unico, num.* 19. *&* 34. *& in polit. lib.* 6. *capit.* 3. *verſic. Y eleſer, fol.* 944. *in fine*, Rovitus *in rub. n.* 1. ubi Novarius *collect.* 1. *num.* 2. *&* 3. *& in pragm.* 1. *collectan.* 2. *nu.* 2. 3. 4. *&* 5. *& in pragmat.* 2. *collect.* 3. *num.* 3. *de ſale vendendo*, Cabedo *deciſ.* 53. *&* 81. *part.* 2. Mel. *obſervat. foren.* 111. *tota*, Fajardo *alleg. fiſcal.* 33. *à num.* 2447. Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 46. *num.* 2. ubi Romaguera *in addit. num.* 4. 5. *&* 6. latè Antunez Portugal. *de donat. reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *per totum.*

Sed utrum theſaurus inventus ritè, & bonis ar- 24
tibus, non arte magica, ſit de regalibus, ſivè in loco Principis, Fiſcali, vel publico inveniatur, ſivè inventus ſit in fundo proprio, ſivè alieno, tam de jure communi, quàm conſuetudine aliquorum Regnorum, & latè de hac materia, videantur Menochius *conſ.* 934. *lib.* 9. *& lib.* 5. *præſump.* 30. Covar. *in reg. peccatum, part.* 3. §. *fin. de regul. juris in* 6. Borrell. *de reg. Cathol. præſtan. cap.* 27. Gomez *in l.* 51. *tauri, num.* 51. *&* 52. Burſat. *conſ.* 209. *lib.* 2. Molina *de juſt. & jure, tract.* 2. *diſp.* 54. 55. *&* 56. Alter Molina *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 23. Garcia *de expen. cap.* 22. *à num.* 49. Cabedo *deciſ.* 56. *part.* 2. Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæſt.* 104. *à num.* 1. *ad* 32. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 2. *à num.* 1. *ad* 11. Azevedo *l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 6. *recop.* Petr. Barboſa *in l. divortio* 8. §. *Si fundum, à numer.* 23. *verſic. Ultima concluſio, cum ſeq. uſque ad num.* 51. *ff. ſolut. matrim.* Pichard. *in* §. *Theſauros* 38. *de rer. diviſ.* Valaſcus *de jure emphit. quæſt.* 15. *tota*, Roſſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 92. Maſtril. *de magiſtrat. à num.* 316. *ad* 328. Aponte *de poteſt. Proreg. tit. de diverſis proviſionibus, rub. de theſauris, fol. mihi* 517. Cævallos *comm. contr. comm. quæſt.* 514. Guttier. *lib.* 4. *practicar. quæſt.* 36. *per totum*, Ramirez *de lege, reg.* §. 26. *num.* 54. Villalobos *in ſumm. mor. part.* 2. *tract.* 10. *dif.* 20. & alii innumeri, quos citat Caſtillo *de tertiis, part.* 7. *cap.* 41. *à num.* 104. *ad* 115. quibus addendi ſunt Calicius *in margarita fiſci, dub.* 6. *num.* 5. *verſic. Septimus caſus, & num.* 6. Montanus *de regalib. rit. de theſauris, toto fol.* 307. Coſta *in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, diſt.* 60. *num.* 1. idem Guttier. *de tutelis, part.* 3. *cap.* 26. Afflictis *deciſ.* 321. *num.* 7. ubi Urſil. *à num.* 7. Antonell. *de loco legali, lib.* 2. *cap.* 30. Berlich. *concluſ. legal. part.* 2. *concluſ.* 66. Severin *ad Sanfelic. deciſ.* 394. *lib.* 3. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 453. Ricc. *collect.* 321. *&* 1080. Mele *in addit. ad Gizarel. deciſ.* 34. *à num.* 72. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unico, à num.* 36. *& in polit. lib.* 6. *cap.* 5. *fol.* 953. Larrea *deciſ.* 44. *num.* 36. *&* 37. idem Caſtillo *de uſufructu, cap.* 37. *numer.* 20. *&* 21. Fagundez *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 14. *toto*, Alfaro *de off. fiſcal. gloſ.* 20. §. 6. *num.* 2. Amaja *in l. unica, Cod. de theſauris, libro* 10. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 31. *diſput. unic. punct.* 17. *à nu.* 1. *ad* 14. Diana *reſol. moral. part.* 9. *tract.* 5. *reſol.* 1. *cum plurib. ſeq. & in coordinat. part.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 1. *uſque ad* 18. *per totum tractatum de theſaur.* Conciolus *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 70. *à num.* 1. ubi Romaguera plures modernos addit. *à num.* 6. latiſſimè Antunez Portugal. *de donat. reg. tom.* 2. *lib.* 13. *capit.* 13. *à num.* 1. *ad* 74. *&* *num.* 90. *&* 91. de jure Cathaloniæ *uſatic. ruſticus verò*, ubi Marquilles, & alii *tit. de homens propris*, deciſio noſtri Senatus relata per Ripoll. *de regal. cap.* 16. *numer.* 41. & ex eo Diana *loco citato in antiquis, reſol.* 2. *poſt prin. & in coordinat. reſol.* 2. *num.* 1. latiſſimè Fontanella *deciſ.* 528. 529. *&* 530. *part.* 2.

Sed adverte, quòd licèt aliqui dicant, eandem 25
militare rationem inter theſaurum, & mineram, venam, ſeu fodinam auri, argenti, & aliorum metallorum, & conſequenter idem jus ſtatuendum eſſe, ut Afflictis *deciſ.* 321. *num.* 7. Caſtrenſis *conſ.* 4. *num.* 1. *part.* 2. Verùm longè diverſa, & diſſimilis eſt ratio. Quia theſaurus per ſe ſubſtitit, & eſt quid ſeparatum à fundo, repoſitum in eo cauſa cuſtodiæ, & ideò nihil commune habet cum ipſo fundo, *l.* 3. §. *neratius, ff. de acquir. poſſe.* Cæterum

minera, vena, seu fodina auri, argenti, & aliorum metallorum cohæret solo, & ipsius pars est, & ita qui dominus est fundi, debet censeri etiam dominus partis cohærentis, *l. Fructus* 44. *ff. de rei vindicat.* sic Petr. Barbosa *in l. Divortio* 8. §. *Si vir*, *num.* 22. *versic. Nec obstat argumentum*, *ff. solut. matrim.* Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 36. *n.* 59. & 60. Amaja *in l. unica*, *num.* 31. *C. de thesauris*, *lib.* 10 Larrea *decis. Granat.* 44. *num.* 36. Castillo *de usufructu*, *cap.* 37. *num.* 20. Diana *resol. mor. par.* 9. *tract.* 5. *resol.* 17. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 18. *sub num.* 2. Fagundez *de just. & jure*, *lib.* 2. *num.* 7. remissivè Mele *ad Gizarel. decis.* 34. *num.* 78.

26 Quapropter remedium *l.* 2. *C. de rescinden. vendit.* locum habet, si fortè minoris distractus fuerit fundus ob mineram, venam, seu fodinam auri, argenti, & aliorum metallorum in eo existentem, quamvis talis metallorum minera, vena, seu fodina à principio ignorabatur, ita Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 36. *num.* 60. Amaja *in l. unica*, *numer.* 32. *Cod. de thesaur. lib.* 10. Diana *resol. moral. part.* 9. *tract.* 5. *resol.* 17. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 6.

27 *resol.* 18. *num.* 2. *ante finem*. At quando venditus est fundus, in quo emptor post invenit thesaurum, non potest venditor uti remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* ut contra Roman. *in l. Si quis cum aliter*, *num.* 13. *ff. de verbor. obligat.* docent, & probant. Aretin. *in dicta l. Si quis cùm aliter*, *num.* 8. *ff. de verb. obligat.* Cagnol. *in l.* 2. *num.* 171. ubi Padilla *num.* 62. August. Barbosa *num.* 59. *C. de rescind. vendit.* Bursat. *cons.* 206. *num.* 6. *lib.* 1. Gabriel. *com. conclus. lib.* 3. *de empt. & vendit. conclus.* 1. *nu.* 111. Gratian. *discep. foren. cap.* 453. *num.* 26. latè solutis argumentis contrariis Fachineus *controver. juris*, *lib.* 2. *cap.* 20. *versic. Quartò convertitur*, *cum duob. seq.* Mantica *de tacitis*, *lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 57.

28 *versic. Hac amplius*, *usque ad finem*. Quod procedit, nedum quando venditor ignorabat thesaurum esse in fundo, ut prædicti Doctores dicunt, addo Petr. Barbos. *in l. Divortio*, §. *Si fundum*, *num.* 31. *versic. Ut igitur*, *ibi: Neque hoc casu*, *ff. Solut. matrim.* Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 36. *n.* 13. *vers. Undè*, Molina *de just. & jure*, *tract.* 2. *disp.* 56. *col.* 367. *ad finem versic. primi*, Amaja *in l. unica*, *num.* 29. ubi Valenzuela *num.* 37. *C. de thesaur. lib.* 10. Diana *resol. moral. part.* 9. *tract.* 5. *resol.* 15. *& coordinat. part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 16. *sub num.* 3. remissivè Hermosilla *ad Gregor. Lopez*, *l.* 56. *glos.* 6. *numer.* 114. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 301. *tom.* 2. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 75.

29 76. & 77. Verùm etiam quando emptor sciebat in fundo empto esse thesaurum, & venditor ignorabat, non est locus remedio *l.* 2. *Cod. de rescindit. vendit.* ut contra Alciat. *lib.* 7. *paregron*, *capit.* 1. quem sequitur Mantica *de tacitis*, *lib.* 4. *tit.* 16. *numer.* 56. est verior sententia, ut probat Petr. Barbosa *in leg. Divortio*, §. *Si fundum*, *num.* 32. *ff. Solut. matrim.* ad quem se refert August. Barbosa *in l.* 2. *num.* 60. *C. de rescind. vendit.* Gratian. *discep. foren. c.* 453. *num.* 26. Connan. *lib.* 3. *comm. cap.* 4. *nu.* 4. Diana *resol. mor. part.* 9. *tract.* 5. *resolut.* 15. *& in coordin. part.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 16. *n.* 3. Antunez Portugal. *de donat. reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 78.

30 Nam emptor sciens in fundo esse thesaurum absconditum, potest eodem pretio fundum emere, ac si nullus thesaurus ibi esset reconditus absque ulla obligatione reddendi aliquid venditori, quidquid dicant Angel. *in summ. verbo Emptor*, *num.* 24. *ad finem*, Connan. *lib.* 3. *commentar. cap.* 4. *numer.* 4. Valasc. *de emphit. cap.* 11. *num.* 6. Hurtadus *de just. & jure*, *disp.* 1. *differ.* 35. contra quos, & alios est communis, & vera sententia, ut colligitur ex relata parabola Matthæi 13. & tradunt Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 5. *ad* 2. Navar. *in manuali*, *cap.* 17. *num.* 175. Sotus *de just. & jure*, *lib.* 1. *qu.* 3. *art.* 3. *ad* 1. Molina *de just. & jure*, *tract.* 2. *disp.* 56. *vers. Dubium est*, Lessius *de just. & jure*, *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 15. *num.* 62. Layman *lib.* 3. *sum. sect.* 5. *tract.* 1. *cap.* 5. *nu.* 23. quos refert & sequitur Castr. Palaus *de just. & jure*, *part.* 7. *tract.* 31. *disp. unica*, *punct.* 17. *n.* 4. quibus addendi sunt Silvester *verbo Inventum*, *num.* Villalobos *in sum. moral. part.* 2. *tract.* 10. *dif.* 20. *num.* 5. Petrus Barbosa *in l. Divortio* 8. §. *Si fundum*, *num.* 32. *ff. Solut. matr.* Lugo *de just. & jure*, *tom.* 1. *disp.* 6. *sect.* 11. *num.* 126. *& seq.* Rebellius *de just. & jure*, *lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 15. *sect.* 2. *num.* 15. Rodriguez *in sum. tom.* 2. *cap.* 160. *num.* 4. Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 36. *à num.* 13. Amaja *in l. unica*, *nu.* 29. *C. de thesaur. lib.* 10. Berlichius *in conclus. practic. part.* 2. *conclus.* 66. *num.* 1. *&* 5. Fagundez *de just. & jure*, *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 15. Diana *resol. mor. part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 79. *& part.* 9. *tract.* 5. *resol.* 15. *& in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *resol.* 83. *num.* 2. *& dict. part.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 16. *nu.* 1. 2. *&* 5. quidquid ipse de æquitate dicat *num.* 4. Riccius *collect.* 1080. *in prin.*

Benè tamen verum est, quòd si non sit thesarus, 31
sed pecunia in fundo erat deposita sub terra, venditori est restituenda, Jason *in l.* 3. §. *Neratius*, *nu.* 8. *ff. de acquir. possess.* Padilla *in l.* 2. *num.* 62. *in fine*, *Cod. de rescind. vend.* Riccius *collect.* 1080. *in prin.* Amaja *in l. unica*, *num.* 29. *vers. Hoc tamen non obtinebit*, *Cod. de thesaur. lib.* 10. Fagundez *de just. & jure*, *lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 15. *versic. Porrò autem*, Rebellius *de just. & jure*, *part.* 1. *libro* 1. *quæst.* 15. *sect.* 2. *num.* 16. Berlichius *in conclus. practicab. part.* 2. *conclus.* 66. *nu.* 25. Diana *resol. mor. part.* 9. *tract.* 5. *resol.* 2. *&* 16. *& in coordinat. par.* 6. *tract.* 6. *resol.* 2. *num.* 3. *& resol.* 17. *num.* 1. *&* 2. & alii ex citatis *num.* 30.

ARGUMENTUM.

An contra laicos ludentes aleis, vel contra præstantes domum ludentibus possit procedere, aut non, Judex Ecclesiasticus.

SUMMARIUM.

1 *Don Bonaventura de Tristani Regius Senator Cathaloniæ laudatur.*
2 *Ludus quid sit.*
3 *Ludus quotuplex sit*, *num.* 3. *&* 4.
5 *Ludi alii sunt liciti*, *& permissi*, *alii illiciti*, *& prohibiti.*
6 *Ludi liciti*, *& permissi sunt omnes*, *quæ virtutis causa fiunt*, *quales sunt hi*, *qui pilo*, *vel disco jaciendo*, *currendo*, *saliendo*, *luctando*, *aut pugnando fiunt.*
6 *Ludi consistentes causa exercendæ virtutis sunt liciti & permissi Clericis.*
8 *Ludorum causa exercendæ virtutis*, *quæ sint species.*
9 *Ludorum varia genera observavit antiquitas.*
10 *Ludi consistentes in solo ingenio*, *& industria sunt liciti*, *& permissi*, *num.* 10. *Nedum laicis*, *sed etiam Clericis*, *num.* 11.
12 *Ludus pilo est licitus*, *& permissus*, *n.* 12. *tàm laicis quàm Clericis*, *n.* 13.
14 *Ludus schacorum est licitus & permissus*, *non solùm laicis*, *num.* 14. *sed etiam Clericis*, *numer.* 15. *sed non convenit viris literatis*, *& studiosis*, *n.* 16. *de cujus origine*, *& inventione*, *num.* 17.
18 *Ludens licito*, *permissa*, *& honesto ludo non facit contra cautionem de benè vivendo.*
19 *Ludere ludo licito & honesto potest jurans*, *aut vovens absolutè non ludere*, *nisi aliud conjiciatur de intentione voventis*, *aut jurantis.*
20 *Ludere quis potest honestè cum sociis*, *eo die*, *quo Eucharestia sumitur*, *& non est peccatum.*
21 *Ludere ludis licitis & honestis in diebus festis licitum est.*
22 *Ludus licitus & permissus ex circunstantiis potest fieri illicitus*, *& malus*, *& traduntur circunstantiæ.*
23 *Ludere in Ecclesia non licet etiam ludis licitis & permissis.*

24 *Lu-*

24 *Ludere in Ecclesia ludis licitis, & permissis an sit peccatum mortale.*
25 *Ludi theatrales, & inhonesti non debent fieri in Ecclesia.*
26 *Ludere absque pecunia, seu ad creditum ludis licitis, & permissis, sivè cum papireis signis, vulgò* Tantos, *& aliis cujuscumque modi non est licitum in Cathalonia, & aliis Regnis, numer.* 26. & 34.
27 *Ludus omnis in pecunia est prohibitus, num.* 27. *intellige in ludis prohibitis, secùs in permissis, numer.* 28. *declara in Cathalonia, ut in n.* 34.
29 *Ludens ludo permisso potest cogi ad solvendum, n.* 29. *limita ut in* 34.
30 *Ex ludo non datur actio, num.*30. *intellige in ludis prohibitis, secùs in permissis, num.*31. *declara ut in* 34.
32 *Ludus dicitur crimen, numer.* 32. *si est prohibitus, secùs si permissus, numer.* 33. *intellige, ut in num.* 35.
35 *Ludus pilæ, schacorum, seu alius consistens in solo ingenio, vel virtute corporis in parva quantitate, est permissus & licitus, num.* 35. *& quæ dicatur quantitas parva, num.*36. 37. 38. 39. 40. 41. 69. 70. *&* 75.
42 *Ludi etiam permissi librum habere est prohibitum in Cathalonia.*
43 *Ludis etiam permissis an possint Clerici ludere cum laicis, n.*43. 44. *&* 45.
46 *Ludi prohibiti sunt ii, quibus fortunæ judicium tantùm operatur, n.*46. *qui appellantur aleæ, n.* 47. *&* 48.
49 *Ludus aleæ est omni jure prohibitus laicis, & Clericis.*
50 *Ludus alearum quis fuerit inventor.*
51 *Ludus alearum in specie dicitur in quo trahuntur taxilli.*
52 *Ludus taxillorum propriè, & de per se consideratus est ille, quem Castellani vacant* Dados, *& Cathalani* Daus, *n.*52. *estque prohibitus Clericis, & laicis, num.*53.
54 *Ludus azardi est prohibitus, cùm sit ludus taxillorum.*
55 *Ludus chartarum est prohibitus, sicut ludus taxillorum.*
56 *Ludus non solùm est prohibitus, in quo sola sors versatur; sed etiam in quo mixtura ingenii, & fortunæ, n.*56. *&* 57.
58 *Ludi alearum, taxillorum, & similium qua ratione sint prohibiti.*
59 *Lusores alearum, taxillorum, & similium ludorum prohibitorum apud multos reputantur infames, & à testimonio repelluntur, nec possunt facere testamentum, nec admitti ad aliquod publicum officium.*
60 *Ludentes ludis prohibitis si sunt laici puniendi sunt pœna extraordinaria arbitrio Judicis.*
61 *Clerici ludentes ludis prohibitis qua pœna puniantur.*
62 *Lusor ab officio tutelæ etiam testamentariæ removeri potest.*
63 *Ludo prohibito præsentes ex se puniendi sunt eadem pœna, qua lusores.*
64 *Ludo prohibito facere ad partem, vel societatem cum lusore non licet, præsertim Clericis.*
65 *Ludere ad taxillos non licet ullo tempore anni.*
66 *Jura tàm civilia, quàm canonica prohibentia ludum alearum, & taxillorum à suo vigore cessisse, & consuetudine abrogata esse.*
67 *Ludus taxillorum cum tabulis in Cathalonia est licitus, n.*67. *quid de Clericis, n.*78.
69 *Ludere licet ludis prohibitis in convivio, aut vescendi causa, ut in parva quantitate, num.* 69. *&* 70. *& tanto fortiùs gratis absque pecunia, n.*71.
72 *Ludis prohibitis ludentes laici nullum peccatum committunt, nec mortale, nec veniale, intellige, & declara, num.*72. *& quid de aspicientibus, num.*73. *& de Clericis in minoribus non beneficiatis, n.*74.
75 *Ludis prohibitis ludentes Clerici in sacris Ordinibus constituti, vel beneficiati an peccent mortaliter, num.* 75. *& quid de aspicientibus, n.* 76. *quid de Religiosis, num.* 77. *& quid de Episcopis, num.*77.
79 *Ludere Orationem Angelicam, vel Psalmos, aut preces præsertim ludo licito, & honesto non est peccatum, nec ulla simonia.*
80 *Ludi punitio contra laicos lusores, hujusque criminis cognitio an spectet ad Judicem Ecclesiasticum, referuntur opiniones, n.*80. 81. 82. *&* 83. *sed quid sit de jure; tamen in Hispania nunquam visum fuit Judicem Ecclesiasticum procedere contra laicos, n.*84. *&* 85.
86 *Ludum in domo retinere majus delictum est quàm ludere.*
87 *Ludum in domo retinentes extra ordinem arbitrio Judicis puniendi sunt, n.*87. *quibus pœnis, n.*88. *intellige, ut in n.*94.
89 *Statuta sub variis pœnis statuta sunt in pluribus Regnis, & Provinciis contra retinentes domi ludum, n.*89. *intellige, ut in num.*94.
90 *Mulieres tenentes domos ludorum comprehenduntur in statutis prohibentibus retinere domum ludi, sub pœnis in illis contentis, sicut comprehenduntur sub statuto prohibente asportationem armorum. Et sub statuto imponente pœnam euntibus de nocte sine lumine post sonum campanæ.*
91 *Domum habens expositam ad ludendum, peccat mortaliter.*
92 *Principes non possunt præbere facultatem, & licentiam exponendi domum ludo, num.* 92. *nec possunt hoc permittere, num.* 93. *intellige, ut in n.*94.
95 *Judex Ecclesiasticus an possit procedere contra laicos præstantes domos ad ludendum, numer.* 95. *& quid si publicato edicto Episcopi mandato comparuerint laici in Curia Ecclesiastica, numer.* 96.

DECISIO CCLXII.

DOctissimus meæ Aulæ Regius Senator Don Bonaventura de Tristany circa contenta in hoc argumento me prævenit, *decis.*65. *tom.*3. ut in tanti Senatoris laudem repetere possem ea, quæ dixit *decis.* 230. *num.*1. *part.*4. Verùm ne recedam à labore suscepto. Præmittendum est circa primam partem dubii in argumento propositi. 1

Primò præmitto. Quòd ludus secundùm aliquos est actus quidam cessationis, vel recreationis quandoque ex sola fortuna, interdum ex industria, nonnunquam ex utroque proveniens, sic Soccin. *inter dilectos, num.* 25. *de excess. Prælat.* Bajard. *ad Clar. §. ludus, num.*1. & alii Don Bonavent. de Tristany *decis.*65, *num.*12. *tom.*2. sed Azevedo tradita prædicta definitione *in rub. num.*1. *&* 2. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* sic dicit *num.*3. quòd ludus; sivè ludus est quidam actus recreationis, voluptatis ac lucri causa usitatus, tempora consumens, & bona, vitam, & famam, & plerumque ludentium animas, quam definitionem explicat *usque ad num.* 8. At Lezana *in summ. quæst. regul. tom.*4. *verbo Ludus*, ex communiter Doctoribus, specialiter ex Sayro, & Bonacina quos citat, *n.*2. inquit, Quòd ludus est contractus quidam, quo ludentes res suas periculo exponunt, propter spem acquirendi res alterius, cui definitioni videntur convenire Morla *in empor. jur. p.* 1, *tit.*7. *de aleatoribus, quæst.*2, *num.*2. Diana *in summa, verbo ludus, num.*1. 2

Secundò præmitto. Quòd ludus triplex est. Quidam ex gaudio devotionis procedens, quo usus fuit David coram Arca Domini, 2. *Regum cap.* 6. *n.*21. *&* 22. cui similes sunt ludi, quibus utuntur fideles Christiana pietate in festo Corporis Christi, & in Natalitia Domini. Alii sunt in seipsis turpitudinem continentes, & ad libidinem provocantes, quales à Paganis in theatris agebantur, quibus immundos 3

spiri-

ſpiritus initium dediſſe, juxta illud Sancti Chryſoſtomi Matthæum *Homil.6.* Alii ſunt nullam habentes turpitudinem, quos Ariſtoteles vocat liberales ad animi recreationem inventi, circa quos verſatur virtus Eutrapeliæ, ſic Divus Thomas *in* 4. *qu.* 94. *art.*2. Azevedo *in rub. n.*10. *tit.*7. *l.*8. *recop.*

4 Hanc triplicem ludorum formam, alio modo licèt in idem recidentem deſcribunt Doctores, ſcilicet, quòd unus eſt ludus, in quo natura, & ars plurimum valent, ſors verò parum, aut nihil, ut in ludo Choreæ, Pilæ, Paleſtræ, Schacorum, & ſimilium. Secundus eſt, in quo fortuna, & caſus multum valent, ars autem, & ingenium parum aut nihil, ut in ludo taxillorum, Caſtellæ *Dado*, & in Cathalonia *Daus*, & in ludo chartarum, quoad aliquas ejus ſpecies, ut in his, quæ Hiſpane dicuntur *Quinolas*, & in Cathalonia *Quinoles*. Tertius eſt, in quo licèt fortuna habeat ſuas partes, nihilominus ars, ingenium, & conſilium habent quoque ſuas, ut in ludo *de las tablas*, ſeu in Cathalonia *taulas*, in quo quidem fortuna valet quantum ad taxillorum jactum, ſed ars, ingenium, & conſilium, quantum ad ordinem tabularum, & in componendis, ducendis ordinandiſque tabulis multum operatur. Idemque eſt quantum ad aliquos alios ludos chartarum prout eſt *los cientos*, *ei trunfo*, *y las vazas*, & ſimilia. Ita Soccin. Caccialupus, & Bannes, quos refert, & ſequitur Azevedo, *in rub.*11. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* idemque tradunt Soccin. *in cap. Inter dilectos*, *n.*26. *&* 46. *de exceſ. Prælat.* Villalobos *in ſum. mor. par.*2. *tract.* 28. *dif.* 1. *n.*3. Diana *in ſumma*, *verbo ludus*, *n.* 1. Don Bonaventura de Triſtany *dec.*65. *n.*13. *tom.*2.

5 Tertiò præmitto. Quòd ex prædictis ſpeciebus ludorum alii ſunt liciti, & permiſſi, alii illiciti, & prohibiti, Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *cap.*7. *num.*1. Merlin. *de legitima*, *lib.*4. *tit.*1. *quæſt.* 13. *num.*1. *&* 7. Boſſius *de pat. poteſt. cap.*4. *num.*87. *verſ. Qui autem*, *juncto verſic. ludi verò*, Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *num.*14. *tom.*2. & alii quamplures infra citandi.

6 Ludi liciti, & permiſſi ſunt omnes, qui cauſa exercendę virtutis, ſcilicet eutrapeliæ, quales ſunt ii, qui pilo, vel diſco jaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando fiunt, ſicuti explicat Juriſconſultus, *in l. Solent*, *ff. de alear. luſu*, *&* *alcator. l. Item ſi obſtetrix*, §. *fin. l. Item mella*, *in prin. l. Qua actione*, §. *In colluctatione*, *ff. ad leg. aquil.* Soccin. *in cap. Inter dilectos*, *à numer.* 27. *de exceſſ. Prælat.* Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *cap.*7. *n.*1. Azevedo *in rub. n.*12. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* Boſſius *de pat. poteſt. c.* 4. *n.*87. *verſic. ludi verò*, Grivell. *deciſ.*53. *nu.* 3. *&* 7. *verſic. Unde Senatus*, Thomat. *deciſ.* 20. *ſub n.*7. *&* *n.* 15. *tom.*1. Auguſt. Barboſa *in l. fin. n.*30. *Cod. de relig. & ſump. funer.* Villalobos *in ſum. mor. par.*2. *tract.* 28. *dif.*1. *numer.*5. Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.*4. *verbo ludus*, *ſub numer.*2. Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *numer.*15. *&* 21. *numer.*2. Paſcal. *de pat. poteſt. part.*1. *cap.*6. *numer.*92. Daniel de Nobilibus *diſp.* 69. *ſub numer.*12. alios cumulat Farinac. *in praxi crim. p.* 3. *quæſt.* 109. *numer.* 106. *&* 107. proſequitur idem Azevedo *in lib.*2. *à numer.* 19. *cum ſeq. tom.*7. *lib.*8. *recop.*

7 Hujuſmodi ludi conſiſtentes cauſa exercendæ virtutis ſunt Clericis liciti, & permiſſi, Soccin. *in c. inter dilectos*, *numer.* 30. *de exceſ. Prælat.* Farinac. *in praxi*, *part.*3. *quæſt.*107. *numer.*103. *&* 104. Bellet. *diſquiſ. Cleric. par.*1. *tit. de diſciplina Cleric.* §. 24. *num.*8. *&* 9. Auguſtin. Barboſa *in cap. Clerici* 15. *n.* 7. *de vita*, *&* *honeſt. Cleric. &* *de jure Eccleſ.un. lib.* 1. *cap.*40. *num.*67. Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 4. *verbo ludus*, *num.*9.

8 Horumque ludorum exercendæ virtutis cauſa liciti, & permiſſi ſex ponit textus *in l. Solent*, *ff. de alear. &* *aleator.* & quinque *l. fin. C. de relig. &* *ſumptibus funer.* Azevedo *l.*2. *num.*24. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *cap.*7. *ſub num.*1. ut Comonobolon, Comodaulon, Regidalia; Kompon, & Reipuſara, de quibus videndi Alciat. *lib.*1. *pra-termiſſ. verbo ludus*, Petr. Gregor. *ſyntagmat. juris univerſ. par.* 3. *lib.* 39. *cap.*4. ad quos ſe refert Auguſt. Barboſa *in l. fin. n.*33. *C. de relig. &* *ſumpt. funeral.* & explicat Hoſtien. *in cap. inter dilectos*, *de exceſ. Prælat.* & ex eo Azevedo *in rubric. ſub n.* 12. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* Rubeus *de valid. legal. c.* 32. *à n.* 16. de aliquibus meminit Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *n.*19. *&* 20. *tom.*1.

Et in univerſum quotquot genera ludorum erant 9
apud antiquos, memorat Frater Hieronymus Romanus, ad quem ſe refert Parlador. *rer. quotid. l.* 2. *cap.*7. *ſub num.*1. & ponunt Alexand. ab Alexand. & Amadeus, ad quos ſe refert Azevedo *in l.*2. *num.* 24. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* & remiſſivè multis laudatis Cabreros *de metu*, *lib.*2. *cap.*8. *n.*1.

Et non ſolùm ludi conſiſtentes in virtute, & 10
exercitatione corporis ſunt liciti, & permiſſi, ſed etiam in omnibus aliis ludis, qui non in fortuna, ſed in ſolo ingenio, & induſtria conſiſtunt, etſi nulla intervenerit corporis exercitatio, Soccin. *in cap. inter dilectos*, *n.*30. *de exceſ. Prælat.* Azevedo *in rub. num.*11. *verſic. Primum*, *&* *num.*13. *in fine*, *tit.*7. *lib.*8. *recop.* Grivell. *deciſ.*53. *n.*3. *&* 7. *verſic. Unde Senatus*, Thomat. *deciſ.*20. *num.*15. *tom.*1. Villalobos *in ſum. mor. par.*2. *tract.*28. *dif.*1. *n.*4. Boſſius *de pat. poteſt. cap.*4. *num.*87. *verſic. ludi verò*, Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *num.*15. *tom.*2. Paſcal. *de pat. poteſt. par.*1. *cap.*6. *n.*62. Farinac. pluribus citatis *in praxi crim. par.*3. *quæſt.* 109. *n.*108. Tàm laicis, 11
quàm Clericis, ut tradit pluribus juribus, & Doctoribus Cardoſo *in praxi judic. verbo ludus*, *num.*2. *in fine*, *verſic. ludus tamen*, Soccin. *in cap. Inter dilectos*, *num.*30. *de exceſ. Prælat.* Farinac. *in prax. crimin. par.* 3. *quæſt.*107. *num.*103. Auguſt. Barboſa *in capit. Clerici* 15. *num.*7. *de vita*, *&* *honeſt. Cler. &* *de jure Eccleſ. un. lib.*1. *cap.*40. *n.*67.

Ex quibus dicendum venit. Quòd ludus pilæ eſt li- 12
citus, & permiſſus, *l. item mella*, *in princ. ff. ad leg. aquil.* Tum quia eſt exercendæ agilitatis corporis. Tum quia æquiparatur ludo ingenii, & induſtriæ, de quo proprium commentarium fecit Galenus, cui titulus eſt de parvæ pilæ exercitatione, & docent Doctores citati, *num.*6. quibus addendi ſunt Azevedo *lib.*9. *num.*2. 3. *&* 4. *titul.*7. *libr.*8. *recopil.* Borell. *de magiſtrat. edit. libr.*3. *cap.*21. Novarius *gravam.*63. *num.*25. *tom.*2. Reg. Seſſe *deciſ.* 144. *num.* 15. *tom.*2. Pratus *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.*1. *à n.* 54. Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *num.*16. *tom.*2. quidquid dicant Burſat. *conſ.*117. *à numer.* 1. Bajard. *ad Clar.* §. *ludus*, *num.*6. quia contra eos eſt verior opinio, ut docet Farinac. *in praxi crim. par.* 3. *quæſt.*109. *num.*111. *&* 112. Thomat. *deciſ.*20. *n.* 18. *&* 19. *tom.*1. Nedum laicis, ſed etiam Clericis 13
peregrinis *tom.*2. *de offic. Prælat. regul. quæſt.*2. *c.* 3. §.5. *numer.* 97. *&* 99. Lezana *in ſumm. quæſt. regul. tom.*4. *verbo ludus*, *numer.*9. & alii excitatis, *numero* 10.

Similiter ludus ſchacorum, latrunculorum, ſeu 14
calculorum, quem Itali Schacorum, Hiſpani Axedrez, ſivè de las Damas, Cathalani Eſcats, & Galli Eſchez vocant, qui omninò laicis eſt licitus, & permiſſus, quia in eo tantùm induſtria, & ingenium hominis verſatur ad otioſitatem comprimendam, quia ingenio, & induſtria conſtat, *argum. l. ſolent.*2. *ff. de alear. &* *aleator.* ſic multis citatis, & reprobatis contrariis docet Farinac. *in praxi crim. part.*3. *quæſt.* 109. *num.* 113. Thomat. *deciſ.*20. *num.* 13. *&* 14. *numer.*1. Novarius *gravam.*62. *numer.*16. *tom.*2. Jul. Clar. §. *ludus*, *num.*2. *verſicul. Et hinc infertur*, Pratus *diſcep. foren. tom.*3. *cap.*1. *numer.* 55. Reg. Seſſe *deciſ.* 144. *verſic. Motivum*, *incipien. in Reg. Audientia*, Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 65. *num.*17. *tom.*2. Alzedo *de præcel. Epiſc. dignitat. part.*1. *cap.*5. *num.*18. Et etiam eſt licitus, & per- 15
miſſus Clericis, *authent. interdicimus*, *gloſſ. verbo ad tabulas*, ubi Auguſt. Barboſa *num.*7. *C. de Epiſcop. &* *Cler. gloſſ. in* §. *interdicimus*, ubi Bartol. *num.*3. *in authent. de Sanctiſſ. Epiſcopi*, ſic communiter Doctores *in cap. Clerici* 15. ubi Abbas *num.*4. *&* 12. Joan. Andræas

dræas *num.*13. Boic. *num.*8. Imola *sub num.* 13. Butr. *vers. Ludus enim*, Augustˉ. Barbosa *num.* 8. *de vita, & honestate Clericor.* Costa *de ludo, num.* 25. *vers. Quod autem ludus*, Jul. Clar. §. *Ludus*, *num.* 5. *vers. Quæro numquid*, Azevedo *in rub. num.* 12. *in fine*, *vers. Secundus est ludus*, *& in l.* 2. *num.* 21. *& sub num.* 17. Socin. *in capit. Inter dilect.* 30. *&* 47. *de excess. Prælat.* Zerola *in prax. Episcop. vers. Secundo in fine*, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *capit.* 7. *numer.* 4. *&* 5. Salzedo *ad Bernard. Diaz in prax. crimin. capit.* 70. *litera A.* Sayrus *de clavi Regia*, *lib.* 11. *cap.* 12. *n.* 5. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 92. Ugolin. *de offic. & potest. Episcop. cap.* 13. §. 25. *in princ.* Peyrinis *tom.* 2. *de off. Prælat. regul. quæst.* 2. *cap.* 2. §. 5. *num.* 101. Novarius, *gravam.* 63. *num.* 26. *tom.* 2. Sanchez *tom.* 1. *cons. mor. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 28. *num.* 2. Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de disciplˉ. Cleric.* §. 24. *à numer.* 7. Thomat. *decis.* 20. *num.* 13. *&* 14. *tom.* 1. Carol. de Grassis *de effect. Cleric. effectu* 42. *numer.* 28. idem Augustˉ. Barbosa *in cap. Venerabilem* 34. *num.* 19. *de electione*, *& de jure Eccl. universˉ. lib.* 1. *capit.* 40. *num.* 68. Bossius *de patr. potest. cap.* 4. *num.* 87. *ante finem*, *vers. Quare ludum*, & reprobatis Doctoribus contrariis, Farin. *in praxi crim. part.* 3. *quæst.* 109. *à numer.* 114. Lezana *quæst. regul. tom.* 4. *verbo Ludus*, *numer.* 9. & supponit Diana *resolut. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 49. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 60. & Leo Pontifex Maximus fuit subtilissimus, & exercitatissimus Shaccorum lusor, ut tradit Rubeus *de valid. legal. capit.* 6. *num.* 97.

16 Sed advertendum, quòd licet hujusmodi ludus schaccorum ingenio constet, ac proindè licitus, & permissus censeatur, non tamen multum convenire viris literatis, aut studiosis, quibus potiùs cessatio, & quies, quàm novus meditationis labor magis convenit, prout ex Joanne Baptista Fino approbat Augustin. Barbosa *in capit. Clerici* 15. *num.* 9. *de vita*, *& honest. Cleric. & de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 69. *& in authent. interdicimus*, *num.* 7. *in fine*, *Cod. de Episcop. & Cler.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 4. *verbo Ludus*, *sub num.* 9. tanquam pestilens Scholaribus, ut inquit Alberic. *in authent. interdicimus*, *Cod. de Episcop. & Cler.* & ex eo Azevedo *leg.* 2. 17. *titul.* 7. *libr.* 8. *recopil.* ineptissimus, quia minus quàm alii ludi, animam relaxat, ut inquit Cajetan. super Divum Thomam 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 3. & ex eo idem Azevedo *in l.* 2. *num.* 15. *in fine*, *& num.* 16. *tit.* 7. *lib.* 8. *recop.* & ex aliis notat Farinac. *in prag. crim. part.* 3. *quæst.* 109. *num.* 113. *in fine*.

17 De origine, & inventione ludi schaccorum, si plura scire desideras, consule Doctores, quos remissivè citant Augustin. Barbosa *in capit. Venerabilem* 34. *numer.* 18. *de electione*, Novarius *gravam.* 62. *numero* 26. *tom.* 2. Don Bonaventura de Tristany *decis.* 65. *numer.* 17. *tom.* 2. Alzedo *de præcel. Episc. dignit. part.* 1. *capit.* 5. *numer.* 18. ubi dicit, quòd ludus schaccorum fuit inventus per Palamedem in exercitu Grecorum contra Trojam ad otiandum milites, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *capit.* 7. *num.* 4. Farinac. *in prax. crim. part.* 3. *quæst.* 109. *num.* 8.

18 Ampliatur 1. in eo, qui præstitit cautionem de benè vivendo, nam minimè facit contra cautionem datam ludens licito, permisso, & honesto ludo, Riccius *in prax. fori Ecclesiast. resol.* 395. *num.* 2. Novarius *gravam.* 62. *num.* 31. *vers. Inde oritur*, *tom.* 2. Thomat. *decis.* 20. *num.* 20. *tom.* 1.

19 Ampliatur 2. in eo, qui vovit, juravit absolutè non ludere, nihilominus potest ludere ludo licito, permisso, & honesto, nisi aliud conjiciatur de intentione jurantis, aut voventis. Tum quia hæc videtur esse benigna intentio jurantis. Tum quia juramentum, aut votum est semper restringendum, ut quantum fieri potest, minus obliget, nam ubi agitur de obligatione contrahenda stricta interpretatio facienda est, *cap.* 1. *de jurejurando in* 6. *l. Quidquid stringenda*, *ff. de verb. obligat.* Navarrus *cons.* 36. *de voto*, Bonacina *tom.* 2. *disp.* 4. *quæst.* 1. *de juramento*, *punct.* 16. *numer.* 4. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tractat.* 14. *disp.* 2. *punct.* 7. §. 1. *num.* 1. & 2. Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 9. *num.* 11. *& in sum. lib.* 3. *decalog. cap.* 17. *num.* 9. *& cap.* 18. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 1. Trullench. *in decal. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 18. *num.* 1. Tamburin. *in decal. lib.* 3. §. 5. *num.* 57. Fagundez *in decal. lib.* 2. *cap.* 26. Diana *resol. mor. par.* 5. *tract.* 5. *resol.* 38. *& par.* 7. *tract.* 9. *resol.* 55. *&* 56. *& in coordinat. par.* 6. *tract.* 4. *resol.* 63. *&* 68. *& resol.* 70. *num.* 3. Leander *quæst. mor. par.* 7. *tract.* 1. *de juramento*, *disp.* 28. *q.* 3. Azevedo *in rub. num.* 15. *tit.* 7. *lib.* 8. *recop.* nisi quis ad vitandam jacturam, & prodigalitatem pecuniæ juravit, aut vovit non ludere, nam tenetur abstinere a ludo, non solùm illicito, verùm etiam licito, sic post alios Leander.

Ampliatur 3. in eo, qui in die, quo confessus fuerit, & Eucharistiam sumpserit, potest cum sociis honestè ludere, & peccatum non esse, inquit Navarrus *in can. Consideret*, §. *Caveat*, *de consecrat. distin.* 3. quem refert, & sequitur Azevedo *in rub. num.* 35. *tit.* 7. *lib.* 8. *recop.* 20

Ampliatur 4. ut etiam in diebus festis licitum sit ludere ludis licitis, & permissis. Tum quia hæc consuetudo, & praxis est. Tum quia ludus licitus, & permissus non est opus servile, sed liberale, & quod licitum sit lucere pila in diebus festis, Daniel de Nobilibus *disput.* 36. *numer.* 3. exceptis diebus Cœnæ Domini, & Parasceves; nam in his publicè ludere, mortale esset propter irreverentiam, & scandalum, Sanchez *tom.* 2. *consil. libr.* 5. *capit.* 2. *dub.* 17. *num.* 3. Trullench. *lib.* 3. *in decalog. capit.* 1. *dub.* 8. *numer.* 9. Leander *quæst. moral. tom.* 3. *de observatione festorum*, *tract.* 1. *disputat.* 4. *quæst.* 37. quidquid generaliter dicat ludere non licere, non solùm Clericos, nec etiam laicos in diebus festivis, Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effectu* 22. *numer.* 39. & dicunt alii citati per Farinac. *in praxi criminal. part.* 3. *quæst.* 109. *numer.* 135. nam ipse nostram ampliationem videtur sequi *numer.* 136. & quòd non sit peccatum ludere die festo dicit Morla *in empor. juris*, *par.* 1. *titul. septimo*, *quæst. n.* 4. *in fine*. 21

Limitatur 1. quando ludus licitus, & permissus ex circumstantiis, & accidentibus fieret illicitus, & malus. Primò, ex defectu ad malum, ut si ludens velit omittere Sacrum in die festo, vel sit paratus ad faciendum grave aliquod damnum ob amorem ludi. Secundò, quando admiscentur facta, aut dicta prava, ut blasphemiæ, convicia, &c. Tertiò, quando intercedunt fraudes contra leges ludi. Leges autem ludi sunt illæ, quæ servantur in eo loco, in quo luditur; nisi ludentes constituerint ludere juxta morem alterius Regionis, aut alia pacta inierint. Quartò, quando alter dolo, aut vi, aut metu pertrahitur ad ludum. Quintò quando intervenit irreverentia contra Deum. Sextò, ratione periculi alicujus notabilis nocumenti. Septimò, quando ludus exercetur cum eo, qui non potest pecuniam ludo exponere, donare, vel alienare. Octavò, quando adest prohibitio ludi. De quibus Azor, *institut. moral. tom.* 3. *lib.* 5. *capit.* 27. *quæstion.* 3. Sayrus *lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 3. 4. Sanchez *tom.* 1. *consil. moral. lib.* 1. *capit.* 8. *dubio* 24. Bonacina *de contract. disp.* 2. *quæst.* 3. *punct.* 1. *num.* 4. *& seq.* Lugo *de contract. disput.* 31. *sect.* 1. *numer.* 1. *& sect.* 2. *per totam*, Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *c.* 5. *dub.* 3. *sect.* 3. *numer.* 8. *&* 9. refert & sequitur Lezana *in sum. quæst. regular. tom.* 4. *verbo ludus*, *n.* 2. *vers. potest tamen*, Angel. Sylvester, Lessius, Sanchez, Rebellus, Bonacina, & Trullench, quos citat Bossius *de patria potest. cap.* 4. *num.* 87. *col.* 2. *in fine*, *vers. Quod tamen*, Carol. de Grassis *de effect. Cler. effectu* 22. *à numer.* 29. Farinac. *in praxi crim. part.* 3. *quæst.* 109. *à num.* 119. *& à num.* 126. Villalobos *in sum. mor. part.* 2. *tract.* 28. *dif.* 1. *num.* 2. Azevedo *l.* 2. *num.* 18. *& in l.* 9. *num.* 2. *& 4. tit.* 7. *lib.* 8. *recop.* Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *tit. de disciplina Cler.* §. 24. *à num.* 10. Augustin. Barbosa *de jure Eccles. un. libr.* 1. *capit.* 40. *sub numer.* 68. Cabreros *de metu*, *l.* 2. *capit.* 28. *numer.* 29. 30. *& à num.* 37. Soccin. *in c. Inter dilectos*, *num.* 30. *de excess. Prælat.* Pratus *discep. foren. tom.* 3. *cap.* 1. *numer.* 63. Don Bonaventura de 22

Trista-

Triſtany *deciſ.* 65. *num.* 15. *tom.*2. Daniel de Nobilibus *diſp.*36. *d. num.*9. *verſic. Et ſi quis diceret, cum ſeq.* Reg. Seſſe *deciſ.*144. *num.*15. *tom.*2. Navar. *in manual. cap.*19. *num.*13. Nam quilibet actus humanus ex mala circumſtantia poteſt ex bono fieri malus, ut ex Dionyſ. & Sancto Thoma ſcribit Rubeus *de valid. legali, cap.*31. *num.*2.

23 Limitatur 2. Quando quis luderet in Eccleſia, nam ratione loci, ludus aliàs licitus, & permiſſus efficitur illicitus, & prohibitus, ut argumento aliquorum jurium, & authoritate plurium Doctorum docent, & comprobant, Carol. de Graſſis *de effect. Cler. effectu* 22. *n.*35. *&* 36. Farinac. *in praxi crim. par.*3. *q.*

24 109. *num.* 126. Sed an ludere in Eccleſia ſit peccatum mortale, videantur Novar. *in manuali, cap.* 19. *num.* 4. ad quem ſe refert Azevedo *in rub. n.*7. *tit.*7. *lib.*8. *recop.* Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.*7. *cap.* 27. *dub.*1. *n.* 2. Sylveſter *in ſum. verbo ludus, quæſt.... diſt.*3. Diana alios plures citat *reſol. mor. par.*7. *tract.* 9. *reſolut.* 38. *& in coordinat. par.*6. *tract.*4. *reſol.*3. Morla *in empor. juris, part.*1. *titul.* 7. *quæſt.*1. *numer.* 4. *in fine*, ubi dicit non eſſe culpam lethalem ludere in Eccleſia.

25 Et multò minus ludi theatrales, & inhoneſti non debent fieri in Eccleſia, nec à perſonis Eccleſiaſticis, *capit. Cùm decorem* 12. ubi Auguſtin. Barboſa plures citat *numer.*1. *&* 2. *de vita, & honeſtat. Cleric.* idem Barboſa alios addit *de jure Eccleſ. univerſ. lib.*2. *capit.* 3. *numer.* 15. addo Cardoſ. *in praxi, in dict. verbo ludus, num.*9.

26 Limitatur 3. ut procedat, quando quis ludit in pecunia ludis licitis, & permiſſis, ſecùs quando quis ludit abſque pecunia, ſeu ad creditum ludis licitis, & permiſſis, ſivè cum papireis ſignis, vulgò Tantos, vel aliis cujuſcumque modi, quod non eſt licitum in Cathalonia, ſub pœna, quòd eo ludo perditum applicetur; prout de ludo taxillorum, vulgò Daus, diſponit conſtitutio ſtatim referenda, & qui tali ludo lucratus fuerit, non poſſit ullo modo pecuniam exigere, quamvis per perdentem facta fuerit obligatio ſolvendi cum ſcriptura tertii, aut cum juramento, aut qualibet alia obligatione, adeò quòd inſtrumentum debitoris ſuper ea factum per quemlibet Notarium, aut Chirographum privatum, nullam fidem faciant in judicio, nec extra judicium, prout hæc, & alia diſponit *Conſtitutio 4. col.*3. *verſicul. Y que à ningun joch, titul. de judagors, y tafureria*, cujus diſpoſitio renovatur in ingreſſu regiminis Excellentiſſimorum Dominorum Proregum in Regiis præconiis, *capit.* 53. *poſt prin. verſicul. Sots les mateixes penes tambe prohibeis*, latè Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *numer.* 6. 7. *&* 8. *tom.*2. idemque eſt diſpoſitum in Regno Caſtellæ per *lib.*8. ubi latè Azevedo *titul.*7. *libr.* 8. *recopil.* Covar. *in reg. peccatum, part.*2. §.4. *numer.* 8. *verſicul. Ego ſanè*, Guttier. *de juramen. confir. part.*3. *capit.*53. Henriquez *in ſumm. libr.*7. *de indulg. capit.*35. Rodriguez *in ſumm. verbo Juego, capit.*189. Bobadill. *in politic. lib.*2. *cap.*13. *num.*15. Auguſt. Barboſa *in l. fin. num.*16. *de relig. & ſump. funer.* in Regno Sardiniæ apud Reg. Vico adeſt Regia pragmatica *tom.* 2. *titul.*34. *capit.*16. & in Regno Neapolis, *pragmatic.*2. ubi Rovit. & Novar. *collectan.*2. *pag.*7. §. 1. *& pragmatic.*13. *titul. de aleator.* Prat. *diſceptat. foren. tom.*3. *cap.*1. *numer.*27. Bajard. *ad Clar.* §. *ludus* 2. 15. Urſell. *concluſ.* 102. *num.*8. & obſervatum in Regno Luſitaniæ teſtatur Pereyra *deciſ.*88. *numer.* 3. & in Ducatu Sabaudiæ, Theſaur. *quæſtion. forenſ.* 19. *libro quarto*, & in Curia Belgica Chriſtin. *deciſ.*200. *tom.* 2.

27 Nec obſtat 1. contra hanc tertiam limitationem, quòd regulariter omnis ludus in pecunia eſt prohibitus, *reg. final. Cod. de relig. & ſumpt. funeral. leg. Solent, l.* 2. *ff. de alear. & luſu aleator.* Jul. Clar. §. *ludus, numer.*1. *&* 2. Farinac. *in prax. crimin. part.* 3. *quæſt.*109. *num.*6. Gratian. *deciſ.*40. *num.*2. quos refert Thomat. *deciſ.*20. *num.*1. *tom.*1. Novarius *gravam.*63. *num.*9. *tom.*2.

28 Quia objectum procedit in ludis prohibitis, non autem in licitis, & permiſſis, quibus in pecunia ludi poteſt, *leg. Solent*, §. *Senatus conſultum, ff. de aleæ luſu, & aleator.* Azor. *in ſum. num.*20. *Cod. de relig. & ſump. funer.* Farinac. *in praxi, part.*3. *quæſt.*109. *num.*106. Grivell. *deciſ.*53. *num.* Thomat. *deciſ.*20. *nu.* 7. *tom.*1. Auguſt. Barboſa *in l. fin. n.*30. *C. de relig. & ſumpt. funer.*

Nec obſtat 2. ſi replices, ergo ludens ludo permiſſo 29
poteſt cogi ad ſolvendum, cùm contra perdentem detur actio, ut ex mente plurium probat Farinac. *in praxi crimin. part.*3. *quæſt.*109. *numer.* 197. Grivell. *deciſ.* 57. *ſub numer.*8. *verſicul. Senatus Conſultum, & num.* 8. Thomat. *deciſ.*20. *num.*9. *tom.*1. Novarius *gravam.* 63. *num.*30. *tom.*2. Sayrus *de clavi Reg. libr.* 11. *capit.* 13. *numer.*21. Molin. *de juſt. & jure, diſp.*515. *numer.* 5. *&* 6. Rebel. *de oblig. juſt. par.*2. *lib.*12. *quæſt.* 2. *num.* 7. *& alii.*

Et corroboratur objectum. Nam licèt regulariter 30
ex ludo non detur, nec oriatur actio, *l. fin. Cod. de relig. & ſumpt. funer.* Paris de Puteo *de ludo, numer.* 25. Farinac. *in praxi, part.*3. *quæſt.*109. *numer.*76. Ludoviſ. *deciſ.*47. *num.*2. *&* 3. Theſaur. *quæſt. foren.* 19. *n.*8. *libr.*4. Novarius *gravamen.*63. *numer.*30. *verſicul. Nec obſtat vulgaris concluſio, tom.*2. Reg. Seſſe *deciſ.* 144. *numer.*13. *&* 19. *&* 34. *tom.* Pereyra *deciſ.* 88. *ſub numer.*1. Urcel. *concluſ.* 102. *à numer.*2. Thomat. *deciſ.* 20. *numer.*3. *tom.*1. Molina *de juſtit. & jure, tractat.*2. *diſputat.* 516. *numer.*8. Auguſtin. Barboſa *in leg. final. numer.*13. *&* 14. *C. de relig. & ſumpt. funer.* alter Novarius *in pragmatic.*1. *collect. numer.*5. *de aleator.* alios plures cumulat Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 65. *numer.*9. *tom.*2. Intelligendum eſt in ludis prohibitis, Boſſius *moralib. tom. tertio, titul.* 11. *numer.*116. *col.*2. *verſic. Sicut eum*, non autem in permiſſis, Ludoviſ. *deciſ.*47. Thomat. *deciſ.*20. *numer.*10. *tom.*1. Novarius *gravamen.*63. *numer.*30. *verſic. Siquidem, tom.* 2. alter Novarius *in prag.*1. *collect.*2. *ſub nu.* 5. *de aleator.* Paſcal. *de pat. poteſt. par.*1. *cap.*6. *num.*86. Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.*65. *num.*9. *verſic. Intellige tamen, tom.*2.

Corroboratur etiam objectum, nam licèt ludus di- 32
catur crimen, & veniat appellatione criminis, Bartol. *in proœm. ff. in princip. conſtitution.* §. *final.* Thomat. *deciſ.*20. *numer.*2. *&* 9. *tom.*1. Novarius *gravamen.*63. *num.*31. *tom.*2. Maſcard. *de probat. concl.* 997. *num.*2. Mieres *in Cur. Barcin. Regis Ferdinandi, par.* 2. *collat.*9. *cap.*3. *num.*15. *fol.*186. *in novis*, ubi Deſpujol. *verbo ludus, fol.*119. alter Novarius *in rub. collect.* 1. *num.*7. *de aleator.* Farinac. poſt alios *in praxi crim. part.*3. *quæſt.*109. *numer.*56. Carol. de Graſſis *de effect. Clerical. effectu* 22. *numer.*3. Si ludus eſſet de prohibitis non autem de permiſſis, Novarius, *gravamen.* 63. *num.*31. *verſic. Tamen id* 2. Thomat, *deciſ.*20. *num.*11. *tom.* 1.

Nam reſpondetur, quòd replicatio, & corrobora- 34
tiones adductæ, *numer.* 19. 30. 31. 32. *&* 33. procedunt attento jure naturæ, quo omne promiſſum eſt adimplendum, & attento jure civili, quod nullam differentiam facit, an ſit pecunia præſens, vel non. At attenta conſtitutione noſtra, Regioque præconio, prohibentibus ludere abſque pecunia, ſeu ad creditum ludis licitis, & permiſſis, ſivè cum papireis ſignis, vulgò tantos, aut aliis cujuſcumque modi ſub pœna, inter alia, quòd non poſſit ullo modo, qui lucratus fuerit tali ludo, pecuniam exigere, dicendum eſt, quòd ludens ludo permiſſo abſque pecunia, ſeu creditum non poteſt cogi ad ſolvendum, nec tenetur ſolvere, tàm in foro exteriori, quàm interiori, ſic diſputato articulo in terminis legis Caſtellæ 8. quæ concordat cum noſtra conſtitutione 4. docent Covar. *in reg. peccatum, part. ſecunda*, §.4. *numero octavo.* Azevedo *libro octavo, à numero ſecundo, ſignanter numer. quinto, titul. ſeptimo, libr.*8. *recopil.* Morla *in empor. jur. part.*1. *titul. ſeptimo, de aleatoribus, quæſt.*3. *numer.*5. Ægidius *in l. ex hoc jure, par.*1. *cap.*7. *num.*33. *&* 35. *ff. de juſt. & jure*, Guttier. *de juramen. confir. par.*1. *c.*53. *numer.*1. *&* à *n.*6. Molina *de juſt. & jure, diſput.* 513. *numer.*5. Auguſtin. Barboſa *in l. fin. numer.* 15. 16. 17. *&* 18. *C. de relig. & ſumpt. funer. & in cap. inter dilectos*,

tos, in addit. num.9. tom.6.de excess. Prælator. Machado *en su perfetto Confessor, tom.1. l.3. par.5. tractat.7. document.7. numer.4.* Diana *resol.moral. par.3. tract.5. & miscellan.1.resol.95. aliàs 94. & par.7. tract.9. resolut.23. & in coordination. tom.6.tractat.4. resol.32.& 33.* Villalobos *in summa moral. part.2. tract.28. dif.3. n.1. 2. & 3.*

35 Limitatur 4. ut liceat ludere ludo permisso, puta pilæ, schaccorum, seu alio consistente in solo ingenio, vel virtute corporis, præsente pecunia in parva quantitate; secùs in magna quantitate, quia ludendo magnam quantitatem præsumitur quis ludere ex avaritia animo spoliandi proximum, Azevedo *lib. 2. num. 33. versicul. Sextò & principaliter, tit.7. libr.8. recopil.* Reg. Sesse *decis.144. numer.11. 14. 15. & decisiones refert in motivis, post numer.40.* Rodriguez *in sum. tom.3. capit.428. numer.2.* Villalobos *in summ. moral. part.2. tractat. 28. diff.1. numer. 4.* alios plures citant Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 109. num. 130.* Augustin. Barbosa *in l.fin. num.31. & 32. C.de relig.& sumptib. funer.* Carol. de Gras. *de effect. Cler. effectu 2. num.29.*

36 Quantitas parva, ut ludere liceat ludo licito, & permisso, præsente pecunia, est de jure communi unus solidus, seu unum aureum vulgò una libra, & magna quantitas dicitur, si ludatur ultra unum solidum, sivè unum aureum, *l. final. Cod. de religion. & sumpt. funer.* & quamvis iste textus videatur loqui de alio ludo, videlicet de projiciendo palum, telum, vel quid simile, tamen eadem videtur esse ratio in alio quocumque ludo licito, & permisso, Soccin. *in capit. Inter dilectos, numer.47. de excess. Prælat.* Azevedo *in rubric.numer.11. versic. Primum, & in libr. 2. numer.36. & lib.11. numer.1. & 2. titul.7. lib.8. recop.* Jul. Clar. §. *ludus, numer.2. versic. Scias tamen*, ubi Bajard. *numer.7.* Gratian. *discept. forens. cap.51. num. 16.* Scaccia *de commerc. §.2. quæst.1. num.123.* Villalobos *in sum.moral. par.2. tract.28. dif.1. num.4.* Rubeus *de validit. legali, cap.32. à num.22.* qui *numer.26.* ex dicta *l. fin.* ampliat etiam si lusor sit valdè dives, & *à num.28.* tradit, quis dicatur valdè dives, Farinac. & Augustin. Barbosa plures alios cumulant, ille *in praxi crimin. part.3. quæst. 109. numer. 130. 131. & 132.* iste *in leg. fin. numer.32. Cod. de relig. & sumpt. funer.* Pereyra *decis.88. sub numer.2.* Grivell. *decis.57. num.5.* Novarius *in prag.2. collect.3. num.4. de aleator.* Parlador. *rer. quotid. libr.2.capit.7. numer.5. in fine*, Bossius *de pat. potest. cap.4. sub num.87.* vide infrà, *numer.69. 70. & sub num.75.*

37 Nisi aliud disponeret statutum alicujus Regni, vel consuetudo, ut tradit Soccin. *in capit: Inter dilectos,*
38 *numer. 47. de excess. Prælat.* Prout in Regno Castellæ ludere licet ludis permissis, & licitis usque ad triginta ducatos, & non ultra, *lib.9. titul.7. lib.8. recopil.* ubi Azevedo *in princip.* idem Azevedo *in rubr. num.11. versicul. Primum non est, titul.7. libr.8. recopil.* Villalobos *in sum. moral. part.2. tractat. 28. diff.1. numer.4.*
39 Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap.7. numer.6.* Et in Civitate Neapolis lusores ludis permissis non possunt per diem continuum horarum viginti quatuor ludere ultra ducatos decem, *pragmatic.2. pragmat.7. §.2. pragmatic. final. §.2. de aleator.* Bajard. *ad Clarum, §. ludus, numer.8.* Novarius *in pragmatic.2. collectan. 3. numer.1. de aleator.* intellige in quolibet die, non au-
40 tem in qualibet vice ejusdem diei, aliàs enim si in unamet die ludat quis bis, vel ter ad ludum licitum, & permissum, & in unaquaque vice triginta integros ducatos in Regno Castellæ, seu ducatos decem in Civitate Neapolis, dicendum est pluries lusisse, cùm de facili posset omnem substantiam perdere contra legislatoris mentem, sic post alios Azevedo *lib.9. num. 1. & libr.11. numer.3. versicul. Sed est quæstionis, & numer.4. & 5. titul.7. libr.8. recopil.* Intrigliol, *singular. 30. libr. 3.* Bajard. *ad Clar. §. ludus, numer. 13.* Rubeus *de validitat. legali, cap.32. num.54. & cap.32. à num.2.* Novarius *in pragmat.2. collect. 3. n. 3. de aleator.* Parlador. *rer.quotid. libr.2. cap.7. num.6. vers. Nisi modo.*

41 Et quòd valeat consuetudo ludendi in ludo permisso ad magnam quantitatem, qua consuetudine extante, amissa pecunia quantacumque sit, repeti non possit, Soccin. *in capit. Inter dilectos, num.47. de excess. Prælat.* Jul. Clar. §. *ludus, num.2. versicul. Scias tamen, ibi: Benè verum est*, Farinac. aliis additis, *in praxi crim. par.3. quæstion. 109. numer.133. & 134.* & quoad hoc *l.fin. C.de relig. & sumpt.funer.* id pridem in desuetudinem abiit, testatur Grivell. *decis.57. numer. 12. vers. Non obstat secundò*, Ursell. *concl. 102. n. 19.* vide infra, *n.66.*

Limitatur 5. ut in Cathalonia sit perpetuò prohibi- 42
tum habere librum cujuslibet ludi etiam permissi, *Constit.4. col.3. vers. Y sie perpetuament prohibit, tit. de jugadors, y tafureria*, Don Bonaventura de Tristany *decis.85. sub num.7. tom.2.*

Limitatur 6. respectu Clericorum, qui etiam in lu- 43
dis permissis non debent ludere cum laicis, ex quibus posset oriri scandalum, *gloss. verbo Ejusdem, in capit. Continebatur 8.* ubi Hostien. *numer.1.* Abbas *numer. 3.* Soccin. *numer.6.* Augustin. Barbosa *numer.4. de homicid.* Costa *de ludo, numer.14. in fine*, Farinac. *in praxi, part.3. quæst. 109. numer.100.* Bellet. *disquis. Cler. par.1. tit. de disciplina Cler. §.2. num.17.* idem Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.1. capit.40. numer.70.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effectu 22. numer.41.* Daniel de Nobilibus *disput.69. num.23.* Lezana *in sum. moral. part.4. verbo ludus, numer.9. in fine, versic. Et pro his.* Et multò magis prohibitum est Cle- 44
ricis ludere cum mulieribus, præsertim juvenibus, & formosis quantumcumque honestissimis, ex quibus posset oriri aliquod scandalum, ut ex Capra, & Vivio docent Farinac. *in praxi criminal. part.3. quæstion. 109. numer, 101.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effectu 22. numer.40.* Sed adverte, quod circumstantia 45
ludendi Clericos cum laicis non consideratur, ideòque Annan. *in capit. Continebatur, de homicid.* dixit cogitandum, & benè cum jure positivo non reperiatur prohibitum Clericis ludere cum laicis, ut notat Farinac. *in praxi crim. part.3. quæst.109. num. 100.* & docet Daniel de Nobilib. *disput.69. num.25. vers. Quoniam respondetur.*

Ludi verò prohibiti sunt ii, quibus fortunæ judi- 46
cium tantùm operatur, juxta plenè notata per Bursatum *consil.16. vol.1.* & plenissimè per Farinac. *in praxi crimin. part.3. quæst. 109. tota, signanter numer. 2.* refert Pascal. *de pat. potestat. part.1. cap.6. num.91.* D. Bonaventura de Tristany *decis. 65. numer. 24. tom.2.* Parlador, *rer. quotid. lib. 2. capit.7. numer.7.* & alii *n. seq.* citandi.

Hujusmodi ludi appellantur aleæ, nam nomen aleæ, 47
omnem fortunæ lusum omnesque singulos ludos in fortunæ varietate consistentes comprehendit, & complectitur, ut ex Cujacio tradit Novarius *gravam. 63. num.1. tom.2.* & ex Otero alter Novarius *in rub.collect. 1. num.1. de aleatoribus*, quibus addendi sunt Reg. Sesse *decis. 144. numer.9. tom.2.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. capit.7. num.7.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. sub numer. 24. tom.2.* alios cumulat Lezana *in sum. quæst. regular. tom.4. verbo ludus, numer.4. versic. Nomine autem ludi*, & quamplures Farinac. *in praxi crimin. p.3. quæst.109. num.9.* Cast. Palaus *tom.3. fol. 363. §.5. sub n.1.*

Ludusque aleæ tanquam merè fortuitus, in quo ca- 48
sus, eventusque expectatur propter sui instabilitatem, atque incertitudinem, fallax appellatur ab Ovidio, ut refert Novarius *gravamen.63. numer.3. tom.2.* Rubeus *de validitat. legali, cap. 30. numer. 55. 58. & 59.* ejusque usus detestabilis est, & ipsius materia odiosa, ut nuncupatur à Monacho *decis. Florentin. 2.* referunt Novarius *in rubric. collect. 1. numero secundo, & tertio, de aleator.* alter Novarius *gravam. 63. num. 4. 5. & 6. tom.2.*

Ideòque ludus aleæ est omni jure Divino, naturali, canonico, civili, in Regno Castellæ, in Cathalonia, & aliis Regnis prohibitus, & laicis, & Clericis, probant Azevedo *lib.2. à num.2. tit.7. lib.8. recopil.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.1. capit.5. à num.10. ad 17.* Don Bonaventura de Tristany *decis.65. num.8. col.2. post princip. tom.2.* Villalobos *in sum.mor*

part.2.

part.2. tractat.28. dif.1. numer.3. versicul. El segundo es, juncto numer.4. versicul. Los otros juegos, Bajard. *ad Clar. §. ludus, numer.1.* Novarius *in pragmatic. 6. collect.7. numer.2. de aleatarib.* Merlin. *de legitima, l. 2. titul.1. quæst.13. num.1.* Cast. Palaus *in oper. moral. part.3. tractat.10. disp.4. punct.13. §.5. numer.1. versicul. Idem ferè*, Pichard. *in manuducat. ad prax. par.3. numer.7.* Portoles *ad Molinam, §. ludus, numer. 1.* Diana *in sum. verbo ludus, numer.1. & resolut. moral. par.7. tract.9. resolu.2. & in coordinat. tom.6. tract.4. resol.2. & in coordinat. tom.6. tract.4. resol.7. num.1.* Bostius *de pat. potest. cap.4. numer.87. versicul. Qui autem sint ludi*, Lezana *in sum. quæst. regul. tom.1. cap.9. n. 40. & part.4. verbo ludus, num.3. & 4.* Reg. Sesse *decis.44. tota, tom.2.* Bellet, *disq. Cler. part. 1. titul. de disciplina Cler. §. 24.* Pereyra *decis. 88. num.1.* Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap.7. num.7. versicul. Hos itaque aleæ ludos*, Rubeus *de validit. legal. capit.30. numer.8.* plures alios laudat Farinac. *in praxi crimin. par. 3. quæst.109. num.7.* August. Barbosa *in capit. Clerici 15. num.5. de vita, & honestat. Cleric. & de jure Eccles. univ. lib.1. cap.40. num.66.* Bobad. *in polit. l.2. c. 13. num.16.*

50 Et si desideras scire, ludus alearum quomodo, de quo tempore, & à quo fuit inventus, consule Farin. *in praxi, par.3. q.109. n.8.* Bonaventuram de Tristany *decis.65. num.26. tom.2.*

51 Alearum ludus in specie dicitur, in quo trahuntur taxilli, & juxta eorum punctos tabulæ moventur, Farinac. post alios *in praxi criminal. part.3. quæst.109. numer.10.* Reg. Sesse *decis.* 144. *numer.9. tom.2.* Soccin. *in cap. inter dilectos, num.56. vers. Adverte, de excess. Prælat.*

52 Ludus autem taxillorum propriè, & de se consideratus est ille, quem Itali vocant *Alli dati*, Hispani *Dados*, Cathalani *Daus*, Diaz *in praxi crimin. canon. capit.70. numer.2. in fine*, Novar. *in pragmatic.5. collect.6. num.7. de aleator.* Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Ferdin. part.2. collat.9. capit.3. num.16. fol.186. novis.* Farinac. *in praxi crimin. part.3. quæst.109. num.22.23.*

53 24. Estque prohibitus & Clericis, & laicis, Azevedo *in rub. versicul. Secundus est, juncto versicul. Secundum verò, & in lib.2. in princip. titul.7. lib.8. recopil.* Parlador. *rer. quotid. lib.2. capit.7. num.8.* Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi, part.2. collation. 9. cap.3. num.16. & 18. fol. 186. in noviss.* Villalobos *in sum. moral. part.2. tractat.28. dif.1. num.3. versic. El segundo es, juncto num. 4. versic. Los otros juegos*, Farinac. *in praxi crim. part.3. quæst. 109. num.19. juncto num.22.* Reg. Sesse *decis.144. à num.9. tom.2.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. num. 27. tom. 2.* & alii citati *num.49.* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom. 2. tit.34. cap.12.*

54 Prout ludus ad Azardum, qui pariter prohibitus est, præsertim Clericis, Soccin. *in cap. Inter dilectos, numer.46. versic. Secundum, juncto num.47. versic. Circa secundum, de excess. Prælat.* Azevedo *in rub. num. 14. tit.7. lib.8. recop.* Farinac. *in praxi crim. par.3. quæst. 109. num.25.* cùm ludus Azardi dicatur ludus taxillorum consistens in mera fortuna, Farinac. *in praxi, p.3. quæst.109. num.26.* Cardoso *in prax. judic. verbo ludus, num.2.*

55 Idemque est in ludo chartarum, qui prohibitus est sicut ludus taxillorum, Soccin. *in capit. inter dilectos, num.56. de excess. Prælat.* Reg. Sesse *decis.144. num. 9. tom.2.* Farinac. *in praxi, par.3. quæst.109. num.12. & 27.* quoad alias ejus species, veluti *Quinolas*, Azevedo *in rub. num.11. versicul. Secundus est, juncto versic. Secundum vero, tit.7. lib.8. recopil.* Reg. Sesse *decis. 144. num.10. tom.2.* & de la primera Prat. *in addit. ad Pascal. de pat. potest. p.1. cap.3. versicul. Pulchrum*, D. Bonaventura de Tristany *decis. 65. sub n.24. tom.2.* de jure nostro *constit. fin. col.3. vers. Y tambe est atuhim, tit. de jugadors.*

56 Prædicta non modò procedunt in ludo, in quo sola sors versatur, sed etiam in ludo, in quo est mixtura ingenii, & fortunæ simul; fortunæ inquam respectu taxillorum, vulgò *Daus*, ingenii autem respectu inductionis tabularum, qui similiter est prohibitus, Soccin. *in capit. inter dilectos, num.56. de excess. Prælat.* Jul. Clar. §. *ludus, num.2.* Azevedo *in rub. numer. 11. versicul. Tertius, juncto versicul. Secundum verò, & tertium, & in lib.2. sub num.10. tit.7. lib.8. recopil.* Reg. Sesse *decis. 144. numer. 10. tom.2.* Villalobos *in summ. moral. part.2. tractat.28. dif.1. num.3. versicul. El tercero es, juncto num.4. versicul. Los otros juegos*, Farinac. *in praxi crimin. part.3. quæst. 109. numer. 11.* Qui idem dicunt, quo ad aliquos ludos chartarum, prout est los cientos, el trunfo, y las bacas, qui etiam prohibitus est, Azevedo, Reg. Sesse, Villalobos citati, *numer.56.* Farinac. *in praxi, par.3. quæst.109. num. 13.* sed vide infra, quid in Cathalonia sit dispositum, *num.67.*

Ratio autem quare prohibitus est ludus aleæ, taxillo- 57
rum, & similium, non est ex eò, quòd de per se, ac de sui propria natura sit prohibitus ratione dubii eventus, vel ex eo quòd sit justitiæ contractus; sed est prohibitus propter mala accidentia, cùm ex ipso proveniant insaniæ, blasphemiæ, perjuria, mendacia, patrimonii dissipatio, furta, cædes, & alia similia, & pejora, ut quotidiè videmus, sic post alios Covarr. *reg. peccatum, part.2. §.4. num.3.* Gramat. *decis. 11.* Reg. Sesse *decis.44. à num.1. ad 9. tom.2.* Menoch. *de arb. Jud. casu 399. num.1. & 2.* Farinac. *in praxi crim. part.3. quæst. 109. num.84.* Bobadill. *in politic. lib.2. c. 13. num.17.* Novarius *de gravam. vassall. gravam. 63. num.5. tom.2.* alter Novarius *in rub. collect.1. numer.2. versicul. Qui ludus, & num.3. & 4. de aleator.* Grivel, *decis.57. num.2. 4. 12. & 14.* Carol. de Graff. *de effect. Clerical. effectu 22. à num.3.* Augustin. Barbosa *in capit. Clerici 15. numer. 6. de vita, & honestat. Cleric.* Azevedo *lib.2. numer.14. titul.7. lib.8. recopil.* Rubeus latè *de validitat. legal. capit.31. à numer.1.* ubi *à numer. 10.* ex nostro Cathalano Sancto Raymundo de Pennafort, cujus festum hodiè 7. Januarii 1689. celebratur, plura tradit, omninò videndus, & notant Mascard. *de probation. conclus. 997. num. 3. 4. & 5.* Farinac. *in praxi crimin. part.2. quæst.56. sub num.427.* nam ut di- 58
cunt Azevedo, & alii *hic citati*, tot mala sunt, quot puncta in taxillis, de quibus Hostien. *in summ. de excess. Prælat. num.4. & 5.* Soccin. *in capit. inter dilectos, à num.83. de excess. Prælat.* Azevedo *in rubric. numer. 7. titul.7. lib.8. recopilat.* & doctè ut solet Don Bonaventura de Tristany *decis.65. sub numer. 27. usque ad finem, tom.2.* & habetur *in constitution. final. versicul. Pero, titul. de jugadors*, ubi Mieres *numer.3. fol. 186. part.2.*

Ampliatur 1. ut lusores alearum, taxillorum, & 59
similium ludorum prohibitorum tanquam criminosi, legibusque exosi, reputantur infames apud multos, & à testimonio ferendo repelluntur, nec possunt facere testamentum, nec admitti ad aliquod publicum officium, Novarius *gravamen, 63, numer.22. tom.2.* alter Novarius *in rubric. collectan. 1. numer.6. de aleator.* Carol. de Graff. *effect. Clerical. effectu 22. numer.6.* Mascard. *de probation. conclus. 997. à numer. 1.* Riccius *collectan. 15. 16. in princip.* Bobadill. *in politic. lib.2. capit. 13. num.18.* Farinac. multos antiquos cumulat *in praxi, part.2. quæst.56. num. 427.* si sunt consuetudinarii, Decius *cons. 163. num.10. versicul.1.* Mascard. *de probation. conclus. 997. numer.6.* Farinac. *in praxi, part.2. quæst.56. num.429.* vel fuerint lusores tempore depositionis præstitæ, & conditi testamenti, Decius *consil. 163. num.10. versicul.4.* Azevedo *in rub. numer. 18. & 19. titul.7. lib.8. recopilat.* Mascard. *de probat. conclus. 997. num.6. versicul. Secundo*, Farinac. *in praxi, part.2. quæst.59. numer.432.* Don Bonaventura de Tristany *decis.65. num.25. tom.2.* Portoles *ad Molinam, §. ludus, num.2.*

Ampliatur 2. ut ludentes ad ludos prohibitos, etsi 60
de jure civili non sit imposita pœna, puniendi sunt pœna extraordinaria arbitrio Judicis secundùm facti, & personarum qualitatem, Jul. Clar. §. *ludus, numer. 6.* Thomat. *decision. 20. numer. 12. tom.1.* de quo tamen videndi sunt Menoch. *de arbit. Judic. casu 399. num. 7. & 8.* ad quem se refert Additio ad Jul. Clar. §. *ludus, litera A*, ubi Bajard. *numer.12.* Farinac. *in praxi criminal. part.3. quæstion. 109. num. 56. & 67.* Azevedo

vedo *lib.2. num.47. versicul. Ibi, & num.48. titul. 7. lib.8. recopil.* Cardoso *in prax. Judic. verbo ludus, numer. 3.*

61 Quanta autem pœna puniantur Clerici ludentes ad ludos prohibitos? videndi sunt Menoch. *de arbit. Jud. casu 399. num.3. 4. & 9. in fine*, Azevedo *lib.2. num. 49. 50. & 51. titul.7. lib.8. recopilat.* Farinac. *in praxi, part.3. quæst. 109. num.93. 94. 95. 96. 97. & de religiosis, num.98.* Novarius *in rub. collectan.1. à num. 9. ad 15*, Bobadill. *in politic. lib.2. cap.13. num.18. versic. Ylos Clerigos*, alter Novarius *gravam. 63. à num. 10. ad 17. tom.2.* Garcia *de benefic. part.2. capit.8. numer.40.* Augustin. Barbosa *de potestat. Episcop. part. 2. allegat.43. num.11. & 12. & in cap. Inter dilectos 11. num.3. & 4. de excess. Prælat. & in authent. interdicimus, num.6. Cod. de Episc. & Cler.* Diana *resol. mor. part.7. tractat.9. resol.3. & in coordinat. par.6. tract.4. resolut.9. numer.1.* Pichard. *in manuducat. ad praxim, part.3. num.7.* Cast. Palaus *in oper. mor. par.3. tractat. 16. disp.4. punct.13. §.5. sub numer.1. fol.363.* Lezana *in summ. quæst. regulær. part.4. verbo ludus, numer. 5. & 6.*

62 Ampliatur 3. ut lusor ab officio tutelæ etiam testamentariæ removeri possit, quamvis illius conditiones notæ testatori fuissent, decisum testatur Castillo *decis.20. p.1.* referunt, & sequuntur Novarius *in rub. collect.1. num.8. de aleatorib.* alter Novarius *gravam. 63. num.20. & 21. tom.2.* Riccius *collect. 1536. versic. Quintam speciale.*

63 Ampliatur 4. ut prohibitum sit, & Clericis, & laicis, non solùm ludere ludo prohibito, sed etiam ludo prohibito præsentes esse, ita ut pari pœna puniendi sint inspectores, & lusores, *leg. final.* ubi Augustin. Barbosa *num.11. Cod. de relig. & sumptib. funer.* Farinac. *in praxi, part.3. quæst. 109. num. 34.* Azevedo *lib.2. à num.4. titul.7. lib.8. recopilat.* idem Augustin. Barbosa *in capit. Clerici 15. num.10. de vita, & honest. Cler. & in authent. interdicimus, num.4. C. de Episc. & Cler.* Cast. Palaus *in oper. mor. p.3. tract. 16. disp. 4. punct.13. §.5. sub n.1. fol.363.* Bobad. *in polit. lib.2. cap. 13. num.18. in fine*, Novar. *in pragmat.6. collect.7. n. 12.* Lezana *in sum. par.4. verbo ludus, num.4. versicul. Nota tertio.*

64 Ampliatur 5. ut non solùm prohibitum sit ludere ludo prohibito, sed etiam facere, ut vulgò dicitur ad partem, vel societatem cum lusore, præsertim Clericis, Farinac. multis citatis *in praxi, part. 3. quæst. 109. num.37.* Augustin. Barbosa *in authent. interdicimus, num.3. Cod. de Episcop. & Cleric. & in leg. final. numer.12. Codic. de relig. & sumptib. funeral.* sed huic ampliationi non adhæreo; nam in fortioribus terminis docent Theologi, quòd jurans non ludere, non incurrit perjurium, si facit ad partem in ludo, vel alteri dat pecuniam, ut ludat, sic Sanchez, Bonacina, Trullench, & alii, quos refert, & sequitur Leander *quæst. moral. part.7. tractat.1. de juramento, disp. 28. quæstion. 12.* quidquid dicant Farinac. & ab eo citati *in praxi, part.3. quæst.109. num.40.* Barbosa *in authentic. interdicimus, num.3. Codic. de Episc. & Cler.* quinimò addunt, quòd jurans, aut vovens non ludere potest alteri tradere nummos, & nomine ipsiusmet, tradentis ludat, ut contra Fugos, & Salzedo tradit Diana *resolut. moral. part. 7. tractat. 9. resolut. 57. & in coordination. part.6. tractat.4. resolut.64. numer.1.* & etiam tradunt Bonacina, Fagundez, Trullench, & alii, quos citat Leander *quæst. moral. part.7. tract. 1. de juramento, disput.28. quæst.13.* & hinc deducunt, quod jurans, aut vovens non ludere, potest sponsiones in ludo facere, quod vulgò dicitur *atraveſſar en el juego*, Sanchez, & Bonacina, quos refert Diana *resolut. moral. part. 7. tractat. 9. resolut. 57. & in coordinat. part.6. tractat.5. resolut.64. num.2.* Fagundez, & Trullench, addit Leander *quæst. moral. part.7. tractat.1. de juramento, disput.28. quæstion.14.* quidquid cum aliis dicat Azevedo *l.2. num.45. & 46. num.7. lib. 8. recop.*

65 Ampliatur 6. ut non sit licitum omni tempore anni, etiam à vigilia Nativitatis Domini usque ad Epiphaniam, alicui personæ cujuscumque gradus, statenti, & conditionis ludere aliquo modo, nec in quolibet ludo ad taxillos, vulgò *Daus*, imò quod dictus ludus sit perpetuò prohibitus, & reprobatus in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus, sub pœnis contentis *in constitution. final. titul. de jugadors*, Don Bonaventura de Tristany *decision. 65. num.6. vers. 1. tom.2.* quæ in hoc corrigit *constit.2. ejusdem tituli*, etsi aliud de jure dicat Azevedo *lib.2. num.30. titul.7. libr.8. recopil.*

Limitatur 1. ut tàm jura civilia, quàm canonica 66
prohibentia ludum alearum, taxillorum à suo vigore cecidisse, & consuetudine abrogata esse, Lessius, Valentia, Salas, Sanchez. & Bonacina, quos citat, & sequitur Bossius *de pat. potestat.capit.4. num.87. col. 2. versicul. Ex consuetudine autem*, Navarrus, Sayrus, Lessius, & Sanchez, quos refert, & sequitur Lezana *in summa quæst. regul. part.4. verbo ludus, numer.4. versicul. Ratio est*, & contra Comitolum docent Regius, Homobonus, Salas, & Lessius, quos allegat, & sequitur Diana *resolut. moral. part.2. tract. 15. & miscell.1. resolut. 65. & in coordination. part.6. tractat.4. resolut.1. num.2.* Villalobos *in summ. moral. part.2. tractat. 28. dif.1. num.5.* Trullench *in decalog. tom.2. lib.7. capit.27. dub.1. num.3.* & patere ex praxi testatur idem Diana *resolut. moral. part.7. tractat. 9. resolut.2. & in coordination. part.6. tractat. resolut. 7. numer. 4. in princip.* quidquid cum multis generaliter dicat Farinac. *in praxi, part.3. quæst. 109. à num. 46. præcipuè à numer. 50. ad 55.* ac intelligat Reg. Sesse *decis. 144. à numer. 30. tom. secundo*, & reprobent hanc consuetudinem etiam immemorialem, idem Reg. Sesse *decision. 144. numer. 24. tom. secundo*, Novarius *in rub. collectan.1. num.11. de aleatorib.* vide infra, *à numer. 72.* quid in Cathalonia, Don Bonaventura de Tristany *decision. 65. numer. 6. & 7. tom. secundo.*

Limitatur 2. etiam semota consuetudine, ut licitus sit in Cathalonia ludus tabellarum cum taxillis, 67
ut disponit constitut. final. col. 3. versicul. Aixi emperos, titul. de jugadors, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi, part.2. collat.9. capit.3. num.30. fol. 187. & num.58. fol.191. in novis*, & alii ludi alearum permissi in Regno Neapolis, Novarius *in pragmatic. 6. collectan.7. num.1. de aleatorib.* alter Novarius *gravam.63. n.25. tom.2.* quidquid aliud sit de jure, secundùm Doctores citatos *num.56.* & alios apud Farinac. *in praxi, part.3. quæstion. 109. num.15.* Addo Parlador. *rer. quotidian. parte secunda, capite septimo, numero octavo, versicul. Tabularum quoque*, & quidquid disputent Doctores de validitate similis statuti apud Farinac. *in praxi, parte tertia, quæst. 100. num. 52. 53. & 54.*

Et quamvis ludus tabularum cum taxillis videatur 68
prohibitus Clericis, & Religiosis, quia verè est ludus aleæ, cùm magis innitatur sorti, aut casui, quàm industriæ, ut habent Navarrus *in manuali, capit.19. num.7.* Socein. *in capit. Inter dilectos, num. 54. in fine, de excess. Prælat.* & plures alii, quos citant Farinac. *in praxi, part.3. quæst. 109. num.15. & 16.* August. Barbosa *in authentic. interdicimus, num.2. Cod. de Episcop. & Cler.* Nihilominus quia valdè usitatus est in Aulis, & Palatiis principum Ecclesiasticorum, & aliquibus Religionibus, ideò consuetudine approbante, dici potest permissus, Peyrinis *tom.2. de Prælatis, quæst. secunda, cap. secundo*, §.5. *num.98.* quem refert, & sequitur Lezana *in summ. quæst. regular. p. 4. verbo ludus, num. nono, versicul. De ludo autem tabularum.*

Limitatur 3. in terminis juris communis, ut ludere sit licitum ludis vetitis, & prohibitis in convivio, 69
aut vescendi causa, *leg. final. in principio, ff. de aleæ lusu, & aleatorib.* Novarius *in pragmat. 6. collect. 7. num.6. de aleatorib.* Thomat. *decis.20. num.15. tom.1.* Farinac. cum multis *in praxi, part.3. quæst. 109. numer.118.* tàm laicis, quàm Clericis, etsi controvertant Farinac. *dict. part.3. quæst. 109. num. 122.* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effectu 1. num.25.* docet Azevedo *l.2. num.32. tit.7. lib.8. recopil.* dummodo ludus sit in parva quantitate, idem Azevedo *proximè*

citatis

citatis num. 33. secùs si in magna qnantite, Carol. de Graff. & Farinac. hìc citati, ille *num.* 25. iſte *num.* 120.

70 Siquidem laicis, & Clericis licitum eſt ludere ludis prohibitis, & vetitis in modica quantitate, id eſt in pecunia modicæ quantitatis, ſeu ſumma minima, quæ reputetur nihil, etiamſi non ſit ad veſcendum. Quia tunc ceſſat ratio, per quam ludus interdicitur, cùm parum, & nihil æquiparentur, Novarius *in pragmat. 6. collect. 7. numer.* 7, 8, 9. & 10. *de aleatorib.* Azevedo *libro* 2. *numer.* 34. & 35. *titul.* 7. *libro* 8. *recop.* Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu* 22. *num.* 16. vide ſupr. *à nu.* 36. & infra *num.*...

71 Et tanto fortiùs licitum eſt Clericis, & laicis ludere gratis abſque pecunia ludis prohibitis & vetitis, Carol. de Graff. *de effect. Clericatus, effect.* 22. *num.* 26. Novarius *in pragmat. 6. collect. 7. nu.* 11. *de aleatorib.* vide Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæſt.* 109. *num.* 90. & 91.

72 Præmitto 4. quòd laici ludentes ludi prohibitis nullum peccatum committunt. Quia jura canonica, & civilia iſtos prohibentia cenſentur conſuetudine abrogata, ut dixi *numer.* 66. ſic Leſſius, Valentia, Salas, Filiuccius & Bonacina, quos citat Boſſius *de pat. poteſt. capitul.* 4. *numer.* 8. *column.* 2. *verſicul. Et propterea*. Nec mortale, Villalobos *in ſumm. moral. part. ſecunda, tract.* 28. *dif.* 1. *numer.* 5. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. primo, capit.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 3. *numer.* 7. & 8. Rubeus *de validit. legali, capit.* 31. *num.* 5. Lugo *de juſt. & jure, tom.* 2. *diſput.* 32. *ſect.* 1. *numer.* 9. Novarius Sayrus, Leſſius, & Sanchez, quos laudat Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 4. *verbo Ludus, numer.* 4. & reprobatis contrariis Diana *reſol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *reſol. ſeconda, & in coordinat. part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 7. *num.* 1. 2. & 3. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *capitul.* 7. *numer.* 9. *verſic. Amplius in tantum, junctofinali, verſ. Ego verò*. Nec veniale, Filiuccius poſt alios *tom.* 2. *tract.* 37. *cap.* 4. *numer.* 58. Diana *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 15. & *miſcel.* 1. *reſolut.* 65. & *part. ſeptima, tract.* 9. *reſol.* 2. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 1. *nu.* 2. *in fine*, & *reſol.* 7. *num.* 5. Trullench. *in decal. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 27. *dub.* 1. *numer.* 3. Etiam ſi ludant magnam quantitatem, idem Diana *reſolut. mor. part.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 2. & *in coordinat, part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 7. *num.* 4. *verſic. Unde concludendum eſt*. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 4. Intellige ſecluſis, & ſemotis circunſtantiis, ut intelligunt Filiuccius *tom.* 2. *tract.* 37. *cap.* 4. *numer.* 58. Rubeus *de validit. legali, cap.* 31. *numer.* 5. Diana *reſol. mor. par.* 2. *tract.* 15. & *miſcel.* 1. *reſol.* 65. *num.* 2. nam ratione circunſtantiarum plerumque cum peccato ſit, idem Diana *reſol. mor. part.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 2. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 7. *numer.* 4. *verſicul. Unde concludendum eſt, in fine*, Boſſius *de patr. poteſt. capitul.* 4. *num.* 87. *column.* 2. *verſicul. Quod intelligunt*, Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 4. *verbo Ludus, numer.* 4. Rubeus *de validit. legali, capitul.* 31. *à numer.* 1. Parlador, *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. *in fine*. Cùm propter tot mala, & delicta, quæ exludo præſertim prohibito proveniunt, vix datur caſus, in quo ludens in pecunia in magna quantitate non peccet mortaliter, Farinac. poſt alios *in praxi, part.* 3. *quæſt.* 109. *nu.* 3. Novarius *gravam.* 63. *numer.* 7. *tom.* 2. notant Caroll. de Graſſis *de effect. Cler. effect.* 22. *num.* 12. Intelligunt etiam aliqui, niſi alicubi, ut in nonnullis Regnis & Provinciis factum reperitur, lex aliqua politica ſub gravi pœna eoſdem ludos prohibens ſit in vigore, quo caſu eiſdem ludis ludere eſt peccatum mortale, tradunt Leſſius & Sanchez quos refert, & ſequitur Boſſius *de par. poteſt. cap.* 4. *numer.* 87. *column.* 2. *verſic. Et iidem*, & ſentit Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi, par.* 2. *collat.* 9. *cap.* 3. *numer.* 31. *fol.* 187. *in noviſſ.* verùm dubito, quòd hæc intelligentia ſit vera, cùm alii doceant quòd hujuſmodi lex politica non obliget ſub peccato mortali, etiam quòd gravem pœnam imponat, videantur Villalobos *in ſumm. moral. part.* 2. *tract.* 28. *dif.* 1. *num.* 5. Lugo *de juſt. & jure, tom.* 2. *diſput.* 31. *ſect.* 1. *num.* 9. Trullench. *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *dub.* 1. *num.* 12. Diana *reſol. mor. par.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 2. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 7. *num.* 2. & 3.

Et an laici aſpiciendo eos, qui ludunt ludis pro- 73
hibitis ex ſola inſpectione peccent mortaliter? proponit remiſſivè Farinac. *in praxi, par.* 3. *quæſt.* 109. *numer.* 3. in quo licèt aliqui aſſerant, laicos non peccare mortaliter, niſi eorum aſpectus fuerit cauſa ludi, vel potuerint prohibere corrigendo, & non correxere, vel gaviſi ſunt, eò quod talis ludus exercebatur, ut ipſi ſic viderent. Verius tamen eſt, quòd ſi non gaudent de ludo, ſed dato quod ludunt, gaudent videndo induſtriam, & bonam, vel malam fortunam ludentium non eſt mortale, ſic hæc omnia docent Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *libro primo, cap.* 8. *dub.* 30. Trullench *in decalogo, tom.* 2. *libro* 7. *cap.* 17. *dub.* 1. *num.* 6. quos refert, & ſequitur Diana *reſol. mor. part.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 40. & *in coordin. part.* 6. *tractat.* 4. *reſol.* 11. *numer.* 2. & 3. Villalobos *in ſumm. part.* 2. *tract.* 28. *dif.* 1. *num.* 7. *vide infra, num.* 6.

Prædicta de laicis ludentibus ludis prohibitis, vel 74
aſpicientibus eos, qui ludunt ludos prohibitos, *n.* 72. & 73. procedunt etiam in Clericis in minoribus, non beneficiatis, ut docent Navarrus, Lopez & Sanchez, quos refert, & ſequitur Diana *reſolut. moral. part.* 4. *ttact.* 4. & *miſcellan. reſol.* 183. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 10. *num.* 3.

At Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, vel 75
beneficiati ludentes ludis prohibitis, ſecundùm aliquos peccant mortaliter, quia iſti ludi non qua ratione ſæcularibus, ſed quia contra eorum honeſtatem prohibitis illis ſunt, Parlador. *rer. quotid. libro ſecundo, capitul.* 7. *numero decimo*, Novarius *in rubr. collect.* 1. *numer. decimo tertio*, & *decimo quarto, de aleatorib.* alter Novarius *gravam.* 63. *n.* 115. *tom.* 1. Carol. de Graf. *de effect. Cler. effect.* 22. *num.* 9. imò ſecundùm alios magis peccant, quàm laici, Socin. *in cap. Inter dilectos, num.* 31. *de exceſ. Prælator*, Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæſt.* 109. *numer.* 4. Carolus de Graff. *hìc citatus, numer.* 12. ſecundùm plures alios juxta communem, & probabiliorem ſententiam, quando ſæpè ludis prohibitis ludunt, peccant mortaliter, ſecùs quando ſemel, vel iterum ludis prohibitis ludunt recreationis gratia, & rem parvæ quantitatis citra ſcandalum, aut aliam gravem circunſtantiam, quo caſu non peccant mortaliter, quia jura prohibentia Clericis ludos alearum, & taxillorum, & ſimilium præſertim attendere videntur ad decentiam, & honeſtatem Eccleſiaſticorum, quæ ludis talibus circunſtantiis veſtitis graviter non lædi-
tur, tum quia jura prædicta non videntur recepta cum eo rigore, præſertim quia alia præcipiunt eodem timore, quæ tamen certum eſt non obligare ad mortale, ita Navarrus *im manuali, capitul.* 19. *numer.* 12. & 13. Angel. *in ſumm. verbo Ludus*, §. 4. Armilla *in ſumm. verbo Ludus*, §. 4. Cajetanus *in ſumm. verbo Clericus*, & 2. 2. *quæſt.* 168. *aliàs* 138. *ſub numer.* 3. Sanchez *in opuſcul. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 28. *numer.* 7. Farinac *in praxi, part.* 3. *quæſt.* 109. *num.* 102. Auguſtin. Barboſa *in can. Epiſcopus* 1. *num.* 5. *diſt.* 35. Trullench. *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 27. *dub.* 1. *num.* 3. Villalobos *in ſum. mor. part.* 2. *tract.* 28. *diſp.* 1. *num.* 7. Layman. *in Theolog. mor. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 21. *num.* 2. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 3. *num.* 6. Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 4. *verbo Ludus, num.* 4. *verſic. Nota ſecundò*, Diana multis laudatis *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel. reſol.* 183. & *part.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 3. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 9. *tota*, & *reſol.* 10. *num.* 1. Molina *de juſt. & jure, diſput.* 522. *num.* 6. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 22. *numer.* 18. Guttier, *de juramen. confirmat. part.* 1. *c.* 53. *n.* 2. *verſ.*

Et

Et quòd Clericus, Azevedo *leg. secunda*, *num.* 6. & 7. *titul.* 7. *lib. octavo*, *recopil.* Quinimò dicunt alii, quòd rarò, & moderatè ludentes ludis prohibitis recreationis gratia, nec venialiter peccant, Layman. *in Theolog. moral. lib.* 3. *tractat.* 4. *sect.* 5. *capit.* 21. *num.* 2. Lezana *in summ. quæst. regul. part.* 4. *verbo Ludus*, *num.* 4. *versic. In casu etiam raro*, Hurtadus *de justit. & jure*, *disput.* 8. *diff.* 3. Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 3. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 9. *num.* 2. *&* 6. Navarrus *in manual. capit.* 19. *num.* 13. Morla *in empor. juris*, *part.* 1. *tit.* 7. *quæst.* 1. *num.* 5. dictum est, sæpè ludis prohibitis ludunt, id est frequenter ludunt ludis prohibitis, quia jura prohibentia ludos istos loquuntur de aleatoribus, & nomen aleator frequentiam denotat, sic Hurtad. *de justit. & jure*, *disput.* 8. *disput.* 3. Menoch. *de arb. Judic. capit.* 399. *numer.* 19. *&* 21. Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tractat.* 16. *disput.* 4. *punct.* 13. §. 5. *num.* 1. *versic. Ex quibus*, *fol.* 363. Diana *resol. mor. part.* 7. *tractat.* 9. *resolut.* 3. *& in coordination. part.* 6. *tractat.* 2. *resolul.* 9. *numer.* 2. & tunc Clerici peccant mortaliter etiam, etiamsi scandalum asit, Lezana *in summ. quæst. regul. part.* 4. §. *Ludus*, *num.* 4. *vers. Dixi autem*, & alii ex citatis *versic. Secundùm plures*. Dicitur autem ludus frequens, quod fit semel in hebdomada, ut ex Bordono *resol.* 33. *num.* 3. tradit Lezana *in sum. quæst. regul. part.* 4. *verbo Ludus*, *num.* 4. *versic. Quid verò requiratur*. Sed rigorosa videtur opinio, quia lusor dici nequit, qui quotidiè vel continuè, aut sæpiùs talem artem non exercet, ut ex Otero *part.* 3. *quæst.* 23. *numer.* 5. inquit Novarius *in pragmat.* 5. *collect.* 6. *num.* 8. *de aleator.* dictum est etiam moderatè, & rem parvæ quantitatis. Quæ dicatur autem moderata quantitas, seu res parvæ quantitatis, arbitrio prudentis relinquit Lezana *in sum. quæstion. regul. parte quarta*, *verbo Ludus*, *numero quarto*, *versicul. In casu etiam*, considerata qualitate, & facultate personarum Clericorum ludentium, Discastillus, Layman, & Amicus, quos refert, & sequitur Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 3. *& in coordinat. part.* 6. *tractat.* 4. *resol.* 9. *numer.* 6. & conducunt Cast. Palaus, Mendo, Sanchez, Trullench, Fagundez, & Bonacina, quos refert, & sequitur Leander *quæst. moral. tom. septimo*, *tractat. primo*, *disputat.* 28. *quæstion. nona*, sed addit Lessius, quem refert, & sequitur Bossius *de patr. potest. capit.* 4. *sub numer.* 87. *coll.* 2. *versic. Addit idem Lessius*. Quod jurà canonica respectu Clericorum hoc tempore non videri recepta, nisi quatenus prohibent eos ludos fieri cum periculo scandali, & sic Clericos iis ludis prohibitis ludentes, præsertim recreationis causa ad breve tempus, tametsi crebrò, non esse damnandos peccati mortiferi, si absit scandalum. At ut advertunt Banonica, & alii, non desunt qui eos à mortali excusant, quamvis frequenter, & magnam quantitatem ludant, quia jura canonica etiam à suo rigore cessasse videntur, ita Hurtadus *de justit. & jur. disput.* 8. *diff.* 3. refert Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 2. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 7. *resolut.* 9. *num.* 2. *in fine*. An autem Clerici peccent mortaliter, redditus suorum in quantitate ludendo, videantur Villalob. *in summ. moral. part.* 2. *tract.* 28. *diff.* 1. *num.* 9. Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 16. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *resolut.* 8.

76 Et an Clerici aspiciendo eos, qui ludunt ludis prohibitis, & vetitis, ex sola inspectione peccent mortaliter? Communis est opinio quòd non, si non gaudent de ludo, licèt gaudeant videndo industriam, & bonam, vel malam fortunam ludentium, nisi inspiciant notabili tempore cum nota, & scandalo, seu complacentia in ludo prohibito sub mortali, cooperatio ad illum, vel omissio correctionis ludentium est mala; videantur Navarrus *in manuali*, *cap.* 19. *num.* 14. Villalobos *in summ. moral. part.* 2. *tractat.* 28. *differ.* 1. *numer.* 7. *versicul. Mars si sessen Clerigos*, Sanchez *in opusc. tom.* 1. *lib.* 1. *capit.* 8. *dub.* 29. Trullench. *in decal. tom.* 2. *libr.* 7. *cap.* 27. *dub.* 1. *num.* 5. Diana *resol. mor. part.* 4. *tract.* 4. *& miscel. resolut.* 183. *& part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 40. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *resolut.* 10. *numer.* 5. *& resolut.* 11. *num.* 1. *&* 3. Lezana *in summ. quæst. regul. part.* 4. *verbo Ludus*, *num.* 4. *vers. Nota tertio*, *juncto vers. seqq.*

In Religiosis est controversum. An ludentes lu- 77
dis prohibitis peccent mortaliter? Quidem affirmant, quia hi ludi sunt valdè indecentes statui Religiosorum, sic Sanchez *in opuscul. tomo primo*, *lib.* 1. *capit.* 8. *dub.* 28. *num.* 9. Villalobos *in summ. moral. part.* 2. *tract.* 28. *diff.* 1. *numer.* 8. & aliqui extendunt ad Religiosos laicos, ut Castr. Palaus, & ab eo citati *in oper. moral. part.* 3. *tractat.* 16. *disput.* 4. *punct.* 13. §. *num.* 2. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 4. *& miscel. resol.* 138. *& part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 40. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 10. *num.* 4. *& resol.* 11. *num.* 4. Sed alii docent, quòd quando Religiosi sæpè ludunt ludis prohibitis, peccant mortaliter, at quando semel, vel iterum ludis prohibitis ludunt recreationis gratia, & rem parvæ quantitatis citra scandalum, non peccant mortaliter. Medina *lib.* 1. *summæ*, *capit.* 15. §. 28. Seja *respon. moral. part.* 1. *casu* 61. Portellus *in dub. regul. verbo Ludus*, *numer.* 1. *&* 2. quos refert, & sequitur Lezana *in summa quæst. regul. part. quarta*, *verbo Ludus*, *num.* 4. *vers. Nota secundo*, Discastillus *de justit. & jure*, *libro* 2. *tractat.* 18. *disput.* 2. *dub.* 2. *num.* 21. quem refert, & sequitur Diana *resolut. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 4. *& in coordinat. part.* 6. *tractat.* 4. *resolut.* 12. *num.* 1. Navarrus *in manuali*, *capit.* 19. *numer.* 12. *&* 13. Morla *in empor. jur. part.* 1. *titul.* 7. *quæst.* 1. *numero* 5. Azevedo *leg.* 2. *num.* 6. *&* 7. *tit.* 7. *lib.* 8. *recopil.* Salas *de ludo*, *dub.* 24. *num.* 3. *vers.* Quarto. Nec peccant venialiter, si ludunt ludis prohibitis causa recreationis, & in parva quantitate, eo modo, quo dixi de Clericis, *num.* 75. *&* 76. parva quantitas quæ sit, ut Religiosi de licentia saltim tacita superiorem ludere possint, videantur Discastillus, & Diana *proximè citati*, Portellus *de dub. regul. verbo Ludus*, *num. secundo*, Lezana *in summ. quæstion. regul. part.* 4. *verbo Ludus*, *num. decimo*, *versicul. Si verò quæratur*, verùm hæc procedunt in Religiosis earum Religionum, in quibus hujusmodi ludi jam usu recepti, & permissi videntur, saltem cum aliqua moderatione; secùs autem in Religiosis, qui ex instituto Religionis arctiorem vitæ rationem, quàm Clerici sæculares gerunt; nam absque dubio ludentes ludis alearum sivè taxillorum, sivè chartarum, peccant mortaliter, ut de Patribus Capuccinis, Carmelitanis Discalceatis, Societatis JESU, & aliis sanctissimis, & observantissimis Religionibus, docent Discastillus *de justit. & jure*, *lib. secundo*, *tractat.* 28. *disp. secundo*, *dub. secundo*, Lugo *de justit. & jure*, *tom. secundo*, *disput.* 31. *sect.* 1. *num.* 12. Molina *de justit. & jure*, *disput.* 521. *in fine*, Portellus *de dub. regul. verbo Ludus*, *num.* 3. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *sect.* 5. *capit.* 21. *num.* 2. Diana *resol. mor. part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 4. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 12. *num.* 2. 3. *&* 4. Lezana *in summ. quæst. regul. part.* 4. *verbo Ludus*, *numer.* 4. *versic. Nota quartò*. Quod autem ex Bartholomæo de Sancto Fausto *in spec. confess. disp.* 32. *quæst.* 29. *num.* 2. tradit Diana *resolut. moral. part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 40. *& in coordin. part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 11. *num.* 4. adducentem Bullam Pii V. in qua Clericis, tàm sæcularibus, quàm Regularibus sub excommunicationis pœna interdicitur aspicere eos, qui ludis prohibitis ludunt. Non video hanc Bullam usu receptam.

Quid de Episcopis, an peccent mortaliter lu- 78
dendo ludis prohibitis? Concordant omnes, quod sic, quia hi ludi multum dedecent statum Episcoporum. Nisi causa recreationis, & in parva quantitate, Villalobos *in summ. part. secunda*, *tract.* 28. *diff.* 1. *num. octavo*, *& nono*, Sanchez *in opuscul. tom.* 1. *lib.* 1. *capit. octavo*, *disp.* 28. *num.* 9. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 7. *quæst.* 1. *num. quinto*, Lugo *de justit. & jure*, *tom.* 2. *disput.* 31. *sect.* 1. *num.* 12. Diana *resol. mor. part.* 7. *tract.* 9. *resolut.* 4. *& in coordinat. part.* 6.

tractat. 4. resolut. 12. sub num. 4. sed nota dignum est quod tradit Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. capit. 5. num. 9.* ut Episcopi non permittant familiaribus suis, quòd ludant, & sit illis exemplum quod scribitur in vita Divi Hieronymi, de Rufo Cyrilli Episcopi de Hierusalem nepote, qui ob nimiam lætitiam, quam ludendo accipiebat, damnatus fuit; ludere namque in Episcopali domo nullo modo convenit, neque domesticos, neque familiares Episcoporum decet, Hactenùs Alzedo.

79 Notandum verò est generaliter, quod ludere Orationem Angelicam, vel Psalmos, aut Preces, præsertim ludo licito, & honesto, non est peccatum, nec ulla simonia subest, imò licitum est, ut contra Lopez, Peyrinis, & Vega, ex Navarro, Bonacina, & Lugo docet Lezana *in summ. quæst. regul. part. quarta §. Ludus, numer. decimo tertio*, Sanchez *in opuscul. tom. 1. lib. 1. capit. octavo, dub. 24. numer. 25.* Villalobos *in summ. moral. part. secunda, tractat. 28. diff. 1. numer. 10. versic. Y advierta se*, Rodriguez *in summ. tom. 3. capit. 228. numer. nono*, & reprobatis Lopez, & Vega cum Navar. Rebellio, & Molfesio tradit Diana *resol. moral. parte septima, tractat. nono, resolut. 41. & in coordinat. part. 6. tractat. 4. resolut. 4.* etiamsi Clerici, seu Religiosi cum laico ludant, Rodriquez *in addit. ad summ. tom. 3. capit. 228. concl. 9.* Portell. *de duk. regul. §. Ludus, num. 4.* quidquid dicat Lugo; nam eum impugnant Lezana *in summ. quæst. regul. part. 4. verbo Ludus, num. 13. versic. Posse etiam*, Diana *resolut. moral. part. 11. tractat. 6. & miscel. 6. resolut. 9. & in coordinat. part. 5. tract. 7. resolut. 16. num. 1.*

80 His præmissis circa primam partem dubii in argumento propositi. An contra laicos ludentes aleis possit procedere, aut non, Judex Ecclesiasticus? In quo absolutè quidam tenent, quòd ludi punitio, hujusque criminis cognitio spectare videtur ad Episcopum, invocato, quatenus opus sit, Judicis sæcularis præsidio, per *text. in leg. final. §. commodis igitur*, ibi *Episcopis locorum hoc providentibus, & præsidum auxilia utentibus; & in §. Sed istam*, ibi: *Potestatem dando Episcopis hoc inquirendi, & præsidum auxilio se dando, Cod. de relig. & sumpt. funer.* ubi Augustin. Barbosa *numero vigesimo octavo*, Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæstion. 109. num. 78.*

81 Alii generaliter tradunt laicum lusorem ratione hujus criminis subjici judicio Episcopi, ut colligitur ex verbis *can. Episcopus 1.* ubi Augustin. Barbosa *num. 3. dist. 35.*

82 Plures tamen docent, quòd hujus criminis cognitio contra laicum ludis prohibitis ludentem est mixti fori, quod tàm Judex Ecclesiasticus, quàm etiam sæcularis possint criminaliter procedere, ut voluerunt Alexand. *in canon. Episcopus, numero 6. ad finem, versic. Cum autem ludus 35. distinct.* Angel. *de malefic. verbo Metidor. de mali dati, numero 21. in fine*, Puteus *de ludo, numer. 43.* Menochius *de arb. Judic. casu 390. numero quinto, versic. Secundus est casus*, Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. in capit. 70. alias 64. in verbo Aleatores, litera C. versic. Hoc de Clericis*, Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 109. numer. 79.* Azevedo *leg. 4. num. 2. tit. 1. lib. 4. & leg. 2. num. 51. vers. Sic etiam, titul. septimo, lib. 8. recopil.* Barbosa *in l. fin. numero 29. Codic. de relig. & sumpt. faner.* Bellet. *disq. Cleric. part. 1. titul. de favore Cleric. reali, §. 4. numer. 149.* Portoles *ad Molin. §. Ludus, numero 3.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. numer. tertio, tom. secundo*, & tunc laicus lusor si non desistit à ludo, punitur per Episcopum pœna privationis communionis, id est excommunicationis, *juxta text. in canon. Episcopus 1. dist. 35.* Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 109. numero 59.* Menochius *de arb. Judic. casu 399. numer. sexto*, Azevedo *leg. 2. num. 51. versic. Sic etiam, & in leg. 11. num. 6. tit. 7. lib. 8. recopil.* Bobad. *in polit. lib. 2. capit. 17. numero 51. in princ.* Diana *resolut. moral. part. 7. tract. 9. resolut. 2, & in coordinat. part. 6. tract. 4. resol. 7. num. 3. versic. Nam licèt.* Deinde pœna arbitraria punitur arbitrio Episcopi, Azevedo *in leg. secunda, num. 52. titul. 7. lib. 8. recop.* Menochius *de arb. Jud. casu 399. num. 6. in fine*, Farinac. *in prax. crim. part. 3. quæst. 109. num. 60.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 51.* & plures citat *gloss. litera I.*

Plures addit Costa *de ludo, art. 2. in princ. num. 20.* 83
fol. 165. tractat. Doctor, vol. 7. quod Episcopus ratione peccati vitandi statuere potest, ne ludatur ad talem ludum, refert Azevedo *leg. 2. num. 103. & leg. 5. num. 11. tit. 7. lib. 8. recopil.* sequitur Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. num. 3. in fine, tom. 2.*

Verùm etsi prædicta de jure videantur procede- 84
re. Tamen in Hispania in forensibus actionibus hæc recepta non sunt, nec practicantur, nec visum unquam fuit Judices Ecclesiasticos pro ludo procedere contra laicos, ut testantur Azevedo *leg. secunda, numer. 53. titul. 7. lib. octavo, recopil.* Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in practic. crimin. canon. capit. 70. alias 64. verbo Aleatores, litera C. versicul. Hæc de Clericis, in fine*, Bobad. *in polit. lib. secundo, capit. 7. num. 51. versic. Pero esto*, Farinac. *in praxi crim. part. 3. quæstion. 109. numer. 79. in fine*, Barbosa *in canon. Episcopus 1. num. 3. dist. 35.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. numer. 4. tom. secundo*, idque ex eo quia est textus *in can. Episcopus 1. dist. 35.* in quo se fundant Doctores de jure communi loquentes, Non est usus receptus saltem quoad laicos, ut dicunt Diana *resolut. moral. part. 7. tractat. 3. resolut. 2. & in coordinat. part. 6. tractat. 4. resolut. 7. num. 3. in fine*, Azevedo *leg. 11. num. 9. titul. 7. lib. 8. recopil.* Vel quia est consuetudine derogatus; ut dicit Cajetan. *2. 2. quæst. 168. art. 3. in fine*, sequitur August. Barbosa *in can. Episcopus 1. sub num. 3. dist. 35.* adde tradita *num. 66.*

Sed in duobus casibus dicunt aliqui ex Doctori- 85
bus citatis posse procedere Judicem Ecclesiasticum contra laicos ludentes, scilicet quando ludunt in Ecclesia, vel extra, dum Divina officia in die festo celebrantur, ita Azevedo *in leg. 4. num. secundo, titul. 1. lib. 4. & in leg. secunda, num. 53. versic. Nisi cùm reperiuntur ludendo, titul. septimo, lib. octavo, recopil.* Bobad. *in polit. lib. secundo, capit. 17. numer. 51. versic. En dos casos*, Bolannos *in Curia Philippi, tom. 1. part. 3. §. secundo, numero decimo, versic. Y assimismo*, August. Barbosa *in canon. Episcopus 1. num. 3. in fine, dist. 35.* & ita in praxi servatum vidisse testatur Portoles *ad Molin. §. Ludus, num. 3. versic. Quod maximè*, Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. numero quarto, versic. Qui in duobus tum casibus, tom. 2.* at nec hoc vidisse practicatum refert idem Bobadil. *in polit. lib. 2. cap. 17. numer. 51. in fine.*

Devenio nunc ad secundam partem dubii in ar- 86
gumento propositi. Et præmitto 1. Quod ludum in domo retinere, majus delictum est, quàm ludere; ut dicunt Bald. Paris de Puteo, & Caccialup. quos refert, & sequitur Azevedo *in leg. 3. num. 3. titul. septimo, lib. octavo, recopil.* & trascripsit Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. num. 1. in fine, tom. secundo*, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi, part. 2. collat. 9. capit. 2. num. 10. fol. 176. in noviss.* ubi Despujol. *verbo Ludum sustinere, fol. 119.* quidquid dicat Menoch. *de arb. Judic. casu 399. numer. 17.* Nam ludum in domo tenentes pejores sunt ipsis aleatoribus, Berlich. *decis. 66. num. octavo*, Novarius *in pragmat. quinta, collect. 6. num. 5. de aleator.* idem Mieres *loco hic citato, cap. 3. num. 5. & 14. fol. 187.*

Præmitto 2. quòd ludum domi suæ retinentes, 87
id est susceptores ludi Hispanè tabligeros, ubi taxilli, cartæ, domus, velæ, & sedes, seu scamna sunt pro ludendo deputata, & est congregatio ludentium, extra ordinem arbitrio Judicis puniendi sunt, ut contra Menochium *de arb. Jud. casu 399. num. 16.* docet Azevedo *l. 3. num. 17. tit. 7. lib. 8. recop.* multis laudatis Farinac. *in prax. crim. part. 3. quæst. 109. num. 137. & 138.*

Sed

88 Sed quas pœnas incurrant retinentes domi ludum ? Non immoror ; ea videre poterit lector *in l. 1. cum suis §§. & ibi Doctores, ff. de aleæ lusu, & aleatorib.* & apud Socin. *in capit. Inter dilectos, numero 67. 76. & 77. de excess. Prælat.* Farinac. *in praxi, part. 3. quæst. 109. à numer. 140. ad 149.* Novarium *in pragm. 5. collect. 6. numer. 5. de aleator.* Rubeum *de validit. legali, controvers. forens. capit. 29. à numer. 31.* Azevedo *leg. 3. & 5. titul. 7. libro 8. recopil.* Pascal. *de patr. potest. part. 1. capit. 6. numero 96. & 97.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effectu 22. numer. 7. & 8.* Cardoso *in praxi Judic. verbo Ludus, numer. 4. versic. Et domus*, Bobad. *in polit. libro 2. capit. 13. numer. 18. versic. Ni al tablejero*, Borrell. *de magistr. libr. 4. capit. 40.* Augustin. Barbosam *id leg. fin. à numero 35. Codic. de relig. & sumpt. funer.* Don Bonaventuram de Tristany *decis. 65. sub numero primo, tom. 2.*

89 Ob idque in pluribus Regnis, & Provinciis sunt condita statuta sub variis pœnis contra retinentes domi ludum, ut Mediolani, & Vincentiæ refert Menochius *de arbitr. Judic. casu 399. numero 17.* Romæ, & in Statu Ecclesiastico, testatur Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæstion. 107. numero 137. versic. Et vide in proposito, & numero 149. versic. Nec dissentiunt*, Novarius *in pragmat. 5. collect. 6. numer. 6. de aleatorib.* Castellæ, *leg. tertia, quarta, & quinta*, ubi Azevedo *titul. 7. libro 8. recopil.* Bobad. *in polit. libr. 2. capit. 13. numer. 14.* qui *numer. 16.* dicit, quod in diebus laboris sunt prohibiti quicumque ludi officialibus mechanicis, & agricolis, ac scribis, Pichard. *in manuducat. ad prax. part. 3. §. 4. numero septimo*, ibi: *Et qui lusum*, Sardiniæ, Reg. Vico *ad pragmat. Regni, tom. 2. titul. 34. capit. 15.* Neapolis *pragmat. 5.* ubi Novarius *collect. 6. de aleator.* Cathaloniæ, *Constitut. 1. titul. de jugadors*, ubi Mieres *in Curia Barcinonæ, Reg. Petri II. collat. 2. capit. 32. numer. 1. & 2. & numer. 7. versic. Sed alearium est locus*, ubi inquit, quod alearium est locus, ubi luditur, & Aleator, sivè lusor dicitur ille, qui est peritus in ludo. Et quod tafureria est exigere, vel recipere pecuniam à ludentibus propter aleas, vel taxillos, vel lucernas, vel locum ludi, *fol. 37. tom. primo, in noviss.* idem Mieres *in Cur. Barcinonæ Regis Ferdinandi, part. 2. collat. 9. capit. secundo, à numer. 4. ad 9. fol. 186. & capit. tertio, numer. primo, fol. 187. in noviss.* Regiæ præconizationes *capit. 57. versic. fin.* quæ *in versic. antecedenti* prohibent, & mandant, quod nullus artifex, seu mechanicus, nec mercenarius in die laboris possit ludere aliquo ludo, tàm prohibito, quàm non prohibito.

90 An autem mulieres tenentes domos ludorum comprehendantur in legibus, statutis, pragmaticis, & constitutionibus prohibentibus retinere domum ludi, sub pœnis in illis contentis ? Affirmat Novarius *in pragmat. septima, collect. octava, de aleatoribus*. Sicut includuntur, & comprehenduntur mulieres sub statuto prohibente asportationem armorum, Gabriel *commun. conclus. sexto, de verb. signif. conclus. sexta, numer. 37.* Decian. *tract. crim. libro octavo, quæstion. 108. numer. 23.* Menochius *de arbitr. Judic. casu 494. in addit. num. vigesimo tertio*, Riccius *decis. 19. part. tertia*, Novarius *in rubric. collect. 1. numer. 11. de armis*, Ursellius *verbo Roma, conclus. 143. numer. 27.* Cabal. *resolut. crim. casu 228. numer. 4.* Conciol. *verbo Arma, resol. 7. num. 1. & in addit. ad numer. 1.* Giurba *observ. 33. numer. 25.* Reg. Matthæu *de re crim. controvers. 29. numer. 88.* Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 108. numer. 15.* Bajard. *ad Clar. §. final. quæst. 82. numer. 55.* Guazin. *defens. 29. capit. secundo, numero 20.* sicut etiam mulieres comprehenduntur, & includuntur sub statuto, imponente pœnam euntibus de nocte sine lumine post sonum campanæ, Caroccius plures antiquos citat *decis. seu casu 6. numero undecimo*, quibus addendi sunt Bajard. *ad Clar. §. final. quæst. 82. num. 56.* Guazin. *defens. 29. capit. secundo, numer. vigesimo*, Romaguera *in addit. ad Conciol. ad statut. Eugub. libr. quarto, rub. 63. num. 2.* Giurba *observ. 33. numer. 24.* Conciolus *verbo arma, resol. 7. numer. 2. & in addit. ad numer. 2.* alia plura in proposito conducit, idem Carocius *decis. seu casu 6. à numer. 5. ad 13.* sed in hoc admodum versari Judicis arbitrium in considerando facti circunstantias, ut dicit idem Carocius *decis. seu casu 6. numer. 13. versic. Crederem, cum seq.* sequitur Novarius *in pragmat. 7. collect. 8. numero sexto, de aleator.* videndus Thoro *in voto decis. 71.* & quid observatum circa arma refert Conciolus *verbo arma, resol. septima, numero quarto*, & circa fabricationem monetæ tradit Thoro *in voto 70. numero vigesimo primo*, quod mulier imputata de fabricatione monetæ fuit deserrata, & addit quod si contigerit iterum de eodem delicto inquiri, incurrit pœnam mortis sicut masculus, & repetit idem Thoro *in compend. decis. part. 3. sect. 2. verbo Mulier imputata, fol. 123.* sed omninò videndus Reg. Matthæu *de re crim. controvers. 29. à num. 72. plur. seqq.*

Præmitto 3. quod habens domum expositam ad ludendum peccat mortaliter, ut tenet Gabriel, Sylvester, Navarrus, Comitol. Zanardus, Joannes de la Crux, Pitigianus, Lopez, Valentinus, Molina, Jacobus de Grassis, Bartholom. à S. Fausto, Rebellius, Antonius de Litteratis, Conradus, Alphons. de Vega, Petr. Belloch, quos refert, & sequitur, propositis argumentis contrariis, eisque solutis Diana *resolut. moral. parte secunda, tractat. 15. & miscell. prima, resolut. 65. & in coordinatis, parte sexta, tractat. quarto, resolut. prima, numer. 3. & 6.* Sanchez *in opuscul. tom. 1. lib. 1. capit. 8. dub. 11.* Machado *en seu perfeto confessor, tom. 1. lib. 3. part. 5. tract. 7. document. 5. num. 6.* idem Diana *resol. moral. part. 7. tractat. 9. resol. 39. & in coordinat. part. 6. tract. 4. resol. 4. per totam*, & ex Azevedo *leg. 5. num. 1. titul. 7. lib. 8. recopil.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. num. 1. post princ. tom. 2.* 91

Adeo quòd Principes non possunt præbere facultatem, & licentiam exponendi domum ludo. Quia Principes non possunt dare facultatem, & licentiam peccandi mortaliter. Prout peccant mortaliter, qui exponunt domum ad ludendum, sic Diana *resolut. moral. part. 2. tract. 15. & miscel. 1. resol. 65. & part. 7. tract. 9. resol. 39. num. 3. in fine*, Trullench. *in decal. tom. 2. lib. 7. cap. 27. dub. 1. num. 7.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 65. num. 1. vers. Unde Principes, tom. 2.* 92

Quinimò Principes, neque possunt hoc permittere, sed tenentur positivè sub onere peccati mortalis talem ludum prohibere, & exponentes domum ad ludendum punire. Quia Principes ex officio tenentur sub pœna peccati mortalis impedire mala, quæ extant in Republica, sic Bellochius, Alcozer, & Jacobus de Grassis, quos refert, & sequitur Diana *resol. moral. part. 2. tract. 15. & miscell. 1. resol. 65. & in coordinat. part. 6. tract. 4. resolut. 1. num. 5. vers. Imo neque possunt.* 93

Intellige, & declara hæc tria præmissa *à numer. 86. ad 93.* tradita quando quis publicè quotidiè, vel continuè tenet domum, & aleas, hoc est taxillos, seu cartas ad ludendum paratas, seu aliter retinet domi ludum, & indè lucrum, aut emolumentum percipit, ut in caupone, qui in sua caupona ludum retinet, ut indè major vini quantitas vendatur, & in scholari, qui receptat lusores in domo sua, & pecuniam pro candela recipit, tunc enim intrant, & procedunt omnia statuta, & proclamata in odium susceptoris ludi, de quibus suprà *à num. 86. ad 93.* secùs autem si recreationis causa absque aliquo lucro, aut emolumento in ejus domo ludi permittat, quo casu non procedunt, nec intrant statuta, & proclamata in odium susceptoris ludi condita, *sic. gloss. 1. in leg. 1.* ubi Aretin. & Alberic. *num. 1. ff. de aleæ lusu, & aleatorib.* Azo *in summ. C. de relig. & sumpt. funer. in fine*, Salicet. *in l. final. numer. 2. versic. Et intellige*, ubi August. Barbosa *numer. 37. C. de relig. & sumpt. funer.* August. ad Angel. 94

de malefic. verbo Metidor de mali dati, numer. 8. ubi de viro nobili, qui recreationis causa absque lucro ludum domi retinet, Menochius *de arb. Judic. casu* 399. *à num.* 18. Azevedo *in leg.* 3. *à num.* 4. *tit.* 7. *lib.* 8. *recopil.* Farinac. *in prax. crim. part.* 3. *quæst.* 109. *num.* 151. Pascal. *de pat. potest. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 98. & 99. Novarius *in prag.* 5. *collect.* 6. *num.* 8. *de aleatorib.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 21. ubi de domibus Equitum, & Civium principalium, in quibus congregantur ad ludendum per viam oblectationis, & usus familiaris.

95 Quibus præmissa, Circa secundam partem dubii in argumento proposita. An contra laicos præstantes domum ludentibus possit procedere, vel non, Judex Ecclesiasticus? Respondet Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 51. quòd potest eos privare communione, & pœna arbitraria punire. Et Azevedo *in l.* 5. *numer.* 11. *in fin. tit.* 7. *lib.* 8. *recop.* dicit, quòd potest Episcopus prohibere domos tabulariorum, & addit idem Azevedo *l.* 2. *num.* 103. & *l.* 5. *num.* 12. *tit.* 7. *lib.* 8. *recopil.* quòd potest prohibere, nè mulieres accedant ad ludos, id est ad domos tabulariorum, in quibus multa peccata committuntur. Sed idem Bobadilla *dict. num.* 51. concludit, quòd hæc in Hispania non practicantur, nec unquam visum fuit, quòd Judex Ecclesiasticus pro prædictis procederet contra personas laicas. Vide tradita supra *à numero* 80. *ad* 85.

96 Invenio tamen in Cathalonia, quòd si Episcopus per generale edictum procedat contra lusores, & lusorum, seu alearum receptatores, & ipsi receptatores lusorum compareant in Curia Ecclesiastica, volentes satisfacere contraventioni prætensæ, si illis posteà firment contentionem declaratur in favorem Curiæ Ecclesiasticæ quoad personas tantùm. Sic per Cancellarium Eril, Consultoribus Besturs, Llorens, Pexo, & Vinnes 17. Januarii 1632. occasione firmarum juris in Curiis sæcularibus in Curia, scilicet Regii Vicarii Civitatis Dertusæ per ejus Fisci Procuratorem, & per Josephum Corder, & in Curia Patiariorum dictæ Civitatis per Syndicum ejusdem respectivè factarum, ratione generalis edicti in Ecclesia Cathedrali Dertusæ de mandato Episcopi contra lusores, & lusorum, seu alearum receptatores publicati, necnon ratione mandati dicto Corder specificè facti, quatenùs in dicta Curia Ecclesiastica compareret ad respondendum querelæ criminali ad instantiam ejus Fisci Procuratoris contra ipsum Corder oblatæ, ex quo lusores, & aleatores in domo sua recipiebat, contraveniendo verbali promissioni, Vicario Generali, & Officiali Dertusæ factæ, in & cum qua exposuit, quòd etsi in mensibus præteritis in domo sua lusoria ars, & aliqui ludi exercebantur, attamen ab aliquo tempore usque ad tunc à dictis ludis se abstinebat, & minimè assensum præberet de cætero, quòd dicta lusoria ars in ejus domo exercertur ad præsens, nec in futurum. Fuit declaratum firmæ juris factæ pro parte Procuratoris Fiscalis dictæ Curiæ sæcularis dicti Vicarii Regii Dertusæ, & pro parte dicti Corder factæ in dicta Curia sæculari, quoad personam dicti Corder tantùm locum non fuisse, nec esse, quo verò ad alias firmas juris contentionem non procedere. Hanc declarationem etiam tradit D. Bonaventura de Tristany *decis.* 65. *num.* 5. *tom.* 2.

ARGUMENTUM.

An Episcopus possit fulminare censuras contra mulieres portantes vestes supervacuas, & nimis sumptuosas, sivè ad libidinem provocantes.

SUMMARIUM.

1 *Mulieribus portare licet de jure communi omnium vestimentorum, & ornamentorum genera.*

2 *Mulieribus ornamenta deferre, si statuta prohibeant, non solùm odiosa, sed iniqua, & sine ratione reputantur, numer.* 2. *& non sunt extendenda, numer.* 3. *fallit si ad evitandos sumptus vestimentorum mulierum, fiat statutum, nam justum est, num.* 4. *& comprehendit vestimenta anteà facta, num.* 5.

6 *De mulierum vestibus, ornatu & fuco referuntur Doctores de materia tractantes.*

7 *Mulier nupta potest licitè se ornare, ut viro suo placeat, & ad plus diligendam eam inclinet, num.* 7. *intellige tribus concurrentibus, num.*8.

9 *Mulier quæ non habet virum, sed proponit illum habere, potest se ornare, sicut nupta.*

10 *Mulier, quæ non potest virum habere, quia non est in ætate, imò constituit vivere in cælibatu, aut viduitate, non potest se curiosè ornare, sed illicitè agit, si studeat ostentare pulchritudinem.*

11 *Moniales an possint licitè se ornare.*

12 *Mulierum ornatus immoderatus est illicitus, & semper est peccatum, aliquando mortale, aliquando veniale.*

13 *Mulierum excessus immoderatus in pretio an sit peccatum mortale, vel veniale.*

14 *Mulierum ornatus superfluus, & maximus an sit peccatum mortale, vel tantum veniale.*

15 *Mulier etsi ornat se secundùm consuetudinem patriæ, & qualitatem personæ, etiam si aspectibus virorum se offerat, non peccat mortaliter, modò absit prava intentio quamvis sciret turpiter ab aliquo, seu aliquibus esse amandam, num.* 15. *Tamen si se ornat ortatu superfluo, non peccat mortaliter, sed tantùm venialiter, n.* 16.

17 *Mulier si sciret se ab aliquo turpiter amari, an peccet se ornando, ejusque conspectui offerendo? tres sunt opiniones, sed prævalet opinio, quòd in tali casu non peccat, numer.* 17. *fallit, numer.* 18.

19 *Mulierem peccare euntem in hoc templo ad sacrum, in quo est aliquis, à quo turpiter amatur, quando commodè potest aliud templum adire eo periculo vacans.*

20 *Mulier si præsentat se viro animo excitandi, & roborandi turpem amorem peccat mortaliter.*

21 *Mulier ornans se vestibus pretiosis supra statum & ultra facultatem regulariter videtur peccare mortaliter.*

22 *Mulier utens cultu supervacuo, non tamen excedente ejus facultates peccat venialiter, num.* 22. *Nisi ornatus sit propter lasciviam, vel in Dei contemptum, num.* 23. *vel nisi ornatus fiat causa excitandi ad libidinem, num.* 24.

25 *Mulier si ornat se, & componit juxta statum suum absque intentione provocandi viros, quamvis placeat ei, quòd laudetur ut pulchra, non peccat mortaliter.*

26 *Mulier si sola levitate, aut etiam vanitate hoc faciat, ut aliis conspectior appareat, aliquando peccatum mortale est, aliquando peccatum veniale, considerata personæ loci, & temporis qualitate, num.* 26. *sed si hoc vult facere cum peccato veniali, non tamen contrahit malitiam scandali, num.* 27.

28 *Mulieres debent in laborando se occupare.*

29 *Mulieres cum verecundia, & sobrietate debent se ornare.*

30 *Mulierum ornatus viros ad lasciviam incitat.*

31 *Vestium pomposæ machinæ ad luxuriam, & sensualitatem provocant.*

32 *Mulieres an peccent nimiam solicitudinem ad exteriorem corporis ornatum apponentes.*

33 *Mulierum ornatus & fucus à pari procedunt, & nulla datur differentia quoad peccatum in ornatu vestium, ac in fuco faciei.*

34 *Mulieres utentes ornatu, quo nuda pectora, & mamillas, seu media ubera ostendunt, peccant mortaliter ubi non adest consuetudo, quod tali modo incedant.*

35 *Mu-*

35 *Mulieres utentes ornatu, quo nuda pectora, & mamillas, seu media ubera ostendunt, si in patria adest consuetudo antiqua, si id faciunt absque prava intentione, non peccant mortaliter, num.* 35. *sed mulieres, quæ talem morem introduxerunt, mortaliter peccarunt, numero* 36. *sed non de novo introducendum, imò introductum extirpandum esse, numero* 37. & 38.

39 *Episcopus potest fulminare excommunicationem contra mulieres portantes vestes supervacuas, vel nimis sumptuosas provocantes ad libidinem, num.* 39. *cui non tenentur mulieres nuptæ obedire, sed marito obedire tenentur, numero* 40. *potest tamen Episcopus prohibere mulieribus nuptis, ne eo modo Ecclesiam ingrediantur, numer.* 41. & *tunc mulieres nuptæ volentes intrare ad Ecclesiam tenentur pectus, & ubera aliquo honesto velamine, non tamen trasparenti contegere, num.* 42.

DECISIO CCLXIII.

1 QUAMVIS de jure communi mulieribus liceat portare omnium vestimentorum, & ornamentorum genera, *leg. prima, Codic. Nulli licere in fræno, libro* 11. Tiraquel. *in leg.* 3. *connubiali, gloss.* 1. *part.* 3. *numero* 20. *in princ.* Narbona *leg.* 12. *gloss.* 3. 2 *numer.* 1. *titul.* 12. *lib.* 7. *recopilat.* Adeò ut statuta prohibentia mulieribus ornamenta deferre, non solùm odiosa, sed iniqua, & sine ratione reputari, dixit Bald. *in leg. Quòd non ratione, ff. de legib.* & etiam notavit Socin. *in capit. Veniens, numer.* 64. & 65. *de accusationib.* Tiraquel. *in leg.* 3. *connubiali, gloss.* 1. *part.* 2. *numer.* 20. *versic. Ideoque*, Azevedo *leg.* 1. *numer.* 2. *in princ. titul.* 12. *lib.* 7. *recopil.* Narbona *l.* 12. *gloss.* 3. *numero* 2. *titul.* 12. *libro* 8. *recopil.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 17. *numero* 150. *versic. Baldo y So-*3 *cino dizen, & ibi gloss. litera F.* Et sic hujusmodi statuta tanquam odiosa, & contra jus commune non sunt extendenda, ut dixerunt ferè omnes citati *numero* 2. signanter Azevedo *numero* 2. Narbona *numero* 3.

4 Tamen ad evitandos sumptus vestimentorum mulierum, utile & conveniens est, immoderata mulierum ornamenta prohibere, & statutum id faciens justum est, ut cum Baldo, Avendanno, Rebuffo, & Tiraquello tradunt Azevedo *leg.* 2. *numer.* 2. *versic. Sed ob evitandos, titul.* 12. *libro* 7. *recopil.* Bobadilla *in politic. libro* 2. *capit.* 17. *numer.* 150. *versicul. Y assi es muy necessario, gloss. litera G.* Bosch. *dels titols de honor, libro* 5. *capit.* 32. *versic. Aixi com*, ibi: *Seria de gran importancia, & versic. Lo mateix*, Cabreros *de metu, libro* 2. *cap.* 48. *à numer.* 175. Narbona *leg.* 12. *gloss.* 3. *numer.* 4. *titul.* 12. *libro*5 *septimo, recop.* Taleque statutum prohibens mulieribus certa vestimentorum genera, intelligitur etiam de vestimentis ante statutum factis, Felin. & Hippol. de Marsil. quos citant Azevedo *leg.* 1. *num.* 4. *versic. In* §. 21. *tit.* 12. *lib.* 7. *recopil.* Narbona *l.* 12. *gloss.* 2. *tota, tit.* 12. *lib.* 7. *recop.*

6 De ornatu, vestibus, & fuco mulierum multi multa scripserunt, præcipuè Tiraquel. *in leg. connubiali, gloss. prima, parte tertia tota*, Bobadilla *in polit. libro secundo, capit.* 17. *num.* 149. & 150. Azor. *institut. moral. part. tertia, libro* 3. *capit.* 30. *quæst.* 7. Lessius *de justit. & jure, libr.* 4. *capit.* 4. *dub.* 14. Cabreros *de metu, libr. secundo, capit.* 48. *à numer.* 156. Diana *resolut. moral. part.* 2. *tractat.* 15. & *miscel.* 1. *resolut.* 30. & *part.* 5. *tractat.* 7. *resolut.* 31. & *part.* 10. *tractat.* 12. & *miscellan.* 2. *resolut.* 30. & *in coordinat. part.* 7. *tractat.* 5. *resolut.* 9. 10. & 11. Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit.* 2. *toto*, & alii innumeri, quos citant Cenedo *collect. ad decretum* 31. Augustin. Barbosa *in can. Fucare pigmentis* 38. *de consecrat. dist.* 5. & *voto* 124. *numero* 2. & *per totum, lib.* 3.

7 Ex quorum dictis dicendum est. Quòd mulier nupta potest licitè se ornare, ut viro suo placeat, & ad plus diligendam eam inclinet, juxta illud Divi Pauli Apostoli 1. *ad Corinthios, capit. septimo, numer. trigesimo quarto*: Mulier quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Sic Tiraquel. *in leg. tertia, connub. gloss.* 1. *parte tertia, numer.* 40. Augustin. Barbosa *voto* 124. *numero* 14. *in princ. libro tertio*, & post Divum Thomam 2. 2. *quæst.* 169. *artic.* 2. & alios tradit Bobadilla *in politic. libro* 2. *capit.* 17. *numer.* 149. *in fin. litera N.* Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit. secundo, numer. decimo sexto*, & *à numero* 20. 34. & 45. ut de honesta Susana insignis casta fœmina scriptum reliquit Propheta Daniel Vir æquè sanctus & doctus *capit. decimo tertio*, referunt idem Bobad. *in polit. libro secundo, capit.* 17. *numer.* 149. *in fine*, Tiraquel. *in leg.* 3. *connub. gloss.* 1. *part.* 3. *sub numero* 37. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit. secundo, numer.* 31. Intellige tribus concurrentibus. Primò, debitus finis, id est, quòd mulier id agat propter virum suum. Secundò, quod apparatus ille non excedat conditionem status sui in valorem. Tertiò, quod ille ornatus sit honestus secundùm se, etiamsi non sit magni valoris, nam si est impudicus, mulierem inverecundam ostendit, juxta illud Divi Pauli Apostoli 1. ad Corinthios *capit. septimo, numer. trigesimo quarto, juncto numer.* 35. ita Lessius *de justit. & jure, libro* 4. *capit. quarto, dub.* 14. *numer.* 108. *versic. Ut mulier nupta, & numer.* 15. *libro tertio*, adde dicenda *num.* 40. & 41.

Si mulier virum non habet, sed proponit illum 8
habere, idem dicendum est sicut de nupta. Quia sicut isti licet se ornare, ut pulchrior appareat viro suo: ita illum non habenti, licet operam dare ad ostendendam pulchritudinem, ut placeat alicui, quem in virum habere vult, non intendens alios fallere, nec inducere homines ad concupiscentiam, sic Sayrus *in clavi Regia, libro ottavo, capit. sexto, numer. quarto*, Trullench. *in decal. titul. sexto, capit. primo, dub.* 12. *numero* 21. quos refert & sequitur Augustin. Barbosa *voto* 124. *numer.* 16. *libr. tertio*, idque variis testimoniis sacræ Scripturæ comprobans Bobad. *in politic. libro secundo, capit.* 17. *numero* 149. *versic. Y Macobrio escrive*, Tiraquel. *in leg. tertia connubiali, gloss. prima, part. tertia, numer.* 38. etsi peccare venialiter dicat Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit.* 2. *numer.* 41. & *prosequitur, à num.* 43.

Si autem mulier virum habere non potest, quia 9
non est in ætate, imò constituit vivere in cælibatu, aut viduitate, non potest se curiosè ornare, sed illicitè agit, si studeat ostentare pulchritudinem, ita Lessius *de just. & jure, lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 109. August. Barbosa *voto* 121. *num.* 17. *lib.* 3.

Quid de Monialibus an liceat se ornare? tractat 10
Homobonus *in responso quæst. moral. parte tertia, respons. vigesimo quarto*, ad quem se refert Augustin. Barbosa *in canon. Fucare puigmentis* 38. *de consecrat. dist.* 5. *numer.* 1. *in fine*, Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit.* 2. *numer.* 42. ubi dicit peccare venialiter.

Sed quæro pro majori intelligentia prædictorum. 11
An mulierum ornatus immoderatus sit illicitus? Resp. quod sic, & iste semper est peccatum, aliquando mortale, aliquando veniale, Tiraquel. *in l.* 3. *connubiali, gloss.* 1. *part.* 3. *numer.* 46. Lessius *de justit. & jure, lib.* 4. *capit. quarto, dub.* 14. *à numer.* 110. Diana *resol. mor. part.* 10. *tract.* 12. & *miscel.* 2. *resol.* 30. & *in coordinat. part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 11. *numer.* 6. Cabreros *de metu, lib.* 2. *capit.* 48. *late tractat. à numer.* 170. *sed num.* 186. resolvit non peccare mortaliter, nisi mulieres hoc faciant intentione incitandi alios ad libidinem, aut nisi adsit aliqua lex particularis, quæ hoc prohibeat sub mortali.

Peccatum mortale secundùm aliquos est immode- 12
ratus excessus mulierum ornamentorum in pretio, ut affirmant Suarez *de charitate, disp.* 10. *sect. tertia, numer.* 10. Filiucius *tom. secundo, tract.* 30. *capit.* 10.

numer. 121. & alii ? ſed ſepoſita alia pravitate ſecundùm alios, eſſe tantùm veniale. Cajetanus, Leſſius, & Albertus relati, & ſequuti per Dianam *reſol. mor. par.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 31. & *par.* 10. *tractat.* 1. & *miſcel.* 2. *reſol.* 30. & *in coordinat. part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 10. *numer.* 3. *in fine*, & *reſolut.* 11. *numer.* 6. *verſic. Sed difficultas eſt*.

14 Similiter peccatum mortale eſt ſecundùm aliquos, ſi ornatus mulierum eſt ſuperfluus, & maximus, ut dicunt Medina, Alvarus, & tandem Suarez *de charitate*, *diſput.* 10. *ſect.* 3. *numer.* 4. ſed alii docent, quod non eſt peccatum mortale, ut Rocafull. *in decal. præcept.* 6. *lib.* 4. *capit.* 6. *numer.* 256. Diana *reſol. mor. par.* 2. *tract.* 15. & *miſcel.* 2. *reſol.* 30. & *in coordinat. par.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 9. *num.* 6. ſed tantùm veniale, ut ipſe Diana ſe declarat. *reſol. moral. part.* 7. *tract.* 12. & *miſcel.* 2. *reſolut.* 30. & *in coordinat. part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 11. *num.* 7. Cabreros *de metu*, *lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 186. *verſ. Verùm non excuſatur*.

15 Adeò quod etſi mulier ſe ornat ſecundùm conſuetudinem patriæ, & qualitatem perſonæ, etiamſi aſpectibus virorum ſe offerat, non peccat mortaliter, modò abſit prava intentio, quamvis ſciret turpiter ab aliquo, ſeu aliquibus eſſe amandam, Azorius, Cajetanus, Sanchez, & Lorca, quos citat Diana *reſolut. moral. part.* 2. *tractat.* 15. & *miſcel.* 1. *reſolut.* 30. & *in coordinat. par.* 7. *tractat.* 5. *reſolut.* 9. *numer.* 1. Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. reſolut. capit.* 2. *num.* 68. Caſt.

16 Palaus *loco ſtatim allegando*, Tamen ſi ſe ornant ornatu ſuperfluo, non peccant mortaliter, ſed tantùm venialiter, ita Cajetanus, Navarrus, Sanchez, & Bonacina, quos ſequitur Caſt. Palaus *in oper. moralis*, *part.* 1. *tractat.* 6. *diſputat.* 6. *punct.* 7. *numer.* 1.

17 Solùm controverſia eſt inter Doctores. Quando Mulier ſciret ſe ab aliquo turpiter amari, an peccet ſe ornando, ejuſque conſpectui ſe offerendo? Tres ſunt opiniones. Sed prævalet opinio, quòd in tali caſu non peccat, ſic Cajetanus 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 2. *ad* 5. *dubium*, Bonacina *de legibus*, *diſput.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 2. §. *unico*, *numer.* 27. & *de matrimon. quæſt.* 4. *punct.* 9. *numer.* 17. Sanchez *in decal. lib.* 1. *capit.* 6. *numer.* 17. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 1. *tractat.* 6. *diſput.* 6. *punct.* 7. *numer.* 2. & 3. Diana *reſol. mor. par.* 2. *tract.* 15. & *miſcel.* 1. *reſol.* 30. & *in coordinat. par.* 7. *tract.* 5. *re-*

18 *ſol.* 9. *numer.* 2. 3. & 4. Fallit ſi nulla neceſſitate, vel utilitate, ſed ſolùm ducta vanitate aſpectui viri eam turpiter adamantis ſe offerat, peccat mortaliter, ita Doctores citati Sanchez *num.* 17. Caſt. Palaus *num.* 4. Diana *num.* 5.

19 Unde deducit idem Diana peccare feminam euntem in hoc templo ad Sacrum, in quo eſt aliquis, à quo turpiter amatur, quando commodè poteſt aliud Templum adire, eo periculo vacans. Item quando it per hunc vicum, potens commodè ire per alium. Item, quando audit ſonitum equi vehentis amaſium, & ipſi ſe abſque neceſſitate dat in feneſtra aſpiciendam. Item, quando verba facit cum amatore, quibus ille ſit accendendus, ſi poteſt abſque ſpecie inurbanitatis tacere. Item, quando de domo egreditur, ſciens eam expectari, ſe dat ſpectandam etſi nulla tunc ſit neceſſitas, *reſol. jur. par.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 31. & *in coordin. par.* 7. *tract.* 4. *reſol.* 10. *num.* 2.

20 Addit unum omninò certum Caſt. Palaus, quòd ſi puella ſe præſentat viro, animo excitandi, & roborandi turpem amorem, peccat mortaliter, quia finis à quo actus ſumit ſpeciem, iniquus eſt, *in oper. moral. part.* 1. *tractat.* 6. *diſputat.* 6. *punct.* 7. *numer.* 6. & reſpondet *numer.* 7. ad factum Judith. *cap.* 10. quia proceſſit ex ferventi charitate, & recta intentione, nam ut textus dicit, ſua compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, de quo Auguſtinus Barboſa *voto* 124. *numer.* 28. *lib.* 3. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. reſol. cap.* 2. *num.* 32.

Nota tamen, quod ornans ſe veſtibus pretioſis 21
ſuprà ſtatum, & ultra facultatem, regulariter videtur peccare mortaliter, Auguſtinus Barboſa *voto* 124. *numer.* 4. *lib.* 3. Aut utens cultu ſupervacuo, 22
non tamen excedente ejus facultates, ſed excedente ſtatum peccat venialiter, idem Barboſa *voto* 124. *numer.* 5. *lib.* 3. Niſi ornatus ſit propter laſciviam, vel Dei contemptum, nam tunc eſt peccatum mor- 23
tale, Tiraquell. *in leg.* 3. *connub. gloſſ.* 1. *par.* 3. *numer.* 40. Auguſtinus Barboſa *voto* 124. *num.* 24. & 25. *lib.* 3. Vel niſi ornatus mulieris, ſivè conjuga- 24
tæ, ſivè ſolutæ fiat cauſa incitandi ad libidinem, peccat mortaliter, Navarrus *in manuali*, *capit.* 16. *numer.* 14. Trullench. *in decalog. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 12. *numer.* 21. Barboſa *voto* 124. *numer.* 18. 19. 24. & 25. *lib.* 3. Rocafull. *in decalogo præcept.* 6. *lib.* 6. *capit.* 6. *numer.* 256. Diana *reſolut. moral. part.* 10. *tractat.* 1. *reſolut.* 30. & *in coordinat. part.* 7. *tract.* 5. *reſolut.* 11. *num.* 7. Don Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. reſolut. capit.* 2. *numer.* 18. & 19. & *latè probat à numer.* 46. & *numer.* 104. *verſicul. Quibus tamen*, Cabreros *de metu*, *lib.* 2. *capit.* 48. *numer.* 169. ibi: *Peccare verò mortaliter*, & *numer.* 186. *verſic. Niſi hoc faciat*. Nam quando ornatus de ſe eſt quaſi provocativus ad malum, eſt peccatum mortale, ſentiunt Leſſius *de juſtitia & jure*, *lib.* 4. *capit.* 4. *dub.* 14. *numer.* 110. Diana *reſolut. mor. par.* 2. *tractat.* 15. & *miſcel.* 1. *reſolut.* 30. & *par.* 5. *tractat.* 7. *reſolut.* 31. & *in coordinat. par.* 7. *tractat.* 5. *reſolut.* 9. *ſub numer.* 5. & *reſolut.* 10. *numer.* 3. *in fine*.

Sed quando mulier ſe ornat juxta ſtatum ſuum 25
abſque intentione provocandi viros quamvis placet ei, quòd laudetur ut pulchra, non peccat mortaliter; alii verò ipſam adamando mortaliter peccant, quia non eſt data occaſio, ſed accepta, ſic Cajetan. *in ſumm. verbo Ornatus*, *in fine*, Trullench. *in decal. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 12. *num.* 19. ubi conſulit melius facere, ſi domi ſe contineat, dum juſta cauſa exeundi non intercedat, Auguſtinus Barboſa *voto* 124. *num.* 20. *lib.* 3.

At ſi mulier ſola animi levitate, aut etiam va- 26
nitate hoc faciat, ut aliis conſpectior appareat, aliquando peccatum mortale eſt, aliquando peccatum veniale, conſiderata perſonæ, loci & temporis qualitate, & hæc eſt omnium ferè Theologorum, & noſtrorum ſententia, ut dicit Tiraquel. *in l.* 3. *connub. gloſſ.* 1. *par.* 3. *numer.* 40. *verſic. Quod ſi ſola*, & *numer.* 41. Cabreros *de metu*, *lib.* 2. *capit.* 48. *numer.* 169. & 186. Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. reſolut. cap.* 2. *num.* 17. 39. & 40. & *latè à numer.* 72. Sed ſi hoc vult 27
facere cum peccato veniali, non tamen contrahit malitiam ſcandali, ut reſpondent Salas, Zumell, & Hurtado de Mendoza, quos refert, & ſequitur Diana *reſolut. moral. part.* 5. *tractat.* 7. *reſolut.* 31. & *in coordinat. part.* 7. *tractat.* 5. *reſolut.* 10. *numer.* 4.

Nota etiam, quòd mulieres debent in laboran- 28
do ſe occupare. Auguſtinus Barboſa *voto* 124. *numer.* 8. *lib.* 3. Et cum verecundia, & ſobrietate de- 29
bent ſe ornare, idem Barboſa *voto* 124. *numer.* 9. *lib.* 3. Cùm ornatus earum viros ad luxuriam inci- 30
tat, ut probat idem Barboſa *voto* 124. *numer.* 10. *lib.* 3. Et enim pompoſæ veſtium machinæ ad luxuriam, & ſenſualitatem provocent, idem Barboſa *voto* 124. *numer.* 11. *lib.* 3. Don Didac. Anton. 31
Frances de Urrutigoyti *variar. reſolut. capit.* 2. *numer.* 96.

Et ſi vis ſcire. An mulieres peccent, nimiam 32
ſolicitudinem ad exteriorem corporis ornatum apponentes, vide Barboſam *voto* 124. *numer.* 7. *lib.* 3.

Hæc omnia, quæ dicta ſunt de ornatu mu- 33
lierum, militant etiam in fuco. Nam fucus, & ornatus mulierum à pari procedunt; Nulla enim differentia datur quoad peccatum in ornatu veſtium, ac in fuco faciei, ut ex textu *in can. fucare pigmentis*, *de conſecr. diſt.* 5. ex Doctoribus

ſuperiùs

superiùs allegatis tradit Don Michael Frances de Urrutigoyti *var. resol. cap. 2. num. 66.*

34 Sed utrum mulieres utentes ornatu, quo nuda pectora, & mamillas, seu media ubera ostendunt, seu monstrant, peccent mortaliter? Respond. quòd si in patria non adest consuetudo, quod mulieres utantur ornatu, quo nuda pectora, & mamillas, seu media ubera ostendant, nulli est dubium, quod mortaliter peccant, ut probat Augustin. Barbosa *voto* 124. *numero* 21. *libro* 3. Diana *resolut. moral. part.* 10. *tractat.* 12. *& miscel.* 2. *resolut.* 30. *& in coordinat. part.* 7. *tractat.* 5. *resolut.* 11. *num.* 5. & sentiunt omnes citandi *num.* 35.

35 Si verò in patria adest consuetudo antiqua, quòd mulieres utantur ornatu, quo nuda pectora, & mamillas, seu media ubera monstrent, seu ostendant verior est opinio, quòd si id faciunt absque prava intentione, non peccant mortaliter. Tum quia ornatus debet esse secundùm morem terræ, ut pluribus juribus, & authoritatibus probant Tiraquel. *in lege* 3. *connub. gloss.* 1. *part.* 3. *numero* 57. Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit.* 2. *numero* 77. Tum quia inspicere crura, brachia, & pectora nuda fœminarum non est de se mortale, seclusso alio periculo, quoniam in his aspectibus non est tanta inhonestas, nec adeò ad malum provocat, Navar. & Corduba quos refert, & sequitur Sanchez *de matrimon. libro nono, disput. quarantesimo sexto, numero vigesimo sexto, in princip. & versic. Hos aspectus*, super quo vide Bossium *in moral. tomo secundo, parte tertia, titul. primo, §. cinquantesimo nono, numer.* 2217. Tum quia partes iste pectorum, mamillarum, seu uberum mulierum videntur honestæ, & videatur mulieres habere jus accommodandi se consuetudini jam receptæ. Tum quia viri nuditate pectorum, mamillarum, seu uberum mulierum divertuntur à majoribus criminibus, Sic Cajetan. 2. 2. *quæst.* 169. *articulo secundo, & in summ. verbo Ornatus, capit. quarto*, Armilla *in summ. verbo Ornatus, numero primo, §. quarto*, Navarrus *in manuali, capit. vigesimo tertio, Latina, numer. decimo nono, Hispana, numer.* 23. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *quæst.* 13. Lessius *de justit. & jure, libr.* 4. *capit.* 4. *dub.* 14. *num.* 112. Filliucius *tomo secundo, tractat.* 30. *capit.* 10. *numero* 220. Layman. *lib.* 2. *tractat.* 3. *capit.* 13. *numer.* 11. Trullench. *in decal. tom.* 1. *libro primo, capit.* 6. *dub.* 5. *numer.* 21. *& tom.* 2. *libro* 6. *capit.* 1. *dub.* 13. *numero* 21. Sanchez *de matrimon. libro nono, disput.* 46. *numer.* 26. *versic. Atque ideò*, Novarius *in scrutin. spirit. part. secunda, capit.* 32. Rocafull. *in praxi Theolog. moral. libro sexto, titul.* 4. *in* 6. *præcept. decal. capit. tertio, numer.* 238. Badell. *tractat.* 1. *disput.* 5. Bonacina *de matrimonio, disp. quarto, punct.* 9. *num.* 22. Bricchius *in prompt. confess. part. secunda, capit.* 23. Diana *resol. moral. part.* 5. *tractat.* 7. *resol.* 31. *& part.* 10. *tractat.* 12. *& miscel.* 1. *resolut.* 30. *& in coordinat. part.* 7. *tractat.* 5. *resolut.* 10. *numero* 3. *& resolut.* 11. *numer. nono*, quidquid dicant Angelus *in summ. verbo Ornatus, numer. tertio*, Pisanella *numer. tertio*, Rossella *numer.* 13. Divus Antoninus *in sum. part.* 2. *tit.* 4. *capite quinto*, §. 3. Albertus de Albertis, Duvallius, & Castillentus, quia contra eos, & alios est verior sententia, ut docet Diana *resol. moral. part.* 10. *tract.* 12. *& miscel.* 2. *resolut.* 30. *& part.* 11. *tract.* 4. *& miscel.* 4. *resol.* 32. *& in coordinat. part.* 7. *tract.* 5. *resol.* 11. *à num.* 1. *ad* 4. *resol.* 63. *à num.* 11. *usque ad finem*.

36 Verùm mulieres, quæ talem consuetudinem introduxerunt, incedendi pectoribus nudis, & ostensis mamillis, seu mediis uberibus, mortaliter peccarunt, quia insolita magis movent, & excitant, Augustin. Barbosa *voto* 124. *numero* 22. *lib. tertio*, Trullench. *in decal. tom. secundo, libro sexto, capit.* 1. *dub.* 13. *numero* 21. Bricchius *in prompt. confess. parte secunda, capit.* 23. Diana *resol. moral. part.* 10. *tractat.* 11. *& miscellan.* 2. *resolut.* 30. *& part.* 11. *tract. quarto, & miscellan.* 4. *resolut.* 32. *& in coordinat. part.* 7. *tract.* 5. *resolut.* 11. *numer.* 3. *in fine, & resol.* 63. *num.* 11. *in fine*.

Ideòque omnes clamant, nullo modo introducendam de novo consuetudinem, quòd mulieres utantur ornatu, quo nuda pectora, & mamillas, seu media bera ostendant; imò multi docent introductam extirpandam esse, Navarrus *in manuali, capit.* 23. *Latina, numero* 19. *Hispana, numer.* 23. *in fine*, Cajetanus, Graffis, Bonacina, Layman, & Badell, quos refert Diana *resolut. moral. part.* 11. *tractat.* 5. *& miscel.* 4. *resol.* 32. *& in coordinat. part.* 7. *tract.* 5. *resol.* 63. *num.* 13. 37

Undè si talis consuetudo prava in aliqua patria fuerit introducta, dicunt Albertus de Albertis, & Joannes Maria de Castillento, quòd Superiores, tam Ecclesiastici, quàm sæculares tenentur sub peccato mortali supprimere, & extirpare, quos refert Diana *resolut. moral. part. decima, tractat. duodecimo, & miscel. secunda, resolut.* 30. *& part.* 11. *tractat. quarto, resolut.* 4. *& miscel.* 4. *resolut.* 32. *& in coordinat. part.* 7. *tractat.* 5. *resolut.* 11. *sub numer.* 2. *& resol.* 63. *numero* 14. 38

Quo circa ad institutum. Episcopus potest facere statutum, per quod servetur honestas, puta quod mulieres sibi cervesam non imponant, & potest fulminare excommunicationem contra mulieres portantes vestes supervacuas, vel nimis sumptuosas, sive provocantes ad libidinem, ut docet Baldus *in proœm. decretal. verbo Rex pacificus, numero trigesimo quarto, versicul. Item possunt* quod longè, & ante eum disputaverat Joann. Andr. cujus disputationem fermè conscripserunt Alberic. & Anchar, quos citat Tiraquel. *in leg. tertia, connub. gloss. prima, parte tertia, numero decimo quarto*, ad quem pluribus aliis laudatis se refert Cenedo *collectan. trigesimo primo, ad decretum, numero primo*, quibus addendi sunt Bobadilla *in polit. libro secundo, capit. decimo septimo, numero centesimo trigesimo nono*, Cabreros *de metu, libro tertio, cap.* 48. *numero* 187. Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit. secundo, numer.* 20. & si mulieres contraveniunt mandato Episcopi, cum censura excommunicationis lata peccant mortaliter, ut cum Divo Thoma, Bobadilla, & Carranza tradit Augustin. Barbosa *voto* 124. *numer.* 23. *libro tertio*. 39

Sed huic mandato Episcopi mulieres nuptæ non teneantur obedire, nam marito cum effectu obedire tenentur, probat Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit. secundo, à numero vigesimo*. Potest tamen Episcopus prohibere mulieribus nuptis, ne eo modo Ecclesiam ingrediantur, tanquam venenum portantes Clericos alliciendo, & à Dei servitio divertendo, ut latè post Joann. Andr. Guillel. Benedict. & Bobadillam, quos citat idem Don Michael. Anton. Frances de Urrutigoyti *variar. resolut. capit. secundo, numero* 23. *versic. Quamvis enim*. Et tunc tenentur mulieres nuptæ pectus, & ubera aliquo honesto velamine non tamen transparenti contegere, aliter peccant mortaliter, ut dixit generaliter Joannes Maria de Castillento, quam refert Diana *resolut. moral. parte undecima, tractat. quarto, & miscel. quarta, resol.* 32. *& in coordinat. part.* 7. *tractat.* 5. *resolut.* 63. *num.* 17. *in fine*, Prout intellexi fecisse mulieres Civitatis Cæsaraugustæ obediendo mandato Archiepiscopi illius Civitatis, quando ingrediebantur Ecclesias ad audiendam rem sacram. 40 41 42

In Civitate Barcinonæ Don Fr. Alphonsus de Sotomayor Archiepiscopus, Episcopus hujus Civitatis suo edicto dat. 26. Martii 1672. statuit, ordinavit, & mandavit omnibus mulieribus prædictæ Civitatis, cujuscumque qualitatis, status, & conditionis essent, ut ullo modo scollatæ ingrederentur Ecclesias, Oratoria privata ad audiendam Missam, recipere Sancta Sacramenta Pœnitentiæ, nec Sacræ Eucharistiæ, nec esse possent matres spirituales, vulgò *Padrinas*, in Baptismo, nec Confirmatione, nec efficere sanctum Matrimonium cum dicto indecenti ornatu, idque mandavit virtute sanctæ obedientiæ, & declaravit, quòd illud velamen, quo voluerint contegere, & se cohonestare, non sit transparens 43

rens ut possit videre tota, aut aliqua pars pectorum, humerorum, seu scapularum, tali modo, quòd non possit segregare, vel tabescere motu aeris, aut aliàs. Et exhortavit, & monuit, ut omnes dicto mandato obedirent, nisi vellent experimentare alios rigorosos modos, nempè sententias excommunicationis, & cæterarum censurarum Ecclesiasticarum.

ARGUMENTUM.

An concubinarii concubinæ, ac inhonestè viventes cogendi sint, ut concubinatum dimittant, & honestè vivant per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Concubinatus quid sit.*
2 *Concubinatus species quæ sint.*
3 *Concubinarii triplici modo accipiuntur.*
4 *Concubinatus ad hoc ut inducatur, quæ requirantur de jure civili, num. 4. sed vide, numer. 5. & 10.*
6 *Concubinatus non præsumitur, nisi probetur.*
7 *Concubinatus quomodo probetur, numer. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Concubinatus est omni jure prohibitus, num. 11. Divino, num. 12. Naturali, num. 13. Canonico, num. 14. Civili, num. 15. & 15. legibus & statutis Provinciarum, num. 17.*
12 *Concubinas habere homines solutos grave peccatum est, uxoratos verò gravissimum, & multo magis detestabile in Clericis, num. 18. & 21.*
19 *Fornicatio simplex, & coitus ad mulieres præter matrimonialem est peccatum mortale, num. 19. adeo quod si quis auderet pertinaciter asserere, quod simplex fornicatio non est peccatum mortale, hæreticus esset, num. 20.*
22 *Fornicator laicus de jure civili non punitur, n. 22. benè verò de jure canonico, num. 23. de laico uxorato, num. 24.*
25 *Concubinarii laici qua pœna puniantur de jure communi, & qua per Concilium Tridentinum.*
26 *Concubinæ qua pœna puniantur de jure communi, & qua per Concilium Tridentinum.*
27 *Concubinarii quibus pœnis puniantur legibus, & statutis Provinciarum.*
28 *Concubinariorum, & fornicatorum animæ macerabuntur perpetuò, in inferno, numer. 28. & carebunt Ecclesiastica sepultura, vide numero 29.*
30 *Concubinarii Clerici quibus pœnis puniantur.*
31 *Concubinarii, & inhonestè viventes per quem Judicem cogendi sint ut concubinatum dimittant, & honestè vivant, numer. 31. si concubinarii sunt Clerici, cognitio pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, numer. 32. si autem concubinarii sunt laici, variæ sunt Doctorum opiniones, de quibus, num. 33. 34. 35. 36. & n. 37. & quarta opinio limitatur 1. num. 38. & vide num. 39. 40. 41. 42. 43. & 44. sublimitatur, numer. 45. sed vide num. 46. limitatur 2. num. 47. sublimitatur, num. 48.*
49 *Concubinæ Clericorum à quo Judice sunt puniendæ, num. 49. referuntur septem opiniones, num. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. & 63.*
64 *Judex contra mulieres conjugatas concubinas, & fornicarias cautè procedere debet.*
65 *Concubinatus est crimen in quo procedi potest sine accusatore, & sine partis instantia, etiam contra Nobiles, Militares, ac privilegio militari gaudentes.*

DECISIO CCLXIV.

CONCUBINATUS quid sit, varias trà-dunt definitiones tàm de jure civili, quàm canonico, Decian. *tractat. crim. libro 6. capit. 21.* Diaz *in pract. crim. canon. capit. 79.* Bermon. *de publicis, connub. verbo Concubinam, dimittat, num. 2.* Paleot. *de nothis, & spur. capit. 12. numer. 1. & 20.* Farinac. *de delict. carnis, quæst. 138. numer. 3. 4. & 5.* Cardoso *in praxi judic. verbo Concubinatus, numer. 1.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. titul. 7. capit. 1. numer. 18. & 19.* Fagundez *in decalog. tom. 2. præcepto 6. libro 9. capit. 2. numer. 1. 2. & 25. versic. Primo*, & quæ sit concubina, Augustin. Barbosa *in rub. Codic. de concubinis*, Ciarlin. *controvers. forens. capit. 33. numero 16. lib. 1.* sed arridet de jure canonico, quòd concubinatus est viri cum fœmina soluta, quam quis vel in domo propria, vel extra retinet, & ad eam frequenter, vel ex consuetudine accedit, sivè retineat, ut concubinam, sivè ut pedissequam, sivè quocumque alio titulo, sic Fagundez *num. 2. & 25. versic. Secundo.*

Ex quibus verbis, *quam quis in domo propria, vel extra retinet*. Infertur 1. quòd illa particula *quis* denotat quemcumque virum, sivè solutum, sivè conjugatum, sivè Sacris initiatum sivè Religiosum, sivè quemcumque alium, ita Fagundez *in decal. tom. 2. præcept. 6. lib. 6. cap. 2. num. 1. in fin. princ.* Et sic hodiè species concubinatus sunt, soluti cum soluta, sivè cum vidua honestè vivente, sivè cum conjugata, sivè solutæ cum uxorato, Clerico, sivè Monacho, Gomez *in l. 80. tauri, num. 19.* Pichard. *in manuduct. ad praxim, part. 3. §. 4. n. 41.* Fermosinus *in cap. Cùm sit generale 8. quæst. 9. num. 5. de foro compet.* 2

Infertur 2. quòd concubinarii triplici modo accipiuntur, scilicet strictè, largè, & largissimè. Strictè concubinarii dicuntur illi, qui mulierem retinent, & cum ea carnalem habent copulam cum affectu, & modo, ut si esset uxor. Largè concubinarii dicuntur, qui mulierem retinent, eamque carnaliter cognoscunt, non ex affectu matrimonii & eo modo quo retinentur uxores, sed pro certo tempore, ut faciunt aliquando scholares, qui puellas in eorum studiis inducunt, & quando sunt benè satiati, illas dimittunt. Largissimè autem concubinarii appellari possunt Clerici, & uxorati, qui ultra uxores carnaliter alias mulieres cognoscunt, sic Bermon. *de publicis concubinis, versic. Publicis concubinariis, num. 4.* & ex eo Azevedo *l. 1. à numer. 90. ad 95. tit. 19. lib. 8. recop.* Farinac. *de delictis carnis, quæst. 138. num. 2.* Conciol. *ad statut. Eugub. lib. 4. rub. 26. num. 1.* 3

Infertur 3. quòd licèt concubinatus ad hoc ut inducatur, plures conditiones requirantur, & inter illas, quòd fœminæ domi retineantur, quas referunt Farinac. *de delictis carnis, quæst. 138. à num. 8. ad 24.* Fagundez *in decalogo in 6. præcept. libro 6. capit. 2. sub numer. 1.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæst. 9. num. 10.* Martha *de succes. legal. part. 1. quæst. 3. art. 3. num. 1. & 2. & part. 1. quæst. 16. art. num. 1.* Gramat. *voto 4. à num. 6.* Azevedo *l. 1. num. 87. tit. 19. libr. 8. recopil. versic. Secundo*, Marinis *resol. jur. lib. 1. cap. 254. numero 3.* Gratian. *discept. forens. tomo 1. capit. 31. numer. 1.* Bossius *in moralib. tom. 1. numero 1537.* Augustin. Barbosa *in collect. ad Concil. Trid. sess. 25. de reform. capit. 14. numer. 3. ad med.* Mascard. *de probat. conclus. 341. à numer. 11.* Ciarlin. *controv. forens. lib. 1. capit. 33. à num. 36.* remissivè Conciol. *ad statut. Eugub. lib. 4. rub. 26. num. 4.* ita ut si altera ex dictis conditionibus deficiat, non potest verè dici concubinatus, nec concubinatus nomen meretur, Menoch. *libr. 3. præsumpt. 51. numer. 13. vers. Verum*, Martha post alios *de succes. legal. part. 1. quæst. 16. artic. 1. numer. 2.* Ciarlin. *conversc. forens. libro 1. capit. 33. numer. 40.* Tamen concubinarius dicitur non solùm qui fœminam domi retinet, sed etiam extra domum, quando cum ea tenet carnalem consuetudinem, quoniam ad constituendam concubinam non est necesse, quòd domi detineatur affectione maritali, vel quòd uterque eorum sit solutus, nam licèt hæc deficiant, impropriè & secundùm communem usum loquendi 4

quendi concubina dicitur, si cum ea teneat assiduam consuetudinem, ut probatur *in* §. *Quia verò*, *versic. Si quis in sua*, *in authent. ut lic. matriæ*, *& aviæ*, ubi paria reputantur uxoratum habere concubinam in domo, vel extra, Concilium Trident. *sess.* 25. *de reformat. capit.* 14. ibi: *In domo*, *vel extra detinere*, sic Bermon. *de public. concubin. verbo Concubinam dimittat. numer.* 9. Decius *cons.* 305. *aliàs* 306. *num.* 6. *versic. Et concordando*, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. capit.* 30. *num.* 4. Menochius *cons.* 60. *numer.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 491. *num.* 19. *in fine*, *lib.* 5. Danza *de pug. Doctor. tom.* 1. *tit. de concubinis*, *num.* 18. *&* 19. Covar. *in epit. ad* 4. *par.* 2. *capit.* 8. §. 2. *numer.* 4. Leon *in thesauro fori Eccles. par.* 3. *capit.* 4. *numer.* 27. *versic. Et regulariter*, Tusch. *pract. conclus. litera C*, *conclus.* 566. *num.* 9. Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 138. *numer.* 3. Thesaurus *decis.* 130. *numer.* 4. Riccius *decis.* 76. *numer.* 3. *par.* 1. *& collect.* 684. *versic. Probatur etiam*, *& in praxi*, *resolut.* 307. *in fine*, *in* 2. *edit.* Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *disp.* 18. *numer.* 20. *versic. At idem*, Lupus *de illegit. comment.* 1. §. 5. *num.* 95. Augustin. Barbosa *in cap. Sicut* 4. *num.* 3. *de cohabitat. Cler. & mulier. & in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 14. *num.* 3. Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de discipul. Cleric.* §. 15. *numer.* 56. Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 41. *versic. Benè verum est*, *& num.* 42. *&* 43. *& capit.* 50. *&* 55. Don Michael de Caldero *decis.* 57. *num.* 47. *tom.* 2. Avendano, Azevedo, & Reg. Matthæu, notat Leander *quæst. moral. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 7. *quæst.* 35.

9 Infertur 4. quòd licèt concubinatus non præsumatur, cùm id in facto consistat, Surd. *cons.* 469. *numer.* 19. *&* 20. Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 15. Sed sit probandus. Quomodo autem probetur, & ex quibus censeatur probatus, proponit remissivè Modernis citatis Romaguera *in addition. ad Conciol. ad stat. Eugub. l.* 4. *rub.* 26. *numer.* 12. Videndus Riccius *decis.* 76. *tota*, ubi *num.* 1. dicit, concubinatum probari, ex susceptione filiorum, quod & tradunt Monald. *cons.* 31. *numer.* 102. Farinac. *cons.* 190. *numer.* 4. *&* 5. Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *disput.* 12. *numer.* 13. *&* 26. *in fine*, Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 35. Et ex continua habitatione, quæ satis probat concubinatum, maximè stante personarum diversitate, ut docent cum multis Mascard. *de probat. conclus.* 41. Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 136. *num.* 187. Jul. Chartar. *decis.* 49. *numer.* 10. 20. *&* 21. Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 109. *num.* 52.

10 Tamen Avendano *in cap.* 26. *prætor. numer.* 13. 14. *&* 15. dicit, quòd non requiritur probari, quòd fœminam alimentat, & præbet necessaria, sed quòd luxurioso affectu teneat in domo propria, vel extra domum in alia aliena, cùm concubinatus ex luxuriosa commixtione causetur, & si transit in consuetudinem, & publicè constat, & rumor viciniæ adest, tunc jam est concubinatus publicus, & punibilis, quod verissimum est, & in practica quotidiè receptum, & si ita non judicarentur, passim concubinarii impuniti reperirentur etiam hodiè, ubi non requiritur ita stricta probatio, sicut antea requirebatur de jure civili: & concludit Avendano, quòd hodiè non requiritur ita stricta probatio, ut concubina dicatur, & puniatur, sed sufficit, quòd illa ut talis reputetur in populo, vel vicinia, sequitur Azevedo *l.* 1. *numer.* 88. *&* 89. *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* Reg. Matthæu *de re crim. controvers.* 58. *numer.* 19. ubi sic ait juxta praxim traditam ad Avendano *dicto cap.* 26. ita ut ad probationem concubinatus non requirantur tot requisita, quæ Farinac. requirit, sed sufficiat frequentia copulæ cum scandalo inter vicinos, & si ultra publicam vocem, & famam aliqua addat Lopez *in cap. Per vestras*, §. 21. *numer.* 17. *de donat. inter vir. & uxor.* ut refert Ciarlin. *controvers. forens. cap.* 33. *numer.* 35. *in fine*, *lib.* 1.

11 Sed à quo jure concubinatus sit prohibitus? Resp. quòd omni jure est concubinatus prohibitus, Divino, naturali, canonico, legibus, & statutis Provinciarum, Azevedo *in* 1. *à numer.* 12. *ad* 30. *titul.* 19. *lib.* 8. *recop.* Cævallos *com. cont. com. quæst.* 164. *numer.* 1. Mantienco *l.* 6. *gloss.* 2. *numer.* 6. *titul.* 7. *lib.* 5. *recop.* Valenzuela *cons.* 131. *numer.* 4. *in fine*, *tom.* 2. Reg. Matthæu cum multis *de re crim. controv.* 58. *numer.* 25. plures alios modernos citat Romaguera *in addit. ad Conciolum ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 26. *num.* 7. & alii allegandi *num.* 12. 13. 14. 15. 16. *&* 17.

De jure Divino probant juribus, & rationibus 12
Gomez *in l.* 80. *tauri*, *num.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *capit.* 21. *numer.* 5. Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 138. *num.* 27. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 9. *sub numer.* 2. Azevedo *l.* 1. *numer.* 18. *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* Cancer *par.* 3. *variar. capit.* 15. *sub numer.* 12. Danza *de pugna Doctor. tom.* 1. *titul. de concubinis*, *num.* 1. Bossius *in moral. tom.* 1. *par.* 2. *tit.* 1. §. 43. *sub numer.* 1542. Conciolus *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 26. *num.* 3. nec contrarium probatur ex Genesi *capit.* 16. 17. 21. *&* 25. in quibus legitur Abraam habuisse uxorem Saram, Agar, & Ceturam, & ex Sara habuisse filium Isaac, ex Agar filium Ismael, & ex Cetura Zamram, & plures alios filios, & *cap.* 29. *&* 30. ubi legitur Jacob habuisse uxores Liam, & Rachel, & duas earum famulas Zelpham, & Balam, & passim ex aliis Scripturæ locis. Quia Deus cum illis dispensavit. Hæcque dispensatio non fuit concessa externa aliqua scriptura, aut loquutione, sed inspiratione interna, Divinaque revelatione Sanctis Patriarchis facta, ut post plures docent Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 80. *num.* 5. 12. *&* 13. Basilius *de matrimon. lib.* 7. *capit.* 49. *numer.* 4. *&* 5. Vela *de pœnis delictor. capit.* 7. *numer.* 2. alter Vela *in cap.* 1. *part.* 1. *numer.* 62. *versic. Quamquam*, *de offic. ordinar.* Reg. Matthæu *de re crimin. controvers.* 58. *à numer.* 4. *ad* 9. Azevedo *l.* 1. *à numer.* 9. *titul.* 19. *lib.* 8. *recopil.* Fagundez *in decalog. præcept.* 6. *lib.* 6. *capit.* 2. *numer.* 18. *&* 25. *versic. tertio*, *usque ad numer.* 26. Barbosa *in can. in omnibus* 3. *numer.* 2. *& in can.* 15. *qui per totum* 34. *dist.*

De jure naturali, Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 11. *titul.* 9. *sub numer.* 3. Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *capit.* 34. *numer.* 9. *in princip.* & reprobatis Alexand. *in l. ex facto*, 5. *Si quis rogatus*, *numer.* 13. & Gomez *in l.* 80. *tauri*, *numer.* 1. sic docent Cævallos *com. controv. commun. quæstion.* 164. *numer.* 1. *& quæst.* 295. *in princ. juncto num.* 4. Azevedo *l.* 1. *numer.* 18. *titul.* 19. *lib.* 8. *recopil.* quod quomodo procedat, & intelligendum sit, benè explicant, & declarant Farinac. *de delict. carnis*, *quæstion.* 338. *numer.* 25. *&* 26. Vela *in capit.* 1. *numer.* 63. *column.* 3. *ibi: Quo verò ad jus naturale*, *de offic. Ordin.* 13

De jure canonico, *canon. Audite* 7. *versic. Concubinas*, *cum duob. seqq.* 34. *dist. canon. Concubinæ* 5. *canon. Solet quæri* 6. 32. *quæst.* 2. *canon. Nemo* 4. *canon. Dicat aliquis* 9. *cum seqq.* 32. *quæst.* 4. Concilium Tridentin. *session.* 24. *de reformat. matrimon. capit.* 8. *& sess.* 25. *de reform. capit.* 14. Jul. Clar. §. *Fornicatio*, *numer.* 6. Franchis *decis.* 240. *numero* 17. Gomez *in leg.* 80. *tauri*, *num.* 4. Mantica *de conject. ult. volunt. libro* 11. *titul.* 9. *sub numer.* 3. Guttier. *canonicar. leg.* 2. *capit.* 7. *à numer.* 13. Vela *de pœnis delict. capit.* 6. *numer.* 1. *&* 7. Gabal. *resolut. crimin. casu* 200. *numer.* 83. *versic. Nec obstat*, Cardoso *in prax. judic. verbo Concubinatus*, *numer.* 2. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 17. *numer.* 53. Cævallos *comm. contr. comm. quæst.* 164. *numero* 1. 2. *&* 3. Azevedo *leg.* 1. *numero* 19. *titul.* 19. *libro* 8. *recopil.* Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 138. *num.* 29. Palcotus *de not. & spur. cap.* 12. *à numer.* 2. Conciolus *ad statut. Eugub. leg.* 4. *rub.* 26. *numer.* 2. alter Vela *in capit.* 1. *part. numer.* 61. *de offic. Ordin.* Gratian. *discep. forens. cap.* 31. *num.* 4. *tom.* 1. Guazin. *defens.* 1. *capit.* 11. *numero* 9. Larrea *decis.* 1. *numero* 4. Peregrin. *de jure fisci*, *libro tertio*, *titul.* 18. *numer.* 7. Sperell. *decis.* 19. *numero* 12. *versic. Vel* 14

sic. Vel illius, lib. 1. Fermosin. *in capit. Cum sit generale 8. quæst. 9. à numer. 2. de foro compet.* Ansaldus *de jurisdict. par. 4. titul. 6. capit. 3. numer. 48. & titul. 7. capit. 1. à numer. 16.* Sanfelicius *decis. 245.* Ciarlin. *controvers. forens. capit. 184. num. 14. lib. 2.* Reg. Matthæu *de re crim. controvers. 58. numer. 13.* Bossius *in moralib. tom. 1. par. 2. tit. 1. §. 43. sub numer. 1542.* Danza *de pugna Doctor. tom. 1. titul. de concubinis, numer. 2.* Ego *decis. 89. numer. 6. part. 2.* nec contrarium probant *can. Is qui non habet uxorem 4. can. Christiano 5. dist. 34.* quibus juribus permitti videtur uxorem non habentibus unam tantùm concubinam retinere Pereyra *de man. Reg. part. 2. capit. 34. numer. 9. versicul. Unde.* Quia hæc jura loquuntur de concubina impropria, verè tamen uxore, eo quod non esset solemniter ducta, dotalibus instrumentis, & Ecclesiæ cœremoniis intervenientibus, ut explicat textus *in can. In omnibus* 3. §. *Concubina* 34. *distinct.* Nam uxores, quæ solemniter dotalibus nempè instrumentis, cæterisque nuptiarum cœremoniis adhibitis ducebantur speciali, ac proprio nomine uxorum vocabantur, reliquæ verò absque solemnibus instrumentis, & cœremoniis Ecclesiæ intervenientibus ductæ, concubinæ dictæ sunt, & in effectu uxores minus principales, & in illis, quæ solemniter ductæ essent ad familiæ dispensationem subditæ, non tamen minus quàm illæ perpetuo, & indissolubili vinculo conjunctæ, ita ut non possent, nisi ex divina dispensatione ejici à domo, ac familia, nec ipsæ discedere. Sed filiis harum, quæ non solemniter ductæ fuerunt, non æquè ac illarum debebatur hæreditas, Sacerdotium, ac primogenitura, ut constat ex Genesi *capit. 16. versicul. Tertiò, & nono, & capit. 21. versic. l. 2. capit. 25. versic. 1. & 6. & capit. 35. versic. 22. & Judicum cap. 19. versicul. 10. 24. 25. & 27.* quibus in locis, ac similibus, in quibus concubinæ mentio fit, intelligitur uxor minus solemniter ducta, minusque principalis respectu aliarum, quæ solemniter ductæ erant, quæ & earum filii præfatam habebant prærogativam, ut explicant Paleotus *de not. & spur. capit. 12. numer. duodecimo, & decimotertio*, ad quem se refert Farinac. *de delictor. carnis, quæstion. 138. numer. 29.* Covar. *in epit. ad 4. par. 1. capit. 4. versic. Sacra autem Scriptura*, Menoch. *de arb. Jud. casu 418. à numer. 14. juncto numer. 19. & 20.* Vela *de pœnis delictor. capit. 6. numer. 4. circa finem, versic. Unde cum lege, juncto numer. 5. versic. Et hinc uxores*, Guttierez *canonicarum, lib. 2. cap. 7. numer. 31. 32. & 35.* Basilius *de matrimon. lib. 7. capit. 54. numer. 3. 4. & à numer. 6.* alter Vela *in capit. 2. part. 1. numer. 62. versic. Nec contrarium probant, & numer. 63. versic. Non quia, column. 3. de offic. Ordin.* Augustinus Barbosa *in can. Omnibus, numer. 2. & in canon. Is qui 4. per totum distinct. 34.*

15 De jure civili Romanorum, quod apud Ethnicos Jurisconsultos, & Cæsares viguit, est res controversa? An concubinatus sit prohibitus. Nam quidam negant. Quidam affirmant, alii dicunt, quod non fuit approbatus nec reprobatus, sed toleratus, & sic non punibilis, de quibus videndi sunt Jul. Clar. §. *Fornicatio, numer. 6.* ubi Bajard. *numer. 7.* Franchis *decis. 240. num. 17.* Cævallos *com. controvers. commun. quæstion. 295.* Covar. *in epitom. ad 4. part. 1. capit. 4. numer. 8. versic. Qua in re*, Avendano *capit. Prætor, 26. à numer. 1.* Farinac. *de delictor. carnis, quæstion. 131. numer. 30. & 31.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 9. sub numer. 3.* Cancer *part. 3. variar. capit. 15. numer. 12. in fine*, Menochius *de arb. Jud. casu 289. numer. 17. & 18. & casu 418. numer. 15. & 21. & cons. 461. numer. 20. lib. 5.* Peregrinus *de jure fisci, lib. 3. titul. 18. numer. 7.* Azevedo *l. 1. numer. 14. 15. & 17. titul. 19. lib. 8. recop.* Sperell. *decis. 19. numer. 12. lib. 1.* Guttier. *canonicar. lib. 2. capit. 7. à numer. 17.* Jul. Chartar. *decis. 77. num. 22. & 23.* Ansald. *de jurisdict. par. 4. titul. 6. capit. 3. numer. 47.* Vela *in capit. 1. part. 1. numer. 63. & 64. de offic. Ordin.* Danza *de pugn. Doctor. tom. 1. tit. de concubinis sub numer. 2. & 3.* Augustinus Barbosa *in leg. unica, numer. 1. versic. Argumento, & numer. 2. C. de concubinis*, Larrea *decis. Granat. 1. num. 4.* Diana *resolut. moral. par. 5. tractat. 1. resol. 10. & in coordinat. part. 9. tract. 2. resolut. 293. num. 1.* Marinis *lib. 1. resolut. jur. capit. 254. numer. 8.* Bossius *in moralib. tom. 1. par. 2. titul. 1. §. 43. sub numer. 1542.* Lupus *de illegitim. tom. 1. §. 1. numer. 17.* Reg. Matthæu *de re crim. controvers. 58. num. primo, & à num. 15. ad 24.* Pereyra *de man. Reg. part. 2. capit. 34. numer. 9. versic. Jure tamen.* Tamen hodie de jure civili novissimo authenticorum concubinatus est prohibitus, *textus in capit. 1. de fil. natur. ex matrimon. ad morgan. contract. in feudis, & melius in §. 1. & per totum, in authent. de leonib. & in titul. Schænicas mulieres, & in tit. ut non luxurientur*, ut docent Surdus *de aliment. tit. 1. quæstion. 9. num. 15.* Gratian. *discept. forens. capit. 31. numer. 3. lib. 1.* Cardoso *in praxi jud. verbo Concubinatus, numer. 2.* Guazin. *defen. 1. cap. 11. numer. 9. post princ.* Azevedo *l. 1. numer. 16. & 17. versic. Sed ut dictum est, tit. 19. lib. 8. recopil.* Regens Matthæu *de re crim. controvers. 59. à num. 4.* Regens Matthæu *de re crim. controvers. 58. numer. 24.* multis laudatis Ciarlin. *controvers. forens. lib. 1. capit. 33. numer. 71. & capit. 109. num. 54.* Ansaldus *de jurisdict. par. 4. titul. 7. capit. 1. à numer. 40. & capit. 2. numer. 36.* latè prosequitur Vela *in capit. primo, parte prima, numer. 65. de offic. Ordinar.*

Legibus & statutis Provinciarum, de jure nostro 16
Cathaloniæ *capit. 40. Regiarum præconizationum*, Ego *decis. 89. sub numer. 6. part. 2.* me citato Romaguera *in addit. ad Conciolum ad stat. Eugub. lib. 4. rub. 26. numer. 7. in fine.* De Regno Castellæ, *l. 43. tit. 6. par. 1. & l. 36. titul. 6. lib. 3. recop. & l. 1.* ubi Azevedo *numer. 30. & toto titul. 19. lib. 8. recopil.* Gomez *in l. 80. tauri, à numer. 38.* Bobad. *in polit. lib. 2. capit. 17. à numer. 53.* Guttier. *canonicar. lib. 2. capit. 7. numer. 24.* Valenzuela *cons. 131. numer. 4. tom. 2.* Fermosin. *in capit. Cum sit generale 8. quæst. 9. numer. 4. & 5. de foro compet.* Vela *de pœnis delictor. part. 1. capit. 6.* Pichard. *in manducat. ad praxim, par. 3. §. 4. numer. 41.* Alter Vela *in capit. 1. part. 1. numer. 65. in fine, de offic. Ordinarii*, Larrea *decis. 1. numer. 4. versic. Jure tamen Regni*, plures alios cumulat Regens Matthæu *de re crimin. controvers. 58. numer. 26. & 27.* De Regno Valentiæ *forus 39. anni 1626. fol. 14.* Dominus Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser. 5. numer. 139.* Regens Matthæu *de regim. Valent. capit. 8. §. 8. numer. 95. versic. At vero, numer. 96. & 97.* De Regno Lusitaniæ *lib. 5. novæ recopil. tit. 28.* Fagundez *in decalogo præcept. 6. lib. 6. capit. 2. numer. 20.* Pereyra *de man. Regia, par. 2. capit. 34. numer. 10.* De Regno Sardiniæ *Regia pragmatica* apud Regens Vico *lib. 2. capit. 34. numer. 14.* De Regno Franciæ Boerius *decis. 72.* De Civitate Eugubii *lib. 4. statutor. rub. 26.* apud Conciolum additionatum per Romaguera *fol. 513.* De Statu Ducis Mutinæ Ciarlinus *controvers. forens. lib. primo, capit. 33. numer. 73. & capit. 109. numer. 54.*

Quapropter grave peccatum est homines solutos 17
concubinas habere, gravissimum verò uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, Concilium Tridentinum *session. 24. de reformat. cap. 8.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. titul. 7. capit. 1. numer. 30.*
& multo magis detestabile in Clericis, Concilium 18
Tridentinum *session. 25. de reformat. capit. 14.* Decian. *tractat. crim. lib. 6. capit. 21. numer. 5. 6. & 25.* Azevedo *leg. 1. sub numer. 30. titul. 19. lib. 8. recopil.* Mascard. *de probat. conclus. 440. numer. 10.* Farinacius *de delictor. carnis, quæstion. 138. numer. 32. & 37.*

Nam si fornicatio simplex, & coitus ad mulie- 19
res præter matrimonialem est peccatum mortale, ut prohibitus & damnatus jure Divino, & canonico,

nico, Divus Thom. 2. 2. *quæst.* 153. & 154. Azevedo *leg.* 1. *numer.* 24. *titul.* 19. *lib.* 8. *recopil.* Gomez *in l.* 8. *tauri*, *numer.* 4. Menochius *de arb. Jud. casu* 289. *num.* 8. Jul. Clar. §. *Fornicatio*, *numer.* 1. *post princ.* Covar. *in epit. ad* 4. *par.* 1. *cap.* 4. *numer.* 8. Ansald. *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 7. *capit.* 2. *numer.* 43. Lessius *de just. & jure*, *lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 5. & 7. Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 137. *num.* 11. 12. & 13. Pichard. *in manuducat. ad prax. par.* 3. §. 4. *à numer.* 18. Fagundez *in decal. tom.* 2. *præcept.* 6. *lib.* 6. *capit.* 1. *numer.* 1. & 5. Diana *in sum. verbo Fornicatio*, *numer.* 1. Regens Matthæu *de re crim. controv.* 58. *numer.* 8. *versic. Et sic*, & *de regim. Regni Valentiæ*, *cap.* 8. §. 8. *numer.* 184. & *numer.* 197. *At ut dixi*, Augustin. Barbosa *in Clement. Ad nostram*, *numer.* 4. *de hæret.* & præsertim procedit in Clericis, Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 137. *numer.* 14. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. in prælud. à numer.* 25. Adeò quòd si quis auderet pertinaciter asserere, quòd simplex fornicatio non est peccatum mortale, esset hæreticus, *Clem. ad nostram*, ubi Augustin. Barbosa *numer.* 4. *de hæret.* Covar. *in epit. ad* 4. *par.* 1. *capit.* 4. *numer.* 8. Jul. Clar. §. *Fornicatio*, *sub numer.* 1. & §. *Hæresis*, *numer.* 1. Lessius *de just. & jure*, *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 7. *à numer.* 47. Azevedo *l.* 1. *numer.* 23. *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. in prælud. numer.* 27. Farinac. *de delictor. carnis*, *quæstion.* 137. *sub numer.* 13. quinimò sola voluntas deliberata fornicandi sine actu inducit peccatum mortale, probant Gomez *in l.* 80. *tauri*, *numer.* 4. Fagundez *in decalogo*, *præcept.* 6. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 4. Ansald. *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 7. *cap.* 1. *numer.* 8. Multò majus, & longè pejus, & gravius est peccatum concubinatus, quàm simplex fornicatio cum ea ad quam est furtivus accessus, & factum magis detestabile, quando concubina domi retinetur, ut post alios docent Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 2. *capit.* 8. §. 4. *numer.* 4. Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæstion.* 9. *numer.* 16. Gratian. *discept. forens. lib.* 1. *capit.* 31. *numer.* 5. Bossius *in moral. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 1. §. 43. *numer.* 1593. cùm concubinarii continuò maneant in statu peccati, & proposito saltem virtuali perseverandi in concubinatu, Fagundez *in decal. tom.* 2. *præcept.* 6. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 3. Fontanella *decis.* 138. *num.* 16. *part.* 1.

Undè licèt laicus fornicator de jure civili non puniatur, cùm fornicatio simplex de jure civili nec prohibita, nec punibilis sit, ut post alios tradunt Jul. Clar. §. *Fornicatio*, *numer.* 1. *in princ.* Menochius *de arb. Jud. casu* 289. *numer.* 14. Farinac. *de delictis carnis*, *quæst.* 137. *numer.* 41. Augustin. Barbosa *in leg.* 1. *numer.* 1. *versic. Argumento*, *ibi: Sicut eodem jure*, *C. de concubinis*. Tamen de jure canonico in foro externo Judicis arbitrio punitur, ut post plures tradidi *decis.* 189. *numer.* 5. *in princ. par.* 2. Cæterum nisi concurrat qualitas concubinatus, aut stuprum, seu alia gravior, numquam vidisse testatur Farinacius aliquem laicum punitum pro simplici fornicatione in foro Ecclesiastico exteriori, & quòd simplex accessus soluti ad solutam, quamvis peccatum mortale sit, non sit delictum in foro externo punibile, ex Reg. Matthæu dixi *decis.* 89. *sub num.* 5. *part.* 2. At si laicus conjugatus sit ex simplici accessu etiam semel cum alia, potest pœna irrogari, licèt levior, Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 196. *versic. Sed nota*.

Sed concubinarii laici de jure communi arbitrio Judicis puniuntur, Jul. Clar. §. *Fornicatio*, *numer.* 8. Menochius *in addit. de arb. Judic. casu* 289. *numer.* 17. Cardoso *in prax. Jud. verbo Concubinatus*, *numer.* 2. & 3. Farinac. *de delict. carnis*, *quæstion.* 138. *numer.* 76. Conciolus *ad statut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 26. *num.* 6. juxta formam præscriptam in Concilio Tridentino *session.* 24. *de reformat. capit.* 8. ubi in substantia sancitum est, concubinarios tàm solutos, quàm uxoratos; si postquam ab Ordinario ter moniti concubinas non dimiserint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absolvantur, donec monitionibus factis paruerint, etsi in concubinatu neglectis censuris permanserint, contra eos ab ordinario securè pro qualitate criminis procedatur, semper in suo robore permanentibus aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis, de quo decreto mentionem faciunt Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in praxi crim. canon. cap.* 79. *verbo Concubinarii*, *litera B*, *versic. Laicus vero*, Farinacius *de delict. carnis*, *quæst.* 138. *numer.* 43. & 76. Ansaldus *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 7. *cap.* 1. *num.* 39. & *numer.* 45. Fagundez *in decal. præcept.* 6. *lib.* 6. *capit.* 2. *numer.* 5. Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 13. Cardoso *in praxi Jud. verbo Concubinatus*, *numer.* 3. Azevedo *leg.* 1. *numer.* 116. *titul.* 19. *lib.* 8. *recop.*

At concubinæ de jure communi puniuntur, quia in arcto Monasterio recluduntur donec condignam egerint pœnitentiam, *canon. Fraternitatis* 34. *distinct.* Item excommunicantur *capit. Si Concubinæ*, *de sentent. excom.* necnon etiam puniuntur aliis pœnis, de quibus Azevedo *leg.* 1. *numer.* 115. *titul.* 19. *lib.* 8. *recopil.* Decian. *tract. crim. lib.* 6. *capit.* 21. *numer.* 28. Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 138. *numer.* 77. *in fine*, Barbosa *in cap. Si quispiam* 2. *sub numer.* 4. *de cohabit. Cler. & mulier. & de jure Eccles. univers. lib.* 1. *capit.* 39. §. 2. *sub numer.* 61. & ex decreto Concilii Tridentini *session.* 24. *de reformat. cap.* 8. puniendæ sunt; sic enim expressè statuit, mulieres sivè conjugatæ, sivè solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publicè vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur, & extra Oppidum, vel Diœcesim, si ab eisdem Ordinariis videbitur, invocato si opus fuerit, brachio sæculari ejiciantur, Decian. *tractat. crim. lib.* 6. *capit.* 21. *numer.* 38. Farinacius *de delict. carnis*, *quæstion.* 138. *numer.* 77. *in princ.* Cardoso *in praxi Jud. verbo Concubinatus*, *numer.* Azevedo *leg.* 1. *numer.* 117. *titul.* 49. *lib.* 8. *recopil.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 17. *numer.* 53. *versic. Y por un decreto*, Ansald. *de jurisdict. par.* 4. *titul.* 7. *capit.* 1. *numer.* 39. & 46. Cævallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæstion.* 98. *numer.* 18. Fagundez *in decal. præcept.* 6. *lib.* 6. *capit.* 2. *numer.* 5. Augustinus Barbosa aliis additis *in collectan. ad Concil. Trident. session.* 24. *de reformat. cap.* 8. *num.* 4. *vers. Mulieres*.

Legibus autem, & statutis Provinciarum concubinarii variis pœnis puniuntur; & licèt aliqui dicant, quod quidquid sit de jure, & consuetudine Judices laici de crimine concubinatus puniendo parùm se intromittunt, & hodiè pauci etiam ex Ecclesiasticis, fortè nè in aliis puniant, in quo ipsimet delinquunt, ut ait Julius Clarus, §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 4. *in fine*, Decian. *tractat. crimin. lib.* 6. *capit.* 26. *numer.* 8. *in fine*, Guazin. *defens.* 1. *cap.* 11. *numer.* 9. *versic. Et quidquid sit*. Tamen pro praxi, & observantia Regiarum præconizationum Cathaloniæ, & aliorum Regnorum, videantur Doctores supra citati *numer.* 17. Verùm Judices sæculares solitis diligentiis factis, oleum & operam perdere solent; malitia enim peccatorum zelum justitiæ superat, & omnes diligentiæ ex eorum astutiis & fraudibus frustrantur, ut exclamat Regens Matthæu *de re crimin. controvers.* 58. *numer.* 30. & 31.

Sed attendant fornicatores, & concubinarii, qui humanam justitiam negligunt, & pœnam temporalem non timent, utique æternam timere debent; macerabuntur eorum animæ perpetuò in inferno. Nam ut inquit Divus Paulus *ad Ephesios capit.* 5. *numer.* 1. *Hoc enim scitote intelligentes*, *quod omnis fornicator aut immundus*, *aut avarus*, *quod est idolorum servitus*, *non habet hæreditatem in Regno Christi*, & *Dei*. Quod etiam repetit *ad Galatas*, *cap.* 5. & *primo ad Corinthios*, *capit.* 6. *sub numer.* 9. & 10. dum inquit: *Neque fornicarii regnum Dei possidebunt*. Et Divus Joannes Apostolus dicit:

dicit, *in Apocalipsi, cap.* 21. *num.* 8. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno, ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Et David. *psal.* 72. *vers.* 27. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Quæ & alia ponderant Farinac. *de delict. carnis, quæst.* 137. *num.* 12. *&* 13. Fagundez *in decal. præcept.* 6. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. & alii ex citatis *num.* 18. & ad concubinarios tradit Azevedo *l.* 1. *sub num.* 117. *&* 118. *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* qui *num.* 119. inquit,

29 Quòd carebunt quoque sepultura, si publici fuerint concubinarii, & morientes in domo concubinas retinuerint, quia in peccato mortali notorio moriuntur, & ideò privandi sunt sepultura in loco sacro *juxta Clement.* 1. *de sepulturis*, & probatur *in canon. Quibus* 13. *quæst.* 2. & citat in terminis Bermon. relatum & sequutum per Decianum, Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 53. sic ait: Clericus notoriè concubinarius vivens, & sic perseverans usque ad mortem sine pœnitentia, iste enim non est cum aliis fidelibus sepeliendus, per jura, & Doctores, quos citat, quod transcribit idem Barbosa *de offic. Parochi, parte tertia, capit. vigesimo quinto, num.* 53.

30 Clerici concubinarii, seu fornicatores quibus pœnis puniantur tàm de jure communi, quàm per Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de reformat. capit.* 14. videantur Marta *de jurisdict. part.* 2. *capit.* 10. *num.* 17. Garcia *de benefic. part.* 11. *capit.* 10. *à num.* 81. *ad* 91. Latissimè Farinac. *de delict. carnis, quæst.* 138. *à num.* 36. Augustin. Barbos. *in capit. Sicut, de cohab. Cleric. & in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 14. *per totum*, Fagundez *in decal. præcept.* 6. *libr.* 6. *capit.* 2. *à numer.* 8. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 7. *capit.* 2. *à numer.* 46. *vers. Clericus verò, cum seqq.* Azevedo *leg.* 1. *à numer.* 25. *& à numero* 107. *titul.* 19. *lib.* 8. *recopil.* qui mille alios citant, & has pœnas benè declarant.

31 Difficultas tamen in proposito est. Per quem Judicem cogendi sint concubinarii, concubinæ ac inhonestè viventes, ut concubinatum dimittant, & honestè vivant. Resp.

32 Quòd si concubinarii, ac inhonestè viventes sunt Clerici, per Judicem Ecclesiasticum cogendi sunt, ut concubinatum dimittant, & honestè vivant, & coram eo sunt accusandi ad vindictam, & ab illo puniendi pœnis juris, Concil. Tridentin. *session.* 25. *de reformat. capit.* 14. totus titulus *de cohabit. Clericor.* Marta *de jurisdict. par.t* 4. *cent.* 1. *capit.* 44. *numero* 10. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 87. *numero* 17. *&* 31. Ansaldus *de jurisdict. parte quarta, titul. septimo, capit.* 2. *numer.* 127. Fagundez *in decal. tom.* 2. *præcept.* 6. *libro* 6. *capit. secundo, numer.* 21. *in fine*, Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *capit.* 34. *numer.* 10. *vers. Ultimo notandum, ibi: ex quo fit, & numero undecimo, versicul. Etsi è converso*, Fermosinus *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 24. *numer. decimo quarto, de constit.* & sentiunt omnes citandi, *numero cinquantesimo*, conducunt quæ tradunt Doctores de Clerico committente crimen adulterii, qui puniendus est à Judice Ecclesiastico, Socin. *in capit. Cùm sit generale, sub numer.* 24. *de foro compet.* Marta *de jurisdict. parte secunda, capit.* 19. *numer.* 14. Cævallos *de cognit. per viam violent. parte secunda, quæst.* 98. *num.* 14. Fermosinus *in capit. Cùm sit generale, quæst. nona, numer.* 12. *de foro compet.* Fagundez *in decal. tom. secundo, libr. sexto, capit.* 21. & de Clerico committente crimen incestus, punitio illius pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, idem Fagundez *in decal. tom.* 2. *libr.* 6. *capit.* 6. *numero* 36. & de stupro à Clerico commisso cognoscere tantùm Ecclesiasticum Judicem, idem Fagundez *in decal. tom. secundo, libro* 6. *capit.* 4. *sub numer.* 18. Menochius *de arbit. Judic. casu* 288. *numer.* 21. Farinac. *de delict. carnis, quæst.* 147. *num.* 53. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 5. *part.* 1. *numer.* 24.

33 Si verò concubinarii, ac inhonestè viventes sunt laici, an sint cogendi per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem ut concubinatum dimittant, & honestè vivant? variæ sunt Doctorum opiniones.

Prima opinio est, quòd sunt cogendi, & puniendi per Judicem Ecclesiasticum. Eo quia de crimine 34
concubinatus, cùm sit merè Ecclesiasticum, ac fori Ecclesiastici, solus cognoscit Judex Ecclesiasticus, cùm crimen concubinatus origine lege canonica sit prohibitum, nec legibus civilibus punitur, nec improbatur, sic tenuit Goffredus Doctor antiquus, quem refert Abbas *in capit. Cùm sit generale, numer.* 24. *de foro compet.* sequitur Bermon alios referens *de concubinis, verbo Penitus arcere, numer.* 2. *fol.* 304. quos referunt, sed non sequuntur Jul. Clar. *§. final. quæst.* 37. *numero quarto*, Jul. Chartar. *decis.* 77. *numer.* 21. sequuntur tamen Socin. *in capit. Cùm sit generale, numer.* 24. *vers. Item secundum Goffred. de foro compet.* Valenzuela *cons.* 31. *numer. tertio, tom.* 2. alii plures, quos citant Antonel. *de regim. Eccles. Episcop. libr.* 6. *capit.* 29. *vers. Hoc crimen*, Fagundez *in decal. tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 2. *numer.* 20. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 7. *capit.* 2. *numer.* 128. sed damnant hanc opinionem Valascus *allegat.* 34. *num.* 5. *tom.* 1. Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *numer.* 69. *de offic. ordin.* Diana *resolut. moral. part.* 5. *tractat.* 1. *resolut.* 10. *& in coordin. part.* 9. *tractat.* 2. *resol.* 293. *num.* 1. Fermosin. *in capit. Cùm sit generale, quæst.* 9. *à numer.* 1. *de foro compet.* & alii.

Secunda est opinio, quòd sunt cogendi, & pu- 35
niendi per Judicem sæcularem, eo quia concubinatus crimen de se sæculare est, tàm ex parte materiæ, & ex parte agentis, quàm ex parte offensi: nam si ratione peccati hoc crimen esset Ecclesiasticum, idem pariter dicendum esset de furto, homicidio, & de aliis criminibus, quæ contra præcepta decalogi committuntur, sic Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *capit.* 34. *numer.* 10. *vers. Ultimò notandum, & numer.* 11. *& capit.* 56. *numer.* 17. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 7. *cap.* 2. *à num.* 133. *vers. Verùm*, Cævallos *comm. contr. comm. quæst.* 295. *num.* 3. *vers. Pro qua opinione facit*, ubi quod in merè laicis indistinctè punitur hoc crimen concubinatus per Judicem sæcularem.

Tertia est opinio, quod possunt cogi, & puniri 36
per utrumque Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem & est locus præventioni, cùm concubinatus sit delictum mixti fori, seu mixtæ cognitionis, eo quia hoc crimen nedum jure canonico, sed etiam jure civili, saltem novissimo, legibus, & statutis Provinciarum est prohibitum, ita Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *numer. quarto*, Bermon. *de concubin. rubric. de incestu, numer.* 33. Avendanno *de exequend. mand. part.* 2. *capit.* 26. *numero secundo*, Decian. *tractat. crimin. libr.* 4. *capit.* 26. *numer. octavo*, Paz *in prax. tomo* 2. *prælud.* 2. *numer.* 31. *in fine*, Farinac. *in prax. tom.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 131. *& in addit. post. tom. tertio concilior.* Azevedo *leg. quarta, numer. quarto, tit.* 1. *lib. quarto recopil.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 17. *numer.* 53. Bolannos *in Curia Philipp. tom.* 1. *part.* 3. §. 2. *numer.* 21. Azor. *institut. moral. tom.* 2. *libr.* 3. *capit.* 53. *quæst. secunda*, Beller. *disq. Cleric. part. prima, titul. de favore Clericor. reali*, §. 4. *numero* 52. Venetus *in exam. Episcop. libro* 3. *capit.* 27. *numero* 66. Balboa *in cap. Cùm sit generale, num.* 18. ubi Fermosin. *quæst.* 9. *numero primo, de foro compet.* idem Fermosin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 24. *numer.* 17. *de constitut.* Valenzuela *consil.* 131. *numer.* 3. *vers. Hoc tamen, & numer.* 4. 5. *&* 8. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resolut.* 88. *aliàs* 87. *& part.* 5. *tractat.* 1. *resolut.* 10. *& in coordinat. part.* 9. *tractat.* 2. *resolut.* 292. *numer.* 2. *in fine, & resolut.* 293. *numer.* 1. Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *capit.* 34. *numer.* 11. *ibi: Nec obstabit, & vers. Quod si è converso, in fine*, Riccius *de public. judic. quæstion.* 36. *numer.* 30. *&* 33. Guazin. *defens.* 1. *capit.* 11. *numer.* 9. Guttier. *canonicar. lib.* 2. *capit.* 7. *numer.* Cucus *institut. major. lib.* 2. *titul.* 6. *numer.* 100. Jul. Chartar. *decis.* 77. *numero* 25. Larrea *decis. Granat. prim. num.* 4. Germon. *de sacror.*

immu-

immunit. lib. 3. cap. 12. num. 58. Gregor Lopez *l. 58. glos. 8. tit. 6. part. 1.* Valasc. *tom. 1. alleg. 34. num. 4.* Mendez de Castro *in prax. Lusit. part. 2. l. 2. capit. 4. numer. 20.* Salgado *de Reg. protect. part. 2. capitul. 4. num. 47. & 48.* Fagnan, *in cap. Perniciosam, num. 18. & seq. de offic. ordin.* Vela *in cap. 1. part. 1. numer. 66. de offic. Ord.* Augustin Barbosa *in capitul. 1. numer. 2. de offic. Ordin. in remission. ad Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 8.* super illa verba *ab Ordinariis locorum, & in collectan, num. 5.* Thom. Valasc. *allegat. jur. 34. num. 4. tom. 2.* Amaya *in leg. Nemo carcerem. 2. num. 50. Cod. de exactor. tribut. lib. 10.* Tondutus *de præven. Jud. part. 2. capit. 28. numer. 9.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juris. quæst. 73. num. 54.* Amaja *in l. Nemo carcerem 2. num. 50. Cod. de exactor. tribut. libro 10.* Fontanella *decis. 138. num. 6. & 7. par. 1.* alios plures Modernos addit Romaguera *in addit. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 4. rub. 26. num. 8.* Undè dicit Diana manifestè apparere non posse Ministros laicos prohibere, ne Ministri Curiæ Episcopalis visitent loca, & domos meretricum : nam licèt concubinatus non sit delictum merè Ecclesiasticum, ut volunt aliqui, saltem est delictum mixti fori, inquit ergo necessariò sequi, posse Ministros Ecclesiasticos meretricum domus invisere, *resol. moral. part. 5. tract. 1. resolut. 10. & in coordinat. part. 9. tract. 2. resol. 293. num. 2. in fine,* sequitur Fermosin. *in cap. Cùm sit generale, quæst. 9. num. 6. de foro compet.*

37 Quarta est opinio, quæ verissima est quod quamvis concubinarii laici possint cogi, & puniri per utrumque Judicem, Ecclesiasticum, & sæcularem, cùm crimen concubinatus sit mixti fori, seu mixtæ cognitionis, hoc est intelligendum non simpliciter, sed cum distinctione. Nam si de crimine concubinatus agatur principaliter ad pœnam, & castigationem præteritæ culpæ, solus Judex sæcularis est Judex competens, & laicos concubinarios punire potest : Si autem agatur de correctione, & futura emendatione præviis admonitionibus, possunt laici concubinarii ab Ecclesiasticis Prælatis compelli, ut à peccato recedant, & concubinam ejiciant cum effectu. Sic Fagundez *in decal. tom. 2. præcep. 6. lib. 6. cap. 2. numer. 20. versic. Nihilominus, & num. 22.* quod probat *ex cap. penult. de cohabit. Cleric. & mulier. & ex Concilio Trident. sess. 24. de refor. capit. 8.* Pereyra *de man. Regia, part. 2. cap. 34. num. 11.* ubi quod crimen concubinatus est mixti fori, quia per Judicem Ecclesiasticum de eo cognoscitur ad correctionem tantùm, & per Judicem sæcularem de illo cognoscitur ad vindictam, idem Perevra *de man. Regia, part. 2. cap. 56. num. 7. 8. & 17.* Augustt. Barbosa *in recep. pract. concluf. verbo Concubinarii, & concubinatus, versic. Concubinatus crimen, fol. 68.* Sanfelicius *decis. 245.* ubi quod Judex sæcularis est competens contra concubinarios quoad pœnas temporales, Judex verò Ecclesiasticus quoad censuras, & sic fuisse expeditas provisiones, per Regium Collaterale Consilium, ubi refertur, Thoro *in supplemen. decis. verbo Judex sæcularis est competens, fol. 316.* Cutel. *de immun. Eccles. lib. 2. quæst. 88. sub numer. 1.* junctis his quæ dixit, *quæst. antecedent. 87. numer. 2. & 3.* & sentit Fontanella *decis. 138. numer. 25. part. 1.* Danza *de pugna Doctor. tit. de concubinis, à numer. 13.* ubi quod hodiè in Regno Ecclesiasticus procedit quoad censuras, laicus verò Judex quod alia, & testatur ita fuisse per Regium collaterale Consilium declaratum, & ordinatum, *tom. primo,* sic in Cathalonia per Cancellarium Eril, Consultoribus Guiamet, & Josa 16. Novembris 1635. occasione firmæ juris in Curia sæculari Subvicarii Regii, & Patiariorum Civitatis Dertusæ, per Syndicum d. Civit. Dertusæ, Annam Mariam Sabater, Annam Mariam Jordana Civitatis Cæsaraugustæ Regni Aragonum, & Catharinam Juz Oppidi de Torrent Regni Valentiæ factæ ratione capturæ propter turpem & inhonestam vitam dictarum trium mulierum quæ sunt de foro, & jurisdictione Domini nostri Regis, in illarum personas executæ, vigore provisionis factæ per Officialem & Vicarium Generalem Episcopi Dertusen. nec non etiam occasione mandati eisdem mulieribus, & cuilibet illarum de honestè vivendo sub pœna decem librarum, & exilii à Diœcesi Dertusen. & in subsidium majoris excommunicationis facti, & dictis mulieribus in carceribus Regiis Dertusæ detentis notificati, fuit declaratum firmæ juris factæ per Syndicum dictæ Civitatis Dertusæ, & dictas mulieres Sabater, Jordana, & Juz in Curia sæculari Subvicarii Patiariorum Civitatis Dertusæ locum fuisse, & esse de Regno Valentiæ videatur Regens Leo *decis. 154. à numero primo,* qui *numer. 11. 12. & 13.* plures sententias, seu declarationes Cancellarii illius Regni refert *tom. 2.* quas & alias cumulat Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. capitul. septimo, §. primo, num. 170. & 171.* sic intelligam Regium decretum Regnorum Castellæ, quod tradit Cævallos *de cognit per viam violen. part. secunda, quæst. 88. numer. 24.* adde in confirmatione dicenda *num. 68. & decis. seq. à numer.....* Undè Prælati Ecclesiastici non possunt visitare mulieres publicas, seu ut dicitur *hazer la ronda,* ut constat ex literis suæ Regiæ Majestatis, datis Matriti 14. Junii 1635. exequutis Panormit. 16. Januarii 1637. *cap. 2.* ut refert Riccius *de public. Jud. quæst. 36. num. 33. & 34.* quod est contra tradita *num. 36. in fine.*

Limitatur 1. hæc quarta opinio quando concu- 38
binarii ter moniti insordescunt in peccato, & excommunicati per annum persistunt, & quando concubinæ pariter ter monitæ non resipiscunt; nam in his casibus possunt Judices Ecclesiastici processus criminales contra laicos instituere, in aliis verò minimè, sic Pereyra *de man. Reg. part. secunda, cap. 34. nu. 11. Unde est mente tenendum,* quidquid eum refellat Diana *resol. moral. part. 5. tract. primo, resol. 10. & in coordinat. part. 9. tract. 2. resol. 293. num. 1. in fine, & num. 2.*

Certum enim est, quòd Judices Ecclesiastici non 39
possunt procedere contra laicos concubinarios, nisi præcedant tres monitiones, nam ad imponendam pœnam excommunicationis contra eos, tres monitiones requiruntur, Concil. Trident *sess. 24. de refor. cap. 8.* nam crimen concubinatus in laicis solùm ad correctionem defertur ad judicium Ecclesiæ, & quoad illud tantùm fit mixti fori, ut docent Avendano *de exequen. mandat. part. 1. capit. 22. numer. 14.* Pereyra *de man. Reg. part. secunda, cap. 34. numer. 12. versic. In secunda autem parte,* Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess. 24. de refor. cap. 8. num. 3.* Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 1. nu. 171. versic. Quo posito,* conducit idem Barbosa *in capit. Si quisquam 2. num. 2. & in capit. Si autem 6. numer. 3. & 4. de cohabit. Cleric. & mulier. & in reper. pract. concluf. verbo Concubinarii, versic. Unde, fol. 68.* Amaja *in l. Nemo carcerem 2. numer. 51. & 52. Cod. de exact. tribut. libro 10.* Istæque tres mo- 40
nitiones debent esse distinctæ, & separatæ, hoc est distinctis temporibus faciendæ concubinariis, Avendano, Pereyra & Barbosa super Consilio citati *nu. 39.* idem Barbosa *in reper. pract. concluf. verbo Concubinarii, & concubinatus, versicul. Concubinatus crimen, post princ.* idem Pereyra *de man. Reg. part. 2. cap. 34. num. 16. versicul. Sed adhuc,* idem Barbosa *collect. ad Concil. Trident. sess. 24. de refor. cap. 8.* 41
numer. 4. versic. Quòd si, ante finem, Et debent esse speciales in personam factæ, nec sufficiunt generales monitiones in diebus festivis, vel in Synodo, Pereyra *de man. Regia, part. 2. cap. 34. num. 16. versicul. Sed adhuc,* Augustt. Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess. 24. de refor. capit. 8. num. 4. versic. Quod si, in fine, & in cap. Sicut 4. num. 6. de cohabit. Cler. & mulier. & sess. 25. cap. 14. num. 7. versic. Specialiter, & num. 9.* Garcia *de benef. part. 11. capit. 10.* 42
num. 186. declar. 4. Riccius *collect. 684. versic. Et primo,* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 30.* Et in scriptis redigendæ, ex quibus constet eas præcessisse,

cessisse, Pereyra, & Barbosa *super Concilio*, citati
43 *num.* 45. Et quod tempus inter unam & alteram monitionem intervenire debeat arbitrio Judicum Ecclesiasticorum relinquitur, Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *cap.* 34. *sub num.* 6. *vers. Obstat tamen*, Barbosa *in cap. Sicut* 4. *sub num.* 6. *ante finem*.

44 Durantibus istis tribus monitionibus non possunt Judices Ecclesiastici laicis concubinatus pœnas ullas infligere, nec pecuniariam, nec exilii, nec capturæ, cùm in jure non reperiantur expressè, & ipsi solùm ad correctionem agant, finitis verò monitionibus possunt excommunicare, & si semper sordescant, possunt concubinarios capere, & in exilia mittere, novo jure super his instituto, infligentes ibi pœnas arbitrarias quæ sibi videbuntur, vel mulctam, sic Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *cap.* 34. *numer.* 15. ubi ad propositum adducit decretum Palatii Regii, Barbosa *in repert. pract. concluf. verbo Concubinarii, vers. Unde, post princip. fol.* 68.

45 Sublimitatur hæc 1. limitatio, ut procedat, quando Judices Ecclesiastici volunt sententiam excommunicationis proferre contra laicos concubinarios, nam tunc necessaria est trina monitio; secùs quando pœnis pecuniariis, vel aliis eos mulctari vellent, quo casu ista solemnitas trium monitionum non requiritur, Navar. *consil.* 8. *numer.* 1. *de offic. Ordin.* Riccius *decis.* 43. *numer.* 9. *part.* 4. decisum refert Armendar. *in addit. ad recop. leg. Navarræ, libro* 5. *tit.* 3. *l. unica de adulter. numer.* 10. decisionem Sacræ Congregat. refert Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 34. *numer.* 12. *vers. Quare, & vers. ad quartum, & numer.* 16. Barbosa *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 8. *num.* 3. *vers. Trinam monitionem, & num.* 4. *in cap.* 1. *num.* 3. & 4. *de offic. Ordinar.* & in repertor. *pract. concluf. verbo Concubinarii, vers. Unde, ad medium*, Valasc. *alleg.* 34. *num.* 11. & 12. *tom.* 1. Venetus *in examin. Episcop. lib.* 4. *capit.* 27. *numer.* 68. Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cleric. reali*, §. 3. *numer.* 5. ita judicatum in Hispalensi, & Granatensi Senatu testatur Vela *in cap.* 1. *part.* 1. *num.* 69. *vers. Sed illud, & num.* 70. & *part.* 2. *num.* 56. *de offic. Ordin.* Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.* 50. *numer.* 57. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 88. *aliàs* 87. & *part.* 5. *tract.* 1. *resolut.* 10. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 292. *numer.* 1. & 2. & *resol.* 293. *numer.* 2. Tondut. *de prævent. Jud. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 10.

46 Sed contra istam sublimitationem, quòd Judices Ecclesiastici non possint procedere contra laicos concubinarios per pœnas pecuniarias, aut corporales, nisi præcedente solemnitate trium monitionum, docent Zerola *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Concubinarii*, §. *Ad primum videtur*, Grilenzonius *consil.* 79. *numer.* 2. Riccius *in prax. resol.* 319. *num.* 3. *vers. Iis accedit, & collect.* 684. *versicul. Tertiò dubitari*, Danza *de pug. Doctor. tom.* 1. *tit. de concubinis, n.* 21. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *capit.* 34. *numer.* 12. & *capit.* 56. *num.* 7. & 8. Fontanella *decis.* 138. *num.* 35. *part.* 1. quidquid eos impugnent Barbosa, Diana, & Vela *locis citatis*, *numer.* 49. quia contra eos est verior sententia, ut latè probat omninò videndus Amaja *in l. Nemo carcerum* 2. *à numer.* 51. *ad* 61. *C. de exactor. tributor. libra* 10. sic observatur in Regno Valentiæ, decisiones Cancellarii illius Regni referunt Reg. Leo *decis.* 154. *num.* 11. & 12. & 13. *tom.* 2. Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. cap.* 7. §. 1. *n.* 171. *in fine, vers. Eo quod*, & in Cathalonia juxta declarationem Cancellarii Eril suprà traditam *numero* 37.

47 Limitatur 2. illa quarta opinio, si Judices Ecclesiastici sunt in possessione legitimè præscripta imponendi pœnas pecuniarias, seu alias corporales contra laicos concubinarios, ac inhonestè viventes, qua possessione, seu consuetudine extante, possunt Judices Ecclesiastici eas imponere, & jurisdictio ad eos pertinet, Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *capit.* 56. *numer.* 7. Belluga *in specul. Princip. rub.* 12. §. *Quædam, numer.* 104. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap.* 7. §. 1. *numer.* 172. decisiones Cancellarii Regni Valentiæ refert Reg. Leo *decis.* 154. *numer.* 12. & 16. *vers. Sed supradictis non obstantibus, & n.* 17. *plures citat, & n.* 18. *tom.* 2. Reg. Sesse *de inhib. cap.* 9. §. 2. *n.* 35. & *num.* 18. *tom.* 2. & si relegandam putet Cutel. *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 88. *num.* 3.

Sublimitatur hæc 2. limitatio, quòd licèt Judices 48
Ecclesiastici possint imponere concubinariis laicis, ac inhonestè viventibus pœnas pecuniarias, seu alias corporales, extante possessione legitimè præscripta, non tamen illas possunt exequi contra hujusmodi laicos, tàm in bonis, quàm in personis, sed executio facienda est, & fieri debet per Judices sæculares, Reg. Leo *decis.* 154. *num.* 18. *tom.* 2. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valent. capit.* 7. §. 1. *numero* 172. adde tradita *decis.* 231. *parte quarta*, & Larream *decis. Granatens.* 1. *à numer.* 16. *signanter à numer.* 20.

Difficultas major consistit, A quo Judice punien- 49
dæ sint concubinæ Clericorum, vel mulieres ab eis cognitæ? de qua pluries fui interrogatus, Cenedo remissivè tractat *collect. ad decretal.* 34. *num.* 2. & in ea variæ sunt Doctorum opiniones.

Prima opinio est. Quòd concubinæ Clericorum, 50
vel mulieres ab eis cognitæ, nequaquam propter concubinatum, seu coitum cum Clericis puniri debent per Judicem sæcularem, sed privativè puniri debent per Judicem Ecclesiasticum, solumque Judicem Ecclesiasticum esse competentem in hoc casu. Tum quia concubinæ Clericorum sunt de eorum familia, *argum. l.* 1. §. *Familiæ, ff. de publican.* fiunt enim una caro cum Clericis concubinariis, juxta illud Divi Pauli 1. *ad Corinth. capit.* 6. *vers.* 26. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 87. *numer.* 5. & 17. & *quæst.* 88. *n.* 13. sed familia Clericorum sequitur eorum forum, *l.* 1. & 2. *Cod. de Episcop. & Cler. l. Non aliter, ff. de judic. l.* 1. *Cod. Si qua prædict. potest.* Ergo &c. Tum quia mulieres turpiter Clericis inhærentes peccant in Ecclesiam, Panormit. *in capit. Si concubinæ, de sentent. excomm.* sed Clericis inhærentes sequuntur eorum forum, *ut dicunt glossæ statim citandæ*. Ergo, &c. Tum quia fornicariæ cum Clericis sacrilegium committunt, Felin. *in capit. At si clerici, numer.* 37. *de judiciis*. Sed crimen sacrilegii punitur in judicio Ecclesiastico, ut tradunt Archidian. & alii *mox allegandi*, Ergo &c. Tum quia correlativorum idem jus, & ratio est, & dispositio loquens in uno similiter in alio procedit, Barbosa *axiom.* 61. *num.* 1. sed Concubinæ Clericorum communem causam cum illis habent, & sunt correlativi. Ergo illæ sicut illi per Judicem Ecclesiasticum judicandæ sunt. Tum quia Principes sæculares nihil contra Clericorum statutum attentare possunt, nec directè, nec indirectè, *capit. primo, de immunit. Eccles. in* 6. At si Judices sæculares concubinas Clericorum punirent, Clerici infamarentur propter connexitatem delicti, saltem de facto *canon. Tantis Daniel* 80. *distinct.* & ministerium Ecclesiasticum vituperaretur, & Clerici scandalizarentur per laicos, quibus infesti sunt, *canon. Nullus laicus* 2. *canon. Laicos* 5. 2. *quæst.* 7. quæ quidem infamia periculosa est, cùm mala fama Clericorum corda fidelium percutit, & in horum mentibus scandalum generatur, *canon. Presbyter si à plebe* 13. *canon. Si mala fama* 16. 2. *quæstion. quinta*, & laici turpitudinem Clericorum indirectè manifestante sententia Cam filii Noe jure ac merito damnatur, *canon. Qualis, canon. Oves, quæstion. prima*, quapropter Constantinus Imperator dixisse legitur, quòd clamyde sua cooperiret Clericum peccantem, ne ab alio videretur, *canon. In scriptis* 96, *distinct.* Felin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.* 102. *col.* 2. *ante finem, vers. Maximè, de constitut.* Aviles *in capit.* 47. *prætor verbo O Clerico, numer.* 2. & *tali*, Marta *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 44. *num.* 4. notat Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *cap.* 75. *sub num.* 5. Gomez *in l.* 80. *tauri, num.* 21. *in fin. princ.* Sperell. *decis.* 19. *num.* 19. *vers. Quamobrem, lib. primo*. Tum denique prohibitio criminis

con-

concubinatus habuit originem ab Ecclesia, *can. Nemo blandiatur* 32. *quæstion.* 4. & de jure civili permittitur, *l. In concubinatu, ff. de concubin. C. eodem*, & consequenter ad jurisdictionem Judicum Ecclesiasticorum ejus cognitio pertinet, & spectat, *sic glos. in can. Eos qui* 10. *verbo Eos qui, versic. Sed objicitur, usque ad finem* 32. *distinct.* ubi Archidiac. Geminian. Cardinal. & Barbosa *num.* 3. *gloss. in canon. Si quispiam, verbo Judicetur* 81. *distinct. gloss. in can. Cùm multæ* 2. *verbo Ex ancilla* 15. *quæst.* 8. Abbas *in cap. Cùm sit generale, numer.* 25. Felin. *num.* 12. *&* 14. Butrius *numer.* 20. *de foro compet.* idem Abbas *in capit. Si concubinæ, numer.* 1. Felin. *notab.* 2. *de senten. excom.* Jason. *in l. Cùm quædam puella, numer.* 17. Decius *numer.* 16. *versic.* 2. Alexand. *numer.* 17. Roman. *quam legit sub l. Si convenerit, n.* 4. *versic. An autem, ff. de jurisdict. omni Jud.* Socin. *in l. Senatus in fine, ff. de reb. jud.* Joan. de Platea *in l.* 1. *C. de mulier, & in quo loco l.* 10. Anchar. *cons.* 196. *& in cap. Ea quæ, num.* 26. *de reg. jur. in* 6. Feder. *de Senis, cap.* 167. *numer.* 1. *&* 4. Marsil. *singul.* 180. *in fine*, Roman. *singul.* 665. Angel. *de malefic. verbo Que ay adulterato la mia donna, numer.* 36. Aufrer. *de potest. sæcul. super Eccles. reg.* 2. *num.* 34. Decianus *tract. crim. l.* 4. *capit.* 16. *num.* 18. *& cap.* 26. *num.* 25. *& l.* 6. *capit.* 21. *num.* 37. *&* 38. Petra *ad Capyc. Latr. decis.* 102. *litera A*, Jacob. de Frasis *decis. aur. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 32. Vupel. *de liber. Eccles. part.* 2. *capit.* 27. Marta *de jurisdict. par.* 4. *cent.* 1. *casu* 44. *à numer.* 5. Duard. *in Bull. Cœnæ, l.* 2. *canon.* 15. *quæst.* 27. *num.* 16. *&* 17. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 181. Matienco *l.* 6. *gloss.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Cævallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 52. *numer.* 5. 6. *&* 7. Scialoya *de foro compet. cap.* 27. *numer.* 21. Aviles *in proœm. cap. Prælator. numer.* 30. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 26. *num.* 23. *in fine*, Osascus *decis.* 103. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. Tondutus *de prævent. Jud. par.* 2. *capit.* 29. *numer.* 28. Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *tit. de discipl. Cler.* §. 15. *numer.* 64. *& tit. de favore Cler.* §. 4. *numer.* 49. ubi subdit, propterea solùm Judicem Ecclesiasticum posse illas expellere à domibus Clericorum, eisque prohibere sub pœna fustium, aliisque pœnis de non ampliùs cum Clericis habitando, vel conversando, Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 24. *num.* 10. *versic. Quia concubinæ Clericorum, & num.* 11. *&* 12. *de constitut.* latissimè Sperell. *decis.* 19. *tota, signanter à num.* 4. *tom.* 1. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 87. *tota, præcipuè à num.* 9. *vers. Sed contineo, & q.* 88. ubi quòd concubina Canonici Ecclesiæ Cathedralis non potest puniri per solum Episcopum sine adjunctis. Et alii allegandi *n.* 55. *&* 56. sic in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 3. Septembris 1629. occasione firmæ juris in Curia Vicarii Regii Civitatis Dertusæ factæ per Paulum Monpeo Bajulum Villæ de Miravet Castellaniæ Ampostæ pro interesse suæ jurisdictionis, & per Elisabethem Pagaroles viduam dictæ Villæ de Miravet, procedimentis contra dictam viduam Pagaroles factis in Curia Ecclesiastica Dertusæ factis ad instantiam ejus Fisci Procuratoris, ex quo dicta Pagaroles inhonestè tractabat & cum populi scandalo cum quodam Presbytero se carnaliter commiscebatur. Et visis inquisitionibus in dicta Curia Ecclesiastica contra dictam Pagaroles factis, & fulminatis ratione turpitudinis, & peccati per eam cum dicto, & eodem Clerico commissæ, & commissi, & visis pluribus mandatis, sive monitoriis ab eadem Curia Ecclesiastica contra diversos laicos ea de causa expeditis, fuit declaratum, firmæ juris in Curia sæcularii Vicarii Regii Civitatis Dertusæ per dictum Monpeo Bajulum de Miravet, & per dictam Elisabethem Pagaroles factæ, locum non fuisse, nec esse.

51 Hæcque prima opinio nodum procedit quoad concubinas, & fornicarias solutas, quæ commiscendo se cum Clericis simpliciter fornicationem committunt, ut tunc solus Judex Ecclesiasticus cognoscit, secundùm opinionem, quam fatentur Boss. *in prax. tit. de coitu damnato, num.* 15. *&* 16. Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *n.* 10. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 132. *versic. Et licet*, sed etiam contra concubinas, & fornicarias nuptas, Sperell. *decis.* 19. *num.* 4. *ante finem, versic. Et quamvis*, ubi testatur ipsum vidisse per totam ferè Italiam, ut Judices sæculares non se ingerant in puniendo mulieres etiam conjugatas pro copula habita cum Clerico, *lib.* 1. & in casu relato per Ciarlin. *controvers. forens. cap.* 50. *lib.* 1.

Secunda est opinio, quòd concubinæ Clerico- 52
rum, seu mulieres ab eis cognitæ non debent privativè puniri per Judicem Ecclesiasticum, neque ipsum esse solum Judicem competentem propter concubinatum, seu coitum cum Clericis, sed tùm puniri possunt per Judicem Ecclesiasticum ex præventione per illum facta, ita ut concubinæ Clericorum sint mixti fori propter concubinatum, & ab utroque Judice Ecclesiastico, & sæculari puniri possunt, ut sit locus præventioni. Tum quia prima ratio in contrarium adducta, quod concubinæ Clericorum sunt de eorum familia, & familia Clericorum sequitur eorum forum, respondet Jason. *in l. Cùm quædam puella, num.* 17. *ff. de jurisdict. omn. Judic.* parum facere ad illud, quia illa jura, in quibus argumentum fundatur, intelligi debent de familia Clericorum licita, *argum. l. relegatorum, in fine, ff. de interdict. & relegat.* sequuntur Aviles *in cap.* 47. *prætor verbo O Clerigo, numer.* 1. *versic. Et licet*, Ansald. *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 7. *capit.* 2. *sub numer.* 158. & ex alia ratione *n.* 57. referenda. Et etiam quia familia laica temporalis Clericorum non gaudet privilegio fori, juxta veriorem opinionem in Cathalonia observatam, ut latè tradidi reprobatis contrariis *decis.* 8. *numer.* 121. 122. 123. *part.* 1. *& decis.* 146. *à num.* 15. *ad* 23. videndus Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 24. *num.* 14. *de constitut.* ubi dicit, quòd quantumvis concubinæ Clericorum dici debeant de eorum familia, tamen quia jam hæc famulatus immunitas respectu famulorum laicorum in desuetudinem plurimum abierit, eo quod famuli laici sunt congrui, ut punitio concubinatus, & aliorum delictorum commissorum à famulis laicis Clericorum pertineat ad laicum Judicem. Et pleno calamo Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 5. *toto, & notat. par.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 138. *in fine*. Tum quia secunda, & tertia ratio, quòd mulieres turpiter Clericis inhærentes peccant in Ecclesiam, & sacrilegium committunt, respondet Ansaldus *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 7. *capit.* 2. *numer.* 139. *&* 140. quod inde non sequitur, quod pertineat privativè ad Judicem Ecclesiasticum, cùm possit etiam Judex sæcularis cognoscere, & punire, Azevedo aliter respondet *l.* 1. *num.* 121. *versic. ibi, & num.* 122. *tit.* 19. *lib.* 8. *recopil.* ut infra *n.*.... Tum quia ad argumentum correlativorum, & quod Clerici infamarentur propter connexitatem delicti, respondeo, infra *num.*.... Tum quia licèt prohibitio criminis concubinatus habuit originem ab Ecclesia, & dicant aliqui, quòd sit à jure civili permissus. Tamen verior est opinio, quòd est jure civili prohibitus, ut docent quamplures ex citatis *numer.* 15. maximè hodie de jure civili novissimo authenticorum, *ut suprà, num.* 6. & legibus, ac statutis Provinciarum, *ut supra, num.* 17. ita Socin. Aretin. Decius, & Cagnol. quos refert Diana *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 56. & eis relatis Sperell. *decis.* 19. *sub n.* 2. *l.* 1. quibus addendi sunt Palac. Rub. *in repet. rub. de donat. inter vir. & uxor.* §. 39. *num.* 7. Orosius *in l. Cùm quædam puellæ, num.* 11. *versic. Concubina vero, ff. de jurisdict. omn. Jud.* Piger. *in addit. ad Romanum, singul.* 66. Gomez *in l.* 80. *Tauri, à n.* 19. Aviles *cap.* 47. *prætor, verbo O Clerigo, per totam glossam*, Avendano *de exequend. mandat. par.* 2. *cap.* 26. *à num.* 7. *&* 13. Guttier. *canonicar. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 14. *in fine, & num.* 7. *in fine* 72. 73. *&* 75. Salzedo *ad Bernard. Diaz. in praxi canonic. cap.* 79. *alias* 82. *litera B, versic. Concubinæ*

cubina Clerici, Vela *in prax. delictor. cap. 6. num.* 8. 9. 10. Bobad. *in polit. lib. 2. cap. num.* 54. Thom. Valasc. *allegat. jur.* 34. *num.* 4. *tom.* 1. quos reprobata prima opinione, citat alter Vela *in cap. 1. par.* 1. *num.* 67. *&* 68. *de offic. Ordin.* addo Barbosam *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 61. *& in l.* 2. *num.* 10. *C. de Episcop. & Cleric. & in cap.* 51. *Quisquam* 2. *numer.* 4. *de cohab. Cler. & mulier.* Pereyram *de man. Regia*, *part.* 2. *cap.* 34. *n.* 11. *vers. Quid si è converso*, *ibi*: *Quid autem*, Farinacius *in prax. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 132. *versic. Et licet*, Fagundez *in decal. præcept.* 6. *lib.* 6. *cap.* 2. *numer.* 23. latè propositis argumentis contrariis, eisque solutis, reprobata prima opinione, Ansaldus *de jurisd. part.* 4. *lib.* 7. *cap.* 2. *à numer.* 131. *ad* 142. notat Azevedo *in l.* 1. *num.* 35. *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* ita observari vidisse ex praxi communi Episcoporum Hispaniæ nostræ tradit Fermosin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *quæst.* 44. *numer.* 14. *de constitut.* Et quod possit Judex sæcularis concubinas Clericorum etiam in Sacris constitutorum punire, & expellere, Sanfelicius *decis.* 245. *num.* 3. Scialoya *de foro compet. cap.* 27. *num.* 21. *in fine*, & intrare domus Religiosorum, & conjugatorum ad inquirendas concubinas, Gomez *in l.* 80. *tauri*, *num.* 20. *in fine*, *versic. Item adde*, & ad Bullam Leonis Pap. X. in qua se fundat Marta *de jurisd. par.* 4. *cent.* 1. *casu* 44. *num.* 10. respondet Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 75. *num.* 3. *in fine*, *vers. Nec aliud probant*, Fermosinus *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *quæst.* 24. *n.* 16. *de constit.*

53 Tertia est opinio, quòd concubinæ Clericorum puniri debent per solum Judicem sæcularem; quia concubinæ laicorum non sequuntur forum concubinariorum, *gloss. in l. extra dotem*, *ff. de jud. gloss. in can. Clericum* 3. 11. *quæst.* 1. Riccius *decis.* 108. *num.* 4. *par.* 2. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 26. *n.* 3. Danza *de pugna Doctor. tom.* 1. *tit. de concubinis*, *cap.* 1. *n.* 27. Scialoya *de foro compet. cap.* 27. *numer.* 31. nec eorum domicilium sequuntur, *l. de jure* 32. *ff. ad municip. gloss.* 1. *in leg. Cùm quædam puella* 19. ubi Angel. *n.* 3. *vers. Secus in concubina*, Jason. *num.* 16. Decius *num.* 16. *ff. de jurisdict. omni Jud.* nec gaudent beneficio electionis fori, quo gaudent earum amasii personæ privilegiatæ, Novar. *in prax. elect. fori*, *tom.* 1. *sect.* 3. *quæst.* 7. Scialoya *de foro compet. cap.* 27. *numer.* 31. *vers. Et ideo*, ergo multo minus est id concedendum concubinis Clericorum, in quibus major est turpitudo, ut rectè tenet Anton. Franciscus de Doctor. *in addit. ad Panormit. in cap.* 2. *de foro compet.* quem refert, & sequitur Gambacurta *de immunit. Eccles. lib.* 7. *capit.* 11. *numer.* 4. & sentit apertè Ansaldus *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *à numer.* 121. *ad* 152. *signanter numer.* 138. Latè Pereyra *de man. Regia*, *par.* 2. *cap.* 75. *num.* 2. *&* 3. Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differ.* 9. §. 3. *numer.* 5. Amaja *in l. Nemo carcerem* 2. *num.* 49. *C. de exact. tribut. lib.* 10. & licèt Guazinus *defen.* 1. *capit.* 26. *numer.* 23. dicat quòd concubinæ laicorum sequuntur eorum forum, si eo animo ad amasios se conferant, intelligat Scialoya, si concubinæ se conferant ad locum domicilii amasiorum animo ibi perpetuò permanendi, *de foro compet. cap.* 27. *num.* 31. *versic. Et quod diximus*. Tamen hæc limitatio licèt vera sit in se, congrua non videtur; nam forum novum ratione domicilii fortiuntur, Jason. *in l. Cùm quædam puella*, *numer.* 16. *de jurisdict. omn. Judic.* sed non ratione concubinatus contrahunt domicilium, Decius *in dicta l. Cùm quædam puella*, *num.* 16. *ff. de jurisd. omn. Jud. Trivisan. decis.* 23. *n.* 1. *lib.* 1. Riccius *decis.* 108. *n.* 3. *in fine*, *&* *num.* 4.

54 Quarta est opinio distinguens. Quod si concubinæ Clericorum sunt occultæ, non possunt puniri per Judicem Ecclesiasticum, nec hac occasione personæ Ecclesiasticæ in foro sæculari; si tamen concubinæ Clericorum sunt publicæ, seu notoriæ, puniri possunt per Judicem sæcularem, quia tunc Prælati permittendo concubitus publicos dicuntur indulgere, ita Anchar. *cons.* 196. *&* *in capit. Ea quæ*, *numer.* 26. *de regul. jur. in* 6. quem sequuntur quamplurimi ex Doctoribus citatis *num.* 59. Panormit. *in cap. Cum sit generale*, *num.* 25. ubi Felin. *num.* 24. *de foro compet.* idem Felin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *num.* 102. *de constit.* Anan. *num.* 4. *in rub. de adult.* Bossius *in prax. tit. de coitu damnato sub numer.* 15. *&* 18. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *num.* 4. *versic. quod certè*, Avendano *in cap.* 26. *Prætor. n.* 7. *lib.* 2. Boer. *decis.* 72. *à n.* 1. Aviles *cap.* 47. *prætor. verbo O Clerigo*, *n.* 1. *&* 2. Matienco *l.* 6. *gloss.* 2. *n.* 13. *&* 14. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Salzedo *ad Bernard. Diaz in prax. cap.* 79. *alias* 82. *vers. Concubina Clerici*, Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 37. Gomez *in l.* 80. *tauri*, *n.* 21. *toto*, Azevedo *l.* 1. *n.* 121. *vers. & ibi*, *& in l.* 2. *n.* 2. *in fine*, *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 54. Pereyra *de man. Regia*, *par.* 2. *cap.* 34. *num.* 11. *vers. Quod sic*, *ibi*: *Et quod si sit concubina notoria*, *& par.* 1. *cap.* 56. *n.* 15. *&* *cap.* 75. *n.* 4. *&* 5. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 11. *sub n.* 9. Farin. *post tom.* 3. *concil. in addit. ad par.* 1. *q.* 8. *num.* 123. Tondutus *de prævent. Jud. par.* 2. *cap.* 29. *n.* 28. Rodoer. à Cunha *in can. Eos*, *n.* 7. *dist.* 32. Scialoya *de foro compet. cap.* 27. *sub num.* 21. Salgado *de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 47. *&* 48. Ansald. *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *n.* 146. *&* 147. Tusch. *pract. concl. litera M*, *conclus.* 293. *numer.* 44. Bellet. *disq. Cler. par.* 2. *tit. de favore Cler. reali*, §. 4. *n.* 49. *&* 50. Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 50. *n.* 50. *&* 51. Sperell. *decis.* 19. *n.* 4. *&* *n.* 5. ubi putat in puncto juris verius esse *lib.* 1. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. q.* 87. *n.* 19. *&* 24. ubi non audet impugnare distinctionem traditam, quam probabilissimam censet, tum propter authoritatem tot gravissimorum Doctorum, qui eam sequuntur, tum propter ea, quæ resultant ex punitione delictorum, & *num.* 29. eadem distinctio fit in statuto de 55 puniendis concubinis Clericorum, ut valeat, si concubinæ sunt publicæ, secùs si occultæ, sic Anchar. & alii ferè omnes citati *num.* 5. & Marta *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 44. *numer.* 3. Crotus *in l. Omnes populi*, *n.* 83. *C. de Sum. Trinit.* Mascard. *de gener. stat. interp. concl.* 1. *num.* 49.

Plus dicit Pereyra, quòd valet statutum laicorum, 56 ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipsis concubinis factis, etiamsi disponat, & loquatur de concubinis Clericorum, *de man. Regia*, *par.* 2. *cap.* 75. *numer.* 1. sequitur Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *quæst.* 24. *num.* 15. *de constitut.*

Quidquid prædictam distinctionem traditam *num.* 57 58. impugnent Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *capit.* 29. §. 2. *n.* 61. *versic. Unde non est probanda*, *& in cap. Si quisquam* 2. *num.* 4. *versic. Unde non est probanda*, *de cohabit. Cleric. & mulier.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 87. *n.* 20. 21. 22. *&* 23. & dicat Sperell. in praxi unquam vidisse per Curiam sæcularem procedi contra concubinas publicas Clericorum, sed potius Principes, vel Magistratus laicos solere admonere Prælatos, ut provideant, & scandala hujusmodi de medio tollant *dec.* 19. *num.* 5. *lib.* 1. & quidquid contra tradita *numer.* 59. negent validitatem statuti laicorum punientis concubinas publicas Clericorum, Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *n.* 102. *de constitut.* Marta *de jurisdict. par.* 4. *cent.* 1. *casu* 44. *num.* 1. Sperell. *decis.* 19. *numer.* 13. *lib.* 1. Mascard. *de gener. stat. interp. concl.* 1. *n.* 49. *in fine*, Jason. *in l. Cum quædam puella*, *n.* 17. *in fine*, *ff. de jurisdict. omn. Jud.* Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cleric. reali*, §. 4. *n.* 54. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *q.* 24. *n.* 10. *post princ. de constitut.* Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *in fine*, *vers. Unde*, *& in cap. Si quisquam* 2. *n.* 4. *vers. Unde*, *de cohabit. Cler. & mulier.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 87. *n.* 21. *in fine*, & quidquid contra Pereyram citatum *numer.* 60. scripserunt Diana *resol. mor. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 11. *&* *in coordin. p.* 9. *tract.* 2. *resol.* 294. Thom. del Bene *de parlament. dub.* 34. *sect.* 24. *de imm. Eccles. tom.* 1. *c.* 5. *dub.* 7. *sect.* 23.

sect. 13. Fermòsin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, q.* 24. *num.* 10. *in princ. juncto num.* 13. *sed id intelligit num.* 17. *de constit.*

58 Sed salva pace tantorum Doctorum in hac quarta opinione *num.* 58. 59. 60. & 61. citatorum, mihi arridet, quod concubinæ Clericorum etiam occultæ puniri possunt à Judicibus sæcularibus, ut doctè probat Fagundez *in decalogo, præcep.* 6. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 24. & multo magis querelari, Tusch. *pract. conclus. litera M, n.* 45. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *capit.* 50. *numer.* 50.

59 Et si scire desideras quæ dicantur concubinæ occultæ; collige ex latè traditis per Fagundez *de præcept. Ecclesiar. præcept.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *à numer.* 23. *versic. Videndum ergo est*, & per Barbosam cum innumeris *de potestat. Episcop. part.* 2. *alleg.* 39. *à num.* 20. & *in collect. ad Conc. Tridentin. sess.* 24. *de reform. cap.* 6. *à num.* 25. *remissivè in capit. Vestra* 7. *num.* 6. *de cohabit. Cler. & mulier.*

60 Et quæ dicantur concubinæ publicæ, & notoriæ, ac concubinarii publici, & notorii; videantur Decian. *tractat. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 9. Farinac. *de delict. carnis, quæst.* 138. *num.* 86. Salzedo ad Bernard. Diaz *in prax. crim. canon.* 79. *numer.* 1. *versic. Quando autem dicatur*, & *num.* 2. *circa medium, litera E, versic. Necnon quòd hujusmodi*, & *n.* 3. Azevedo *l.* 1. *num.* 61. *versic. Quoties*, & *n.* 62. & 76. *tit.* 19. *lib.* 8. *recopil.* Pereyra *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 56. *num.* 15. *versic. Publici autem*, & *cap.* 75. *num.* 5. *vers. Quia tamen publicitas*, Aviles *in cap.* 47. *prætor. verb. Manceba publica, numer.* 1. Ansald. *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *à num.* 99. Jul. Chartar. *dec.* 49. *numer.* 20. Barbosa *in canon. Si qui sunt* 15. *distinct.* 81. & *in cap. Vestra* 7. *num.* 3. 4. & 5. & *in cap. Tua nos* 8. *num.* 3. & 7. *de cohabit. Cler. & mulier.* & *in cap. Cùm dilectus* 3. *num.* 20. *num.* 3. *de accusation.* Beller. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de discip. Cleric.* §. 1. *numer.* 45. remissivè Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 47. *in fine*, Sperell. *dec.* 19. *numer.* 6. *lib.* 1. Bobadill. *in polit. libr.* 2. *cap.* 17. *numer.* 56. *in fine*, Cenedo *collect. ad decretal.* 34. *sub num.* 3. & latè Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 87. *à numer.* 35.

61 Quinta est opinio. Quòd concubinæ Clericorum possunt puniri per Judices sæculares, quando Judices Ecclesiastici non possunt eas punire, aliquo relevante impedimento, ut si violentiis, aut notoriis, & imminentibus periculis se exponerent *glos. in canon. Eos* 32. *dist.* Bellet. *disquis. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. reali*, §. 4. *numer.* 54. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 181. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisd. quæst.* 87. *n.* 25. 26. & 27.

62 Sexta est opinio. Quòd Concubinæ Clericorum possunt puniri per Judices sæculares, quando Judices Ecclesiastici sunt negligentes in eis puniendis, Decian. *tractat. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 37. Farinac. *post tom.* 3. *concil. in addit. ad part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 132. Ciarlin. *contr. forens. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 51. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de comp. jurisd. quæst.* 87. *num.* 28. ubi declarat procedere, facta priùs admonitione, & requisitione Judicibus Ecclesiasticis, ut illas puniant, & tunc si non efficiant, plectere poterunt per se Judices sæculares. De cujus opinionis veritate, vide à me citatos *decis.* 28. *numer.* 36. *part.* 1. Scialoya *de foro compet. cap.* 16. *numer.* 80. *versic. Sed non sic*, & Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 390.

63 Sicut è converso Judices Ecclesiastici possunt punire laicos concubinarios, quando Judices sæculares sunt nimis negligentes in eis puniendis, & ita conniveant, ut ita scandalum emergat in Rempublicam, Parlador. *rer. quot. tom.* 2. *dissert.* 9. §. 3. *num.* 5. super quo vide Doctores à me citatos *decis.* 28. *num.* 37. *part.* 1. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 391. Scialoya *de foro compet. cap.* 16. *numer.* 80. *in princ.* Solorzanus *de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *à numer.* 55. & *in polit. lib.* 4. *cap.* 7. *versic. Pertenece tambien, fol.* 547. quod in Hispania non admittitur, vide quamplures Doctores à me laudatos *dec.* 28. *num.* 38. *part.* & alios citatos per eundem Solorzanum *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *à num.* 60. & *in polit. lib.* 4. *cap.* 7. *J verdaderamente, cum seq. fol.* 547. Ybanez de Faria ad Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. *juncto num.* 13. Pereyram *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 35. *num.* 11.

64 Octava est opinio. Quod si contra concubinas Clericorum agitur principaliter ad pœnam, & punitionem præteritæ culpæ, solus Judex sæcularis est competens, & illas punire potest; si autem contra concubinas Clericorum agitur de correctione, & futura emendatione, ut à peccato recedant, præviis admonitionibus, Judex Ecclesiasticus competens est, vide tradita *num.* 37. quæ hìc repetenda sunt, & decisiones Cancellarii Cathaloniæ ibidem relatæ. Addo declarationem Cancellarii Puigmari, Consultoribus Guerau, & Pexo 17. Decembris 1630. ratione impedimenti per Joannem Adislaum Rius Mercatorem Civitatis Dertusæ illati cuidam mulioni ejusdem Civitatis, qui de ordine, & mandato Episcopi Dertusen. ducebat quandam mulierem uxoratam ad Civitatem Valentiæ, ad hoc ut ibi cum viro suo cohabitaret, quæ procedimenta, dum per censuras, & moderatam mulctam procedatur, ad medelam animæ potiùs quàm ad punitionem tendunt, quo in casu ad Curiam Ecclesiasticam pertinet cognitio, ad sæcularem verò delicti punitio: & in ea fuit deciaratum, firmè juris per dictum Joannem Adislaum Rius in Curia seculari Regii Consilii criminalis factæ locum non fuisse, nec esse, ita tamen ut una Curia per alteram non impediatur procedere suo in casu. Et in his terminis est intelligenda declaratio ejusdem Cancellarii Puigmari tradita *numer.* 54. adde dicenda *decis. seq. num.* ..

65 Sed advertant Judices tàm Ecclesiastici, quàm sæculares suo casu, ut cautè procedant contra mulieres conjugatas concubinas, & fornicarias, quarum mariti, vel absentes sunt, vel ignorant concubinatus, propter periculum, quod illis imminet, nisi mariti talium mulierum concubinarum scirent vitam, & mores uxorum suarum, & consenserint; nam eo casu nullum periculum subest, nec illæ gaudent privilegio mulierum conjugatarum, Gomez *in l.* 80. *tauri, num.* 20. Avendano *cap.* 26. *prætor. n.* 8. *lib.* 2. Aviles *cap.* 47. *prætor. verbo Manceba publica, n.* 3. Matienco *l.* 6. *glos.* 2. *n.* 19. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Azevedo *l.* 2. *num.* 3. 4. & 5. *tit.* 19. *lib.* 8. *recop.* Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 56. *aumer.* 12. *versic. An autem*, Gizarel. *dec.* 54. *à numer.* 19. Præsumitur tamen maritorum scientia, si eorum mulieres vulgares sint, & palam omnibus pateant, Ramon noster *cons.* 23. *numer.* 30. *in fine*, Farinac. *de delict. carnis, q.* 143. *num.* 27. Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. cap.* 8. §. 8. *n.* 194. noster Don Michael de Calderò *dec.* 30. *n.* 25. *part.* 1.

66 Unum non omitto, quòd in Cathalonia contra concubinarios procedi potest absque accusatore, & sine instantia partis, etiam contra Nobiles Militares, ac privilegio militari gaudentes, quia crimen ex sui natura instantiam non requirit, Fontanella cum observantia nostri Senatus *decis.* 138. *tota, part.* 1. quem sequuntur Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat.* 4. *num.* 216. Altimar. *de nullitat. rub.* 13. *quæst.* 27. *num.* 94. Villaplana *de Brachio militari, cap.* 3. *à num.* 107. Romaguera in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rubric.* 26. *num.* 9. Don Michael de Calderò *dec.* 30. *numer.* 27. *part.* 1.

ARGUMENTUM.

An sacrilegus sit puniendus à Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Sacrilegii etymologia.*
2 *Sacrilegii definitio.*

3 *Sacrilegii ſpecies.*
4 *Sacrilegium committit Clericum occidens, vulnerans, vel percutiens.*
5 *Sacrilegium committit carnaliter cognoſcens Monialem, ſeu virginem Deo dicatam.*
6 *Sacrilegium circa perſonam ſacram quibus aliis modis committatur, remiſſivè.*
7 *Sacrilegium circa locum ſacrum, remiſſivè.*
8 *Locus ſacer ad effectum ſacrilegii quiſnam dicatur.*
9 *Sacrilegium an ſit effuſio ſanguinis, vel ſeminis ſi occultè fiat in Eccleſia, contineatque malitiam in confeſſione explicandam.*
10 *Sacrilegium, ut ſit effuſio ſanguinis, vel ſeminis in Eccleſia, debet eſſe in aliqua quantitate, non unius, vel alterius guttæ.*
21 *Sacrilegi an ſint actus impudici in partibus pudendis, & inhoneſtis, habeantque ſpecialem malitiam mortalem ſacrilegii neceſſariò in confeſſione explicandam.*
12 *Sacrilegium non ſunt aſpectus, nutus, & confabulationes inhoneſtæ in Eccleſia habiti, nec habent ſpecialem malitiam ſacrilegii in confeſſione explicandam.*
13 *Sacrilegium non ſunt tactus leves impudici per partes non pudendas veluti per manus, per pectora, & per alias non impudicas in Eccleſia habiti, nec habent ſacrilegii malitiam.*
14 *Sacrilegium circa rem ſacram quibus mediis committatur.*
15 *Sacrilegium circa res ſacras diverſos habet gradus, & explicatur.*
16 *Sacrilegii circumſtantia non eſt tempus ſacrum.*
17 *Sacrilegium ex genere ſuo eſt peccatum mortale, licèt ratione inadvertentiæ, vel parvitatis materiæ poſſit eſſe ſolùm veniale, n. 17. & quando peccatum mortale fuerit, neceſſariò explicari debet in confeſſione, n. 18.*
19 *Sacrilegii malitiam mortalem habet neceſſariò in confeſſione explicandam, quando furantur profana in Eccleſia, hoc eſt tradita ipſi Eccleſiæ in depoſitum, in pignus, vel in cuſtodiam.*
20 *Sacrilegii peccatum ſpeciale non committit, qui furatur crumenam, ſeu aliam rem profanam alicujus in Eccleſia exiſtentis, nec excedit furtum ſimplex.*
21 *Sacrilegium non committitur, quando furtum committitur in re deſtinata Eccleſiæ, non tamen adhuc tradita.*
22 *Sacrilegus an ſit puniendus per Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem, numer. 22. referuntur de jure ſex opiniones, num. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43. quid praxis obſervet, num. 44. 45. 46. 47. 48. & 49. & ſtandum conſuetudini, num. 50.*
37 *Delinquens delicto mixti fori an ſit puniendus per Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem, n. 37. ſed vide à n. 22. ad 50.*
51 *Caput cùm ſit generale, de foro competenti, & conſtitutio Pii V. data 20. Junii 1566. declaratur.*
52 *Laicus punitus pro ſacrilegio, ſeu alio delicto mixti fori, per Judicem Eccleſiaſticum, inquiritur, & condemnatur per Judicem ſæcularem.*
53 *Sacrilegus pro corporali pœna criminis ſacrilegii gaudet indulto Principis ſæcularis.*
54 *Compoſitiones in Cathalonia fieri non poſſunt pro crimine ſacrilegii, donec illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religioſos impoſuerint, plenariè ſatisfecerint injurias, & abſolutionem ab Eccleſia Romana obtinuerint.*

DECISIO CCLXV.

1 SAcrilegium dicitur ſecundùm Divum Iſidorum *lib. 10. etymolog. cap. 18.* quaſi rei ſacræ legium, ideſt, furtum, Villalobos *in ſumm. moral. part. 2. tractat. 39. diff. 1. num. 1. in princ.* Decian. *tractat. crim. lib. 6. cap. 14. rub. de ſacrileg. num. 9.* Farinac. *de furtis, quæſt. 172. num. 2.* ubi probat Baldum *in l. ſi nondum, num. 4. C. de furtis*, dicentem ſacrilegium dici, quaſi rei ſacræ lædium, eo quia per illud, res, aut perſona ſacra læditur. Verùm etymologiam Baldi tradunt, & ſequuntur Grilland. *de pœnis omnifariàm coitus, quæſt. 1. numer. 2.* Burgius *de modo proced. ex abrupto, quæſt. 19. num. 213.* Caſtr. Palaus *in oper. moral. part. 3. tract. 17. diſput. 2. punct. 3. in princ.* Anſaldus *de jurisdict. deciſ. part. 4. tit. 1. cap. 1. numer. 1.* Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 3. verbo ſacrilegium, col. 2. poſt princ. fol. 218.* ubi etiam citat Decian. *loc. citato*, & ambas etymologias tradit Cardoſo *in prax. Judic. verb. ſacrilegium, n. 12.*

2 Sacrilegium nihil aliud eſt, quàm rei ſacræ violatio, uſurpatio, vel læſio, quia ſacrum ledit, ſic D. Thomas *2. 2. quæſt. 99. art. 1.* Grilland. *de pœnis omnifar. coitus, quæſt. 2. num. 1.* Decian. ſingula verba explicat *tract. crim. lib. 2. cap. 14. de ſacrilegio, num. 1. & ſeq.* Vela *de delict. cap. 30. in princ.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 11. ſub num.* noſter Peguera *deciſ. 24. numer. 2. part. 1.* Farinac. *de furtis, quæſt. 172. numer. 2.* Jul. Chartar. *deciſ. 54. num. 9. in fine, verſic. Quod probatur*, Riccius *collect. 795. in princ.* Amendola ad Franchis, *dec. 504. num. 1.* Italia *de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 34.* Villalobos *in ſumm. moral. part. 2. tract. 39. diff. 2. num. 1. poſt princip.* Diana *in ſum. verbo ſacrilegium, num. 1.* plures alios addunt Cardoſo *in prax. judic. verb. ſacrilegium, num. 1.* alter Vela *in cap. 1. part. 1. num. 49. verſicul. Ab eoque, de officio Ordinar.* Caſtr. Palaus teſtatur omnes Divum Thomam ſequi *in oper. mor. part. 3. tract. 17. diſp. 2. punct. 3. numer. 1.* & qualis debeat eſſe hæc violatio tractat *num. 3.* notat *gloſs. in canon. Si quis contumax 10. §. Sacrilegium 17. quæſt. 4.* Lezana *in ſumm. part. 4. verbo Sacrilegium, n. 1.*

3 Multifariè verò, multiſque modis ſacrilegium committitur, ut ait Anſaldus *de judic. part. 4. tit. 1. cap. 1. ſub numer. 10.* & ex Menochio *de arbitr. Judic. caſu 389.* Dominus Vicecancell. Don. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſervat. 76. numer. 1.* remiſſivè Farinac. *de delict. carnis, quæſt. 146. numer. 1.* Auguſtin. Barboſa *in capit. Sicut 2. numer. 10. de privileg. & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 3. num. 35.* Bellet. *diſquiſ. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cler. reali, §. 4. à num. 10.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt. 73. ſub numer. 51.* Et quamvis nonnulli dividant in quatuor modos. Primum circa perſonam. Secundum circa coitum. Tertium circa locum ſacrum. Quartum circa rem ſacram, *Gloſſ. in canon. Si quis contumax 20. §. Sacrilegium 17. quæſt. 4.* Grilland. *de pœnis omnifariàm coitus, quæſt. 1. numer. 7. 8. 9. 10. & 11.* Boſſius *in praxi crimin. titul. de ſacrilegio, ſub numer. 1.* Maſtril. *deciſ. 68. numer. 3. part. 1.* Vela *in cap. 1. part. 1. num. 50. & 51. de Officio ordinar.* & alii quos citat Farinac. *de furtis, quæſt. 172. numer. 4.* Sed alii tres modos diſtinguunt. Primum circa perſonam ſacram. Secundum circa locum ſacrum. Tertium circa rem ſacram. Et ſub iſtis tribus modis omnes ſpecies ſacrilegii comprehenduntur, ut ſuſtinent cum Divo Thoma *2. 2. quæſt. 99. artic. 1. & 3.* & Summiſtis *verbo Sacrilegium*, Leſſius *de juſtit. & jure, lib. 2. cap. 45. dub. 2.* Suarez *tom. 1. de religione, tractat. 3. lib. 3. cap. 1. numer. 8.* Azor. *inſtitut. mor. part. 1. lib. 9. capit. 27. quæſt. 2.* Valent. *diſputat. 6. quæſt. 15. punct. 1. in princip.* Bonacina *de primo præcept. decalog. diſputat. 3. quæſt. 6. punct. unico, numer. 1.* & alii communiter, quos citat Caſtr. Palaus *in oper. moral. part. 3. tractat. 17. diſputat. 2. punct. 3. §. 1. numer. 4.* quibus addendi ſunt Cardoſo *in prax. Judic. verbo Sacrilegium, numer. 1. verſic. Sacrilegium*, Marta *de juriſdict. part. 2. capit. 11. numer. 1. in princip.* Sperell. *deciſ. 62. numer. 11. lib. 1.* Tuſchus *pract. concluſ. litera S, concluſ. 6. ſub numer. 1.* Auguſtin. Barboſa *in l. Si quis in hoc 10. numer. 3. Cod. de Epiſcop. & Cleric. & de jure Eccleſiar. univ. lib. 2. capit. 3. ſub numer. 35.* Lezana *in ſumm. part. 4. verbo Sacrilegium, numer. 2.* Italia *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 34.*

Caval-

Cavalcan. *de Brachio Reg. part. 1. numer. 72.* Villalobos *in summ. moral. part. 2. tractat. 39. diff. 2. num. 2.* Diana *in summ. verbo Sacrilegium, num. 1.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. tit. 1. cap. 1. à num. 11.* noster Peguera *decis. 24. numer. 5. part. 1.* & ex latè traditis per Leandrum *quæst. moral. part. 1. disput. 8. §. 4. per quæst. 29.*

Circa primum modum sacrilegii quoad personam sacram, ponunt exemplum præcitati Doctores. Si quis Clericum, vel Monachum, seu alium Religiosum, vel personam Ecclesiasticam occiderit, vulneraverit, vel percusserit, sacrilegium committit, quia facit contra venerationem, & cultum Clerici sanctitati debitum, *Can. quisquis, can. Si quis contumax, can. Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. l. si quis in hoc 10. Codic. de Episcop. & Cleric.* Socin. *in cap. Parochianos, numer. 8. de sentent. excommun.* Marcus *decis. 802. numer. 2. part. 2.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. titul. 1. capit. 1. numer. 11. & 12.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 9. capit. 27. quæst. 3. versicul. Præterea*, Menochius *de arbit. Judic. casu 389. numer. 15.* Cardoso *in praxi Judic. verbo Sacrilegium, numer. 2.* Peguera *decis. 24. numer. 6. part. 1.* Bellet. *disquis. Cleric. part. 1. tit. de favore Cleric. canone §. 1. à numer. 3.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst. 73. numer. 31. in fine*, Giurba *consil. 70. numer. 1. in fine*, Villalobos *in summ. mor. part. 2. tractat. 39. diff. 2. numer. 2.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 12. numer. 2. & voto 235. numer. 1.* August. Barbosa *in l. Si quis in hoc 10. numer. 4. Codic. de Episcop. & Cleric.* Sperell. *decis. 62. numer. 11. lib. 1.* Cast. Palaus *in oper. moral. part. 3. tractat. 17. disput. 2. punct. 3. §. 2. numer. 1. & 2.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 17. numer. 4. & capit. 19. numer. 1.* Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 28. numer. 29.* Cabal. *resolut. crimin. 3. numer. 12. & casu 194. num. 10.* Bobad. *in polit. lib. 2. capit. 14. num. 47.* Giurba *cons. 70. num. 1. in fine*, Mastrill. *decis. 68. numer. 3. lib. 1.* Grilland. *de pœnis omnifar. coitus, quæst. 1. numer. 8.* Jul. Chartar. *decis. 63. num. 12. & 13. & decis. 72. num. 17.* Molinus *de sacra homicid. immun. amittenda, titul. de Immunitate Ecclesiæ, quæ homicid. amittatur, num. 144.* Ego *decis. 93. num. 9. part. 2.* Lezana *in summ. part. 4. verbo Sacrilegium, numer. 2. in princip. & numer. 3. in princip.* Hocque sacrilegium gravius est sacrilegium, quod contra locum sacrum committitur. Quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis, qui in loco sacro cultum Deo exhibet, notat Menochius *de arbit. Judic. casu 389. num. decimoquinto*, & probat Peguera *decis. 24. numer. 6. part. 1.* Italia *de immunitat. Ecclesiar. lib. 1. cap. 5. §. 3. numer. 80.* Luca ad Franchis, *decis. 499. numer. secundo*, Villalobos *in summ. moral. part. 2. tractat. 39. dif. 3. numer. 2.*

5 Item cognoscens carnaliter Monialem, seu virginem Deo dicatam ultra plurima scelera videlicet incestum, adulterium, stuprum, committit sacrilegium, *canon. Impudicas 11. canon. virginibus 14. canon. Sciendum est 37. 27. quæst. 1. l. Si quis non dicam rapere, Codic. de Episc. & Cleric.* Grillandus *de pœnis omnif. coitus, quæst. 1. num. 9.* Menoch. *de arbitr. Judic. casu 389. numer. 22.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. titul. 1. cap. 1. numer. 13.* Decian. *tractat. criminal. libr. 6. capit. 20. à numer. 1.* Vela *de pœn. delict. cap. 30. versic. Ex qua difficultate*, Cardoso *in praxi Judic. verbo Sacrilegium, numer. 4.* Osascus *decis. 103. numer. 5.* Cabal. *decis. 200. numer. 71.* Mastrill. *decis. 68. numer. 3. lib. 1.* Farinac. *de delict. carnis, quæst. 146. numer. 3. 5. & signanter numer. 6.* alter Vela *in capit. 1. part. 1. numer. 50. de offic. Ordin.* Sperell. *decis. 19. numer. 15. lib. 5. & decis. 137. num. 6. 7. 8. & 9. lib. 2.* Marcus *dec. 966. num. 3. part. 1.* Guttier. *canonic. lib. 2. cap. 7. num. 50.* Lezana *in sum. part. 5. verbo Sacrilegium, num. 3. versic. Quarto.*

6 Alia plura exempla, seu alios plures modos sacrilegii circa personam sacram tradunt Azor. *instit. moral. part. 1. libr. 9. capit. 27. quæst. 3.* Castr. Palaus *in oper. moral. part. 3. tractat. 17. disputat. 2. punct. 3. §. 2. num. 2. & §. 4. numer. 1.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. titul. 1. capit. 1. à numer. 14. ad 28.* Lezana *in summ. parte quarta, verbo Sacrilegium, numer. 3.*

Quoad secundum divisionis modum sacrilegii 7
circa locum sacrum, varia exempla sunt, scilicet quando loco sacro fit injuria cum effusione sanguinis, vel seminis humani, vel alicujus rei furto, aut aliis similibus, ut latè tradunt Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 9. capit. 27. quæst. 4.* Grilland. *de pœnis omnifar. coitus, quæst. 1. numer. 10.* Peguera *decis. 24. numer. 7. part. 1.* Cardoso *in praxi judic. verbo Sacrilegium, num. 5.* Sperell. *decis. 62. numer. 11. versic. Tertium, num. 12. lib. 1.* Villalobos *in summ. moral. part. 2. tractat. 39. diff. 2. num. 3.* Castr. Palaus *in oper. moral. part. 3. tractat. 17. disput. 2. punct. 3. §. 2. num. 4.* Jul. Chartar. *decis. 54. num. 7. 8. & 9.* Ciarlin. *controvers. forens. lib. 1. cap. 15. num. 11.* Augustin. Barbosa *in l. Si quis in hoc, 10. numer. 6. & 7. Codic. de Episcop. & Cleric. & de jure Eccles. univ. lib. 2. capit. 3. sub numer. 35.* Lezana *in summ. part. 4. verbo Sacrilegium, num. 4.* Leander *quæst. moral. tom. 1. tractat. 5. disput. 8. §. 4. quæst. 1. cum seq.* Nomine loci sacri ad effectum 8
sacrilegii quisnam intelligatur, latè Sanchez *de matrimon. lib. 9. disputat. 15. à num. 23.* Filliucius *tractat. 30. capit. 8. à num. 134.* Sperell. *decis. 62. numer. 13. lib. primo*, Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 9. capit. 27. quæst. 5.* Farinac. *de furtis, quæst. 172. à numer. 48. ad 55.* Cast. Palaus *in oper. mor. part. 2. tractat. 11. disput. 1. punct. 6. toto*, Diana *in summ. verbo Immunitas Ecclesiarum quoad loca, à numer. 1.* Lezana *in summ. part. 3. verbo immunitas Eccles. à num. 1.* Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom. 1. cap. 2. per totum, & tom. 1. cap. 16. dub. 9. tota*, Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 13. & 32.* Barbosa *de jure Eccles. univ. lib. 2. c. 3. toto*, Ego *decis. 112. num. 115. 116. 117. & 118. part. 2.*

Cæterum id quod dixi *num. 7.* committi sacrile- 9
gium circa locum sacrum ex effusione sanguinis, vel seminis humani. Dubitant Doctores. An effusio sanguinis, vel seminis, si occultè fiat in Ecsia, sit sacrilegium, contineatque malitiam in confessione explicandam, & manifestandam? Sunt qui dicunt, quòd non, & hæc opinio est probabilis: Sed probabilius est, quòd sic. Quia revera quæcumque effusio voluntaria seminis, vel sanguinis, saltem facta in quantitate in Ecclesia, est prohibita in Ecclesia: Ergo sacrilega: videantur Suarez *lib. 1. de relig. lib. 3. cap. 7. num. 4.* Sanchez *de matrimon. lib. 9. disputat. 15. num. 11.* Trullench. *in decalog. tom. 2. lib. 6. capit. 1. dub. 7. numer. 11.* Machado *en su perfeto confessor, tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 4. docum. 3. num. 11.* Castr. Palaus *in oper. moral. tom. 2. tractat. 11. disputat. unic. punct. 1. numer. 4.* Diana *resolut. moral. part. 1. tractat. 7. resolut. 26. & part. 7. tractat. 11. & miscel. 2. resolut. 31. & part. 9. tractat. 9. & miscel. 4. resolut. 5. & in coordin. part. 1. tractat. 7. resol. 87. 88. 89.* Thom. de Bene *de immunit. Ecclesiar. tom. 1. capit. 2. dub. 2. sect. 17.* Lezana *in summ. part. 4. verbo Sacrilegium, numer. 5. versic. Nota etiam*, Leander *quæst. moral. tom. 1. tractat. 5. disput. 8. §. 4. quæst. 9.* Fagundez *de præcept. Ecclesiar. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. numer. 24.* Lugo *de justit. & jure, disp. 16. num. 462.* Barbosa *de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 28. numer. 37. & 50.*

Notanter dixi saltem facta in quantitate in Ec- 10
clesia. Quia non quæcumque effusio sanguinis, vel seminis humani in Ecclesia est sacrilegium, debet enim esse in quantitate aliqua, nam effusio unius, vel alterius guttæ sanguinis, vel seminis humani non est sacrilegium, ut cum Ledesma, Graffis, & Philiberto docent Leander *quæst. moral. tom. 1. tractat. 5. disput. 8. §. 4. quæst. 10.* quibus addo Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 1. c. 2. dubio*

dubio secundo, sect. secunda, à numer. 42. *& sect. quarta, numer.* 2. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. primo, lib.* 3. *capit.* 14. *numer.* 19. 20. *& 21. & præcept.* 2. *lib.* 4. *capit.* 4. *numer.* 18. Barbosa *de potestat. Episcop. part. secunda, allegat.* 28. *numer.* 34. 35. *& 49.*

11 Controversia etiam est inter Doctores, An tactus impudici in partibus pudendis, & inhonestis facti in Ecclesia sint sacrilegi, habeantque specialem malitiam mortalem sacrilegii necessariò in confessione explicandam, & manifestandam? Quidam affirmant, & est probabilis hæc opinio: alii verò negant, & est opinio probabilior, modò non sequatur pollutio notoria, aut non adsit periculum pollutionis, videantur Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *disputat.* 15. *numer.* 21. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 30. *&* 31. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 25. *& in coordin. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 86. Lezana *in summ. part.* 4. *verb. Sacrilegium, numer.* 5. *versic. Idem dicendum*, Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 18. *&* 19. *signanter à numer.* 8. Leander. *quæst. moral. tom.* 1. *tractat.* 5. *disputat.* 8. §. 4. *quæst.* 13.

12 Sine controversia verò est ferè, quòd aspectus; nutus, & confabulationes inhonestæ in Ecclesia habiti non sunt sacrilegium, nec habent specialem materiam sacrilegii in confessione explicandam, sic pluribus citatis Sanchez *de matrimonio, libr.* 9. *disputat.* 15. *numer.* 20. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 28. Leander *quæst. moral. tom.* 1. *tractat.* 5. *disputat.* 8. §. 4. *quæst.* 11. Trullench. *in decalog. libr.* 6. *capit.* 7. *numer.* 11.

13 Sicut tactus leves impudici per partes non pudendas, veluti per manus, pectora, vel per alias non pudendas in Ecclesia habiti, non sunt sacrilegium, nec habent sacrilegii malitiam, ut docent Doctores citati *numer.* 2. Sanchez *numer.* 21. Fagundez *numer.* 29. Leander *quæst.* 12. Trullench. *numer.* 11.

14 Circa tertium modum sacrilegii quoad rem sacram committitur tribus modis de jure canonico. Primò, quando rapitur, aufertur, suffuratur, seu furto tollitur sacrum de sacro. Secundò quando sacrum de non sacro. Tertiò, quando non sacrum de sacro, *Can. Si quis contumax* 20. §. *Sacrilegium, can. quisquis* 21. *vers. Similiter* 17. *q.* 4. Lezana *in summ. mor. part.* 4. *verbo Sacrilegium, n.* 5. Azor. *instit. mor. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 27. *q.* 6. Grillandus *de pœnis omnifar. coitus, quæst.* 1. *n.* 11. Menochius *de arbit. Judic. casu* 389. *à numer.* 2. *ad* 14. Cardoso *in praxi Judic. verbo Sacrilegium, numer.* 8. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 1. *cap.* 1. *à numer.* 47. Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 11. *numer.* 15. Italia *de immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. *numer.* 67. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 2. *libr.* 4. *cap.* 4. *num.* 9. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 27. *& in coordinat. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 54. *num.* 1. Trullench. *in decal. lib.* 1. *capit.* 10. *dub.* 15. *numer.* 1. Augustin. Barbosa *de jure Ecclesiar. univ. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 35. *in fine, & in l. Si quis in hoc* 10. *numer.* 8. *Codic. de Episcop. & Cleric.* Sperell. *dec.* 3. *sub num.* 19. *&* 26. *lib.* 1. Thom. del Bene *de immunitat. Ecclesiar. tom.* 1. *capit.* 2. *dub.* 1. *sect.* 3. *numer.* 1. *cum seq.* Reg. Matthæu *de re criminal. controvers.* 36. *numer.* 25. plures alios cumulavi *decis.* 112. *numer.* 67. *&* 68. *part.* 2. sed de jure civili solùm in primo casu, quando suffuratur sacrum de sacro, est verum, & proprium sacrilegium; at illis duobus casibus, quando rapitur sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro non est sacrilegium, sed simplex furtum, *l. Sacrilegii* 9. §. 1. *ff. ad leg. Jul. pecul. l. Divi, Cod. eodem, gloss. in can. Quisquis* 21. *verbo Non sacrum* 17. *quæst.* 4. ut docent Doctores citati, Marta *numer.* 16. Italia, Cardoso, Fagundez, Thom. del Bene *numer.* 5. Reg. Matthæu *numer.* 26. Ego cum multis *decis.* 112. *numer.* 69. *part.* 2.

Sacrilegium autem, quod committitur circa res 15
sacras auferendo, seu furto substrahendo sacrum de sacro, diversos habet gradus secundùm diversitatem rerum sacrarum. Inter quas Sacramenta summum gradum obtinent, quorum præcipuum est Eucharistiæ Sacramentum, quod ipsum Christum continet. Ideoque sacrilegium, quod contra Eucharistiæ Sacramentum committitur, inter omnia gravissimum est. Latissimè Cyriacus *tom.* 3. *controvers.* 435. Post Sacramenta secundum locum tenent vasa consecrata ad Sacramentorum susceptionem, & Imagines, & Reliquiæ Sanctorum, in quibus Sancti venerantur, & honorantur. Tertio loco quæ pertinent ad ornatum Ecclesiæ, & Ministrorum, quia per hæc Deus colitur. Sic Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 99. *articul.* 3. Grillandus *de pœnis omnifariam coitus, quæst.* 1. *numer.* 11. 12. *& sub numer.* 16. Boer. *decis.* 254. *numer.* 15. Peguera *decis.* 24. *à numer.* 9. *part.* 1. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *capit.* 6. *&* 7. Lessius *de justit. & jure, lib.* 2. *cap.* 45. *à numer.* 16. Villalobos *in summa moral. part.* 2. *tractat.* 39. *dif.* 2. *numer.* 4. Jul. Chartar. *decis.* 66. *numer.* 85. Cardoso *in praxi Judic. verbo Sacrilegium, à numer.* 9. *ad* 14. Cavalcan. *de Brach. Reg. part.* 1. *numer.* 73. *&* 74. Sperell. *decis.* 62. *numer.* 11. *lib.* 1. Azorius *instit. moral. libr.* 9. *capit.* 27. *quæst.* 6. *cum seq.* Lezana *in summ. part.* 4. *verbo Sacrilegium, numer.* 6. *&* 7. Menochius *de arb. Jud. casu* 389. *à numer.* 2. *ad* 15. Farinac. *de furtis, quæst.* 172. *à numer.* 55. *ad* 76. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo Sacrilegus, col.* 3. *in princip. versic. Et eo magis, fol.* 220. Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tractat.* 17. *disput.* 2. *punct.* 3. §. 2. *à numer.* 4. *ad* 10. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 1. *capit.* 1. *à numer.* 47. Reg. Matthæu *de re criminal. controvers.* 36. *à numer. decimoprimo, & à numer.* 45. Ego *decis.* 112. *num.* 78. 79. *& à numer.* 85. *part.* 2. de Calice sacrato, & vestibus sacris, & de pecunia, quæ est in Divorum capsulis, Fagundez *de præcept. Ecclesiæ præcept. secundo, lib.* 4. *capit.* 4. *numer.* 9. & de imaginibus Barbosa *in l. Si quis in hoc* 10. *numer.* 5. *Codice de Episcop. & Cleric.*

Sed notandum, quod tempus sacrum, ut dies 16
Dominicus, vel festivus non est circumstantia sacrilegii, quia non numeratur inter res sacras, etsi in illo sacra fiant, Suarez, *de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *capit.* 4. *à numer.* 3. Villalobos *in summ. moral. part.* 2. *tractat.* 39. *dif.* 2. *numer.* 8. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 1. *lib.* 1. *capit.* 9. *num.* 2. *&* 8. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tract.* 17. *disputat.* 2. *punct.* 3. §. 2. *num.* 11. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 32. *& in coordinat. p.* 1. *tract.* 7. *resol.* 54. Leander *quæst. moral. tom.* 1. *tract.* 5. *disput.* 8. §. 8. *quæst.* 2.

Sacrilegium ex genere suo est peccatum morta- 17
le, quia est gravis offensa Dei, & hæc est constans omnium sententia, licèt ratione inadvertentiæ, vel parvitatis materiæ possit esse solùm veniale, sic Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tractat.* 17. *disputat.* 2. *punct.* 3. §. 3. *num.* 1. Villalobos *in oper. moral. part.* 2. *tractat.* 39. *dif.* 3. *num.* 1. Lezana *in summ. part.* 4. *verbo Sacrilegium, num.* 2. *versicul. Quoad forum verò conscientiæ.* Undè quando sacri- 18
legium peccatum mortale fuerit, necessariò confitendum est peccatum habens talem circunstantiam, & explicandum est in confessione, quod sacrilegium sit, Bonacina *de legib. disputat.* 3. *quæst.* 6. *punct.* 3. §. 3. *numer.* 5. Fagundez *de præcept. Ecclesiæ præcept.* 2. *lib.* 4. *capit.* 4. *numer.* 9. Lezana *in summ. part.* 4. *verbo Sacrilegium, numer.* 2. *vers. Undè.*

Habet malitiam mortalem sacrilegii necessariò 19
in confessione explicandam, quando furantur profana in Ecclesia, si sunt tradita ipsi Ecclesiæ in depositum, in pignus, vel in Custodiam, Fagundez *de præcept. Ecclesiar. præcept.* 2. *lib.* 4. *capit.* 4. *numer.* 9. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 27. *& in coordinat. part. prima, tractat.* 7. *resolut.*

resolut. 54. *numer.* 2. & 3. Leander. *quæst. moral. tom.* 1. *tractat.* 5. *disput.* 8. §. 4. *quæst.* 18. Thom. del Bene *de immunit. Ecclesiar. tom.* 1. *capit.* 2. *dub.* 1. *sect.* 3. *sub numer.* 10. Non tamen committit speciale
20 peccatum sacrilegii necessariò confitendum qui furatur crumenam, seu aliam rem profanam alicujus in Ecclesia existentis, nec excedit furtum simplex, cum non sit res sacra, nec tradita Ecclesiæ in custodiam, nec in pignus, nec alio modo, sic Fagundez *de præcept. Ecclesiar. præcept.* 2. *libr.* 4. *capit.* 4. *sub numer.* 9. & licet contrarium teneant Suarez, Valentia, Bonacina, Layman, & alii, quos citant, sed non sequuntur Diana, Leander, & Thom. del Bene *locis allegandis*, & probabilius, & communius receptum affirmet Lezana *in summ. verbo Sacrilegium*, *numer.* 5. Nihilominus verior, & communior est opinio Fagundez, & eam etiam docent Diana *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 7. *resolut.* 27. & *in coordinat. part.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 54. Leander *quæst. moral. tom.* 1. *tract.* 5. *disputat.* 8. §. 4. *quæst.* 17. Thom. del Bene *de immunitat. Ecclesiar. tom.* 1. *capit.* 2. *dub.* 3. *à numer.* 6. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *libr.* 2. *variarum resolut. cap. vigesimonono*, *numer.* 187. *in fine*, & *numer.* 217. *in fine*, & comprobatur ex traditis per Cævallos *comm. controvers. commun. quæst.* 363. Farinac. *de furtis*, *quæst.* 172. *numer.* 28. & 29.

21 Sicut non committitur sacrilegium, quando furtum committitur in re destinata Ecclesiæ, non tamen adhuc tradita, quia nisi fuerit tradita, non potest dici sacra, Grillandus *de pœnis omnifariam coitus*, *quæst.* 1. *numer.* 13. Bajard. ad Clar. §. *Sacrilegium*, *numer.* 4. Farinac. *de furtis*, *quæst.* 172. *numer.* 45. Barbosa *in l. Si quis in hoc* 10. *numer.* 8. *Codic. de Episcop. & Cleric.* & in ornatum in materia destinationis, quando destinatio habeatur pro re perfecta, seu pro facto, & quando non, videatur Castillo *controvers. libro quinto*, *capit.* 62. *numer.* 56.

22 Sed ad institutum quæstionis in argumento propositæ, Utrum sacrilegus sit puniendus per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem? ut putà quando laicus delinquit in laicum in Ecclesia eum occidens, vulnerans, aut percutit Clericum. Vel cognoscit carnaliter Monialem, vel furatur sacrum de sacro, aut sacrum de non sacro, aut non sacrum de sacro. Hæc quæstio practicabilis in die est. ut ait Caracciolus *de foro privileg. quæst.* 25. *in princip.* & in ea majores nostri in diversas factiones divisi sunt, ut inquit Sperell. *decis.* 3. *in princip. libr.* 1. quas referunt Decian. *tractat. crimin. lib.* 6. *cap.* 36. Farinac. *de furtis*, *quæst.* 172. *numer.* 31. idem Sperell. *decis.* 3. *à numer.* 1. Augustin. Barbosa *in capit. Sicut* 2. *à numer.* 2. *ad* 10. *de privileg.* & alii quamplures, de quibus *à numer.* 23. *cum pluribus seq.*

23 Prima est opinio, quòd laicus delinquens in laicum in Ecclesia puniendus est à Judice Ecclesiastico privativè ad Judicem sæcularem, idque ratione loci commissi criminis, cujus respectu forum Ecclesiæ sortiri debet, & non Judicis sæcularis, *juxta text. in auth. qua in Provincia*, ubi latè Augustin. Barbosa *à numer.* 10. *Codic. de re crimin. agi oper.* ita Cyanus *in l. Præsenti*, *numer.* 4. *Codic. de his qui ad Eccles. confug.* Anania *in capit. Inter alia*, *numer.* 5. *de immunitat. Ecclesiar.* Decian. alios refert *tractat. crimin. lib.* 6. *cap.* 29. *numer.* 5. Farinac. *de immunitat. Ecclesiar. numer.* 233. Italia *de immunitat. Ecclesiar. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. *numer.* 53. Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 11. *sub numer.* 23. Carol. de Grassis plures laudat *de effect. Clericor. effect.* 1. *à numer.* 614. *ad* 619. Sed hanc primam opinionem impugnat Mastril. *decis.* 68. *numer.* 3. *in fine*, *juncto*, *numer.* 4. *lib.* 1. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 38. *numer.* 18. *versicul. Vide etiam*, Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 28. *numer.* 62. & *de furtis*, *quæst.* 172. *sub numer.* 31. & *de immunitat. Eccclesiar. num.* 234. & 235. Azevedo *l.* 1. *numer.* 108. *titul.* 16. *libr.* 4. *recopil.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 194. *numer.* . & 2. Sperell. *decis.* 3. *numer.* 1. *juncto numer.* 5. *libr.* 1. Jul. Chartar. *decis.* 54. *numer.* 5. Ansaldus *de jurisdict. par.* 4. *tit.* 1. *cap.* 4. *numer.* 13. & 14. Barbosa *in capit. Sicut* 2. *numer.* 8. *de privileg.* Ciarlin. *contr. forens. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 19. *versic. Respondeo*, & *numer.* 11. *lib.* 1. & *alii*.

Secunda est opinio, quòd laicus delinquens in 24
laicum in Ecclesia puniri debet per Judicem sæcularem, & non per Judicem Ecclesiasticum, *l. Si quis in hoc genus*, ubi Bald. *numer.* 1. *versicul. Item est notandum*, *Cod. de Episcop. & Cler.* §. *Quia verò*, *in authent. ut liceat matri*, & *aviæ facit*, *text. in cap. fin. de immunitat. Ecclesiar.* Bartol. *in l. Si cui*, §. *fin. numer.* 3. *ff. de accusat.* Abbas *in capit. Cum sit generale*, *numer.* 27. *de foro compet.* & *in cap. Inter alia*, *numer.* 29. & *in capit. fin. numer.* 5. *de immunit. Ecclesiar.* Rolaad, *cons.* 24. *numer.* 5. & 6. *lib.* 2. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 2. *versicul. Et adde quòd hoc casu*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 38. *numer.* 38. *versicul. Vide etiam*, Bertrand. *consil.* 9. & 10. *libr.* 7. Angel. *de malefic. verbo*, *in scalis Sancti Petronii*, *numer.* 1. Menochius *cons.* 1000. *numer.* 57. *lib.* 7. Decian. *tractat. crimin. tom.* 2. *libr.* 4. *capit.* 27. *num.* 34. *in* 4. *limit.* & *lib.* 6. *capit.* 29. *numer.* 15. Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 28. *numer.* 62. & *de furtis*, *quæst.* 172. *sub numer.* 31. & *de immunitat. Ecclesiar. numer.* 234. & hanc esse magis communem Doctorum sententiam, testatur *numer.* 135. & *consil.* 208. *numer.* 10. *tom.* 3. Jul. Chartar. *dec.* 54. *numer.* 1. Cabal. plures congerit *resolut. criminal. cas.* 194. *num.* 2. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 1. *numer.* 13. Azevedo *l.* 3. *numer.* 23. *tit.* 2. *lib.* 1. & *l.* 1. *numer.* 108. *tit.* 16. *lib.* 4. *recopil.* Covar. *var. resol. lib.* 2. *capit.* 20. *numer.* 18. *versic. trigesimoquinto*, ubi Ybannez de Faria *numer.* 216. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *numer.* 160. Ciarlin. *controvers. forens. libr.* 1. *cap.* 15. *numer.* 10. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 11. *numer.* 19. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 1. *cap.* 3. *numer.* 40. & 41. Sperell. *decis.* 3. *numer.* 2. & 10. *lib.* 1. Scialoya *de foro compet. cap.* 38. *numer.* 69. Oliba *de jure fisci*, *capit.* 11. *à numer.* 7. Ripoll. *variar. cap.* 1. *numer.* 170. Peguera *decis.* 60. *numer.* 3. *part.* 2. Giurba *cons.* 70. *numer.* 16.

Sic laicus offendens Clericum etiam in Ecclesia 25
puniendus est per Judicem sæcularem, *dicta l. Si quis in hoc genus*, *Codic. de Episc. Et Cler.* Cabal. *resolut. crimin. casu* 194. *numer.* 9. Thesaurus *decis.* 224. *nume.* 2. Tondut. *de præv. Jud. part.* 2. *cap.* 29. *numer.* 36. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 1. *cap.* 4. *numer.* 15. & 16. Scialoya *de foro compet. cap.* 38. *num.* 69. *in fine*, *versic. Immo siquis*, alios plures cumulant Guaz. *defen.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. Giurba *cons.* 70. *numer.* 16. *versic. Immo laicus*.

Sic pariter si laicus furatur res sacras etiam in- 26
tus Ecclesiam, puniendus est per Judicem sæcularem, Jul. Clar. & Marian. Socin. quos citat Scialoya *de foro compet. capit.* 38. *numer.* 69. *versic. Immo si laicus*.

Sed hanc secundam opinionem impugnant Ciar- 27
lin. *controv. forens. libr.* 1. *cap.* 15. *a numer.* 10. *cum plurib. seq.* Sperell. *decis.* 3. *numer.* 2. *juncto numer.* 5. *lib.* 1. Barbosam *in cap. Sicut* 2. *numer.* 5. *de privileg.* Farinac. *de immunit. Ecclesiar. num.* 234. *cum seq.* & contra nostros Olibam, & Ripoll. insurgunt Diana *resolut. moral. part.* 4. *tractat.* 1. *resolut.* 67. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 288. Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 49. Fermosinus *in cap. Cùm sit generale* 8. *quæst.* 6. *num.* 15. *de foro compet.*

Tertia est opinio, quòd laicus delinquens in 28
laicum in Ecclesia judicari, & puniri debet per Judicem sæcularem insimul cum Judice Ecclesiastico, *sic glos. in leg. prima*, *verbo committunt*, *Codic. de crim. Sacrilegii*, quam ibi sequitur Salicet. *arg. text.* §. *Neque*, *versicul. Si verò canonicum*, *in authentic. de mandat. Princip. collat.* 3. Barbosa *in capit. Sicut* 2. *numer.* 6. *privileg.* Sed hæc opinio reprobatur per eundem Barbosam, qui solvit

argumentum contrarium, *neque versicul. si verò canonicum*.

29 Quarta est opinio, quòd laicus delinquens in laicum in Ecclesia puniri potest per Judicem Ecclesiasticum, & per Judicem sæcularem, & est locus prævention̄i, adeò ut uno præveniente, alter nequaquam procedere valeat, cùm hujusmodi delictum sit mixti fori, Sperell. *decis.* 5. *numer.* 2. *libr.* 1. Tondut. *de præven. Judic. part.* 3. *capit.* 29. *à numer.* 29. Farinac. *de immunitat. Ecclesiar. numer.* 236. *& in praxi, part.* 1. *quæst.* 28. *numer.* 62. Guttierez *practic. libr.* 3. *quæst.* 1. *numer.* 14. Azevedo *l.* 3. *numer.* 23. *tit.* 2. *libr.* 1. *recopil.* Guazin. *defen.* 1. *cap.* 11. *numer.* 19. Tusch. *practicar. conclus. litera I, conclus.* 59. *à numer.* 6. Cabal. *resolut. crimin. casu* 194. *à numer.* 7. Scialoya *de foro compet. part.* 2. *capit.* 38. *numer.* 69. *versicul. Sed quod laicus*, Jul. Chartar. *decis.* 54. *numer.* 6. Diana *resolut. moral. part.* 4. *tractat.* 1. *resolut.* 67. *& part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 9. *& in coordinat. part.* 9. *tractat.* 1. *resolut.* 57. *numer.* 10. *& tractat.* 2. *resolut.* 288. Thom. del Bene *de immunitat. Ecclesiar. tom.* 2. *capite* 16. *dub.* 49. Fermosin. *in capit. Cum sit generale, quæst.* 6. *numer.* 15. *de foro compet.* Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *libr.* 2. *variarum, cap.* 20. *numer.* 217.

30 latissimè Ciarlin. *controvers. forens. libr.* 1. *capit.* 15. *à numer.* 12. Conciolus *verbo Delictum, resolut.* 2. *numer.* 10. *&* 20. *& resolut.* 2. *à numer. primo*, qui quamplurimos citat. Hæc opinio reprobatur per Sperell. *decis.* 3. *numer.* 3. *juncto numer.* 5. *versicul. Porrò, libr.* 1. & per alios Doctores citatos *numer.* 25.

31 Moventur præcitati Doctores hujus quartę opinionis. Quia delinquens in Ecclesia sacrilegium committit, diciturque sacrilegus, Carol. de Grass. cum multis *de effect. Clericor. effect.* 1. *numer.* 614. Jul. Chartar. innumeros cumulat *decis.* 54. *numer.* 7. 8. *&* 9. & alii à me citati supra *numer.* 7. Farinac. Diana, Thom. del Bene, Ybannez de Faria, & alii laudati *numer.* 30. Et crimen sacrilegii est

32 mixti fori, & inter utrumque Judicem, Ecclesiasticum, & sæcularem est locus prævention̄i adversus laicum, *capit. Cum sit generale, de foro compet.* & docent Canonistę omnes *in capit. Cum pro causa, de sentent. excommunic.* Roland. Decian. Cabal. Zerola, Guttierez, Menochius, Vulpell. Leon. & Farinac. quos citat Sperell. *decis.* 3. *numer.* 13. *lib.* 1. Abbas, Covarr. Tuschus, Carol. de Grassis, Decian. Cavalcan. Lopez ad Diaz, Bellet. Bajard. Marta, Giurba, Caval. Bonacina, Marc. Antonin. Leo, Menoch. & Guazin. quos laudat Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *capit.* 13. *numer.* 12. & 13. Osascus *decis.* 203. *numer.* 7. Mastrill. *decis.* 68. *numer.* 4. *libr.* 1. Cardoso *in praxi Judic. verbo Sacrilegium, numer.* 15. Petr. Barbosa *in l. Titia, numer.* 51. *ff. solut. matrimon.* Bolannos *in Curia Philip. tomo* 1. *part.* 3. §. 2. *numer.* 7. Bobad. *in politic. libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 229. Faber. *in Codic. de crimine sacrilegii, def.* 1. Parlador. *rerum quotidian. tom.* 2. *differ.* 9. §. 2. *numer.* 6. Riccius *collect.* 795. *in fine*, Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 132. *& de furtis, quæst.* 172. *numer.* 32. *& de immunitat. Eccles. numer.* 236. *& cons.* 208. *numer.* 2. *tom.* 3. Conciolus *verbo Delictum, resolut.* 2. *numer.* 10. *&* 20. *& resolut.* 3. *à numer.* 1. Thom. del Bene *de immunit. Ecclesiar. tom.* 2. *capit.* 10. *sect.* 1. *suppos.* 2. *numer.* 18. Ybannez de Faria ad Covar. *libr.* 2. *cap.* 10. *num.* 36. *versicul. sunt autem*, Bossius *in prax. titul. de sacrilegio, numer.* 7. Tusch. *practicar. conclus. litera I, conclus.* 446. *numer.* 10. Thesaurus *in prax. parte* 2. *verbo Sacrilegium, capit.* 1. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resolut.* 82. *alias* 81. *& in coordinat. part.* 9. *tractat.* 2. *resolut.* 289. Cast. Pal. *in oper. mor. part.* 3. *tractat.* 17. *punct.* 3. §. 4. *numer.* 2. *versicul. Hi ergo*, Scialoya *de foro compet. cap.* 38. *numer.* 69. *versic. Et ideò sacrilegus*, Caracciol. *de foro privileg. quæst.* 25. *numer.* 2. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 1. *capit.* 4. *numer.* 1. 2. *&* 3. Lezana *in summ. quæst. regul. parte* 4. *verbo Sacrilegium, numer.* 2. *versicul. Nota etiam.* Pereyra *de man. Regia, part.* 2. *capit.* 56. *numer.* 33. Cancer *part.* 3. *var. cap.* 19. *numer.* 67. alios quamplurimos citant Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 2. *numer.* 60. Jul. Chartar. *decis.* 31. *à numer.* 10. *& decis.* 54. *numer.* 10. *& decis.* 72. *numer.* 29. Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *numer.* 54. *&* 55. *de offic. Ordinar.* Augustt. Barbosa *in l. Si quis in hoc, numer.* 10. *Codic. de Episcop. & Cleric. & in capit. Sicut* 2. *numer.* 9. *de privileg. & in capit. Cum sit generale, numer.* 4. *& in addit. ad tom.* 6. *numer.* 2. ubi Balboa *numer.* 33. Felician. à Vega *numer.* 8. Fermosin. *quæst.* 6. *à numer.* 11. *de foro compet.* Cùm crimen sacrilegii omni jure, tàm canonico, quàm civili pro- 33
hibitum, sic Vela pluribus juribus probat *in capite* 1. *part.* 1. *numer.* 51. *de offic. Ordin.* Sperell. *decis.* 3. *numer.* 14. *libr.* 1. & omnes uno ore fatentur.

Quod generale est ad omnes species sacrilegii. 34
Nam percussio Clerici à laico facta tanquam sacrilega ex mixti fori, & ab utroque Judice ponitur, & est locus prævention̄i, Socin. *in cap. Parochianos, numer.* 8. *de sentent. excommun.* Guido Papa, Papon. Jul. Clar. Carol. de Grassis, Genuens. Menochius, Ursil. ad Afflict. Giurba, & Suarez, quos laudat Sperell. *decis.* 3. *numer.* 20. *lib.* 1. *& decis.* 134. *numer.* 25. *libr.* 2. Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *numer.* 54. 55. *juncto numer.* 56. *de offic. Ordin.* Guazin. *defen.* 1. *cap.* 11. *numer.* 20. Cabal. *resolut. crimin. casu* 194. *numer.* 9. *&* 10. Portoles ad Molin. §. *Accusatio, numer.* 9. innumeros alios cumulant Jul. Chartar. *decis.* 31. *in princip. juncto numer.* 10. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 3. *cap.* 234. *numer.* 27. *vers. Quoad secundum*.

Sic laicus cognoscens carnaliter Monialem, ab u- 35
troque Judice punitur, & est locus prævention̄i, quia committit sacrilegium, & est delictum mixti fori, latè resolvit post alios Osaschus *decis.* 103. *per totam*, quem sequuntur Menoch. *de arbit. Judic. casu* 389. *à numer.* 22. Cabal. *resolut. crim. cas.* 200. *à numer.* 72. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 11. *numer.* 11. *circa finem*, Sperell. *decis.* 3. *numer.* 23. *& decis.* 19. *numer.* 3. *lib.* 1. Decian. *tractat. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 20. Riccius *collect.* 795. *versic. Licet aliter, & collect.* 2230. *in fine, versicul. Sacrilegium laici*, Tondut. *de prævent. Judic. part.* 2. *cap.* 29. *sub numer.* 5. *&* 14. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 90. Mastrill. *decis.* 68. *numer.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Caracciol. *de foro privileg. quæst.* 25. *num.* 3. Farinac. *de delict. carnis, quæst.* 146. *à num.* 3. intellige si quis cognoscit carnaliter Monialem professam; secus si Monialem conversam, nondum tamen professam carnaliter cognoscit, non committit sacrilegium, quia adhuc sacrata non est, Trivisanus *decis.* 57. *part.* 2. Riccius *collectan.* 795. *versicul. Ex quo in foro, & collect.* 2230. *versic. Sacrilegium non committitur*, vide tamen Farinac. *de delict. carnis, quæst.* 145. *num.* 223. *& q.* 146. *num.* 21.

Sic laicus rapiens sacrum de sacro, vel sacrum 36
de non sacro, vel non sacrum de sacro committit delictum mixti fori, cùm sit utroque jure canonico, & civili vetitum, Sperell. post alios *decis.* 3. *num.* 24. *lib.*

Et magis generaliter de omnibus delictis mixti 37
fori adversus laicum cognoscit uterque Judex Ecclesiasticus, & sæcularis, & est locus prævention̄i, Jul. Chartar. *decis.* 31. *numer.* 11. *& decis.* 77. *numer.* 16. Guttierez *practicar. libr.* 1. *quæst.* 44. *num.* 4. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 1. *in fine*, Bobadill. *in politic. lib.* 2. *capit.* 17. *à numer.* 163. *& capit.* 18. *numer.* 239. Guazin. *defen.* 1. *capit.* 11. *numer.* 1. Sperell. *decis.* 134. *numer.* 24. *lib.* 2. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 72. *numer.* 9. alios citat Carol. de Grassis *de effect. Cleric. effect.* 1. *à numer.* 579. *& à numer.* 596. plures addit Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *numer.* 33. *de offic. Ordin.* Valenzuela *consil.* 131. *numer.* 14. *tomo* 2. Fagundez *in sexto præcept. decalog. libr.* 6. *capit.* 4. *numer.* 18. *ad med. & in cap.* 6. *num.* 36. alios plures cumulant Conciolus *verbo Delictum, resolut.* 2. *numer.*

2. *numer.* 1. & 2. Don Michael de Calderò *dec.* 74. *n.* 8. *part.* 2.

38 Sunt autem delicta mixti fori, quæ ab utroque jure canonico, & civili prohibentur, ut tradunt omnes *in capit. Cùm sit generale*, Aretin. *numer.* 4. Socin. *numer.* 26. Abbas *in fine*, & alii *compet.* Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 26. *numer.* 63. Sperell. *decis.* 3. *numer.* 15. *lib.* 1. Bellet. *disquis. Clerical. part.* 1. *tit. de favore Clericorum reali*, §. 4. *numer.* 8. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *cap. unico*, *num.* 1. Ciarlin. *controvers. forens. libr.* 1. *capit.* 46. *numer.* 61. Jul. Chartar. *decis.* 77. *numer.* 18. Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *numer.* 31. *de officio Ordinar.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de coompet. jurisdiction. quæst.* 72. *numer.* 9. *versicul. Et ut unico verbo*, Carleval. *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *numer.* 765. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *sect.* 1. *supposit.* 1. *numer.* 8. & *supposit.* 2. *numer.* 5. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. capit.* 10. *numer.* 36. Conciol. *verbo Delictum*, *resolut.* 2. *à numer.* 4. & *resolut.* 3. Don Michael de Calderò *decis.* 74. *numer.* 4. *part.* 2.

39 Et si vis extensè scire quæ sint delicta mixti fori, vide Decian. *tractat. criminal. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *toto*, Martam *de jurisdict. part.* 2. *capit.* 7. *cum pluribus seq.* Farinacius *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 8. *à numer.* 129. Bobadillam *in polit. libr.* 2. *capit.* 17. & 18. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *capit.* 10. *sect.* 1. *supposit.* 2. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 36. *versic. Sunt autem*, Barbosam *in capit. Cùm sit generale*, *ex numer.* 4. & *in addit. tom.* 6. *à numer.* 1. Balboam *ex numer.* 19. Fermosin. *quæst.* 5. *cum seq. de foro compet.* Felician. de Vega *in capit.* 2. *ex numer.* 35. *de foro compet.* Tondutum *de prævent. judic. part.* 2. *capit.* 29. *toto*. Ansald. *de jurisdiction. part.* 4. *tota à titul.* 1. *ad* 10. remissivè Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdiction. quæst.* 72. *numer.* 6. Riccius *collect.* 737. Carleval *de judic. libr. primo*, *disputat.* 2. *numer.* 771.

40 Quinta est opinio, Quòd si agitur de crimine sæculari, quod consistit in vulnere à sæcularibus personis laicæ personæ in Ecclesia illato, pertinet cognitio directè, & privativè ad Judicem secularem; & in his terminis procedit opinio secunda tradita *numer.* 25. si verò agitur de crimine sacrilegii, quod consistit in violatione immunitatis Ecclesiasticæ, pertinet cognitio ad utrumque Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, & locus est præventioni, & ita procedit opinio tradita *numer.* 30. sic Abbas *in capit. Inter alia*, *sub numer.* 29. *de immunit. Eccles.* & *in capit. Cùm sit generale*, *numer.* 27. *versic. Addo*, *de foro compet.* Vivius *decis.* 497. *numer.* 4. Guttier. *practicar. lib.* 3. *quæst.* 1. *numer.* 13. & 14. Carol. de Grassis *de effect. Clericor. effect.* 1. *numer.* 614. quos citat Sperell. *decis.* 3. *numer.* 5. *versic. Porro*, & *numer.* 6. & 7. *libr. primo*, plurimos etiam congerunt Ybannez de Faria ad Covar. *libr.* 2. *variarum capit.* 20. *numer.* 216. & 217. Ciarlin. *controvers. forens. libr.* 1. *capit.* 15. *numer.* 14. 15. & 28. *versicul. Nec prædictis*, Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 1. *capit.* 4. *à num.* 4. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 59. Jul. Chartar. *decis.* 54. *numer.* 16. & 17. sed ipse Ciarlin. *impugnat* hanc distinctionem *numer.* 28. *versicul. Quia respondetur*.

41 Sexta est opinio. Quod laicus delinquens in laicum eum occidens, vulnerans, aut percutiens in Ecclesia, vel occidens, vulnerans, aut percutiens Clericum, vel cognoscens carnaliter Monialem, vel furans sacrum de sacro, aut sacrum de non sacro, aut non sacrum de sacro, puniendus est per Judicem Ecclesiasticum pœnis spiritualibus, & Ecclesiasticis; per judicem verò sæcularem pœnis temporalibus. Itaque Judex sæcularis cognoscit de iis criminibus quoad pœnas temporales; Judex verò Ecclesiasticus quoad pœnas spirituales, & Ecclesiasticas, sic Amadeus *de Syndicat. numer.* 179. Jul. Clarus §. *final. quæst.* 36. *numer. quarto*, & *quæst. tertia*, *numer. sexto*, ubi Bajardus *numer.* 2. Camil. de Curte *parte secunda*, *diversarum feudal. capit. secundo*, *numer.* 170. Mastrill. *decis.* 68. *numer.* 6. *tom.* 1. Menchaca *libr. tertio*, §. *vigesimosecundo*, *post numer.* 17. Carol. de Grassis *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 577. *junctis numer.* 586. 587. & 588. & *numer.* 614. *juncto numer.* 620. quos, & alios quamplures cumulat Giurba *consil.* 70. *numer.* 16. quibus addendi sunt Riccius *decis.* 293. *numer.* 4. *parte secunda*, Belluga *in specul. Princip. rubric.* 11. §. *Videamus*, *à numer. primo*, Caracciolus *de foro privileg. quæst.* 25. *numer.* 3. 4. 14. 15. & 17. Castillo *decis.* 160. *numer.* 64. & 65. *tom.* 2. Scappa *de jure non scripto*, *lib.* 1. *capit.* 11. *à numer.* 13. & *capit.* 3. *numer.* 3. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *titul.* 1. *capit.* 3. *numer.* 40. & 41. Solorzano *in polit. libr.* 5. *capit.* 18. *versicul. La secunda fue*, *fol.* 921. Bobadil. *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *numer.* 160. *versicul. J aunque*, Tondut. *de prævent. Judic. part.* 2. *capit. vigesimonono*, *numer.* 37. Butrius, Ansaldus, Grassis, Danza, Guazin. & Cabal. quos refert, & sequitur Scialoya *de foro competen. capit.* 38. *numer.* 69. *versicul. Sed quod laicus*, *juncto versicul. Quod intellige*, & *capite* 40. *numer.* 82. Cutel. *de immunitat. Ecclesiar. libr.* 2. *quæst.* 82. Senato Ludovic. Ferrer. *in discurs. pro defens. Reg. jurisdict. numer.* 77. *fol.* 34. Don Michel Calderò *decis.* 74. *numer.* 10. 11. & 12. *parte secunda*.

Quæ quidem sexta opinio generaliter procedit 42
in omnibus delictis, & causis mixti fori, in quibus Judex Ecclesiasticus animadvertit contra laicum per pœnas spirituales, & Ecclesiasticas, Judex verò sæcularis per pœnas temporales, Carol. de Grassis *de effect. Clericor. effect.* 1. *numer.* 602. Daniel de Nobilibus *disputat.* 28. *numer.* 8. & *in addit. numer.* 8. & 9. Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 10. *capit. secundo*, *numer.* 12. vide infra *decis.* 268. *à numer.* 6. ut in crimine stupri, quod est mixti fori, tradunt Doctores à me citati *decis.* 175. *numer.* 9. *part.* 3. quibus addo Conciol. *verbo Delictum*, *resolut. secunda*, *numer. decimoquinto*, Fagundez *in* 6. *præcept. decalog. lib.* 6. *cap.* 4. *numer.* 18. sic docent plures, quos laudavi *decis.* 175. *numer.* 10. *parte* 3. addo Tondut. *de prævent. Judic. part.* 2. *capit.* 29. *numer.* 15. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *capite quarto*, *numer.* 38. Fagundez *in sexto præcept. decalog. libr.* 6. *capit.* 4. *numer.* 59. & in crimine incestus quod est mixti fori, Tondut. *de prævent. Judic. part. secunda*, *capit. vigesimonono*, *numer.* 5. Valenzuela post alios *consil.* 131. *numer.* 8. *tom.* 2. Conciolus plures cumulat, *verbo Delictum*, *resolut.* 2. *numer.* 17. & 18. sic docent Farinac. *de delict. carnis*, *quæst.* 149. *numer.* 117. Fagundez *in sexto præcept. decalog. libr.* 6. *capit.* 6. *numer.* 36. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 89. *numer.* 7. similiter in crimine usurarum, quod est mixti fori, Tondut. *de præven. Judic. part.* 2. *capit.* 26. *numer.* 1. Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *titul.* 9. *capit.* 12. *à numer.* 29. & alii à me citati *decis.* 181. *numer.* 18. *part.* 3. sic docent laudati à me *dicta decis.* 181. *num.* 24. *part.* 3. vide infra *decis.* 268. *num.* 6. *hac part.* 5.

Contra istam sextam opinionem, *de qua numer.* 43
41. & 42. tenent quamplures Doctores existimantes posse Judicem Ecclesiasticum pro prædictis sacrilegiis, & aliis criminibus mixti fori procedere contra laicos, tam ad spirituales, quàm etiam ad temporales pœnas citra sanguinem, quos latè referunt, & sequuntur Cabal. *resolut. criminal. casu* 194. *num.* 10. & 11. Guazin. *defens.* 1. *cap.* 8. *numer.* 28. *cap.* 11. *sub numer.* 10. Bonden. *de jure controvers. tom.* 1. *collect.* 18. *numer.* 44. Sperell. *decis.* 4. *tota*, *lib.* 1. Jul. Chartar. *decis.* 31. *numer. decimo*, & *decis.* 54. *numer.* 6. & *latè decis.* 72. *à numer.* 19. *ad* 31. & *numer.* 44. *versicul. quod autem*, Vela *in capite primo*, *part. prima*, *à numer.* 112. *signanter numer.* 117. *de offic. Ordinar.* Conciolus *verbo Delictum*, *resolut.* 2. *numer.* 3. & *resolut.* 3. *numer.* 4. Ciarlinus *controvers. forens. libr.* 1. *cap.* 15. *à numer.* 29. *versicul. Et propterea*, *cum seq.* & *cap.* 50. *num.* 52.

53. & 54. & *libr.* 3. *capit.* 234. *numer.* 29. 30. & 31. Barbosa *de potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 107. *numer.* 36.

44 Sed quidquid sit de prædictis opinionibus in puncto juris, praxis observat. Quòsi Judex sæcularis solus cognoscit de criminibus sacrilegii, & de aliis criminibus mixti fori contra laicos quoad pœnas corporales; & Judex Ecclesiasticus quoad pœnas spirituales, & Ecclesiasticas, ita se in facti contingentia observasse refert Amadeus *de syndicatu* 179. *versicul. Sed quæro incidenter*, quòd Episcopus Civitatis procedebat contra percutientem Clericum ad pœnas spirituales, & ipse procedebat ad pœnas temporales Fisco applicandas, rationem adducens, quia uterque Judex videtur offensus, unde meritò uterque ad pœnam sui fori procedere debet, cùm pœna spiritualis non tollat temporalem, nec è contra, quem sequuntur Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 47. *versic. Quæro quod si per laicum*, Ansaldus *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 1. *capit.* 4. *numer.* 22. Castillo *decis.* 160. *numer.* 64. & 65. *tom.* 2. Cabal. *resolut. crimin. casu* 194. *numer.* 11. *versicul. Subdit tamen*, Carocciol. *de foro privileg. quæst.* 25. *numer.* 3. & 4. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 586. & 587. Giurba *consil.* 70. *numer.* 16. Solorzano *in polit. lib.* 5. *capit.* 18. *versicul. La secunda fue*, *fol.* 921. refert Jul. Chartar. *decis.* 72. *numer.* 44. & ita passim servari in Regno Siciliæ testatur Mastril. *decis.* 68. *numer.* 7. *in fine*, *libr.* 1. Carraciolus *de foro privileg. quæst.* 25. *numer.* 6. *in fine*, & *numer.* 15. & de consuetudine in Statu Mediolani, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 6. *versicul. Ulterius quæro*, *ibi*: *Sed apud nos*, & *quæst.* 38. *numer.* 18. *versicul. Vidi etiam*, quem citant Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effectu* 1. *numer.* 686. Caracciolus *de foro privileg. quæstion.* 25. *numer.* 6. in Regno Neapolis Bajard. ad Clar. §. *final. quæst.* 36. *numer.* 51. & *quæst.* 37. *numer.* 2. Castillo *decis.* 160. *numer.* 65. *versicul. Ait quod in Regno*, *libr.* 2. & in Regno Valentiæ ex latè traditis per Reg. Matthæu *de regim. Regni Valent. capit.* 7. §. 1. *à numer.* 179. prout etiam servari in Regno Franciæ attestatur *practica Millei*, *numer.* 17. *fol.* 74. referunt Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 6. Mastrill. *decis.* 68. *numer.* 7. *lib.* 1. & ita in practica observavit, dum Judicis officio fungebatur, refert Scaccia *de judiciis*, *libr.* 1. *capit.* 12. *num.* 13. & esse in hoc in practica receptum tradit Solorzano *in polit. lib.* 5. *cap.* 18. *versicul. La secunda fue*, *fol.* 921. & servari ubique locorum dicit Caracciolus *de foro privileg. quæst.* 25. *numer.* 15.

45 Et in Cathalonia sequendo hanc practicam quòd laicus propter manus injectionem in Clericum, & sic sacrilegii possit per Judicem Ecclesiasticum coerceri pœnis spiritualibus, taliter quòd Judex Ecclesiasticus non possit isto casu impediri per Judicem sæcularem; sic fuit declaratum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Serra, Llobregat, Terca Negrell, & Pla, 17. Maji 1567. in favorem Episcopi Elnen. & suæ Curiæ, contra Gerentem vices Gubernatoris Rossellionis, & Ceritaniæ, Honoratum Sunyer Vicarium Rossellionis, & alios. Et per Cancellarium Manegat, Consultoribus Quintana, Planes, & Orrit 8. Octobris 1587. in facto firmæ juris factæ in Curia sæculari Regii Consilii criminalis per Michaelem Angelum Serra captum, & in carceribus Palatii Episcopalis Barcinonæ detentum, delatum de gravi vulnere ictu archabusii tormentarii in personam Joannis Feliu Presbyteri illato, cui firmæ juris respondit Curia Ecclesiastica Barcinonæ deducens ei non esse locum, eo præcipuè, quia in cognitione dicti delicti, & sacrilegii Curia Ecclesiastica jurisdictionem Curiæ sæcularis prævenerat, & capturam dicti Serra factam fuisse intus dictum Episcopale Palatium, ad effectum, ut eidem pro suo delicto pœnitentia in eventum injungenda ad executionem deduci possit, fuit declaratum, repetitioni factæ per dictam Curiam sæcularem de persona dicti Michalis Angeli Serra quo ad effectum impediendi dictam Curiam Ecclesiasticam in cognitione dicti sacrilegii, & impositionis, & executionis canonicæ pœnitentiæ suo casu injungendæ locum non fuisse, nec esse. Sic intelligenda declaratio Cancellarii Rovirola 19. Februarii 1599. Consultoribus Peguera, Regas, Bonet, & Magarola in facto juris firmæ factæ in Curia sæculari Gerentis Vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ per Joannem Mauris Bajulum Villæ de Argeleriis occasione procedimentorum in Curia Ecclesiastica Elnen. Sede vacante, factorum contra dictum Mauris pro quodam sacrilegio per eum commisso in personam Antonii Border Subdiaconi. Quia fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia sæculari locum non fuisse, nec esse, sed cognitionem dictæ causæ ad Curiam Ecclesiasticam pertinere, & spectare. Adverte quòd iste Joannes Mauris nec per unam, nec aliam Curiam erat captus, vide Conciolum *verbo delictum*, *resolut.* 3. *numer.* 9.

Et quod laicus propter manus injectionem in 46
Clericum, & sic sacrilegus, puniri debeat pœna corporali per Judicem sæcularem, non obstante præventione capturæ per Judicem Ecclesiasticum. Ita fuit in Cathalonia decisum per Pla tertium, Peguera, Gallego, Ferrer, Benach, Calbà de Vallseca, Senjust, Bonet, Magarola, Mijavilla, Franquesa, Soler, Ferruz, & Rubi Coll, 24. Martii 1607. super repetitione personæ Geraldi Riera laici Parochiæ Sancti Martini Capresa, ex provisione Episcopi Gerundæ capti in domo dicti Riera per Narcissum Reverter Presbyterum, Commissarium ad hunc effectum per dictum Episcopum electum, & ad carceres Episcopales Gerundæ abducti, & detenti, impetiti de homicidio perpetrato in Regio itinere, quo itur à dicta Parochia Sancti Martini Capresa ad Parochiam de Anglès cum ictu archabusii, sivè pedrenal in personam Laurentii Bosch Rectoris, & Parochi dictæ Parochiæ Sancti Martini: fuit declaratum firmæ juris in Curia Ecclesiastica Gerundæ factæ locum non esse, sed repetitioni personæ Geraldi Riera instatæ per Fisci Procuratorem Curiæ sæcularis Gerundæ locum fuisse, & esse. Meminerunt de hac declaratione Cancer, & Fontanella, quos citavi *decis.* 26. *numer.* 64. *part.* 2.

Utraque praxis fuit observata in Cathalonia per 47
Cancellarium Puigmari 1. Decembris 1630. occasione firmæ juris in Curia sæculari Regii Consilii criminalis factæ per Monserratum Maig, & Guinart Villæ de Lloret procedimentis in Curia Ecclesiastica Gerundæ contra eum factis, ratione jactus tormenti manualis in personam Joannis Llorens Sacræ Theologiæ Doctoris, Presbyteri, & Rectoris Ecclesiæ Parochialis dictæ Villæ de Lloret per dictum Maig, & Guinart illati, ex quo vulnus fuit sequutum in quodam digito manus ipsius Rectoris, qua de causa contra dictum Maig, & Guinart fuit processum ad declarationem censurarum Canonis. Si quis suadente, quæ ad medelam tendunt, procedimenta verò Curiæ sæcularis ad punitionem, quo casu ambæ Curiæ procedere poterant, ita ut una per aliam non impediatur: fuitque declaratum firmæ juris in dicta Curia sæculari Regii Consilii criminalis per dictum Monserratum Maig, & Guinart factæ locum non fuisse, nec esse, ita tamen quod una Curia per alteram non impediatur.

Ex quibus non assentior declarationi Cancellarii 48
Cathaloniæ Carmona diei 1. Julii 1619. occasione firmæ juris in Curia sæculari Gerentis Vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ per Procuratorem Fiscalem ejusdem facta ratione procedimentorum in Curia Ecclesiastica Elnen. factorum contra spectabilem Gerentem Vices Gubernatoris dictorum Comitatuum, Franciscum Coronat Vicarium Rossellionis, & alios Ministros suarum Curiarum

riarum super repetitione personarum Raymundi Joannis Antonii, & Joannis Bartholomæi Rocacusat impetitorum de sacrilegiis commissis per eos, furando Ecclesias de Corneliano & Sancti Cypriani dicti Episcopatus Elnen. quo dum existebant capti pœnes Bajulum Loci de Solerio nomine dictæ Curiæ Ecclesiasticæ fuerunt per dictum Franciscum Coronat violenter à manibus dicti Bajuli de Solerio apprehensi, & ad Regios Carceres Villæ Perpinini ducti, ubi capti detinentur, spoliando dictam Curiam Ecclesiasticam jurisdictione, & cognitione dictorum reorum, ab ipsa per eorum capturam realiter præventa, qua fuit declaratum firmæ juris factæ per Fisci Procuratorem Curiæ sæcularis locum non fuisse, nec esse.

49 Et licèt Caballus *resol.* 194. *sub numer.* 8. non attestetur de consuetudine in statu Mediolani attestata per Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 6. *versic. Ulteriùs quæro*, prout illum refert Jul. Chartar. *decis.* 54. *sub numer.* 24. & eundem Jul. Clarum impugnet idem Jul. Chartar. *decis.* 31. *numero* 12. *&* 13. *& latè decis.* 54. *à numero* 18. *ad* 34. *& decis.* 72. *numero* 18. 43. *&* 44. & etiam impugnet Conciolus *verbo delictum*, *resolut.* 3. *numero* 7. & Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numero* 51. impugnet Sperell. *decis. quarta*, *numero* 15. *libr.* 1. & de praxi Archiepiscopali Neapolitana tradat Ciarlin. *controv. forens.* 1. *capit.* 16. *numero* 39. 42. *&* 59. & Milleum non testari de consuetudine Regni Franciæ ad favorem jurisdictionis sæcularis privativè quoad Judices Ecclesiasticos *in sua practica*, *fol.* 74. *numero* 17. & benè animadvertit Farinacius *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 8. *numero* 132. *versic. Et licèt*, & cum eo Caballus *resol.* 294. *sub num.* 8. & Jul. Chartar. *decis.* 54. *numero* 18. & practicam observatam per Scacciam *de judic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 13. impugnant Jul. Chartar. *decis.* 72. *n.* 45. 46. 47. *&* 48.

50 Sed quidquid Doctores citati, *numero* 49. dicant, nihilominus servandam esse locorum consuetudinem, inquit Scaccia *de judic. libr.* 1. *capit.* 12. *numer.* 80. refert Sperell. *decis.* 4. *numero* 1. *prope finem*, *lib.* 1. & Farinac. non audet impugnare Jul. Clar. etsi subdat, talem observantiam, quatenus veram, non debere excedere suum territorium *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 8. *numero* 131. *versic. Et licèt*, *in princ.* & tradit Ciarlinus *controv. forens. libr.* 1. *capit.* 15. *numer.* 25. Ansald. *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 1. *capit.* 4. *numer.* 23. de quo infrà *decis.* 264.

51 Ad constitutionem Papæ Pii V. dat 20. Junii 1566. ejus Pontificatus anno 1. sub forma motus proprii emanatam, qua expressè cavetur, quòd in præventionibus inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares in causis criminalibus mixtis procedatur in omnibus, & per omnia juxta formam juris communis, & decretorum Sacri Concilii Tridentini, & non aliter, aliàs, nec alio modo, ut observant Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 8. *numero* 156. Bajard. ad Clarum, §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 3. Guazin. *defens.* 1. *capit.* 10. *numer.* 27. Sperell. *decis.* 4. *numer.* 15. *versic. Unde*, *lib.* 1. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 72. *numer.* 7. *&* 8. Poteris respondere, salva correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ, prout respondent Doctores *ad text. in capit. Cum sit generale*, *de foro compet.* ut habeat locum in terris Ecclesiæ, & contra eos, qui in temporali jurisdictione subjecti ei sunt, Camil. de Curte *part.* 2. *diverf. juris feudal. capit.* 2. *numer.* 170. Mastrill. *decis.* 68. *sub numer.* 7. *libr.* 1. Giurba *cons.* 70. *num.* 18. notat Sperell. *decis.* 4. *sub numer.* 1. *lib.* 1. aliter videtur satisfacere Cutell. *de immun. Ecclesiast. quæst.* 82.

52 Adeò observantia prædicta procedit, quòd non obstante, quòd per Judicem Ecclesiasticum laicus punitus sit pro sacrilegio, seu alio delicto mixti fori, inquiritur, & condemnatur per Judicem sæcularem, *ut in dec.* 268. *&* 269.

Et consequens est, quòd sacrilegus pro corporali pœna criminis sacrilegii gaudet indulto Principis sæcularis, Paris. *cons.* 2. *numer.* 112. *libr.* 4. Mastril. pluries in Regno Siciliæ decisum refert *decis.* 68. *numer.* 8. *versic. Hinc sic facto*, *libr.* 1. Giurba *cons.* 70. *num.* 17. Caracciolus *de foro privileg. quæst.* 25. *num.* 10. 53

Scias denique, quod in Cathalonia compositiones fieri non possunt pro crimine sacrilegii, donec illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religiosos imposuerint, plenariè satisfecerint injurias, & absolutionem ab Ecclesia Romana obtinuerint, *ut statuit constitut.* 1. §. 8. *tit. de heretges*, quæ fuit confirmata cum Bulla Romani Pontificis Gregorii IX. data Lateranen. 5. Kalendis Februarii Pontificatus anno 4. quæ collocata est post allegatam constitutionem *in eodem tit. de heretges*, Berart. *in specul. visitat. cap.* 16. *num.* 46. Don Michael de Calderò *decis.* 31. *numer.* 28. *tom.* 1. idemque est dispositum in Regno Valentiæ, Dominus Vice-Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat.* 5. *à numer.* 19. 54

ARGUMENTUM.

An invasor rerum Ecclesiæ, seu bonorum patrimonialium Clerici sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Laicus invasor rerum Ecclesiasticarum secundum rigorem juris antiqui coram solo Judice sæculari convenire poterat*, *num.* 1. *Sed de jure canonico Sacrilegus est*, *numero* 2. *potestque conveniri coram Judice Ecclesiastico*, *vel coram Judice sæculari*, *cùm delictum sit mixti fori*, *mumero* 3. *sive violenter*, *numero* 4. *sive non invasio fiat*, *numero* 5. *intellige*, *& declara tribus modis*, *numero* 10. 11. 12. *&* 13.

6 *Ecclesia læsa in contractu*, *de cujus nullitate*, *vel exceptione agitur per restitutionem in integrum*, *potest laicum convenire coram Judice Ecclesiastico*, *num.* 6. *sed contrarium est verius*, *numer.* 14.

7 *Laicus invasor rerum Clericorum potest conveniri coram Judice Ecclesiastico*, *n.* 7. *sed contrarium est verius*, *n.* 15.

8 *Bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem privilegio*, *quo gaudent bona Ecclesiarum*, *n.* 9. *sed contrarium est verius*, *nisi in casibus à jure expressis*, *n.* 16. *sed explicantur*, *numer.* 17. *limita*, *n.* 19.

9 *Clericus læsus in contractu*, *de cujus nullitate*, *vel exceptione agitur per restitutionem in integrum potest laicum convenire coram Judice Ecclesiastico*, *n.* 9. *sed contrarium est verius*, *n.* 18. *limita*, *n.* 19.

20 *Invasorum sub nomine bonorum Ecclesiæ veniunt etiam invasores bonorum Hospitalium*, *& aliorum venerabilium locorum*, *& Confraternitatum*, *quando erecta*, *& erectæ sunt authoritate Apostolica*.

DECISIO CCLXVI.

CIRCA primam quæstionis partem Laicus invasor rerum Ecclesiasticarum secundùm rigorem juris antiqui coram solo Judice sæculari conveniri poterat, ut fatetur Barbosa *in cap. Sicut.* 2. *numer.* 11. *versic. Fatemur enim*, *de privileg.* & constare videtur ex textu *in l. Si quis in hoc genus*, 10. *C. de Episcop. & Cler.* ubi expressè Imperator hoc Ecclesiasticis in laicos denegare videtur, ibi: *Nec spectent* 1

ctent, ut Episcopus injuriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas cognoscendi gloriam dereliquit, tradit idem Barbosa *in capit. Sicut*, 2. *numer.* 4. *versic. Obstat etiam*, qui *num.* 5. ad id citat Joan. And. Truec. Decian. & Clar. *de privileg.* & probat Balboa per regulam quòd actor tenetur sequi forum rei, *in capit. Cùm sit generale*, *numer.* 14. *de foro competen.* refert idem Fermosin *quæst.* 10. *numer.* 1. *in fine*.

2 At legibus canonicis, constitutum fuit justissima ratione ob Ecclesiarum favorem quòd laicus invasor rerum Ecclesiæ mobilium, vel immobilium, in ejus dominio existentium sacrilegus est, sacrilegiumque committit, *cap. Cùm sit generale* 8. *ibi: Sacrilegi censendi*, *cap. Conquestus* 16. *ibi: Tanquam sacrilegi*, *de foro compet. cap. Conquestus* 22. *ibi: Memoratos sacrilegos*, *de senten. excom. can. Nulli*, *ibi: Ut sacrilegus judicetur*, *can. Prædia*, *ibi: Ut sacrilegus habeatur*, 11. *quæst.* 2. *can. sunt qui* 3. *Can. Sacrilegium* 4. *can. Omnes* 5, 17. *quæst.* 4. Decian. *tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 30, *in princ. & numer.* 18. *&* 20. *cum seq.* Tusch. *pract. conclus. litera S*, *conclus.* 6. *numer.* 4. Barbosa *in capit. Sicut*, 2. *à numer.* 11. *de privileg. & in capit. Conquesti* 22. *numer.* 4. *de senten. excom.* Cardoso *in prax. Jud. verbo Sacrilegium*, *numer.* 11. Barbosa *de jure Eccles. univer. libr.* 3. *capit.* 19. *numer.* 6.

Cujus ratione dicunt Doctores, quòd laicus invasor rerum Ecclesiæ conveniri potest coram Judice Ecclesiastico, estque competens Judex Ecclesiasticus, non excludendo sæcularem, cùm sit crimen mixti fori, *cap. Cùm sit generale* 8. *cap. Conquestus*, *de foro compet.* Barbosa *in cap. Sicut*, *num.* 11. *de privileg.* Cardoso *in prax. judic. verbo Sacrilegium*, *num.* 1. *versic. Undè laicus*, Diana *resol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 82. *aliàs* 81. *& in coordinat. part.* 9, *tract.* 2. *resol.* 284. *sub numer.* 2. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 36. *numer.* 33. *versic. Quæ licet*, *in fine*, Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 1. *sect.* 1. *supposit.* 2. *num.* 18. Paz *in praxi*, *tom.* 2. *prælud.* 2, *num.* 19. Tuschus *pract. conclus. litera I*, *conclus.* 445. *num.* 19. *ibi: Vel rapiat bona Ecclesiarum*, Maranta *de ordin. jud. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 6. Bobad. *in polit. lib. cap.* 17. *num.* 37. alios addit Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *num.* 50. notat Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 263. & ex eo Fermosin. *in cap. Cùm sit generale*, *quæst.* 1, *n.* 15. *de foro compet.* Sperell. *decis.* 135. *numer.* 12, 13. 14. 15. *&* 94. *lib.* 2.

4 Non solùm quando per vim, seu violenter laicus occupat, seu invadit res Ecclesiæ, potest coerceri per Judicem Ecclesiasticum, ut per Bossium, Fuscum, Decianum, Bernardùm, & Salzedo, Paz, & Tuschum refert Barbosa *in cap. Sicut*, 2. *num.* 2. *de privileg. & in cap. Conquesti* 22. *num.* 8. *de senten. excom.* idem Barbosa, Cardoso, Diana, & Thom. del Bene locis citandis, *num.* 5. & de jure nostro extant plures constitutiones Tarraconæ 2. 3. 20. 21. 22. *&* 33. *de senten. excom.*

5 Verùm etiam quando in negotiis cum Ecclesia gestis ejus rebus quoquomodo laicus præjudicat, per fraudem scilicet, vel aliter contra jurisdictionem, quia semper intervenit sacrilegium, quod satis deducitur ex textu *in cap. Sicut* 2. *: Præjudicantibus nobis*, *de privileg.* & ex generalitate textus *in capit. Cùm sit generale ibi: Malefactores*, *de foro compet.* quæ verba in quocunque præjudicio, seu damno rerum Ecclesiasticarum absque propria violentia, & secundùm omnem rigorem verificatur, ut ex doctrina recepta, quam tenent Innocent. Abbas, Anchar. Cardinal. Barbat. Felin. Maranta, Lapus, Tuscus, Deci. Menoch. & Sesse, tradit Barbosa *in capit. Sicut numer.* 24. *de privileg.* quem refert, & sequitur Diana *resol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 82. *aliàs* 81. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resolut.* 289. *sub numer.* 2. & docent Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 1. *sect.* 1. *supposit.* 2. *numer.* 18. Cardoso *in prax. judic. verbo Sacrilegium*, *numer.* 11. & generaliter de laicis Ecclesiarum malefactoribus, Balboa *in cap. Cùm sit generale*, *à numer.* 6. ubi Fermosinus *quæst.* 1. *à numer.* 8. Barbosa in addit. *part.* 6. *num.* 1. *de foro compet.* idem Fermosin. *in cap. Conquestus* 16. *quæst.* 1. *à numer.* 1. *de foro compet.*

Quod confirmatur ex alia communi resolutione 6
Doctorum asserentium, *per text. in capit.* 1. *capit. Constitutus*, *de in integrum restitut. & in capit. Ad nostram*, *de reb. Eccles. non alienand.* Ecclesiam læsam in contractu, de cujus nullitate, vel exceptione per in integrum restitutionem agitur, posse laicum convenire coram Judice Ecclesiastico. Tum quia Ecclesia quoties utitur privilegio aliquo, seu jure speciali contra laicos coram Ecclesiastico Judice agere potest. Tum quia in iis semper intervenit sacrilegium. Ego quamplurimos citavi *decis.* 195. *numer.* 13. *&* 14. *part.* 4. quibus addendi sunt Roman. *singul.* 112. Maranta *de ordin. judic. part.* 4. *dist.* 11. *numer.* 16. Barbosa *in capit. Sicut.* 2. *num.* 14. *versic. Et confirmatur*, *de privileg.* Germon. *de sacror. immunit. libr.* 3. *capit.* 15. *numer.* 220. Afflict. *decis.* 390. Diana *resol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 72. *aliàs & in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 289. *numer.* 2, *versic. Quod confirmatur*. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 1. *sect.* 1. *supposito*, 2. *numer.* 19. Fermosin. *in capit. Cùm sit generale*, *quæst.* 1. *numer.* 16. *&* *quæst.* 10. *numer.* 5. ubi Vega *ex num.* 54. Balboa *num.* 15. *de foro compet.* idem Fermosin. *in cap. Conquestus* 17. *quæst.* 1. *num.* 8. *de foro compet.*

Notant etiam Doctores, quod supradicta senten- 7
tia, *de qua numer.* 3. non solùm procedit in rebus Ecclesiæ, sed etiam in rebus Clericorum; ita ut laicus invasor rerum Clericorum potest conveniri, & trahi coram Judice Ecclesiastico, *gloss. in can. Similiter* 58. 16. *quæst.* 1. communiter Doctores *in capit. Cùm sit generale*, Panormit. *numer.* 14. Felin. *col.* 1. Barbatia *numer.* 68. *de foro compet.* quos refert, & sequitur Paz *in praxi*, *tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 19. *versic. Quod procedit*, Zabarella *in capit. Si Clericus laicum*, ubi Balboa *numer.* 9. *de foro compet.* Fermosinus *in capit. Cùm sit generale*, *quæst.* 10. *numer.* 1. *&* *quæst.* 14. *numer.* 1. 2. *&* 6. *de foro compet.* Osascus *decis.* 31. *numer.* 3. *&* 6. Bellet. *disquisit. Cleric. part.* 1. *tit. de favore Cleric. reali*, §. 5. *numer.* 2. *&* 3. Diana *resol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 82. *aliàs* 81. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 189. *numer.* 2. *versic. Notandum est etiam.* Tho. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *capit.* 7. *dub.* 1. *sect.* 2. *à numer.* 6. *& tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 1. *sect.* 1. *supposito* 2. *numer.* 20. Menochius *cons.* 1161. *num.* 10. *&* 11. *libr.* 12. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *num.* 14. & probat Barbosa *in cap. Sicut*, 2. *numer.* 15. *de privileg.*

Quia bona patrimonialia Clericorum (quæ cen- 8
sentur quocumque titulo temporali, verbi gratia hæreditate, legato, donatione, emptione, arte, manuum labore, vel simili alio titulo temporali ab Ecclesiasticis acquisita, Barbosa *de jure Eccles. univers. libr.* 1. *capit.* 39. §. 5. *numer.* 55. *& in addit. ad capit. Cùm sit generale*, *numer* 18. *in fine tom.* 6. *de foro compet.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 2. *sect.* 1. *numer.* 2.) gaudent eodem privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum, *gloss. in can. Ecclesia*, *verbo Personis Ecclesiasticis*, *de constitut. gloss. in capit. fin. verbo Suis facultatibus*, *de vita*, *& honestate Clericor. gloss. in cap. Quamquam*, *verbo Ipsarum*, *de censib. in* 6. *gloss.* 1. *in can. Similiter.* 16. *quæst.* 1. Thom. del Bene cum innumeris *de immun. Ecclesiar. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 2. *sect.* 1. *numer.* 3. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *variar. capit.* 4. *numer.* 15. plures dicit Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 1. *sect.* 1. *numer.* 14. quod res Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum sunt specialiter sub dominio Dei, & refert Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. capit.* 4. *num.* 16.

Confirmatur ex resolutione aliquorum Docto- 9
rum existimantium, Clericum læsum in contractu, de cujus nullitate, seu exceptione per in inte-

integrum restitutionem agitur, posse laicum convenire coram Judice Ecclesiastico, ut post alios tradit Sperell. *decis.* 135. *numer.* 93. *libr.* 2. quem & alios refert, sed non sequitur Scialoya *de foro compet. capit.* 53. *num. terzo in princ.* & videtur tenere Ybannez de Faria ad Covar. *libr.* 1. *var. capit.* 4. *numer.* 14. 15. & 16. Ego notavi *decis.* 195. *numer.* 17. *in princ. part.* 4.

10 Verùm enim verò circa omnia prædicta alia quantulum est insistendus, ut certa ab incertis separentur, Et in primis circa tradita, *numer.* 3. quòd laicus invasor rerum Ecclesiæ possit conveniri coram Judice Ecclesiastico, non excludendo sæcularem, cùm sit crimen mixti fori. Intellige 1. dummodò invasio sit ante litem motam, nam si de ea constet, laicus invasor rerum Ecclesiæ ante litem cœptam in Curia sæculari potest conveniri coram Ecclesiastico Judice, Ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Pastor, Roca & Julià 5. Septembris 1662. occasione firmæ juris in Curia sæculari Regiæ Audientiæ factæ per Nobilem Raymundum de Montargull & de Soler procedimentis in Curia Ecclesiastica Tarraconæ contra eum factis ad instantiam Procuratoris fiscalis ejusdem prætendentis dictum de Montargull & Soler commisisse sacrilegium in fractione portæ privatæ, per quam à domo Rectoris Loci de Raurel Archiepiscopatus Tarraconæ ingreditur ad Chorum & Ecclesiam ejusdem Loci, asportando, & auferendo ab ea decem & octo quarterias frumenti, contrarium verò dictum de Montargull prætendente: fuit declaratum, firmæ juris factæ in Curia sæculari Regiæ Audientiæ per dictum Nobilem Raymundum de Montargull locum non fuisse, nec esse.

11 Secùs autem, si laicus est invasor rerum Ecclesiæ post litem cœptam in Curia sæculari, nam tunc conveniendus est coram Judice sæculari, ad tradita per Grivel. *decis.* 129. *numero* 4. & 5. Fontanella *decis.* 269. *numer.* 8. *parte prima*, Cardoso *in praxi Judic. verbo Restitutio*, *numero* 11. Sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Soler, Consultoribus Romeu de Ferrer, Pons de Castellvi, & Pallares 17. Novembris 1656. occasione firmæ juris in Curia sæculari Regiæ Audientiæ factæ per Bajulum, Juratos, & alios particulares de Ripollet procedimentis, & censuris privilegiatis contra dictos Juratos, & alios de Ripollet per Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ad instantiam Prioris, & Conventus Sancti Augustini post introductam litem, & causam in Regia Audientia ab Oeconomo dicti prioris, & Conventus Sancti Augustini ratione invasionis, & abductionis manipulorum tritici ab hæreditate de la Frigola dictæ Parochiæ de Ripollet propria dicti Conventus Sancti Augustini: fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ factæ locum fuisse, & esse.

12 Intellige 2. ut procedat, si Ecclesia probet se esse in possessione rerum invasarum per laicum, secus aliàs, *capit. Conquestus* 16. ubi Felician. de Vega, *numero* 9. & 10. Fermosin. *quæst.* 6. *de foro compet.*

13 Intellige 3. ut procedat quoad pœnas spirituales, & Ecclesiasticas, de jure nostro constitutiones Tarraconæ citatæ, *numero quarto*, de jure communi, *capit. Conquestus* 16. ubi Barbosa *numero primo* Fermosin. *quæstion. prima numero* 9. *de foro compet.* Sperell. *decis.* 8. *numer.* 43. *libr.* 1. & *decis.* 135. *numer.* 16. *libro* 2. idem Barbosa *de jure Eccles. univer. libro tertio, cap.* 28. *numer.* 7. & 15. de jure novissimo *Concilium Tridentin. sess.* 22. *de reformat. capit.* 11. ubi Barbosam quamplurimos citat, *numero primo & secundo de potest. Episcop. par. tertia, allegat.* 59. *num.* 130. Sperell. *decis.* 135. *numer.* 17. *lib.* 2. secùs quoad pœnas temporales, *ex traditis dec. præcedenti à num.* 41.

14 Secundo loco circa confirmationem traditam, *numer.* 6. adverte contrariam opinionem esse veriorem quod Ecclesia ob læsionem tenetur contra laicum petere restitutionem in integrum, & rescissionem coram Judice sæculari, ut melioribus fundamentis resolvunt, & ad jura contraria respondent Doctores à me laudati *decis.* 166. *numer.* 15. & 16. *parte quarta*, & hanc opinionem veriorem videri testatur Ybannez de Faria *libro primo variar. capitul. quarto, numer.* 7.

Tertio loco circa tradita, *numero.* 7. quòd laicus 15
invasor rerum Clericorum potest conveniri coram Judice Ecclesiastico. Contrarium est verius, quod laicus invasor rerum Clericorum sit conveniendus coram Judice sæculari, quia sacrilegium non fit in bonis Clericorum, Rota *decis. prima de iudiciis in antiq. & decis.* 13. *eodem titul. in noviss.* Oldrad. *consil.* 206. *numero tertio in fine*, Felin. *in capit. Licet causam, numero* 12. *de probat.* quos citat, & sequitur Portoles ad Molinum, §. *Accusatio*, *numer.* 11. Balboa *in capit. Cum sit generale*, *numer.* 14. *de foro compet.* Fermosin. *in capit. Conquestus* 16. *quæst. prima numer.* 7. *de foro compet*, adeò ut nec per violentiam in rebus Clericorum illatam posse laicum trahi ad judicium Ecclesiasticum, Barbatia *in capit. Cum* de jure novissimo *Concil. numer.* 66. *in fine de foro compet.* Covar. *libro primo variar. cap.* 4. *num. certio*, Decian. *tract. crim. libr.* 6. *cap.* 30. *numer.* 23. Pereyra *in l. Si curatorem habens*, *verbo Implorandum*, *numer.* 32. *in fine*, quidquid eos impugnent Barbosa, & Thom. del Pene citati, *num.* 7.

Nec obstat ratio tradita, *numer.* 8. quòd bona patri- 16
monialia Clericorum gaudent eodem privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum. Quia nullibi in toto jure id cavetur, ut inquit, & probat Cutel. *de immun. Eccles. libr. secundo quæst.* 82. *numer.* 6. & 7. Ideòque contrarium est verius, quòd bona patrimonialia Clericorum non gaudent privilegio bonorum Ecclesiæ, ut tenet *gloss. singularis in capit. Tuis*, ubi Abbas, & Imola *de præbend.* Morla *in empor. jur. parte prima, tit.* 2. *in præmiss. numer.* 144. *in fine*, *versic. Est tamen consideratione dignum*, Covar. *libro primo var. capit. quarto, numero tertio*, Oddo *de restit. in integr. parte prima, quæst. terza art.* 8. *numer.* 54. nisi in casibus à jure expressis, vel rationis identitatem habentibus, *gloss. prima can. Similiter*, *ubi Archidiacon.* 16. *quæst. prima*, *gloss. prima in can. Possessiones* 16. *quæst. quarta gloss. in capit. Quamquam*, *de censibus in* 6. Abbas *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *in* 1. *lect. numer.* 7. & 21. & *in repetit. numer.* 3. & 26. Felin. *à numer.* 7. *signanter numer.* 8. *versic. Sed nihilominus*, Decius *à num.* 65. *de constitut.* idem Decius *in capit. Episcopus*, *numer.* 18. & 19. *de præbend.* Butrius *in capit. Si diligenti numer.* 18. & 19. *de præscript.* Covar. *libro primo var. capit. quarto, numero* 3. Paz *in praxi*, *tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 16. Germon. *de sacror. immun. libro terzio, cap.* 15. *numer.* 107. Vasq. *de succes. creat. libro primo*, §. 10. *numer.* 659. & *libr.* 3. §. 2. *num.* 42. Guttier. *canonicar. libro primo, capit.* 34. *num.* 11. & 12. & *practicar. libro tertio*, *quæst.* 27. *numer.* 7. & *de gabellis*, *qu.* 88. *numer.* 10. Cævallos *com. cont. com. quæst.* 36. *num. tertio*, alios plures cumulant Marta *de jurisdict. parte quarta, cent. prima, casu* 49. *numer.* 1. & 2. Bobad. *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *numer.* 160. Sperell. *decis.* 135. *numer.* 1. *libr.* 2. Mascard. *de gener. stat. interp. conclus.* 1. *numer.* 93. 94. & 95. Grilenzonius *consil.* 53. *toto signanter numer.* 31. *juncto numer.* 42. Navarrus *consil.* 5. *numero primo de immun. Eccles.* Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differ.* 9. §. 2. *num.* 2. *versic. Quod autem*, Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. capit.* 4. *numero* 8. Barbosa *in capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, *numero* 134. & *in addit. tom.* 6. *numer.* 17. *versic. Contrarium verò, de constitut.* notat Ciarlin. *controvers. forens. libr.* 1. *capit.* 22. *numer.* 49. apud quos, & alios ab eis citatos, reperies casus à jure expressos, vel rationis identitatem habentes, in quibus bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio bonorum Ecclesiæ, & in quibus non.

Sed breviter dico. Quod regula illa tradita, *nume-* 17
ro 8. quòd bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum, procedit in iis privilegiis, quæ competunt principaliter

per-

personis, seu Statui Ecclesiastico, accessoriæ verò rebus ipsorum, verbi gratia, ut coram Judice sæculari tanquam rei non conveniantur Ecclesiastici, etiam in casu civili, ac reali: Item, ut à vectigali, seu tributo, non tantum merè personali, sed etiam mixto, sint liberi, & immunes. At verò privilegia, quæ principaliter data sunt ob favorem bonorum Ecclesiasticorum, ea non competunt bonis patrimonialibus singulorum Clericorum, quale est, verbi gratia, beneficium restitutionis in integrum, si Clerici in contractibus læsi fuerint, & casibus similibus, sic Abbas *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, numer.* 7. Felin. *numer.* 7. 8. *&* 9. Decius *à numer.* 65. *de constit.* idem Abbas *in capit. Vigilanti, numer.* 36. *de præscrip.* Covar. *libro primo var. capitulo quarto, numero tertio* Suarez *libro quarto defen. capit.* 12. Marta *de jurisdict. parte quarta, cent. prima, casu* 49. Sperell. *decis.* 235. *libro secundo* Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom. primo capit. secundo dub. primo sect.* 2. *tota, & cap.* 3. *dub.* 2.
18 *numer.* 8. 9. 10. *&* 11. Unde convincitur illa resolutio Doctorum tradita, *numero* 9. asserentium, Clericum læsum in contractu, de cujus nullitate, vel exceptione pro in integrum restitutione agitur, posse laicum convenire coram Judice Ecclesiastico. Cùm contrarium sit verius, quod Clericus pro bonis patrimonialibus restitutionem in integrum, & rescisionem contractus debet petere contra laicum coram Judice sæculari, ut docent, *gloss. in Clement.* 1. *verbo Ecclesia,* ubi Cardinal. *numer.* 14. *de restit. in integrum,* Oddo Guttierrez, Castr. Palau, Sperell. Fermosinus, Marinis, Gabriel, Pereyra, Covarruvias, Caldas, Pereyra, Carleval. idem Sperell. & Sialoya quos citavi, *decis.* 195. *numer.* 17. *versic. Tamen alii, part.* 4. quibus addendi sunt Felin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, sub numer.* 9. Decius *numer.* 70. Barbosa *in addit. tom.* 6. *numer.* 17. *in fine de constitut.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 390. *numero primo.* Marta *de jurisdict. parte quarta cent.* 1. *casu* 49. *numer.* 13. idem Guttierez *de gabellis, quæst.* 88. *numer.* 11. Ybannez de Faria ad Covar. *libro primo var. capit.* 4. *numer.* 9. Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *capit.* 2. *dub.* 2. *sect.* 2. *numer.* 2. *&* *capit.* 5. *dub.* 1. *sect.* 2. *num.* 2. *&* *c.* 5. *dub.* 2. *sect.* 2. *num.* 9.

19 Fallit in bonis patrimonialibus, ad quorum titulos fuerunt Clerici sacris initiati, quo casu gaudent privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum, etiam in casibus à jure non expressis, saltem interim donec ordinati acquirant beneficia ad congruum vitæ necessaria, vel interim quòd sint in potestate ipsorum Clericorum, Felin. *in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* ubi Decius *numer.* 70. Barbosa *in addit. tom.* 6. *numero* 18. *de constitut.* idem Decius *in can. Episcopus, numer.* 20. ubi Barbosa *numer.* 9. *de præbend.* Navarrus *consil.* 5. *numero primo, versic. Secundo, de immun. Eccles.* Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. *numer.* 21. Spinus *in specul. testament. gloss.* 18. *princ. numer.* 72. Azevedo *l.* 1. *numer.* 9. *tit.* 4. *libr.* 1. *recop.* Mascard. *de gener. stat. interp. conclus.* 1. *numer.* 96. Grillenzonius *cons.* 53. *numer.* 45. Lara *in l. Si quis à liberis, §. Solent, num.* 36. *ff. de liber. agnoscend.* Pereyra *in l. Si curatorem habens, verbo Læsis, numer.* 131. *&* *seq.* Cævallos *com. cont. com. quæst.* 527. *numer.* 4. Gratian. *discept. forens. capit.* 159. *numer.* 27. *parte prima,* Gozalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 10. *numer.* 14. Cenedo *pract. libro primo, quæst.* 14. *numer.* 9. Marian. Antonin. *var. libro primo, resolut.* 88. Riccius *in praxi, de alienat. rer. Eccles. resol.* 71. *numer.* 2. Bobad. *in polit. libr. secundo capitulo* 18. *numer.* 260. *litera F, in fine* Decian. *tract. crim. libro* 6. *capit.* 30. *numer.* 65. *&* 176. Bellet. *disquis. Cler. part. prima, tit. de exempt. Cleric. & eorund. bonor.* §. 5. *numer.* 9. Durand. *in Bulla Cœnæ Domini, can.* 18. *quæstion* 5. *numer.* 7. *&* *quæst.* 6. *numer.* 3. Cutel. *de donat. int. pat. & fil. tract. primo, discur. secundo, parte* 12. *numer.* 30. Sanchez *in opusc. libr.* 7. *capit. primo dub.* 36. *in princ.* Lutterius *de re benef.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 27. *&* 36. Ciarlin. *controv. forens. libro primo capit.* 22. *numer.* 48. Bossius *in moral. tom. secundo tit.* 3. §. 14. *numer.* 68. *versic. Secundo probat.* Barbosa *de potest. Episc. parte secunda, allegat.* 19. *numero* 91. Vivius *decis.* 299. *parte secunda,* Molina *de just. & jure disp.* 679. *versic. Adverte,* Bonacina *de restit. disp.* 2. *quæst.* 9. *punct.* 2. *numer.* 12. Novarius *quæst. forens. part.* 1. *quæst.* 72. *à numer.* 3. Sperell. *decis.* 37. *numer.* 77. *libr.* 1. *&* *decis.* 184. *numer.* 17. *libr.* 2. Vulpell. *in praxi, cap.* 17. *numer.* 24. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 7. *numer.* 17. Layman. *in theol. mor. lib.* 4. *tract.* 9. *capit.* 6. *numer.* 8. quidquid dicant Covar. *libr. primo variar. capitulo quarto, numero quarto,* Oddo *de restit. in integr. parte prima, quæst.* 3. *art.* 8. *numero* 55. Guttier. *pract. libr.* 3. *quæst.* 27. *numer.* 8. Salzedo ad Bernard. Diaz. *in praxi, capit.* 18. *numer.* 14. quia contra eos, & alios est verior sententia, ut probant Marta *de jurisdict. parte quarta, cent.* 1. *casu* 49. *à numer.* 5. *&* *numer.* 12. *in fine,* Tondut. *de præven. Jud. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 18. Riccius *decis.* 299. *nu.* 2. *&* 5. *par.* 2. Sperell. *decis.* 135. *numer.* 91. *&* 92. *lib.* 2. Ybannez de Faria in addit. ad Covarruvias *lib.* 2. *var. cap.* 4. *à numer.* 17. *ad* 22.

Sed nota, quòd sub nomine invasorum bonorum 20 Ecclesiæ veniunt etiam invasores bonorum Hospitalium, & aliorum venerabilium locorum, & Confraterniratum, quando erectæ sunt authoritate Apostolica *juxta textum in can. Cùm quidam* 18. *quæst.* 2. nam iis locis certum est competere privilegia Ecclesiarum, Menochius *de recuper. possess. remed.* 15. *quæst.* 4. *&* 5. *à numero* 22. *ad* 38. Balboa *in capit. Cùm sit generale, numero* 13. ubi Fermosin. *quæst.* 10. *numero primo, & quæstion* 14. *numero* 7. *de foro compet.* idem Fermosinus *in capit. Conquestus,* 16. *quæst. primo numero,* 5. *de foro compet.*

ARGUMENTUM.

An laicus injuriosa verba dicens Clerico sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Injuria dicitur omne id, quod non jure fit.*
2 *Injuria duplex est realis, & verbalis.*
3 *Injuria non tantùm facto, seu re, sed etiam verbis infertur.*
4 *Injuria re, seu facto irrogatur, quoties manus infertur, numero quarto exempla referuntur, num.* 5.
6 *Injuria irrogatur verbis, quando manus non inferuntur, sed dicitur convicium, numero* 6. *ut quando quis verba injuriosa, & contumeliosa alteri dicit, numero* 7. *non solùm quando verba injuriosa proferuntur alicui præsenti sed etiam absenti, numer.* 8. *&* *non tantùm dicitur verbalis injuria, quæ verbo tenus, sed & ea, quæ scribendo fit, numero* 9. *exempla injuriæ verbalis referuntur, num.* 10.
11 *Injuriam actione tenentur facientes scampanatas, apud Nos* Esquellots, *contra secundò nubentes.*
12 *Injuriæ verbalis pœna quæ sit.*
13 *Laicus injurians verbis Clericum an sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari? quæstio est satis practicabilis, & curiosa, numer.* 13. *Prima est opinio, quòd cognitio, & punitio pertinet ad Judicem sæcularem, numero* 14. *ratio refertur, numero* 15. *cum seq. Secunda est opinio, quòd cognitio, & punitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum, numer.* 21. *Tertia est opinio, quòd potest puniri per Judicem Ecclesiasticum, si in cognitione prævenit Judicem sæcularem, numer.* 22. *fundamenta referuntur* 23. 24. *&* 25. *Quarta est opinio, ut quoad censuras cognoscat Judex Ecclesiasticus, numer.* 26. *Quinta est opinio, standum esse consuetudini, numer.* 27. *&* 28.

25 *Sa-*

25 *Sacrilegium non committitur ex injuria verbali facta Clerico, n. 15. etsi aliter dicant citati, num. 25.*

16 *Injurians verbaliter Clericum non incidit in excommunicationem Canonis Si quis suadente diabolo, 17. q. 4.*

17 *Injurians, & offendens Cardinalem variis pœnis puniri debet, num. 17. Si talis injuria fuerit realiter, & effectualiter commissa; at si injuria fuerit tantùm verbalis, non est puniendus pœnis contentis in cap. Felicis, de pœnis in 6. num. 18.*

19 *Injuriosa verba proferens in Principem non censetur reus læsæ Majestatis, numer. 19. sed est puniendus pœna arbitraria, numer. 29. non per Judicem, sed per Principem, numer. 30. qui solet pro sua Majestate eam contemnere, numer. 31.*

20 *L. 1. Cod. Si quis Imperatori maledixerit, procedit etiam ad injurias, & contumelias Principi illatas.*

23 *Injuria facta Clerico est atrox delictum, cùm dicatur illata* CHRISTO, *cujus legatione fungitur, & tangit totam universalem Ecclesiam.*

32 *Conservatores an possint procedere contra laicos pro injuria verbali Religiosis illata.*

DECISIO CCLXVII.

1 INJURIA dicitur omne id, quod non jure fit, *l.* 1. ubi commun. Doctores, *ff. de injuriis, leg. Sed et si quemcumque, ff. ad leg. aquil. text. in princ. instit. de injuriis*, ubi Pichard. *numer.* 1. Cardoso *in praxi, judic. verbo injuria, numer.* 1. Cyriacus *controvers.* 126. *numer.* 18. Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 1. *in princ.* Azevedo *in rub. numer.* 1. *tit.* 10. *libr.* 8. *recop.* sumiturque tribus modis, scilicet pro culpa, pro iniquitate, & pro contumelia, idem Pichard. *in princ. numer.* 1. *de injuriis*, probat idem Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 1. Cardoso *in praxi Jud. verbo Injuria, numer.* 1. Azevedo *in rub. numer.* 15. & 1710. *libr.* 8. *recop.* propriè verò, & specialiter sumitur pro contumelia, Pichard. *in rub. numer.* 4. & 5. *de injuriis*, Azevedo *in rub. num.* 15. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop.* Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 1. *in fine.*

2 Injuria secundùm aliquos irrogatur, & infertur duobus modis, realiter scilicet, & verbaliter, *gloss. in cap. fin. verbo Ignorantia, de injuriis*, Jul. Clar. §. *Injuria, in princ.* Pichard. *in rub. numer.* 7. *instit. de injuriis*, Don Michael de Calderò *decis.* 42. *num.* 25. *part.* 1. Giurba *cons.* 86. *numer.* 20. Regens Matthæu *de re crimin. controv.* 29. *num.* 42. secundùm alios tripliciter fit, scilicet re, verbis, & literis, idest facto, verbis, & scriptura, Cardoso *in praxi, Jud. verbo Injuria, numer.* 1. *in fine*, Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 2. & 3. Gomez *tom.* 3. *var. capit.* 6. *in princ.* ubi Ayllon Laynez plures cumulat, *numer.* 2. Riccius *collectan.* 875. Pichard. *in* §. *Injuria*, 1. *numer.* 1. & 8. *de injuriis*, Reg. Matthæu *de re crim. controv.* 74. *num.* 2. secundùm alios quadupliciter fit injuria, re, seu facto, verbis, scriptis, & gestibus, Jodoc *in pract. crim. cap.* 135. *de injuriis*, *num.* 1. sed omnes istæ radices injuriæ ad duplicem modum reducuntur, facto scilicet, & verbis, Socin. *in rub. numero* 3. & 4. *de injuriis*, Azevedo *in rub. numer.* 19. & 20. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop.*

3 Ideòque injuria non tantùm facto, seu re, sed etiam verbis infertur, *l. Si non convicii, C. de injuriis, l. Eum qui nocentem, l. Item apud labeonem, ff. de injuriis, cap. Cùm te* 23. ubi Barbosa *num.* 2. Fermosin. *num.* 2. *de sentent. & re judicata*, Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *in prin.* Jul. Chartar. *decis.* 37. *num.* 1. & *decis.* 82. *num.* 29. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *libr.* 1. *var. capit.* 11. *num.* 3.

4 Re, seu facto fit, & irrogatur injuria, quoties manus infertur, *gloss. in cap. fin. verbo Ignorantia, de injuriis* Farinac. multos citat *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 2. Azevedo *in rub. num.* 11. *tit.* 20. *libr.* 8. *recop.* Puta si quis alium alapa percusserit, vel pugno, & sic 5
manu clausa, vel cubito, vel baculo, vel manum adversùs alium levaverit, quamvis non percusserit, vel minaverit, seu gestaverit vibrare lapides, baculum, cultrum, aut similia arma, vel retinuerit equum frœno, quamvis equitem non percusserit, vel si quis alium vulneraverit, videantur Jul. Clar. §. *injuria, numer.* 1. Bajard. *numer.* 1. & 2. Reg. Matthæu *de re crim. controv.* 29. *sub numer.* 42. *versic. Realis namque*, Plaza *de delictis, lib.* 1. *capit.* 6. *à numer.* 2. Avendanno *de exequend. mandat. parte secunda, cap.* 21. *numer.* 1. Azevedo, *in rub.* 1. *numer.* 22. *ad* 27. *tit.* 10. *libr.* 8. *recop.* Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 6. *numer.* 3. ubi Ayllon Laynez *in addit. numero quarto*, Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 6. 7. 8. & 9. *consil.* 36. *in addit. litera B*, Cardoso *in praxi Jud. verbo injuria, num.* 12. Barbosa *in repertor. verbo Injuria, in princ.* Pichard. *in* §. *Injuria*, 5. *numer.* 3. 8. 36. & 37. *instit. de injuriis*, remissivè Don Michael de Calderò *in addit. ad decis.* 42. *à numer.* 22. *in fine post, part.* 2. & pro intellectu *text. in can. Si quis suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. in illis verbis, manus violentas, videantur Castr. Palaus *in oper. mor. part.* 6. *de censuris, disput.* 3. *punct.* 23. §. 2. *à numer.* 2. Villalobos *in summ. mor. part.* 1. *tract.* 17. *diff.* 22. *numer.* 4. Lezana *in summa, quæst. regul. par.* 3. *verbo Clericus, numer.* 7. Sperell. *decis.* 45. *à numer.* 34. *lib.* 1. Barbosa *in can. Si quis suadente diabolo, à numer.* 29. 17. *quæst.* 4. & *de jure Eccles. universs. libro primo, cap.* 39. §. 1. *à numer.* 25. Ursellius *conclus.* 10. *à numer.* 100. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect. effectu, 9. num.* 136.

6 Verbis fit, & irrogatur injuria, quando manus non inferuntur, sed dicitur convicium, *gloss. in capit. fin. verbo Ignorantia, de injuriis*, Farinac. *post alios in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 2. remissivè Don Michael de Calderò *loco citato, numer.* 5. *in fine* Reg. Matthæu *de re crim. controv.* 29. *numer.* 42. *versic. Verbalis verò.*

7 Ut quando quis verba injuriosa, & contumeliosa alteri dicit, *l.* 1. *versic. Injuriam, ff. de injuriis, l. Si non convicii, C. eodem*, §. *Injuria, instit. eodem*, Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 6. *numer.* 2. ubi Ayllon Laynez *numer.* 3. 8
Non solùm quando verba injuriosa proferuntur alicui præsenti, sed etiam absenti, *l. Item apud Labeonem*, §. *Convicium, ff. de injuriis*, Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 6. *numer.* 2. *versic. Quod procedit*, ubi Ayllon Laynez *numer.* 3. Cardoso *in pract. Judic. verbo Injuria, num.* 12. Azevedo *leg. prima, numer.* 7. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop.* Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 105. *numer.* 38. & 84. remissivè Pascal. *de patr. potest. par.* 1. *capit.* 10. *numer.* 66. Et non tantùm dicitur verbalis in- 9
juria, quæ verbo tenus, sed & ea, quæ scribendo fit, quia scriptura loquitur, *l. Cùm figura* 37. *versic. Quatenus, ff. de action. & obligat. l.* 1. *gloss. verbo Convicium, ff. de injuriis*, Roman. *cons.* 378. *numer.* 1. Magon. *decis. Florent.* 25. *numer.* 4. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 6. *numer.* 1. ubi Ayllon Lainez *numer.* 2. Bajard. ad Clar. §. *Injuria, numer.* 16. & 35. Aufrer. ad Capel. Tholosan. *decis.* 127. *versic. Item adde*, Covar. *lib.* 1. *var. capit.* 11. *numer.* 1. ubi Ybannez de Faria, *numer.* 2. Farinac. *in praxi, p.* 3. *quæstion.* 105. *numer.* 4. & *consil.* 123. *numer.* 6. *libr.* 2. Cabal. *resol. crim. casu* 261. Novar. *in rub. collect.* 1. *numer.* 1. *de injuriis*, Gail. *libro primo, observat.* 104. *numer. primo* ubi Bernard. Græve *consider.* 1. Azevedo *in rub. numer.* 20. *tit.* 10. *libr.* 8. *recop.* Barbosa *in cap. Cùm te* 23. *numero tertio*, ubi Fermosin. *numer.* 2. *de sentent. & de re judic.* idem Barbosa & *in repertor. verbo Injuria, versic. Injuriam inferens, in fine*, & *in rubr. numero tertio de injuriis*, Jul. Chartar. *decis.* 68. *numer.* 18. Pichard. *in rubr. numero* 8. *instit. de injuriis*, videndi Luca ad Franchis, *decision.* 533. *numero quarto*, Regens Matthæu *de re crim. controvers.* 74. *numer. terzio.*

10 Exempla injuriæ illatæ sunt, si quis alteri dixerit, tu es cœcus, claudus, gibbosus, monoculus, leprosus, luscus, guercius, mutus, homicida, latro, falsarius, usurarius, proditor, infamis, bastardus,

dus, bonus homo, monetarius, cornutus, tu mentiris, quamvis sit cum protestatione, salvo scilicet honore tuo, nam talis protestatio non relevat, quia est contratria facto, vel si dixerit, ite in pace, quia in meo genere non sunt Judæi, Mauri, latrones, &c, & iis similia, de quibus, & aliis exemplis Azevedo *in rub. à numer. 28. ad 51. & in leg. 2. ferè per totam, tit. 10. libr. 8. recop.* Parlador. *rer. quotid. libr. primo, capit. 17.* Farinac. *in praxi, part. 3. quæst. 150. à numer. 103. & à numer. 219. & à numer. 306.* Jul. Chartar. *decis. 68. à numer. 4. ad 12.* Pichard. *in §. Injuria, 1. numer. 15. de injuriis*, Barbosa *in repertor. pract. conclus. verbo Injuria, versic. Injuria gravis est, & verbo Injuriam inferens, & verbo Injuriarum actio*, Pascal. *de pat. potest. part. 1. capit. 10.* & de injuria per verbum mentiris, plures citant Barbosa *in rub. numer. 6. de injuriis*, Ybannez de Faria ad Covar. *libr. 1. var. cap. 11. à numer. 4.* Conciolus *verbo Injuria, resol. 2.*

11 An autem injuriarum actione teneantur facientes scampanatas, apud Nos *Esquellots*, & in Francia *le Chariuari*, contra secundò nubentes? Resp. quod sic, nec eos excusat consuetudo, quia est contra bonos mores, Joan. Faber. *in §. Injuria, in prin. instit. de injuriis*, additionat. ad Capel. Tholosan. *decis. 140.* Boer. *consil. 4. numer. 13.* Petr. Gregor. *syntag. jur. univer. par. 3. libr. 38. cap. 4.* Chassanæus omninò videndus *in consuetud. Burgund. rub. des enfans, in princ. numero 1. fol. mihi 210. pag. 2.* Farinac. *in praxi, part. 3. quæst. 105. n. 93.*

12 Injuriæ verbalis pœna quæ sit? Resp. quod est Judici arbitraria, habita ratione personæ, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum, & potest extendi ad exilium, ac etiam ad aliam pœnam corporis afflictivam, Ego cum multis *decis. 99. à numer. 18. ad 23. parte secunda*, quibus addo eundem Jul. Chartar. *decis. 68. numer. 23. 24. & 25.* Cardoso *in praxi, Jud. verbo Injuria, numer. 16.* me citato, & aliis additis Don Michael de Calderò *in addit. ad decis. 42. numer. 22.* Romaguera in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugub. libr. quarto rub. 53. numer. 10. & 12.* videndus Luca ad Franchis, *decis. 523. numer. 10.* Et qua pœna puniatur injurians verbaliter Clericum? remissivè proposuit *decis. 100. numer. 23. par. 2.*

13 Sed difficultas est. An laicus injurians verbis Clericum sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari? Hæcque quæstio satis practicabilis est, & curiosa, ac frequens, cùm quotidiè accidere valeat propter fogositatem, malitiam, temeritatem, ac irreverentiam, qua plures sæculares opere, & verbis contra Ecclesiasticas personas, tam sublimioris, quàm inferioris Ordinis insurgunt, ut exclamat Jul Chartar. *decis. 6. in prin.* & post eum Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst. 73. numer. 1.* in qua reperio plures Doctorum opiniones.

14 Prima est opinio. Quòd cognitio & punitio laici injuriantis verbaliter Clericum non pertinet, nec spectat ad Judicem Ecclesiasticum, sed ad Judicem sæcularem, *gloss. fin. in cap. Parochianos*, ubi Innocent. & notant communiter Doctores *de sentent. excom.* Joan. Andr. *in cap. Fœlicis, de pœnis in 6.* Salzedo ad Bernard. Diaz *in praxi, crimin. canon. capit. 87. litera B, versic. Sed utrum Clericus*, Roland. *cons. 24.* quem citat additio ad Jul. Clar. *§. fin. quæst. 77. litera A, versic. Et si Clerico injuriam inferens*, Cardoso *in praxi, Jud. verbo Clericus, num. 76. vers. Nisi injuria facta Clerico, & verbo Injuria, num. 22. & verbo Sacrilegium, numer. 3. versic. Nec Clericus*, Cævallos *de cognit. per viam violen. part. secunda, quæst. 59. numer. 17.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. secundo, libro tertio, cap. 26. numer. 119. & in polit. libro quarto, capit. 26. versic. Ni tampoco, fol. 736.* late Valasc. *de privil. pauper. quæst. 9. à numer. 69.* alios addit, etsi non sequatur Carol. de Grassis *de effect. Cler. effectu 1. numer. 583. 584. & 585.* & refert Jul. Chartar. *decis. 6. num. 1.*

15 Et ratio est, quia nullum committitur sacrilegium ex injuria verbali facta Clerico, tenet expressè Sylvester *in summa verbo Sacrilegium, in fine*, quem referunt, & sequuntur Salzedo in addit. ad Bernard. Diaz *in pract. crim. canon. capit. 87. litera B, versic. Sed utrum laicus*, Jul. Chartar. *decis. 63. numer. 13. versic. Et quod*, sic in terminis Cardoso *in praxi Jud. verbo Clericus, numer. 76. versic. Nisi injuria facta Clerico sit verbalis, & verbo Sacrilegium, numer. 3. princ.* Cævallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 59. num. 17.*

Et sic laicus verbaliter injurians Clericum non in- 16
cidit in excommunicationem, *Can. Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4.* Covar. *lib. 1. part. capit. 11. numer. 5.* Salzedo ad Bernard. Diaz *in praxi crim. canon. cap. 87. litera B, versic. Sed utrum, in fine*, Jul. Chartar. *decis. 63. numer. 13. in fine, versic. Et ideo*, Cævallos *de cognit. per viam violent. part. secunda, quæst. 59. numer. 18.* Plaza *de delict. capit. primo, à numero 28.* Sebast. Medio. *in summ. peccator. part. secunda, tit. 9. quæst. 78. numer. 39.* Barbosa *in canon. Si quis suadente diabolo, numer. 30. in fine, 17. quæstion. quarta* Diana *resol. moral. part. 9. tract. 4. resol. 27. & in coordinat. par. 5. tract. 2. resol. 1. numer. 2. versic. Undè hæc censura*, Lezana plures citat *in sum. q. regul. part. 3. verbo Clericus, numer. 7.* Marta *de jurisdict. part. 2. capit. 27. numer. 4. versic. Ex his videtur*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst. 73. nu. 11. 12. 28. & 37. versic. Fateor*, Sperell. *decis. 45. numer. 11. lib. 1.* Villalobos *in summ. moral. part. 1. tract. 17. dif. 22. numer. 4. in fine, versic. Mas hase de advertis*, Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. capit. 26. num. 119. & in polit. lib. 4. cap. 26. versic. Ni tampoco, fol. 737.*

Similiter licèt offendens, & injurians Cardinalem 17
variis pœnis puniri debeat, de quibus *in capit. Fœlicis*, ubi Barbosa *de pœnis in 6.* Azevedo *l. 1. à numero 7. tit. 18. libr. 8. recop.* Farinac. *in praxi, part. 4. quæst. 112. à numer. 75.* Molina *de just. & jure tom. 2. tract. 3. disp. 65.* Intrigliol. *singul. 130. numer. 1.* Machado *part. 7. tract. 3. documen. 7. à numer. 3.* Tusch. *pract. conclus. litera C, conclus. 100. à numer. 37.* Jul. Chartar. *decis. 66. num. 53. versic. & præterea*, Diana *resol. mor. part. 5. tract. 2. resol. 80. & in coordinat. parte, 9. tractat. 7. resol. 78. numer. 1.* Manfred. *de Cardinal. capit. 8.* Idem Barbosa *de jure Eccles. univ. lib. 1. cap. 4. à num. 41. ad 50.* Villalobos *in summa moral. part. prima, tract. 17. diff. 20. numer. 32.* Castr. Palaus *in oper. mor. part. 6. de censuris, disp. 3. puncto 12. toto*, Leander *quæst. mor. tom. quarto 3. disp. 11. tota.* Procedit si talis offensa, & injuria fuerit realiter, & effectualiter commissa: at si injuria fuerit tantùm verbalis 18
contra Cardinalem, iste injurians non comprehenditur in dictis pœnis *in dicto capit. Fœlicis, de pœnis, in 6.* contentis, ut tradit *gloss. ibidem, verbo Insecutione*, quidquid dicant Ananias *in capit. 1. numer. 5. de maled.* Felin. *in capit. Non dubium, numer. 5. de senten. excom.* Manfred. *de Cardinal. decis. 105.* Jacobatius *de consil. lib. 1. fol. 39. col. 1. litera B*, quos videtur sequi Diana *resol. mor. parte 5. tract. 2. resol. 80. & in coordinat. parte, 9. tract. 7. resol. 78. numer. 3.* quia contra eos est verior sententia, ut latè probat, & contrariis respondet Covar. *lib. 1. variar. capit. 11. numer. 5.* ubi Ybannez de Faria *numer. 39.* Guttier. *de delictis*, 138. Bernard. Diaz in praxi, & ibi Salzedo *capit. 69. in tertia impressione*, Plaza *de delictis, lib. 1. capit. secundo num. 28.* Barbosa *in capit. Fœlicis, numer. 5. versic. An autem, de pœnis in 6.* Naldus *in summ. verbo Bulla Cœnæ, num. 45.* Alterius *de censuris, tom. 1. lib. 5. disp. 12. capit. 4. quæst. 2.* Zechius *de Repub. Christ. tit. 3. de Cardinal. numer. nono, privil. 3.* Albanus *de Cardinal. quæst. 42. privileg. 7.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisd. quæst. 83. num. 10.* & refert Diana *hic citatus in coordinat. num. 3.* Farinac. *in praxi, part. 4. q. 12. num. 130.*

Pariter reus læsæ Majestatis non censetur profe- 19
rens in principem verba injuriosa, *argum. text. in l. Famosi, ff. ad leg. Jul. Majest.* cùm illa tanquam diversa difformiter ab Imperatore Justiniano explicen-

centur, *in rub. Cod. ad leg. Jul. Majest. & Cod. Si quis Imperat. maledixerit*, Covar. *libro primo variar. capit.* 11. *numero quinto, versic. Sed & quinto*, Barbosa in *cap. Fœlicis*, *numero quinto*, *in fine de pœnis in* 6. Afflict. *decis.* 265. *numer.* 61. & 62. Gigas *de crim. læsæ Majest. quæst.* 49. *numer.* 9. & 10. *versic. Ex prædictis*, *Mascard. de probat. concluf.* 462. *numer.* 35. Plaza *de delictis*, *libro primo capitulo secundo*, *numer.* 29. Guttier. *de delict. quæst.* 138. *numer.* 20. Bajard. ad Clar. §. *Læsæ Majestatis*, *numer.* 11. *versic. Item adde*, Cabal. *resol. crim. cent.* 4. *casu* 135. *à numero* 13. Farinac. *in praxi*, *parte* 3. *quæst.* 105. *numer.* 417. & 418. & *consil.* 123. *numero quarto*, *libro secundo*, Ybannez de Faria ad Covar. *libro primo var. capit.* 11. *numer.* 40. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *de compet. jurisdict. quæst.* 73. *numer.* 11. *versic. Et rationem.* Nisi essent verba injuriosa contra Principem, quæ multùm ejus honorem, & existimationem læderent, 20 quia tunc aliud esset statuendum, Bajard. Cabal. & Ybanez de Faria *hìc citati*. Advertendum tamen, quod *text. in leg. prima*, *Cod. Si quis Imperat. maled.* procedit, & extenditur etiam ad injurias, & contumelias in Principem illatas secundùm Baldum, Hostiensem, Annan. & Bossium, quos refert, & sequitur Farinac. *consil.* 123. *numero primo*, Tusch. *pract. concluf. litera L. concl.* 321. *num.* 27. Luca ad Franchis, *decis.* 523. *num.* 3. *versic. Item procedit*, *in fine*.

21 Secunda est opinio, quod cognitio, & punitio laici inferentis Clerico injuriam verbalem pertinet, & spectat ad Judicem Ecclesiasticum, Jul. Clar. §. *fin. q.* 36. *n.* 43. *in princ.*

22 Tertia est opinio, quod laicus inferens Clerico injuriam verbalem potest accusari, & puniri per Judicem Ecclesiasticum, si in cognitione prævenit Judicem sæcularem, si autem Judex sæcularis, in cognitione prævenit, ipse cognoscet, & puniet laicum injuriam verbalem Clerico inferentem, *authent. Item nulla Communitas*, *gloss. verbo Ab Ecclesia*, *Cod. de Episcop. & Cler.* Felin. *in capit. Parochianos*, *post numer.* 6. Abbas *numer.* 5. *de senten. excom.* Guido Papa sic servari attestatur, *decis.* 562. *numer.* 1. 2. & 3. Papon. ita judicatum fuisse in Parlamento, Gratian. refert *libro* 4. *tit.* 4. *arresto* 6. tradit Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 47. *versic. Alii verò dicunt*, citant Farinac. *in praxi*, *parte prima*, *quæst.* 8. *numero* 153. Ursil. ad Afflict. *decis.* 219. *numer.* 2. Azevedo *leg. quarta*, *numero quarto*, *versic. Sicut*, *tit. primo libro*, *quarto recop.* Bobad. *in politica*, *libro secundo*, *capit.* 17. *numer.* 37. & 133. & *capit.* 18. *numer.* 125. Bolannos *in Cur. Philipp. tom. primo*, *parte tertia*, §. *secundo*, *numero* 6. Socin. *in cap. Olim.* 7. *numero* 6. *de injuriis*. Roland. *consil.* 24. *numero* 11. *libro secundo*, Covar. *libro primo var. capit. quarto numer.* 8. Parlador. *rer. quotid. tom.* 1. *differ.* 9. §. *secundo*, *numero primo*, Thesaur *decis.* 224. *numero secundo & tertio*, Decian. *tract. crim. tom. primo*, *lib. quarto capit.* 26. *numero*, *primo* & 22. Valascus *tom. primo alleg.* 54. *numero secundo*, Marta *de jurisdict. parte secunda*, *capit.* 27. *à numero* 6. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom. secundo*, *capit.* 10. *dub. primo sect. prima*, *numer.* 21. Diana *resol. mor. part. prima*, *tract. secundo*, *resol.* 82. *aliàs* 81. & *in coordinat. part.* 9. *tract. secundo*, *resol.* 289. *numero tertio*, Augustin. Barbosa *in capit. Cùm sit generale*, *numero tertio de foro compet. in capit. Olim.* 7. *numero quarto & quinto de injuriis*, & *in authent. Item nulla Communitas*, *numero* 6. *Cod. de Episcop. & Cleric.* Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu*, *primo à numer.* 577. *ad* 583. Ayllon. Laynez ad Gomez, *tom.* 3. *var. capit.* 6. *numer.* 8. *in fine*, Ybannez de Faria ad Covar. *libro primo var. capit. quarto*, *numero* 50. Don. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisd. quæst.* 73. *à numero primo & per totum*, Fermosin. *in capit. Cùm sit generale* 8. *quæst.* 6. *à numero primo ad* 7. *de foro compet.* Vivius *decis.* 27. *num.* 5. & 7. Bellet. *disq. Cler. parte prima*, *tit. de favore Cler. reali*, §. *quarto*, *numero* 13. Cævallos *com. cont. com. tom. quarto*, *quæst.* 897. *numer.* 149. Jul. Chatar. *decis.* 6. *num.* 2. & *decis.* 69. *num.* 14. Portoles ad Molin. §. *Accusatio*, *num.* 11. & §. *Clericus*, *num.* 1. & §. *Injuria*, *num.* 52. qui ad id citant jura *in cap. Olim.* 7. *de injuriis*, *cap. Parochianos* 9. *c. Cùm desideres* 15. §. *Secundæ quæstioni*, & §. *Tertio loco*, *de senten. excom. can. Accusatio* 15. 2. *quæst.* 7. *l. Si quis in hoc genus*, 10. *C. de Episcop. & Cler.* quæ non loquuntur de injuria verbali, sed de injuria personali Clerico illata per manus injectionem.

Fundantur tamen 1. quia injuria facta Clerico est 23
atrox delictum, ut post alios tradidi *decis.* 100. *numer.* 11. *part.* 2. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 73. *numero* 3. Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 27. *num.* 9. nam dicitur facta & illata CHRISTO, cujus legatione fungitur, *can. accusatio*, 15. 2. *quæst.* 7. *can. Nulli* 3. *quæst.* 1. & tangit totam universalem Ecclesiam, *gloss. in capit. Cùm desideres* 15. *verbo Quam offendit*, *de senten. excom.* Ego plures laudavi *decis.* 100. *num.* 13. *part.* 2. Bellet. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de privileg. Cler. reali*, §. 4. *num.* 14. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *q.* 59. *num.* 12. ideò de ejus vindicta agi potest coram Judice Ecclesiastico, sic argumentantur Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu.* 1. *numer.* 678. 581. & 582. Portoles ad Molin. *verbo Accusatio*, *num.* 10. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, & me citato, *n.* 21.

Fundantur 2. quia injuria illata Clerico à laico est 24
mixti fori, ut dicunt Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differ.* 9. §. 2. *num.* 1. Barbosa *in authent. Item nulla Communitas*, *numer.* 6. *de Episc. & Cler.* Marta *de jurisd. p.* 2. *cap.* 27. *num.* 6. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 578. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juris. q.* 73. *n.* 5. & 38. & alii ex citatis, *num.* 22. & de delictis mixti fori adversus laicum cognoscit uterque Judex Ecclesiasticus, & sæcularis, & est locus prævention, ut tradidi *decis.* 265. *num.* 37.

Fundantur 3. quia injurians Clericum committit 25
sacrilegium, ut dicunt Soccin. *in cap. Olim*, *num.* 16. *de injuriis*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisd. c. quæst.* 73. *num.* 4. *in fine*. Et quamvis contrarium teneant citati 15. *num.* nihilominus est puniendus per Judicem Ecclesiasticum, benigniùs tamen, cùm injuria verbalis non possit excusari de crimine, ut defendit Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdic. quæst.* 73. *à numero* 35.

Quarta est opinio, quod laicos injuriantes Clericum 26
quoad censuras cognoscit Judex Ecclesiasticus, cùm specialiter provisum sit, ut sæculares injuria afficientes Clericos excommunicentur per Judicem Ecclesiasticum, Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 27. *numer.* 8. citans jura *in capit. Olim. de injuriis*, & *cap.* 1. *eodem tit. in* 6. sequuntur Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 73. *numer.* 18. Fermosinus *in cap. Cum sit generale*, *quæst.* 6. *numer.* 7. *de foro compet.* sed non quoad punitionem personæ laici, ut dicunt Marta, & Fermosin. *locis hic citatis*, ille *numer.* 16. iste *num.* 7. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 8. & in his vide tradita *decis.* 265. *à num.* 41.

Quinta est opinio, standum esse consuetudini pro- 27
ut in Lusitania potest laicus conveniri coram Judice Ecclesiastico pro injuria verbali facta Clerico, & reputatur causa mixti fori, *ordin. l.* 2. *tit.* 9. §. 3. Cardoso *in praxi Jud. verbo Clericus*, *n.* 76. *in fine*, & *verbo Injuriæ*, *num.* 22. *in fine*, & *verbo Sacrilegium*, *num.* 3. *in fine*, Pereyra *de man. Regia*, *p.* 2. *c.* 56. *n.* 33. *versic. Quælibet*, *ibi*: *Ubi agens*, & servari in Parlamento Gratianopolitano referunt Guido Papa *dec.* 62. Papon. *lib.* 4. *tit.* 4. *arresto* 6. & in Civitate Mediolani Jul. Chartar. *decis.* 6. *à numer.* 3. *cum. seq.* & in Regno Neapolis Ciarlin. *contr. forens. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 39. *versic. Unde*, *num.* 40. & 59.

At in Regno Castellæ, laicus per verba injuriosa 28
Clerico illata non est puniendus, nec conveniendus coram Judice Ecclesiastico, sic judicatum fuisse in Regali Cancellaria Pinciana 24. Januarii 1615. decretum

cretum refert Cævallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 59. in fine*, de Regno Neapolis ita sentit juxta quæstionem, quam proponit Jul. Clar. §. *fin. quæst. 36. numer. 47.* In Cathalonia per Alegre Tertium, Consultoribus Aleny, & Tristany 28. Maji 1665. fuit declaratum in favorem Curiæ sæcularis contra Curiam Ecclesiasticam Dertusæ, & Syndicum Cleri stationis Civitatis, & Diœcesis Dertusæ propter verba valdè injuriosa per Sylverium Jardi agricolam villæ de Trivisa illata Josepho Vidiella Presbytero & Rectori dictæ Villæ, publicè, & palàm in platea ejusdem Villæ. Verum est, quod non constabat de corpore delicti, nempè de injuriosis verbis per dictum Sylverium Jardi illatis dicto Presbytero & Rectori Josepho Vidiella, ut vidi in dicta sententia, quæ bis utitur verbo, ut prætenditur, & tradit Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoti, *de compet. jurisdict. quæst. 73. numer. 56. & 57.* at idem dicendum existimo etiam, quòd constaret de corpore delicti, nisi aliàs probaretur in contrarium consuetudo.

29 Adverte tamen, quòd licèt proferens verba injuriosa in Principem non censeatur reus læsæ Majestatis, *ut dixi, numer. 19.* puniendus verò est pœna arbitraria, Aquiles *in capit. 25. Prætor. numer. 4.* Menochius *de arb. Jud. casu 377. numero tertio*; Farinac. *in praxi, part. tertia, quæst. 105. numer. 416. & tom.*
30 *2. consil. 123. numer. 2. consil. 145. numer. 10.* & hanc arbitrariam pœnam non potest Judex imponere, sed debet Principi remittere, ut suo arbitrio rescribat, an absolvendus, vel condemnandus sit, *prout dicit textus in leg. prima, Cod. Si quis Imperatori maledixerit*, Bossius *in praxi, tit. de injuriis, numer. 34.* Bajard. ad Clar. §. *læsæ Majestatis, numer. 11. versic. Item. add.* Farinac. *in praxi, parte tertia, quæst. 105. numer. 419. & tom. 2. consil. 233. numer.*
31 3. Solent tamen Principes præ majestate, & animi magnitudine injurias verbales subditorum benignè contemnere, ut colligitur ex dicto *text. in leg. prima, Cod. Si quis Imperatori maledixerit*, exempla refert Menoch. *consil. 1197. numer. 17. libr. 12.* & ex eo Ybannez de Faria ad Covar. *lib. 1. var. c. 11. num. 41.*

32 Sed an Conservatores possint procedere contra laicos pro injuria verbali Religiosis facta? vide Solorzanum *de jure Indiar. tom. 2. libr. 3. cap. 26. à numero 116. ad 123. & in polit. lib. 4. cap. 26. versic. Pero estos, cum seq. fol. 737.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *de compet. jurisdict. quæst. 73. num. 40.* affirmativè resolvendum est, si injuria est qualificata, & notoria. Nam jurisdictio non competit Conservatoribus super injuriis simpliciter, sed super qualificatis, & notoriis, Ripoll. *var. resol. cap. 1. à num. 48.* Guttier. *pract. lib. 3. quæst. 9. num. 14.* Pereyra *de man. Regia, part. 1. cap. 7. numer. 5.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. allegat. 106. numer. 18.* Frasso *de Reg. patronat. Indiar. tom. 2. capit. 78. numer. 4. & cap. 79. numer. 61.* cùm possit dari injuria non qualificata, sed simplex, pro qua jurisdictio Conservatoribus non competit, ut ex Joan. Monacho *in capit. 1. num. 4. de offic. Delegati in 6.* docet Valenzuela, *consil. 84. n. 7.* Frasso *de Reg. patron. Indiar. tom. 2. capit. 79. num. 62.*

ARGUMENTUM.

An Judex Ecclesiasticus habeat territorium ad capiendos, & puniendos Clericos, & quid quoad laicos in criminalibus.

SUMMARIUM.

1 *Judex Ecclesiasticus habet territorium ad capiendos, & puniendos Clericos, & alios Ecclesiasticos etiam extra Ecclesiam.*

2 *Judex Ecclesiasticus an habeat territorium ad capiendos laicos propria authoritate in criminibus sacrilegii, & aliis ad ejus jurisdictionem spectantibus, quæstio est dubia, n. 1. opinio affirmativa refertur, n. 3. & ejus fundamenta, n. 4. & 5. opinio negativa refertur, n. 6. & ejus fundamenta, n. 7. 8. & 10. & respondetur contrariis, n. 9. Hæcque negativa opinio praxi recepta est, n. 11. & ei omninò deferendum, n. 12. & procedit non solum in civilibus, sed etiam in criminalibus, num. 13. quid in partibus in quibus est contraria consuetudo, numer. 14. 15. & 16. & quid quando Judex criminalis procedit ad punitionem culpæ, n. 17.*

5 *Episcopus an habeat familiam armatam contra Clericos, opinio affirmativa refertur, num. 5. negativa, num. 8.*

18 *Episcopus non potest procedere ad excommunicandum vendentes panem, & vinum propè Ecclesiam in diebus Dominicis, vel Quadrigesimæ, & multò minus ad occupandum, & confiscandum res venditas, & currus, sivè azemilas, quibus invehitur panis.*

DECISIO CCLXVIII.

AD primam partem quæstionis, an Judex Ecclesiasticus habeat territorium ad capiendos, & puniendos Clericos? tanquam certum respondeo, quod Episcopus, Judexque Ecclesiasticus habet territorium ad distringendos, capiendos, & puniendos Clericos, & alios subditos Ecclesiasticos, etiam extra Ecclesiam, ut variis juribus probant Salgado *de Reg. protect. p. 2. c. 4. num. 210. & 21.* Vela *in capit. 1. part. 1. num. 115. de off. ordin.* Barbosa *voto 92. num. 9. & 10. lib. 3. & in cap. Episcopus 7. num. 10. de off. Ordin. in 6.* Covar. *pract. c. 10. num. 2. versic. Quarto.* Jul. Clar. §. *fin. quæst. 35. numer. 8. in fine*, Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 10. dub. 8.* Molinus noster *de brach. sæcular. lib. 1. cap. 4. numer. 35.* de jure nostro Cathaloniæ *nostri laudaverunt, tit. de Bisbes. Prelats, Clergues, & c. Constitutio 6. tit. de heretges in 1. volum. pragmat. 6. tit. de Bisbes y Prelats in 2. volum.* Oliba *de jure fisci, cap. 11. à numer. 2.* Ripoll. *regal. cap. 11. numer. 38.* Fontanella *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. numer. 48. & decis. 310. numer. 18. part. 2.* Ego *decis. 29. numer. 61. part. 1.* me citato Ferrer *in discur. pro defen. Reg. jurisdict. numer. 69.* Don Michael de Calderò, *decis. 74. numer. 23. part. 2.* 1

Quoad secundam quæstionis partem. An Judex Ecclesiasticus habeat territorium ad capiendos laicos propria authoritate in criminibus sacrilegii, & aliis mixti fori, ad ejus jurisdictionem, ut ajunt spectantibus? est quæstio dubitabilis, & inter Doctores nimis controversa, ut ait Cenedo *collect. ad decretal. 178. numer. 7.* anceps apud omnes scribentes reputatur, adeò ut multi gravissimi Scriptores pluribus difficultatibus deterriti, nihil in ea resolverint, & alii confuso sermone locuti sunt, ut inquit Cævallos *de cognit. per viam violent. par. 2. q. 93. in princ.* vetus, & non satis hucusque intellecta, ut dicit Pereyra *decis. 117. numer. 1.* vetus, in qua in unam multi, in alteram plures abiere sententiam, ait Molinus noster *de brachio sæculari, capit. 4. numer. 1.* est frequens dubitatio, ut dicit Regens Sesse *de inhibit. cap. 9. §. 2. numer. 29. versic. Non minus*, à multis disputata, Cancer *part. 3. var. cap. 19. numer. 57.* & in interpretibus satis agitata, Fermosin. *in capit. Cum non ab homine 10. quæst. 40. numer. 1. de judiciis*, & in Cathalonia dubium esse arduum testatur idem Cancer *dicta part. 3. capit. 19. numer. 66.* de qua remissivè Cenedo *collect. ad decretal. 178. numer. 7.* Laynez ad Gomez, *tom. 3. var. cap. 1. numer. 40. versic. An autem*, Cutel. *de immun. Eccl. lib. 2. quæst. 89.* 2

Prima est opinio affirmativa, quod Judex Ecclesiasticus habet territorium ad procedendum propria authoritate contra laicos in criminibus sacrilegii, & aliis mixti fori, ad ejus jurisdictionem spectantibus, nedum censuris, sed etiam per capturam & carceris missionem, ut post antiquos 3

docent

docent Salzedo ad Bernard. Diaz. *regul.* 397. *versic. Sed novum dubium*, Covar. *pract. capit.* 10. *numer.* 2. Marta, *de jurisdict. part. cap.* 50. *numer.* 5. *& part.* 2. *capit.* 29. *tota*, Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 45. *numer.* 1. *cum suis*, *versic.* Barbosa *in can. Attendendum* 13. *numer.* 1. 17. *quæst.* 4. *& in can. Contra idolorum*, 10. *numer.* 1. *quæst.* 5. Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.* 1. *cap.* 11. *à numer.* 50. Cabal. *resol. crim. casu* 194. *à numer.* 10. Pereyra *de man. Regia*, *part.* 2. *quæst.* 56. *numer.* 33. *versic. Quæ licet*, Jul. Chartar. *decis.* 77. *numer.* 11. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 8. *numer.* 38. Azor. *instit. mor. part.* 2. *libr.* 3. *cap.* 53. *quæst.* 3. Tondut. *de prævent. Judic. part.* 1. *cap.* 22. *numer.* 11. alios innumeros, reprobatis contrariis laudant Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 107. *numer.* 1. 2. 3. *& 4. de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 30. §. 4. *à numer.* 49. *& voto* 92. *per totum*, *lib.* 3. Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *à numer.* 112. *de offic. Ordin.* Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 89. *aliàs* 88. *& p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 17. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 4. *resol.* 301. *&* 302. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 7. *numer.* 5. *& 6. & dub.* 8. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.* 15. *à numer.* 31. *& cap.* 50. *numer.* 33. *&* 34. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst.* 72. *à numer.* 10. ex nostris Practicis Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 19. *à numer.* 56. *ad* 82. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 36. latissimè videndus Molinus *de brach. sæcular. libr.* 1. *c.* 4. *toto*, quos citavi, sed non fui sequutus *decis.* 26. *numer.* 63. *part.* 1.

4 Fundantur isti Doctores opinionem affirmativam sequentes. Primò; *in can. Attendendum* 13. 17. *quæst.* 4. Secundò, *in can. Contra idolorum*, 10. 26. *quæst.* Tertiò, *in cap.* 2. *de adulter.* quartò, *de jure civili in authent. causa quæ*, *Cod. de Episcop. & Cleric.* Quintò *in Concilio Tridentino*, *sess.* 25. *de reformat. capit.* 3. Sextò de jure nostro *in usat. Laudaverunt*,

5 *tit. de Bisbes*, *y Prelats*. Et addunt in confirmationem, quòd Episcopi habent territorium, & familiam armatam indistinctè contra Clericos, & laicos in causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, etiam quòd non habeant in loco dominium temporale, pro mille reprobatis contrariis Ciarlin. *controv. forens. libr.* 1. *cap.* 54. *à numer.* 33. *versic. His superatis*, *cum seq.* addo Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 63. *&* 72. Sperell. *decis.* 3. *numer.* 9. *&* 10. *&* 16. *decis.* 3. *numer.* 1. *versic. Quæ quidem*, *junctis numer.* 7. *&* 8. *lib.* 1. Diana *resol. mor. par.* 7. *tract.* 2. *resol.* 106. *aliàs* 105. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 16. *numer.* 3. Molin. *de brach. sæcul. lib.* 1. *cap.* 18.

6 Secunda est opinio negativa, quòd Judex Ecclesiasticus crimine hæresis excepto, non habet territorium ad procedendum propria authoritate contra laicos in criminibus sacrilegii, & aliis mixti fori, ad ejus jurisdictionem spectantibus; nec potest eos personaliter incarcerare, nec capere, sed solùm censuris Ecclesiasticis illos coercere, & punire, sic post alios antiquos docent Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 30. *numer.* 8. *versic. Unum tamen volo*, *in princ.* Riccius, *collectan.* 737. *in fine*, *versic. Pro coronide*. Garzia, *de nobilit. gloss.* 9. *numer.* 53. *versic. Sexta conclusio*, *& versic. Et ideò*, Paulat. Rub. *in capit. Per vestras*, *not.* 1. *versic. Sed est pulchra*, *à numer.* 1. Aviles *in capit.* 20. *Prætor. gloss. usurpan. à numer.* 14. Azevedo, *in l.* 14. *à numer.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Ansaldus, *de jurisd. part.* 4. *tit.* 10. *cap.* 2. *numer.* 33. Sanfelicius, *decis.* 160. Scialoya *de foro compet. capit.* 54. *numer.* 31. Carol. de Grassis *de effect. Cler. effectu*, 1. *numer.* 602. Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *numer.* 57. 59. *&* 60. Frasso *de reg. pat. Indiar. tom.* 2. *cap.* 86. *numer.* 17. Paz *in praxi*, *tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 54. Parlador. *rerum quotid. tom.* 1. *libr.* 2. *capit. fin. part.* 2. *numer.* 1. *& tom.* 2. *differ.* 9. §. 2. *numer.* 16. Reg. Sesse, *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à numer.* 16. multos alios cumulat Bobadilla *in polit. libr.* 2. *capit.* 17. *à numer.* 167. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *capit.* 4. *à numer.* 36. Amaya *in l. Nemo carcerem*, 2. *à num.* 35. *Cod. de exactor. trib. lib.* 10. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *c.* 6. Larrea *decis.* 1. *numer.* 20. latè Pereyra *decis.* 117. Reg. Leo, *decis.* 154. *lib.* 2. Anguian. *de legib. controver.* 31. *à numer.* 12. *lib.* 3. Cævallos, *de cognit. per. viam violen. part.* 2. *quæst.* 93. *tota. signanter à numer.* 37. *& com. contr. com. quæst.* 897. *numer.* 37. Fermosin. *in cap. Cùm non ab homine*. 10. *quæst.* 40. *de judiciis*, Regens Matthæu, *de regim. Regni Valen. c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *nu.* 170. *&* 171. ex Practicis nostris Mier. Olib. Peguera, & Fontanella, quos citavi, & sequutus fui *decis.* 26. *num.* 63. *part.* 1. prædictis adde quamplures à me laudatos *decis.* 231. *numer.* 4. *part.* 4. *& supra*, *decis.* 265. *à numer.* 41. *hac part.* 5. latè Ferrer. *in disc. pro defens. Reg. jurisdict. à num.* 69. *ad* 79. Don Michael de Calderò *decis.* 74. *à numer.* 19. *ad* 30. *part.* 2.

Fundantur isti Doctores negativam opinionem se- 7
quentes. Primò, *in capit. cùm Episcopus à contrario sensu*, *de offic. Ordinarii in* 6. Secundò, *in capit. Si laicum*, *de foro compet. in* 6. Tertiò, *in capit.* 1. *de offic. Ordin.* Quartò, *in cap. Postulasti*, *de homicid.* Quintò, *in cap. Princeps sæculi* 23. *quæst.* 5. Sextò, *in cap.* 2. *de maledicis*. Et addunt in con- 8
firmationem, quòd Episcopus non habet familiam armatam, ut sua jurisdictione eos qui non sunt de sua jurisdictione, id est laicos, capere possit, ut docent Azevedo *l.* 14. *numer.* 4. *&* 5. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 18. *& c.* 17. *numer.* 87. *& cap.* 18. *numer.* 8. Barbosa *de potest. Episcop. plures refert*, *par.* 2. *alleg.* 107. *num.* 1. Larrea *decis. Granaten.* 1. *numer.* 16. *&* 17. *cum seq.* Amaya *in l. Nemo carcerem*, 2. *numer.* 36. *Cod. de exactor. tribut. libr.* 10. alios plures memorat Molinus noster *de brach. sæcul. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 96. Et ad jura contraria, nempè 9
ad can. Attendendum 13. 17. *quæst.* 4. *& ad can. Contra idolorum*, 10. 26. *quæst.* 5. respondet Amaya *in l. Nemo carcerem*, 2. *numer.* 37. *Cod. de exactor. libr.* 10. *& ad authent. causa quæ*, *Cod. de Episcop. & Cler.* poteris respondere cum Barbosa *ibidem*, *numer.* 3. ubi cum Palac. Rub. quem citat, intelligit procedere in terris Imperii, ubi Imperator potuit dare Episcopo hanc facultatem. Et ad Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. capit.* 3. respondent Doctores à me citati *decis.* 26. *nmmer.* 65. *part.* 1. *& decis.* 231. *numer.* 6. *part.* 4. quibus addo Amayam *in leg. Nemo carcerem.* 2. *numer.* 42. *Cod. de exactor. tribut. libr.* 10. Fermosin. *in capit. Cùm non ab homine*, 10. *quæst.* 40. *numer.* 30. *in fine*, *de judiciis*, & me citato Ferrer. *discur. pro defen. Reg. jurisdict. numer.* 78. Don Michael de Calderò *decis.* 74. *numer.* 26. *part.* 2. ad usaticum laudaverunt *tit. de Bisbes*, *y Prelatis*, poteris respondere ex his quæ tradunt Mieres, Oliba, & Fontanella à me citati, *decis.* 26. *numer.* 63. *part.* 1. Ferrer. *loco hic citato*, *numer.* 69.

Plus addunt Doctores hujus opinionis negativæ, 10
quod si Judex Ecclesiasticus laicum propria authoritate capiat, carceratio est nulla, & injusta, pro cujus violentia tollenda adiri possunt in Regno Castellæ Regia Tribunalia, Garcia *de nobilit. gloss.* 9. *numer.* 53. *versi. Sexta conclusio*, Bobad. *in polit. libr.* 2. *capit.* 17. *numer.* 167. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *capit.* 4. *numer.* 39. *&* 125. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 93. Amaya *in leg. Nemo carcerem*, 2. *numer.* 43. *Cod. de exactor. tribut. lib.* 10. & in Cathalonia firmatur contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 11. *numer.* 6. *prope finem*, *versic. Et quando*, vidi exemplaria tradita *decis.* 231. *num.* 5. *part.* 4. *& decis.* 265. *num.* 45. 46. 47. *&* 48. *ac part.* 5.

Hæc opinio negativa usu, & praxi recepta est, 11
ut testatur Fermosinus *in capit. Cùm non ab homine* 10. *quæst.* 40. *numer.* 7. *de judiciis*, Germon. *de sacror. immun. libr.* 3. *capit.* 12. *numer.* 77. *versic. Quidquid sit*, Vela *in cap.* 1. *part.* 1. *num.* 119. *de offic. Ordin.* de Statu Mediolani Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *numer.* 8. *versic. Sed quidquid sit*, & ex Riccio *collect.* 737. *in fine*, *versic. Pro coronide*, de Regno Castellæ ita fuisse pronuntiatum, atque declaratum Regia exequutoria lata in favorem Civitatis Placentiæ, contra ejus Episcopum, tribus casibus exceptis,

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 45. numer. 2. versic. Et ita*, Azevedo, *l. 14. numer. 6. in fine, tit. 1. lib. 4. recop.* Cævallos, *de cognit. per viam violen. p. 2. quæst. 93. numer. 73.* de Regno Granatæ Larrea, *decis. 1. numer. 21. & 25.* Cancellarii Reg. de Regno Valentiæ cum pluribus decisionibus Leo, *decis. 154. à numer. 1. ad 14.* Regens Matthæu, *de regim. Regni Valentiæ, cap. 7. §. 1. n. 170. 171. & 172.* de nostro Principatu Cathaloniæ iu casu sacrilegii fuit declaratum per Paulum Pla Tertium cum voto duodecim Consultorum 24. Martii 1607. contra Episcopum Gerunden. declarationem referunt Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 89.* Cancer. *par. 3. var. cap. 19. numer. 82.* & ex Scialoya *de foro compet. cap. 54. numer. 31. prope finem, versic. Et quod*, Ego *decis. 9. num. 34. versic. Et antea, & decis. 26. num. 64. par. 1. & decis. 231. num. 15. par. 3.* me citato Ferrer, *in discur. pro defen. Reg. jurisdict. n. 74.* Don Michael de Calderò, *decis. 74. num. 27. par. 2. & supra, decis. 265. num. 46.* & in Parlamento Parisiensi in facti contigentia judicatum fuisse refert Papon. *lib. 2. tit. 5. arresto 26.* & ex eo Jul. Clar. *§. fin. qu. 37. sub num. 8.* Cævallos, *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 93. sub, num. 68.* & per plura arresta fuisse judicatum testatur Boer. *decis. 227. num. 11.* & ex eo Cævallos, *loco proximè citato*. Fallit in Cathalonia si laicus propter sacrilegium capiatur intus Palatium Episcopale, ut in exemplari Cancellarii Manegat die 8. Octobris 1587. *relato decis. 265. sub numer. 45. hac par. 5.* notat Don Michael de Calderò, *decis. 74. num. 29. par. 2.*

12 Hujusmodique usui, & praxi omninò deferendum esse, docet Scaccia, *de judiciis, lib. 1. cap. 12. numer. 80.* Quem referunt, & sequuntur Guazin. *defen. 1. cap. 8. num. 28.* Vela *in cap. 1. par. 1. num. 119. de offic. Ordin.* Et si Lælius Jordanus dicat Episcopos sequi debere hanc consuetudinem ex urbanitate, & ad vitandum scandalum, *in tract. de origine Sedis Apostolicæ, cap. 8. num. 10.* referunt Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 29. num. 20.* Vela *in cap. 1. part. 1. num. 123. de offic. Ordin.*

13 Et licèt aliqui intelligant usum, & praxim hujus opinionis negativæ dumtaxat procedere in causis civilibus, vel criminalibus civiliter intentatis, ut Covar. *pract. cap. 10. numer. 2. versic. Tertiò illud erit*, Paz. *in praxi, tom. 2. prælud. 2. numer. 55. in fine*, non autem in causis criminalibus criminaliter intentatis, Vela *in cap. 1. par. 1. numer. 121. & 122. de offic. Ordin.* contrarium est verius ut procedat, non solum in civilibus, sed etiam in criminalibus, ut probat, & refert Regiam exequutoriam latam in favorem Civitatis Placentiæ contra ejus Episcopum, Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 45. num. 2. post princ. versic. Non solùm, & prope finem, versic. Quamvis novissimè*, Azevedo *l. 14. num. 16. tit. 1. lib. 4. recop.* Hoc tradunt Doctores Castellani pro declaratione suæ legis Castellæ. At in Cathalonia nedum in civilibus, ut pluribus declarationibus Cancellarii tradidi, *decis. 231. numer. 5. parte quarta*, sed etiam in criminalibus, formale est exemplar Pauli Pla Tertii 24. Martii 1607. de voto duodecim Consultorum, *de quo suprà, sub num. 11.*

14 Benè tamen dicunt Doctores aliàs verum esse, quotiescumque consuetudine obtentum esset, quod Judex Ecclesiasticus habens alicujus causæ cognitionem in criminalibus adversus laicos, posset eos capere, & carceri tradere, hic usus est omninò servandus, ut docent Covar. & alii innumeri, *quos citavi, decis. 231. numer. 8. part. 4.* quibus solùm addo Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *de compet. jurisdict. quæst. 72. numer. 14. & 35.* & ita in aliquibus Diœcesibus Castellæ jamdiu obtinuisse refert Covar. *practicar. capit. 10. numer. 2. versic. Primum;* & ex eo Cævallos, *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 93. sub, numer. 27.* & de omnibus ferè Episcopatibus Regnorum Castellæ testatur Royas, *singul. 108. in fine*, & ita audivisse servari in Civitate Murciæ inquit idem Cævallos, *loco citato sub num. 27.* additque Covar. *pract. capit. 10. numer. 3. versic. Primum*, CAROLUM QUINTUM Romanorum Imperatorem, & Hispaniarum Regem numquam voluisse hanc consuetudinem improbare, licèt pluries ab eo peteretur, ut referunt Azevedo, *leg. 14. numer. 7. in fine, tit. 1. libr. 4. recop.* Cævallos, *de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 93. sub, numer. 27.* Fermosin. *in capit. Cùm non ab homine, 10. quæst. 40. numer. 31. de judiciis.* Et in Regno Aragonum in favorem Archiepiscopi Cæsaraugustæ, vel Michaelis Val vicini de Carinnena super competentia jurisdictionis fuisse pronuntiatum per Cancellarium competentiarum die 30. Augusti 1604. posse Ecclesiasticum capere eos, qui publicas concubinas habent, attenta consuetudine capiendi pro hoc crimine, testatur Regens Sesse, *de inhibit. capit. 9. §. 2. num. 35.* sequitur Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *de compet. jurisdict. quæst. 72. numer. 14. & 32.* alia exemplaria Cancellarii Regni Aragonum in favorem Episcopi Barbastren. tradit idem Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *dicta quæst. 72. numer. 33. & 34.* qui *numer. 35.* addit Episcopos omnes in Aragonia habere jurisdictionem carcerandi, & puniendi laicos in delictis mixti fori, si prævèniant.

Cæterum in Regnis Castellæ talis consuetudo est 15
sublata *per leg. 15. in fine, tit. 1. libr. 4. recop.* ubi Azevedo *sub numer. 8.* Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. numer. 55.* Cævallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 93. numer. 28.* idem Azevedo, *l. 1. numer. 16. tit. 15. lib. 4. recop.* Bobad. *in polit. libr. 2. cap. 17. num. 170.* Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 45. numer. 2. versic. Nec etiam*, Avendanno, *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 1. numer. 22.* & ita in Regali Consilio judicatum fuisse contra Illustrissimum Archiepiscopum Toletanum, non obstante, quod ipse fundabat suam intentionem ex antiquissima consuetudine legitimè præscripta, refert memoriæ retinere Salzedo ad Bernard. Diaz. *regul. 397. versic. Septimò*, & ex eo tradunt Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 45. numer. 2. versic. Et post eum*, Cævallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 93. num. 70.* quidquid dixit Royas, *citatus, numer. 14.* nam eum impugnant Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 45. num. 2. in fine*, Azevedo *l. 14. num. 6. in fine, tit. 1. lib. 4. recop.* & quidquid dixit Covar. de Imperatore CAROLO QUINTO, *citatus num. 14.* de cujus assertione valdè miratur, cùm sit contra legem Regni, Azevedo, *l. 14. numer. 8. tit. 1. lib. 4. recop.* Et ita in Cathalonia contra Episcopum Gerunden. non obstante consuetudine quinquaginta, vel sexaginta annorum, in qua erant Episcopi Gerunden. capiendi laicos pro crimine sacrilegii & eos puniendi, & castigandi, ut testatur Cancer *par. 3. variar. cap. 19. num. 74.* fuit declaratum per Paulum Pla Tertium, cum duodecim Consultoribus, 24. Martii 1607. non potuisse propria authoritate capere laicum inculpatum de homicidio cum ictu archabusii perpetrato in personam Laurentii Bosch Rectoris & Parochi Parochiæ Sancti Martini Capresa, ut ipse Cancer refert, *num. 82.* quam declarationem tradidi variis in locis, *ut notavi in hac decisione sub num. 11.*

Ratio autem, quare Episcopus Gerunden. succu- 16
buit in competentia relata, *num. 15.* meo videri fuit triplex. Prima, quia consuetudo per eum allegata non debuit esse legitimè probata, Ego cum multis *decis. 231. num. 9. part. 4.* Secunda quia non debuit esse introducta, & acquisita cum scientia, & patientia Domini Regis. Ego cum aliis *decis. 231. num. 10. par. 4.* add. in ornatum Salzedo *ad Bernard. Diaz, regul. 397. versic. Septimò*, Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 45. sub numer. 2.* Avendanno *de exequen. mandat. par. 1. c. 1. numer. 22.* Cenedo *pract. q. 39. in fin.* Cævallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 93. numer. 26. 27. 28. & 72.* Tertia, quia non fuit legitimè præscripta Ego post plures *decis. 231. numer. 14. part. 4.* cùm solùm essent elapsi quinquaginta, aut sexaginta anni. Et ista præscriptio debeat esse immemorialis. Ego *decis. 231. numer. 15. & 16. parte*, quidquid aliter dicat Don. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *de compet. jurisdic. quæst. 72. à num. 21.*

Sunt

17 Sunt tamen qui putant, quod Judex Ecclesiasticus, quando judicio criminali vult procedere adversus laicos ad punitionem culpæ, tunc benè potest personas laicorum capere, & in carcerem detrudere, Azev. *l.* 14. *numer.* 11. *&* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & ita in praxi observari in Tribunali Episcopali Salmantino, dicit Paz. *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 56. Vela *in c.* 1. *part.* 1. *numer.* 124. *de off. Ordin.* sed reprobatur, quia indistinctè, tam in procedendo, quàm exequendo ad culpæ punitionem non potest Judex Ecclesiasticus propria authoritate capere, & incarcerare laicos, sic Cævallos, *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 93. *numer.* 78. *&* 79. *& commun. cont. com. quæst.* 897. *numer.* 77. Guttier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 45. *numer.* 2. *versic. Quamvis novissimè*, Fermosin. *in cap. Cùm non ab homine* 10. *quæst.* 40. *numer.* 23. 24. *&* 32. *de judiciis.*

16 Obiter notandum est, quòd Episcopus non potest procedere ad excommunicandum vendentes panem, & vinum prope Ecclesiam in diebus dominicis, vel Quadragesimæ, & multò minus ad occupandum, & confiscandum res venditas, & currus, sive azemilas, quibus invehitur panis, quia Ecclesiasticus non habet jurisdictionem in laicos, nisi in ordine ad spiritualia, & quatenus impediunt Divina Officia, & festivitates colendas, & committunt peccata, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 44. At illud non impedit illas, nec inducit peccatum, cùm similiter in plateis hæc vendantur in diebus Dominicis, nec potest procedere ad dictarum rerum confiscationem, Oliba *de jure fisci, c.* 12. *numer.* 43. sic Regens Sesse, *de inhibit. c.* 9. *§.* 2. *numer.* 11. *versic. Ille mihi casus videtur, & numer.* 12. *&* 13. sequitur Daniel de Nobilibus, *in addit. ad disputat.* 62. *numer.* 4. *&* 5.

ARGUMENTUM.

An laicus absolutus, vel condemnatus pro delicto mixti fori per Judicem Ecclesiasticum possit iterum molestari, inquiri & puniri per Judicem sæcularem Et è converso: An laicus absolutus, seu condemnatus pro delicto mixti fori per Judicem sæcularem possit iterum molestari, inquiri, & puniri per Judicem Ecclesiasticum.

SUMMARIUM.

1 *Laicus absolutus, vel condemnatus per Confessorem in foro pœnitentiali, non obstante illa absolutione, seu condemnatione, potest accusari, inquiri & puniri in foro contentioso per Judicem sæcularem, numer.* 1. *non solùm quando pœnitentia per Confessorem imposita est secreta, sed etiam si fuisset publica, numer.* 2. *quamvis per Confessorem in foro pœnitentiali injuncta sit pœna gravissima, numer.* 3.

4 *Absolutio habita in foro pœnitentiali non tollit pœnam fornicationis mulieris erga maritum, amplia, numer.* 7.

5 *Blasphemus in foro pœnitentiali absolutus non censetur absolutus à pœna fori temporalis in quo potest accusari, inquiri, & puniri, amplia, numer.* 7.

6 *Hæreticus, sivè ab Episcopo, sivè ab Inquisitore, vel ab alio absolvendi potestatem habente, absolutus in foro pœnitentiæ, nihilominus potest in foro externo capi, & in carcerem detrudi, & puniri. Amplia, numer.* 7.

8 *Laicus absolutus, vel condemnatus pro delicto mixti fori per Judicem Ecclesiasticum in foro contentioso, seu judiciali an possit iterum molestari, inquiri, & puniri per Judicem sæcularem. Et è contra, laicus absolutus, vel condemnatus pro delicto mixti fori per Judicem sæcularem in foro sæculari, seu contentioso an possit iterum molestari, inquiri, & puniri per Judicem Ecclesiasticum.*

9 *Laicus punitus pro delicto mixti fori per Judicem Ecclesiasticum pœna dumtaxat spirituali excommunicationis, per eam non tollitur pœna sæcularis, & consequenter ita punitus à Judice Ecclesiastico potest puniri pœna corporali à Judice sæculari, numer.* 9. 10. *&* 11.

10 *Laicus punitus per Judicem sæcularem pœna corporali, licèt non possit amplius puniri per Judicem Ecclesiasticum, numer.* 12. *si Judex sæcularis pœna condigna puniverit, secus aliàs, numer.* 13. *nihilominus pœnam spiritualem excommunicationis Judex Ecclesiasticus infligere potest, etiamsi laicus pœna temporali fuerit sufficienter punitus à Judice sæculari, numer.* 14.

DECISIO CCLXIX.

NOn loquor in hac decisione de laico, qui fuit absolutus, vel condemnatus in foro pœnitentiali per Confessorem, qui non obstante illa absolutione, seu condemnatione potest accusari, inquiri, & puniri in foro contentioso per Judicem sæcularem, *gloss. fin. prope finem in cap. Gaudemus, de divortiis, gloss.* 1. *in fine, cap. de schismaticis, gloss. unica in fine, in cap. De his accusat. gloss. fin. in c.* 2. *de empt. & vendit. gloss. in can. Qui crimen, verbo Si ipse ante,* 6. *quæst.* 1. *gloss. in can. fin. verbo Corripere* 25. *dist. gloss. in can. Quamvis* 89. *verbo Pro quibus, de pœnitent. dist.* 1. *arg. text. in can. Admonere,* 8. *gloss. verb. Pœnitentia,* 33. *quæst.* 2. Tum quia datur diversitas finis utriusque fori, cùm contentiosus respiciat bonum publicum in communi, finis verò pœnitentialis tendit principaliter in salutem animæ, ut per Socin. *in cap. Cùm non ab homine,* 14. *n.* 9. *de accusat.* Tum quia quis delinquendo offendit Deum, Rempublicam, & proximum, ac proinde non modò puniri debet per pœnitentiam, quoad Deum, sed etiam in foro contentioso à Judice sæculari, quoad Rempublicam, & partem, cùm pœnæ istæ tendant in diversos effectus, & penitentia publica detur ad removendum scandalum, sic Castren. *in l. Cunctos populos, numer.* 7. Caccialup. *numer.* 8. *C. de sum. Trinit.* Angel. *in l. Qui accusare,* 9. *numer.* 2. *C. de accusat.* Abbas, *in c. de his,* 6. *numer.* 3. *ubi Addit. litera D, de accusat.* Gomez, *tom.* 3. *variar. c.* 1. *numer.* 40. *versic. Sit prima conclusio*, ubi Ayllon. Laynez *n.* 40. Paz. *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 53. Tusch. *pract. conclus. litera A, conclus.* 53. *numer.* 44. Sperell. *decis.* 134. *n.* 78. 79. *&* 80. *lib.* 2. Jul. Clar. *§. fin. quæst.* 57. *numer.* 10. Decian. *tract. cr. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 30. *numer.* 28. Menochius, *de arb. Jud. casu.* 539. *à numer.* 31. Tusch. *practic. concl. litera A, concl.* 53. *numer.* 44. Gail. *de pace pub. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differ.* 12. *§.* 2. *numer.* 22. Farinac. *in praxi, p.* 1. *quæst.* 4. *numer.* 6. Cavalcan. *de Brac. Reg. part.* 5. *numer.* 274. *in fine, versic. Quid si quis*, Guttier. *de delict. quæst.* 66. *numer.* 4. *&* canonicar. *lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 13. Aviles, *in cap.* 25. *Prætor. numer.* 11. Guazin. *defens.* 2. *cap.* 7. *numer.* 49. Covar. *libr.* 2. *var. cap.* 10. *numer.* 3. ubi Ybannez de Faria, *numer.* 16. Cenedo, *collect. ad decretal.* 113. *numer.* 2. Sanchez, *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 43. *numer.* 29. Bolannos, *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 3. *§.* 2. *numer.* 33. Novarius, *in rub. collect.* 1. *numer.* 5. *de accusat. & de gravam. vassal. par.* 2. *gravam.* 42. *num.* 6. Fermosin. *in cap. Cùm sit generale, quæst.* 11. *numer.* 4. *de foro compet.* Tiraquel. *de pœnis tempor. causa* 25. *numer.* 4. Riccius, *decis.* 230. *parte secunda*, Ansaldus, *de jurisdict. part.* 4. *tit.* 10. *capit.* 2. *à num.* 7. alios plures cumulat Barbosa, *in c. De his, numer.* 8. *de accusat.* 1

Non solùm quando pœnitentia per Confessorem imposita est secreta, sed etiam si fuisset publica, Abbas *in capit. De his, sub numer.* 3. *de accusat.* Gomez, *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 40. *versic. Sit prima conclusio, ibi: Et ista conclusio procedit, per textum quem dicit de jure meliorem non reperiri in cap.* 2. *ubi Abbas, & Doctores, de maledicis*, ubi Ayllon. Laynez, *numer.* 42. Tiraquel, *de pœnis temperan. causa* 25. *sub, numer.* 4. Ansald. 2

de jurisdict. part. 4. tit. 10. cap. 2. numer. 8. Azor. *instit. mor. part. 1. lib. 8. c. 19. quæst. 6. versic. Si quæras*, Azevedo, *l. 1. numer. 33. tit. 4. libr. 8. recop.* Sperell. *decis. 134. n. 80. lib. 2.* quidquid sentiant contrarium in penit. publica, Marsil. *singul. 639.* Cavalcan. *de brach. Reg. part. 4. numer. 274. in fine*, Gail. *de pace publica, lib. 2. cap. 11. numer. 27.* Menochius, *casu 539. nu. 41. & 42.* qui adversùs eos est verior sententia, ut docent Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 4. numer. 6.* Guazin. *defen. 2. c. 7. numer. 49.* Covar. *lib. 2. var. c. 10. numer. 3.* ubi Ybannez de Faria, *numer. 21.* Aviles, *in cap. 25. Prætor. gloss. La pragmatica* 18. Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. numer. 53. vers. Quod procedit.*

3 Quamvis gravissima pena injuncta sit per Confessorem in foro pœnitentiali, adhuc enim in foro judiciali quis puniri potest, Gomez. *tom. 3. var. capit. 1. numer. 40. sub versic. Sit prima conclusio*, ubi testatur hoc vidisse de facto in quibusdam scelestis hominibus, qui in die carnisprivii fecerunt quoddam spectaculum in vilipendium Dei, & Catholicæ Religionis, quem sequuntur Jul. Clar. §. *fin. qu. 57. numer. 10. versi. Sed nunquid, ibi: Idemque dicendum est*, Menochius, *de arb. Jud. casu 539. numer. 36.* Guazin. *defen. 2. c. 7. numer. 49.* Ybanez de Faria ad Covar. *lib. 2. var. cap. 10. sub n. 21.* Riccius *decis. 230. numer. 5. p. 2.*

4 Ideòque absolutio habita in foro pœnitentiali, & conscientiæ non tollit pœnam fornicationis mulieris erga maritum, *gloss. fin. in cap. Gaudemus, de divortiis*, quam ut singularem sequuntur, aliquibus citatis, Menochius, *de arb. Judic. casu 539. num. 34.* Riccius, *decis. 230. num. 4. lib. 2.*

5 Sic blasphemus quanquam in foro pœnitentiali absolutus, non censetur absolutus à pœna fori temporalis, in quo potest accusari, denuntiari, inquiri, & puniri, ut reprobatis contrariis docent Simancas, *de Cathol. instit. tit. 8. num. 18.* Azevedo, *l. 1. numer. 32. & 33. tit. 4. lib. 8. recop.* Gomez, *tom. 3. var. cap. 1. numer. 40. versic. Sit prima conclusio, in fine, ibi: Item etiam ex hoc infero*, Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 5. numer. 16.* Menochius, *de arb. Jud. casu 539. à numer. 29. signanter numer. 35.* Aviles *in capit. 25. Prætor. verbo La pragmatica, à numer. 10.* Guazin. *defen. 1. capit. 7. num. 49.* Guttier. *de delictis, quæst. 66. à num. 2.* Covar. *lib. 2. var. cap. 10. sub, num. 3.* ubi Ybannez de Faria, *n. 23.* Riccius, *decis. 230. numer. 4. n. 5. ita etiam, part. 2.* Farinac. *in praxi, part. 1. q. 4. n. 5. versic. Et quid, & q. 20. num. 42.*

6 Ac etiam hæreticus, sivè ab Episcopo, sivè ab Inquisitore, aut ab alio absolvendi facultate habente, absolutus sit in foro pœnitentiæ, nihilominus potest in foro externo citari, & in carcerem detrudi, torqueri, & puniri, Azor. *instit. mor. part. 1. lib. 8. cap. 19. qoæst. 6.* Sanchez, *in decal. lib. 2. cap. 12. num. 7. tom. 1.* plures alios cumulat Barbosa, *in cap. Gaudemus, 8. num. 22. de divortiis.*

7 Prædicta procedunt etiam, quòd in foro pœnitentiæ quis sit absolutus à Summo Pontifice, vel ab alio Prælato jurisdictionem contentiosam in temporalibus habente, nam non censetur remittere pœnam quoad forum contentiosum, ut ex Brunone à Sole dicit Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 4. sub numer. 5.* latè Menochius *de arb. Jud. casu 539. à numer. 57.* Ybannez de Faria ad Covar. *libr. 2. var. capit. 10. numer. 22.* Ayllon Laynez ad Gomez, *tom. 3. var. cap. 1. num. 40. versic. Et amplius dictam resolutionem.*

8 Sed loquor, an laicus absolutus, vel condemnatus pro delicto mixti fori per Judicem Ecclesiasticum in foro contentioso, seu judiciali possit iterum molestari, inquiri, & puniri per Judicem sæcularem. Et è contra, an laicus absolutus, vel condemnatus pro delicto mixti fori per Judicem sæcularem in foro judiciali, seu contentioso possit iterum molestari, inquiri, & puniri per Judicem Ecclesiasticum. In qua quidem quæstione Doctores satis intricatè loquuntur, ut dicit Alciatus *in cap. 1. numer. 136. in fine, de offic. Ordin.* confusèque & malè intelligunt, & conculcant, ut ait Tusch. *tract. concluf. litera A, conclus. 53. numer. 47.* nam sunt qui affirmant, sunt qui negant; alii conciliant, declarant, & limitant, de quibus videantur Hostien. Joan. And. Bald. Barbatia, & communiter Doctores *in capit. 1.* signanter Alciatus *à numer. 128. usque ad finem*, Vela *part. 1. à numer. 130. ad 138. de offic. Ordin.* Felin. remissivè *in c. Cùm sit generale, nu. 21.* ubi Barbosa remissivè, *numer. 11. & in addit. tom. 6. num. 11. de foro compet.* idem Felin. *in cap. de his, numer.* ubi Barbosa, *num. 2. versic. Quod semel, & remissivè, num. 4. de accusationib.* Covar. *lib. 2. var. capit. 10. num. 6.* ubi Ybannez de Faria *num. 37. 38. & 39.* idem Rovar. *in c. Raynuntius, num. 19. de testament.* Menoch. *de arb. Jud. casu 539. numer. 39.* Cavalcan. *de Brach. Reg. num. 240.* Jul. Clar. §. *fin. quæst. 57. numer. 11. 12. 13. & 14.* Costa *in tractatu Aut sciebat, aut ignorabat, dist. 68. numer. 9. & 10. cent. 2.* Parlador *rer. quotid. tom. 2. differ. 9. §. 2. numer. 14. versic. Illud verò, & numer. 15.* Guttier. *canonicar. libr. 1. cap. 12.* Gomez, *tom. 3. var. capit. 1. numer. 40.* ubi Ayllon Laynez, *numer. 40. & in versic. Quod in delicto*, Bossius *in praxi, tit. de foro compet. numer. 84.* Marta, *de Ordin. Jud. part. 6. tit. de inquisit. numer. 79.* Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 4. à numer. 7. ad 14. de immun. Eccles. numer. 237. & numer. 364. versic. Numquid*, Belluga *in specul. Princip. rub. 11. §. Viso, numer. 22. versic. Sed est major dubitatio, & num. 22. & 23.* Borrell. in addit. ad Bellugam, *rub. 11. §. Videamus, litera C*, Avendanno *de exequend. mandat. part. 2. capit. 5. numer. 18.* Aviles *in capit. 25. Prætor. numer. 11. versic. Secundò, & numer. 22.* Decian. *tract. crim. tom. 1. libr. 4. cap. 9. numer. 45. & c. 10. num. 5. versic. Et nota, & capit. 26. numer. 16. & tom. 2. libr. 6. capit. 35. num. 8.* Germon. *de sacror. immun. libr. 3. cap. 12. à numer. 83.* Scap. *de non scrip. lib. 1. capit. 11. numer. 13.* Paz. *in praxi, tom. 2. prælud. 2. à numer. 29.* Marcus *decis. 989. numer. 5. par. 1.* Osascus *decis. 103. numer. 8.* Aponte *in quæst. laudem. tit. quis sit Judex, à numer. 24.* Boer. *decis. 289. tota*, Quesada *diver. quæst. juris, cap. 29. numer. 14. versic. Sicut autem, ibi: Nec illud omittendum*, Brunor, à Sole *quæst. legal. 17. à num. 40.* Cenedo *collect. ad decretal. 113. num. 3. & collect. 126. numer. 4. practicar. quæst. 39.* Bobad. *in polit. libro secundo, cap. 17. numer. 94. & cap. 18. numer. 134.* Thesaurus in addit. ad Patrem, *decis. 148. numer. 4.* Tondutus *de præven. Jud. part. 2. c. 27. num. 7. & cap. 29. sub num. 15.* Peguera *decis. 79. nu. 6.* Ansaldus *de jurisdict. part. 4. tit. 10. capit. 2. à num. 13. ad 33.* Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. part. 2. tit. 7. numer. 15.* Sanchez, *de matrimon. lib. 3. disput. 54. numer. 7. & 8.* Pereyra *de man. Regia, part. 1. capit. 10. numer. 12. & part. secunda, cap. 56. num. 47.* Scaccia *de judic. libr. 1. capit. 12. à n. 81. cum plurib. seq.* Guazin. *defen. 2. capit. 7. numer. 55. & defens. 35. capit. 11. numer. 2. & 3.* Valenzuela, *consil. 131. à numer. 15. tom. 2.* Conciolus, *verbo Absolutio, res. 4. n. 4. & 5.* Gail. *de pace publica, lib. 2. cap. 11. numer. 25.* Afflict. *decis. 219. numer. 4. & 6.* Tusch. *pract. concluf. litera A. conclus. 53. à numer. 40.* Menchaca, *de succes. creat. lib. 3. §. 26. n. 6. & 68.* Agia, *de exhibend. auxil. fundam. 25.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 13. n. 96.* Montalegre, *in praxi, lib. 1. cap. 9. n. 66. & 168.* Cævallos, *com. com. cont. quæst. 11. numer. 10. & 10. tom. 1. & quæst. 897. numero 576. tom. 4. & de cognit. per viam violent. part. 2. qu. 85. n. 3. & 5.* Bolannos *in Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 2. num. 6. & 33.* Petr. Barbosa, *in l. 2. par. 1. versic. Et utrum hoc casu, & in l. titia, num. 55. versic. Quamvis aliud, ff. solut. matrim.* Rodoer. ad Marinis, *libr. 1. resol. jur. cap. 50. num. 9.* Vela, *disert. 10. num. 51. tom. 1. & in c. 1. part. 1. à numer. 130. ad 139. part. 1.* Severin. ad Sanfelic. *decis. 377. versic. in criminalibus, lib. 3.* Novarius, *gravamin. 42. à num. 7. tom. 2.* Cardoso, *in praxi judic. verbo Sacrilegium, num. 16.* Marta, *de jurisdict. par. 2. c. 11. à num. 22.* Bellet. *disq. Cler. par. 1. tit. de favore Cler. reali, §. ultim. num. 106.* Cancer *par. 3. var. resol. cap. 19. à numer. 61.* Fontanella, *de pact. nupt. tom. 1. clausul. 4. glos. 13. part. 2. à numer. 61.* Fermosin, *in cap. Cum sit generale, quæst. 11. de foro compet.* idem August. Barbosa, *de potest. Episcop. par. 3. allegat. 51. num. 95. & in c. Felicis, 2. numer. 37. de pœnis in 6. & in l. Si quis in hoc, numer. 11. Cod. de Episcop. & Cler. & in l. 2. numer. 6. &*

6. & 8. C. de sportulis, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti, *de compet. jurisd. quæst.* 73, *numer.* 7. Sperell. *decis.* 92. *tota*, *lib.* 1. & *decis.* 144. *tota*, *lib.* 2. Angujan. *de legibus*, *lib.* 3. *controv.* 32. *numer.* 7. Miranda *de ord. jud. tom.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *concluf.* 2. Layman. *in theolog. mor. lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 2. *numero* 6. Jul. Chartar. *decis.* 72. *numer.* 13. & *à num.* 31. *versic. Nam quod*, *cum seq. usque ad numer.* 67. Mastrill. *decis.* 68. *numero* 8. *tom.* 1. Giurba *cons.* 70. *num.* 16. *versic. Ut si ab Episcopo*, Carracciolus *de foro privileg. quæst.* 25. *à numer.* 5. Don Michael de Calderò *decis.* 74. *à numer.* 13. *ad* 19. *par.* 2. Cutel. *de imm. Eccles. quæst.* 108. *lib.* 2. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 109. *aliàs* 107. & *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 61. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 303. & 304. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 10. *dubit.* 7. *tota*.

9 Sed me restringens ad praxim Cathaloniæ, & aliorum Regnorum, dico: quòd laicus punitus pro delicto mixti fori per Judicem Ecclesiasticum pœna dumtaxat spirituali, verbi gratia, excommunicationis, vel medicinali ad animæ salutem, est certum, quod per eam non tollitur pœna sæcularis, & consequenter ita punitus à Judice Ecclesiastico, nihilominus potest pro crimine mixti fori puniri pœna corporali à Judice sæculari, *leg. Placet*, *versic. Si quis condemnaverit*, ubi Bald. *numer.* 15. communiter Doctores, *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Navar. *cons.* 1. *numer. de judiciis*, Gomez *tom.* 2. *variar. capit.* 1. *numer.* 40. *versic. Secunda conclusio*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 47. *in fine*, Farinac. *in praxi*, *p.* 1. *quæst.* 4. *num.* 8. Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 36. *numer.* 8. Scaccia, *de judiciis*, *lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 91. *in princ.* Sperell. *decis.* 92. *numer.* 3. *lib.* 1. & *decis.* 134. *numer.* 76. *lib.* 2. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 7. *numer.* 18. & 19. Bossius *in praxi*, *tit. de foro compet. numer.* 84. Fontanella *de pact. nupt. tom. primo*, *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 2. *numer.* 61. & 64. & *tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 5. *par.* 2. *num.* 26. & 27. Novarius, *tom.* 2. *gravam.* 42. *numer.* 12. Sanfelicius *decis.* 377. *versic. In criminalibus*, *lib.* 3. quem plures alios cumulat D. Michael de Calderò *decis.* 48. *numer.* 27. *par.* 1. & aliis ex citatis, *num.* 8.

10 Siquidem licèt pœna excommunicationis à Judice Ecclesiastico imposita, secundùm quid, sit gravior omni pœna temporali; cùm tamen tendat potiùs ad salutem animæ, & sic potiùs sit medicinalis, quàm afflictiva: non est in proposito connumeranda inter graves pœnas, ut inquit Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 57. *num.* 14. *in fine*, sequuntur Valenzuela, *cons.* 131. *numero* 21. *tom.* 2. Sperell. *decis.* 92. *sub* 2. 16. *tom.* 1. & *decis.* 134. *num.* 77. *tom.* 2. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 54. *num.* 8. *in fine*.

11 Undè in Regnis, quibus practicatur ut Judex Ecclesiasticus cognoscat contra laicum pro crimine mixti fori quoad pœnas spirituales, & Judex sæcularis quoad pœnas corporales, laicus punitus pro crimine mixti fori pœna spirituali per Judicem Ecclesiasticum, nihilominus puniri potest per Judicem sæcularem pœna corporali, sic sentiunt Amadæus, Jul. Clar. Carol. de Grassis, & alii quamplures citati, *decis.* 265. *numer.* 41. 42. & 44. & *decis.* 168. *numer.* 6. *hac part.* 5. de Regno Siciliæ exemplaria referunt Mastril. *decis.* 68. *numer.* 8. ubi testatur ipsum non semel judicasse, & novissimè fuisse judicatum per Magnam Regiam Curiam causarum criminalium pro quibusdam de Savoca, & ipsum aliàs condemnasse quendam Judicem ad privationem officii, ex quo ad literas Episcopi cancellaverat bannimentum per Curiam sæcularem contra quendam, qui baculo percusserat Clericum Sacerdotem, emanatum, *tom. primo*, hæc exemplaria etiam tradit, & alia addit Carraciolus *de foro privileg. quæst.* 29. *à numer.* 7. *ad* 15. de nostro Principatu Cathaloniæ videantur exemplaria tradita *decis.* 265. *numer.* 45. 46. & 47. *hac parte quinta*.

12 Sic etiam è converso, licèt plures dicant, quòd laicus per Judicem sæcularem punitus pœna corporali non possit ampliùs inquietari, & puniri per Judicem Ecclesiasticum, quia pœna imposita à Judice sæculari semper censetur competens, & gravis pro qualitate delicti, propter severiorem jurisdictionem, quam exercet, ut firmat ex mente omnium Doctorum Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 1. *numer.* 40. *in fine*, *versic. Si vero prius fuisset captus*, & *punitus*, sequuntur Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 57. *numer.* 14. *versic. Subdit tamen*, Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 4. *numer.* 13. *versic. Quintus est casus*, Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 83. Guazin. *defen.* 35. *cap.* 11. *numer.* 2. Borrell. in addit ad Bellug. *rub.* 11. §. *Videamus*, *litera C*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *p.* 2. *numer.* 64. *versic. Quod verò*, Valenzuela *cons.* 131. *numer.* 2. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 54. *numer.* 6. Sperell. *decis.* 92. *numer.* 12. *versic. Quo vero ad secundum*, *tom.* 1. Jul. Chartar. *decis.* 72. *num.* 35. plures alios cumulat Don Michael de Calderò *decis.* 74. *numero* 17. *part.* 2. Si Judex sæcularis justè, & pœna condigna puniverit, secùs si mitiùs puniverit, ut docent Doctores citati Jul. Clar. *numer.* 14. *versic. Dummodò pœna*, Farinac. *numer.* 13. *versic. Quintus est casus*, *ibi: Et propterea*, Scaccia *numer.* 84. Guazin. *numer.* 2. *versic. Quod tamen*, Borrel. ad Bellug. *litera C*, Fontanella, *numer.* 64. *versic. Quod vero*, *ibi: Quod tamen*, Valenzuela *numer.* 18. Sanchez *numer.* 8. *versic. Quod benè*, Jul. Chartar. *numer.* 36. & 42. *versic. Et hæc sententia*. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 7. *numer.* 5. Ybannez de Faria ad Covar. *libr.* 2. *var. cap.* 10. *numer.* 39. *versic. Idem è contra*, sic intelligendi Tusch. *pract. concluf. litera A*, *concluf.* 53. *numer.* 45. Diana, *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 108. *aliàs* 107. & *in coordin. part.* 9. *tract. resol.* 303. *numer.* 1. Nihilominus pœnam spiritualem excommunicationis Judex Ecclesiasticus infligere potest, etiamsi laicus pœna temporali fuerit sufficienter punitus à Judice sæculari, ut in specie criminis sacrilegii, & sic mixti fori, ita expressè docet Osascus *decis.* 103. *numer.* 10. *versic. Fateor tamen*, & *in versic. Concluso igitur*, sequuntur Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 50. Jul. Chartar. *decis.* 72. *numer.* 36. *versic. Rursus etiam*, Bellet. *disq. Cler. tit. de favore Cler. reali, tit. ult. numer.* 106. Marian. Antonin. *var. lib.* 3. *resol.* 38. *numer.* 3. Cabal. *resol. crim.* 200. *numer.* 73. latè Sperell. *decis.* 92. *num.* 13. *lib.* 1. Don Michael de Calderò *decis.* 74. *numer.* 17. *in fine*, *part.* 4. declarationem Cancellarii Puigmari diei 1. Decembris 1630. tradidi, *decis.* 265. *numero* 47. *hac part.* 5. Afflictis *decis.* 219. *numer.* 4. *juncto numer.* 6. ubi ait, quod Judex sæcularis potest procedere contra testes accusatos de falso testimonio deposito coram Judice Ecclesiastico, sed quod per hoc non impeditur jurisdictio Judicis Ecclesiastici, qui simpliciter pœna canonica poterit illos falsos testes punire, & docent ex eo Farinac. *in praxi*, *part.* 2. *quæst.* 67. *numer.* 32. Rodoer ad Marin. *resol. jur. capit.* 50. *numer.* 8. Covar. *pract. cap.* 18. *numer.* 8. *versic. Sed & hac in re*, Peguera *decis.* 76. *numer.* 6. & refert Sperell. *loco hic citato*, ubi etiam citat Salzedo ad Bernardum Diaz. *in pract. crim. canonica*, *capit.* 77. & sentiunt citati *decis.* 265. *numer.* 45. 46. & 47. *hac par.* 5.

ARGUMENTUM.

An Clericus missus in possessionem alicujus hæreditatis, aut si illi facta est solutio pecuniæ, authoritate Judicis sæcularis, ad instantiam tertii oppositoris possessionem revocare, aut pecuniam solutam avocare volentis, sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Clericus missus in possessionem alicujus hæreditatis, aut illi facta est solutio pecuniæ, authoritate Judicis sæcularis, an ad instantiam tertii oppositoris possessionem revocare, aut pecuniam solutam*

avocare volentis, sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari. Quæstio est notabilis & continet frequentem punctum, distinguendi sunt tres casus, numer. 1. Primus casus est quando adversus decretum Judicis sæcularis appellatur, seu de nullitate dicitur, quo casu Clericus conveniendus est coram Judice sæculari, numer. 2. Secundus casus est, quando Clericus est immissus in possessionem, seu illi pecunia est soluta decreto Judicis sæcularis, non simpliciter, & absolutè, sed clausula ex reservatis, putà sub cautione, vel salvo jure, & hoc casu ad instantiam tertii oppositoris possessionem revocare, seu pecuniam avocare petentis, conveniendus est coram Judice sæculari, numer. 3. & 4. rationes referuntur, n. 7. 8. 9. 10. & 11. reprobantur contrariis, numer. 5. & eorum argumentis respondetur, numer. 6. Tertius est casus, quando Clericus est immissus in possessionem, aut illi pecunia est soluta decreto Judicis sæcularis simpliter absque clausula reservativa, nam conveniendus est coram Judice Ecclesiastico, num. 14. & 16.

7 *Cautio facit extare pecuniam, & rem, numer. 7. & facit extare fructus, numer. 8. & jus agendi creditoribus præservat, n. 9.*

10 *Clausula salvo jure, vel sine præjudicio facit extare rem, sive pecuniam, constituit rem integram, & facit continuare idem judicium, & illud reducit ad eandem instantiam.*

12 *Lapides ultra parietem protensi demonstrant jus ulteriùs protendendi.*

13 *Clerico emente rem in publica subhastatione, potest Judex sæcularis, ea revocata, cogere Clericum ad restitutionem rei ab eo emptæ.*

17 *Clericus depositarius Judicis sæcularis potest coram eodem conveniri, & condemnari ad restitutionem depositi.*

18 *Clericus citatus à Judice sæculari in concursu creditorum ad concedendam moratoriam non potest forum declinare.*

DECISIO CCLXX.

1 HÆc quæstio notabilis est, ut ait Peregrin. *de fideicom. art. 48. numer. 62.* & continet frequentem punctum, ut dicit Rodoer. ad Marinis, *libro primo, resol. jur. cap. 206. in princ.* & sic in ea procedam per casus distinctos, ut faciunt Salgado *labyrint. credit. part. 2. capit. 6. à numer. 42.* Carleval. *de judic. libro primo, disp. 2. à num. 949.* & alii. Distinguendi sunt tres casus.

2 Primus casus est. Quando appellatur, supplicatur, reclamatur, de nullitate dicitur, seu in integrum restitutio petitur adversùs decretum, aut sententiam Judicis sæcularis, qui misit Clericum in possessionem alicujus hæreditatis, aut cui facta est solutio pecuniæ; nam tunc Clericus conveniendus est coram Judice sæculari, & non coram Judice Ecclesiastico. Quia remedium appellationis, supplicationis, reclamationis, nullitatis, aut restitutionis in integrum non devolvit causas ex una jurisdictione ad aliam, sed gradatim inter unam & eandem exercetur, & durante appellatione, supplicatione, reclamatione, nullitate, aut in integrum restitutione, prima lis non est finita, latè Caracciolus *de foro privileg. quæst. 18. à numer. 1. cum plurib. seq.* Censal. ad Pereg. *de fideicom. art. 48. versic. Verùm, juncto versic. Tertiò suadet, fol. mihi 306.* Rovit. *decis. 44. num. 4.* Giurbam, *decis. 49. à num. 11.* Salgado *in labyrint. creditor. part. 2. c. 6. numer. 47. 48. & 49.* Carleval. *de judic. libr. 1. disp. 2. numer. 947. & notat. numer. 949. ibi: A quo non est appellatum*, Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect. 1. numer. 1247.* Scialova *de foro compet. c. 52. num. 12. & cap. 5. à numer. 13.* Ciarlin. *contro vers. forens. lib. 2. cap. 1883. numer. 3. versic. Hoc stante, usque ad numer. 38.* Luca *in theatro veritatis, lib. 3. discur. 58. numer. 3. versic. Tertius.*

3 Secundus casus est, Quando Clericus & immissus in possessionem hæreditatis, vel illi facta est solutio pecuniæ authoritate, decreto scilicet, aut sententia Judicis sæcularis, non simpliciter, & absolutè, sed conditionaliter, & sub aliqua clausula ex præservatis, putà sub cautione, fidejussione, aut obligatione de restituendo, aut salvis juribus, aut jure cujuscumque creditoris, potius jus habentis, aut sine præjudicio jurium creditorum, aut contradictorum, vel oppositorum, à quo decreto, aut sententia non est appellatum, reclamatum, supplicatum, de nullitate dictum, sive in integrum restitutionem petitam, & hoc casu certum est, quòd ad instantiam tertii oppositoris possessionem revocari, aut pecuniam solutam avocari petentis, conveniendus est coram Judice sæculari, sic Bald. *cons. 104. lib. 5.* Natta *cons. 657. tom. 4.* Peregrinus septem rationibus probat *de fideicom. art. 48. à numer. 62. ad 70.* sequuntur Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu. 1. numer. 947.* Carraciolus, *de foro privileg. quæst. 19. numer. 23.* Angel. *de acquir. possess. quæst. 13. numer. 87. & 78.* Paz *de tenuta, tom. 2. cap. 64. à numer. 13.* Marta *de succes. legal. p. 4. quæst. 16. art. 1. numer. 41. & 42.* Ciarlin. *controv. forens. lib. 2. cap. 188. numer. 40. versic. Secùs est*, Novar. *in praxi elect. fori, edit. 2. sect. 3. quæst. 56.* Postius *de manuten. observ. 50. à numer. 3.* Salgado *de Reg. protect. par. 4. cap. 14. numer. 125. & 126. & in labyrint. credit. part. 2. c. 2. numer. 93. 94. & 95. & cap. 6. à numer. 51. usque ad finem.* Larrea *decis. Granaten. 6. tota, signanter à numer. 8.* Carleval, *de judic. tom. 1. disp. 2. à numer. 954.* Noguerol. *allegat. 19. à numer. 134. ad 138.* Fermosin. *cap. Proposuisti, 19. quæst. 11. numer. 7. versic. Hinc posset disputari, de foro compet.* Barbosa *de jure Eccles. univers. lib. 1. c. 39. §. 2. numer. 129. vers. Utrum quando Clericus*, Censal. ad Peregrin. *de fideicom. art. 48. versic. Sed quæstionis est, usque ad versic. Vigesimo obser. fol. mihi 306.* Maranta, *part. 4. respon. 7. numer. 39.* Donad. *de renunt. c. 26. numer. 43.* Luca *in theatro verit. lib. 1. discur. 58. numer. 3.* Baron. *de citat. tom. 3. in addit. ad quæst. 19. numer. 55.* Sanfelicius *decis. 2. sub numer. 17. versic. aut res non exivit libera*, Ansaldus *de jurisdict. part. 3. tit. unico, c. 163. à num. 29.* Marinis *libr. 1. resol. jur. cap. 205. numer. 8. versic. Secus vero*, ubi Rodoer. *numer. 3. & 6.* Thoro *in supp. decis. verbo Pecunia liberata à Judice laico, fol. 468.* Altimar. ad Rovit. *decis. 144. à numer. 2.* Capycius Latro *decis. 23. numero 8. 9. & 10.* ubi Manfrella, *numer. 10. 11. versic. Ita Judex, 13. 18. & 20.* Et tradunt Doctores citati; decisum in Senatu Granatensi, Larrea, *numer.* & in 4
Supremo Senatu Castellæ de mense Martii 1638. Noguerol. *numer. 137.* Salgado *in labyrint. credit. capit. 6. numer. 56.* in Regno Neapolitano in Sacro Consilio junctis Aulis, & in Collaterali Consilio referunt Sanfelic. Marinis, Thoro, & Manfrella, *numero 17. & 20.* Censal. ad Peregrin. *versic. Neque sententia, fol. 307.* & in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 12. Junii 1631. occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ per Administratores Hospitalis Sanctæ Crucis Civitatis Barcinonæ procedimentis contra eos in Regia Audientia factis ad instantiam Francisci Pons del Graner ibi obtinentis beneficium Sancti Alexii in Ecclesia Sancti Vincentii de Calders fundati, petentis dicto nomine dictos Administratores condemnandos esse ad restituendum centum sexaginta quinque libras, quas levaverunt à tabula cambii Civitatis Barcinonæ, præstita per eos cautione in Regia Audientia, de dicta quantitate restituenda quandocumque, & quotiescumque fuerint requisiti, qua cautione attenta, fuit dictis Administratoribus liberata dicta quantitas deposita, provisione facta in Regia Audientia 7. Maji 1611. & ad quas restituendas fuerunt Regia sententia lata in Regia Audientia 12. Novembris 1630. condemnati; fuit declaratum, firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ per Administratores Hospitalis Sanctæ Crucis Civitatis Barcinonæ locum non fuisse, nec esse, vide tradita, *decis. 241. numer. 17. & 18. part. 4.*

Et li-

5 Et licèt contrariam sententiam ut causa in hoc secundo casu, revocationis possessionis, seu avocationis pecuniæ, agitanda sit coram Judice Ecclesiastico, teneant Zuchardus *in l. fin. numer.* 308. *C. de edict. Divi Adriani tollendo*, Menoch. *de adispicen. poss. remed.* 4. *numer.* 476. Gratian. *discept. forens.* 238. *à numero* 94. Marta *de jurisdict. part.* 4. *casu* 159. *à numer.* 6. 16. *&* 22. Rovit. *decis.* 44. Marinis *resolut. jur. libr.* 1. *cap.* 206. *à numer.* 1. *ad* 7. impugnant meritò Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *à numer.* 62. ubi Censal. *versic. Neque sententia*, *fol.* 307. Carleval. *de judict. lib.* 1. *disp.* 2. *numero* 951. Noguerol. *allegat.* 19. *numer.* 136. *in princ.* Salgado *da Reg. protect. part.* 4. *c.* 14. *numer.* 126. *versic. Et contra*, *& in labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 73. *&* 77. Rodoer. ad Marinis, *resol. jur. lib.* 1. *capit.* 206. *numer.* 5. *juncto numer.* 6. Larrea *decis.* 6. *numer.* 2. *juncto numer.* 17.

6 Ad argumentum in quo se fundant Zuchardus, & alii oppositæ sententiæ, quòd Clericus immissus in possessionem, aut cui pecunia est soluta cum clausula præservativa, scilicet cum cautione, vel cum clausula salvo jure, authoritate Judicis sæcularis est verus possessor, & reus, & consequenter est standum regulæ generali, ut conveniatur in suo foro, quoties agitur de illo amovendo à possessione, aut ab illo avocando pecuniam, cùm actor forum sequi debeat, *leg.* 2. *Cod. de jurisdict. omn. Jud. capit. Cum sit generale*, *cap. Si dilecti*, *de foro compet.* doctè respondent Peregrin. *de fideicommiss. art.* 48. *numer.* 70. *incipien. Nec obstant*, Carleval. *de judict. libro primo*, *disput.* 2. *numer.* 952. Larrea *decis.* 6. *numer.* 23. Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *capit.* 6. *numer.* 1.

7 Fundantur Doctores nostræ sententiæ *citati numero secundo*, quia pecunia per cautionem dicitur extare, nam cautio facit extare pecuniam, & facit extare rem, *l.* 1. *&* 2. *ff. de usufruct. ear. rer. quæ usufruct. consumuntur*, *leg. Procuratoris*, §. *final. ff. de tribut. actione*, Franchis *decis.* 75. *numer.* 9. Reg. Leo *decis.* 50. *numer.* 12. *&* *decis.* 70. *numer.* 9. *lib.* 1. Gratian. *discep. forens. cap.* 701. *numer.* 1. *tom.* 4. Dominus Vice-Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 52. *numer.* 8. Marian. Antonin. Macerat. *resol.* 60. *casu* 15. *versic. Hic autem*, *lib.* 2. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *de jure fisci*, *resol.* 7. *numer.* 10. alios plures cumulant Merlinus *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 24. *numero* 4. Rodoer ad Marin. *lib.* 1. *resol. jur. ca.* 71. *numer.* 14. Giurba *decis.* 4. *numer.* 40. *&* *ad consuet. Messanen. c.* 11. *gloss.* 8. *numer.* 7. *&* *cap.* 16. *gloss.* 1. *part.* 1. *numer.* 14. Larrea *decis.* 75. *n.* 12. Xammar. *defin.* 9. *n.* 11. Fontanella *decis.* 123. *n.* 4. *p.* 1. *&* *de pact. nupt. to.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 6. *n.* 43. *&* *late*, *part.* 7. *à n.* 33. *cum seq.* Et facit extare

8 fructos Regens Leo decisum refert, *dec.* 50. *n.* 11. *versic. Undè*, *& n.* 12. *lib.* 1. refert Fontanella *de pact. nupt. tom.*

9 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *n.* 35. *in fine*. Et jus agendi creditoribus præservat, idem Merlin. *de pignoribus*, *lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 24. *sub*, *numer.* 4. Seraphin. *decis.* 1476. *&* alii citati, *numer.* 6. sic Thoro *in suppl. decis. verbo Pecunia liberata à Judice*, *fol.* 468. Rodoer ad Marinis, *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 206. *numer.* 3. Manfrella ad Capyc. Latro, *decis.* 123. *numer.* 14. Donat. *de renuntiat. capit.* 26. *n.* 43. Baron. *de citat. to.* 3. *in addit. ad quæst.* 19. *sub numer.* 55.

10 Sic clausula Salvo jure, vel sine præjudicio, facit extare rem, sive pecuniam, Franchis, *decis.* 75. *sub numero* 9. constituit rem integram, Peregrin. *de fideic. art.* 47. *numer.* 29. *&* *art.* 48. *numer.* 65. facit continuare idem judicium, & illud reducit ad eandem instantiam, Marta *de jurisdict. part.* 4. *casu*, 159. *numer.* 5. Barbosa *clausula* 139. *numero* 11. Censal. ad Peregrin. *de fideic. artic.* 48. *versic. Tertiò suadet in fine*, atque ita ex vi clausulæ reservativæ salvo jure causa tractanda est coram eodem Judice, ut pulchrè docet Angel. *in l. fin. numer.* 6. *versic. Sed ego dico*, *C. de edict. Adriani tollendo*, sequuntur Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *numer.* 48. *&* 66. ubi Censal. *versic. Ego verò*, *in fine*, *fol.* 306. alios addit Carleval. *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *n.* 950. *versic. Ratio est*, Salgado *in labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 2.

Quibus additur alia ratio, quia Clericus immissus 11
in possessionem, vel cui soluta est pecunia authoritate Judicis secularis cum cautione, aut clausula salvo jure, non potest, nisi cum illa modificatione, cum qua possessionem accepit, eam retinere; non enim est in ejus potestate decretum possessionis dividere, sed debet, vel in totum recusare, vel in totum suscipere, & acceptare, ex doctrina Baldi, & aliorum, quos citat Ansaldus, *de jurisdict. part.* 3. *tit. unic. cap.* 16. *n.* 34. & ex eo Censal. Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *versic. Secundo*, *fol.* 306.

Sicut ille, qui in ædificato pariete reliquit lapides 12
ultra parietem protensos, significat ædificium finitum non esse, sibique jus esse parietem ulteriùs protendendi versùs illam partem, qua dimittuntur, & extensi sunt, Cæpola *de servit. urban. prædior. cap.* 40. *à numero* 17. *&* 31. Surd. *consil.* 126. *à numero* 7. *libro primo*, ita Judex cùm in decreto reservat jura aliis, demonstrat, & significat judicium non esse finitum, sed ulteriùs procedere velle, sibique reservasse jus cognoscendi de causa, quoties super suo decreto contentio oriatur, ita Carleval. *de judic. libro primo*, *disp.* 2. *numer.* 952. *versic. Nam quemadmodum*, Manfrella ad Capyc. Latro, *decis.* 123. *numer.* 11.

Hinc Clericus emens rem in publica subhastatione 13
potest Judex sæcularis, ea revocata, cogere Clericum ad restitutionem rei ab eo emptæ, Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *capit.* 14. *numer.* 108. Noguerol. *alleg.* 19. *numer.* 135. *in fine*, idem Salgado *in labyr. credit. part.* 2. *capit.* 6. *numer.* 54. Sanfelicius, *decis.* 2. *sub n.* 17. Censal. ad Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *versic. Ego verò*, *post princ. fol.* 306. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 38. *numer.* 70. alia plura in comprobationem hujus secundi casus tradit latè Salgado *in labyrint. credit. par.* 2. *c.* 6. *à n.* 51. *usque ad finem*.

Tertius casus est, quandò Clericus est immissus in 14
possessionem hæreditatis, vel illi solutio pecuniæ facta est authoritate Judicis sæcularis simpliciter, & absolutè absque clausula præservativa, scilicet absque cautione, vel salvo jure, aut sine præjudicio, à quo decreto non est appellatum, &c. quo casu communis est opinio, quòd ad instantiam tertii oppositoris pecuniam solutam avocare, aut possessionem revocare petentis, conveniendus est coram Judice Ecclesiastico, quia lis finita est, & ulteriùs non pendet, & sic si novus creditor compareat petens revocationem possessionis, aut avocationem pecuniæ, novum inchoat judicium, *leg. à Divo Pio*, §. *Si post addictum*, *cum* §. *sequenti*, *ff. de re judicata*, consequenterque illud movere debet coram Judice competente, *argum. leg. secunda*, *Cod. ubi & apud quem*, atque ita coram Judice Ecclesiastico, juxta regulam text. *in leg. secunda*, *Cod. de jurisdict. omn. Jud. capit. Cùm sit generale*, *capit. Diligenti*, *de foro compet.* ita sentiunt omnes citati, *num. secundo*, & docent, ac intelligendi sunt Guzman, *de eviction. quæst.* 7. *à numero* 61. *versic. Clericus primus creditor*, *usque ad finem*, Caputaquen. *decis.* 172. *numer.* 4. Socin. *regul.* 10. *numer.* 1. *&* 2. Vivius, *decis.* 526. *tota*, *&* *decis.* 527. *numero tertio*, *&* 7. *parte quarta*, Rovit. *decis.* 44. Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *disput.* 2. *numer.* 961. Hermosilla ad Gregor. Lopez, *leg.* 52. *gloss.* 7. *numer.* 57. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 236. *pag.* 2. Salgado *in labyrint. credit. parte secunda*, 6. *numer.* 43. 44. 45. *&* 46. *&* *antea*, *eadem parte secunda*, *num.* 87. *&* 88. Thoro *in comped. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo Clericus immissus*, *fol.* 166. Sanfelicius, *decis.* 2. *sub numero* 17. *&* *decis.* 210. Ansaldus, *de jurisdict. part.* 3. *tit. unico*, *capit.* 16. *numer.* 28. Censal. ad Peregrin. *de fideicommiss. art.* 48. *versic. Ego vero*, *ibi: Quod si Clericus*, Carol. de Grass. post alios *de effect. Cler. effect. primo numero* 1246. Ciarlin. *controv. forens. libro secundo*, *capitulo* 188. *num.* 38. Marinis, *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 206. *num.* 8. *in princ.* ubi Rodoer. *num.* 1. *&* 2. Capyc. Latro, *decis.* 123. *numer.* 7. ubi Gizzin. *numer.* 25. Manfrella, *numer.* 12. idem Manfrella

ad Capyc. Latro *decis.* 183. *numer.* 7. Luca *in theatr. veritat. libr.* 3. *discur.* 58. *numer.* 2. Noguerol. *allegat.* 19. *numer.* 136. vide quæ tradidi, *decis.* 241. *numer.* 19. *part.* 4.

15 Et addunt aliqui, signanter Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu.* 1. *numer.* 1241. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 2. *cap.* 188. *num.* 39. quòd quamvis Princeps velit insufflare spiritum vitæ ipsi instantiæ peremptæ, ut potest facere; tamen si Clericus propter hoc eadem re conveniatur remittendus est ad Judicem Ecclesiasticum, quia peremptâ instantiâ, perit citatio, & litis contestatio, & quæ reviviscit, est nova instantia, vide in confirmationem à me tradita pluribus laudatis, *dec.* 151. *numer.* 22. *p.* 3.

16 Sed circa istum tertium casum invenio Don Franciscum Salgado *de Reg. protect. parte quarta, capit.* 14. *numer.* 125. & 126. dicentem, quòd possessio data Clerico, vel pecunia ei soluta per Judicem sæcularem comparente tertio legitimo oppositore revocanda, seu avocanda est per eundem Judicem sæcularem, etiamsi in decreto, seu sententia Judicis sæcularis non sit expressè apposita clausula salvo jure, quia tacitè subintelligitur, Marta *de jurisdic. parte quarta, casu* 159. *numer.* 22. & origo, ac natura rei semper attendi debet, quod si comprobare desideras, consule eundem Salgado *in labyrint. cred. par.* 2. *cap.* 2. *à num.* 95. & vide à me tradita, *decis.* 241. *numer.* 20. *part.* 4.

17 Aliqui Doctores materiam nostræ decisionis tractantes, ut Manfrella ad Capyc. Latro, *decis.* 123. *num.* 19. Baron. *de citation. in addit ad quæst.* 19. *numer.* 55. *versic. Nam quod Clericus*, proponunt quæstionem. An Clericus depositarius Judicis sæcularis possit conveniri coram eodem Judice sæculari, & condemnari ad restitutionem depositi? non immoror, quia eam tractavi, *decis.* 10. *numero* 114. *par.* 1. & diffusè, *decis.* 221. *numer.* 30. *par.* 4.

18 Tractat etiam in hac materia Censal. ad Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *versic. Neque sententia ibi: Prout in eodem Sacro Consilio, fol.* 307. An Clericus citatus à Judicæ sæculari ad exhibendum jura in concursu creditorum, ad concedendam moratoriam, seu dilationem quinquennalem, & ad remittendam laico partem debiti, possit forum declinare? affirmant Marinis, *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 52. Marta *de jurisdic. part.* 4. *casu* 23. *à numer.* 9. Duardus *in Bulla Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 11. *numer.* 53. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 23. *aliàs* 22. *& part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 44. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 9. *resol.* 74. *numer. quinto, juncto numer.* 10. *& part.* 9. *tract. secundo, resol.* 86. *numer.* 1. & 2. negant, & verius Ursil. ad Afflictis, *decis.* 386. *numer.* 7. Vivius, *decis.* 38. *numer.* 8. Muscatel. *in praxi, libro primo, parte secunda, gloss. Veniens, numer.* 100. *in fine*, Thoro *in compend. decis. parte prima, verbo Dilatio quinquennalis an sit concedenda, fol.* 147. Novarius *in prag. secunda, collect. secunda, numer.* 34. *de cessione bonor. & in praxi, elect. fori tom. primo, sect.* 4. *quæst.* 24. *numer.* 4. *& in secunda edit. sect. tertia, quæst.* 24. Masul. ad Capyc. *decis.* 197. *num.* 5. Maja *consult. civil. parte prima, consult.* 20. *numer.* 8. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 475. Mastril. *decis.* 79. *tota parte prima*, Sanfelicius, *decis.* 305. Cævallos *de cognit. per viam violen. parte secunda, quæst.* 72. *& commun. contr. commun. quæst.* 897. *numer.* 24. *in fine*, Caracciolus *de foro privileg. quæst.* 24. Thoro 1. 2. *&* 3. Borell. *in summ. decis. part.* 1. *tit.* 14. *numer.* 155. Barbosa *de ordin. Portugal. lib.* 3. *tit.* 37. §. 4. Guzman, *de eviction. quæst.* 7. *à numer.* 47. Noguerol. *allegt.* 19. *numer.* 30. *&* 31. Scialoya *de foro compet. capit.* 14. *numer* 9. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *libr.* 3. *capit.* 42. *numer.* 76. Censal. ad Peregrin. *loco citato, in princ.* sequitur Rodoer ad Marinis, *libro primo resol. jur. capit.* 52. idem Thoro, *in suppl. decis. verbo Clericus an possit declinare forum, fol.* 88.

ARGUMENTUM.

An laicus effectus Clericus, vel beneficium obtineat, vel assumit habitum clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, aut fit Monachus, seu Religiosus Ordinum Militarium post commissum delictum, sit puniendus à Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *An Laicus effectus Clericus, vel beneficium obtineat, vel assumit habitum Clericalem, vel ascribitur ad servitium Ecclesiæ, aut fit Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium post commissum delictum an sit puniendus à Judice Ecclesiastico, vel sæculari, numer.* 1. & 2.

3 *Laicus, si post commissum delictum, & post capturam in carceribus existens, & sic præventa causa, & persona, efficitur Clericus, vel beneficium obtinet, vel assumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, vel fit Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed condemnandus, & puniendus est per Judicem sæcularem, num.* 3. *sed dubito, quod iste casus in praxi evenire possit, n.* 4.

5 *Laicus existens in carceribus captus pro delicto per eum commisso, si fuerit habilitatus, hoc est relaxatus à carceribus sub fidejussoribus, apud nos sub manuleuta, vel frangit carceres, & aufugit, aut post carcerationem bannitus, deinde efficitur Clericus, vel obtinet beneficium Ecclesiasticum, aut adscribitur ad servitium Ecclesiæ, vel fit Monachus, aut Religiosus Ordinum militarium, quoad bona tantum privilegio fori non gaudet, sed est puniendus per Judicem sæcularem, quoad personam verò, & ejus districtionem, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, & est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, numero* 5. *sed dubito de veritate, ibidem, versic. Verum.*

6 *Laicus si post delictum efficitur Clericus, vel obtinet Ecclesiasticum beneficium, vel assumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, aut fit Monachus, vel Religiosus Ordinum Militarium absque fraude, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, & sic puniendus per Judicem Ecclesiasticum; si vero efficitur Clericus in fraudem, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed coercendus, & puniendus est per Judicem sæcularem.*

7 *Laicus post delictum commissum non præsumitur in fraudem assumere Clericatum.*

8 *Fraus in dubio non præsumitur, numer.* 8. *sed ab allegante probanda est, numero* 9.

10 *Fraus probatur conjecturis & indiciis, n.* 10. *& traduntur binæ conjecturæ, n.* 11. *&* 12.

13 *Laicus si statim, incontinenti, vel immediatè post delictum commissum efficitur Clericus, in fraudem Curiæ sæcularis fecisse præsumitur.*

14 *Laicus si parum ante delictum, vel post contractas inimicitias efficitur Clericus, in fraudem Curiæ sæcularis præsumitur fecisse.*

15 *Laicus si post commissum delictum erat accusatus, vel delatus, aut denuntiatus de ipso delicto per Curiam sæcularem, vel aliàs inchoatus processus, absque dubio præsumitur in fraudem Curiæ sæcularis Clericatum assumpsisse, n.* 15. 16. 17. 18. *&* 19.

20 *Laicus post delictum commissum, etiamsi in fraudem efficiatur Clericus, licèt non effugiat sæculare judicium, intelligendum est quoad pœnas pecuniarias, non autem quoad pœnas corporales, n.* 20. *Si suscipiat Ordines sacros, vel esset professus, n.* 21. *declara, nu.* 22. *&* 23. *& quid si suscipiat primam tonsuram, aut Ordines minores, numer.* 24. 25. *&* 26. *decisiones Cancellarii*

cellarii Cathaloniæ referuntur, num. 27. & illatio proponitur, num. 28.

29 *Laicus votum emittens suscipiendi Ordines, vel intrandi religionem, si post delictum commissum suscipiat ordines, vel religionem ingrediatur, puniendus est à Judice Ecclesiastico, vel sæculari.*

30 *Laicus in exilium, bannum, vel relegationem damnatus à Judice sæculari ad certum tempus, si infra illud efficitur Clericus, & exilium, bannum, vel relegationem rumpat, an puniendus sit à Judice Ecclesiastico, vel sæculari.*

31 *Laicus condemnatus, exulatus, vel relegatus si appellavit, appellationeque pendente efficitur Clericus, & nova delicta committat, an possit pro omnibus puniri, & per quem.*

DECISIO CCLXXI.

1 QUæstio in argumento proposita, magna est, ut ait Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 2. quæst. 121. in princ.* & ardua, ut inquit Genuens. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 8. sub numer. 5.* ac quotidiana, ut dicit Costa *de re integra, distinct. 32. in princ.* & si vulgata, & frequens, ut dicit Cabal. *resolut. crim. casu 108. in princ.* est tamen utilis, & proficua, ut inquit Narbona *l. 20. glos. 21. numer. 36. tit. 1. libr. 4. recopil.* cùm sæpè numero contingat, ut dicit Jul. Clar. *§. fin. quæst. 36. numer. 43.* imò sæpissimè soleat de facto dubitari, ut ait Cævallos *de cognitione per viam violen. part. 2. quæst. 37. num. 1.* quinimò millies contingit de facto, & sic menti tenenda, ut inquit Hippolytus *singul. 480. in fine*, & refert Cævallos *cont. commun. quæst. 563. sub numer. 5. & de cognit. per viam violen. part. 2. quæst. 44. sub n. 5.*

2 In qua varii varia dixerunt, & consuli possunt Joan. Andr. *in cap. 1. à numer. 19. de obligat. ad ratiocin.* Socin. *in cap. Proposuisti 19. à num. 45.* ubi August. Barbosa *num. 7.* Fermosin. *quæst. 7. & 8.* Balboa *numer. 67. de foro compet.* Bartol. *in l. 1. ff. de pœnis*, Jason. *in l. Cùm quædam, à numer. 10. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Igneus *in l. fideicommissum, à numer. 260. ff. ad Syllanian.* Sald. *in l. 1. à numer. 7. Codic. An servus extor.* Oldrad. *cons. 4.* Plaza *de delict. cap. 35. à numer. 1.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 36. à numer. 43.* ubi Bajard. *à numer. 41.* Covar. *practicar. cap. 32. à numer. 4.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 10. num. 5.* ubi Ayllon. Laynez *numer. 6.* Decian. *tractat. crimin. libr. 4. cap. 9. num. 60. & cap. 24.* Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 2. casu 121.* Farinac. *in praxi, part. §. quæst. 8. à numer. 104. & cons. 77. tom. 1.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 12. à num. 2.* Mastrill. *decis. 294. lib. 3.* Narbona *l. 20. gl. 21. à numer. 38. tit. 1. lib. 4. recopil.* Franchis, & ad eum Amendola, Luca, & alii addentes *dec. 209. 384. 395. & 417.* Cavalcan. *dec. 10. lib. 5.* Fab. de Anna *cons. 139. lib. 3.* Borel. *de Reg. Cathol. præstan. capit. 71. à numer. 276.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 19.* Alvar. Valasc. *consult. 48.* Cenedo *collect. ad decretum 37. numer. 13. & collect. ad decretal. 23. num. 1.* Avendanno *de exequend. mandat. part. 1. capit. 22. numer. 12.* Petr. Barbosa *in l. Si quis posteaquam, à numer. 199. ff. de judic.* Bolannos *in Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 1. num. 8.* Cabal. *resolut. crim. casu 108.* Bobad. *in polit. libr. 2. capit. 18. à numer. 77.* Rodriquez *tom. 1. regul. quæst. cap. 56. conclus. 3. to. 2. q. 2. artic. 3.* Cævallos *com. cont. com. quæst. 563. à num. 5. & tom. 4. quæst. 97. à nu. 1020. & de cognit. per viam violen. p. 2. quæst. 37. & quæst. 44. à numer. 5.* Guttierez *pract. lib. 1. quæst. 5.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 76. num. 35. & 36.* Genuens. *in prax. Archiepiscop. Neapolit. c. 8. numer. 3. versic. Non est eadem ratio, & num. 5. vers. Et resoluta illa ardua quæstio*, Molina *de justit. & jure, tom. 4. tractat. 3. disput. 19. num. 21. & 22.* Bonac. *de legibus, disp. 19. quæst. 2. punct. 1. §. 1. numer. 18. & de censur. in Bulla Cœnæ, quæst. 16. sect. 1. punct. 5. n. 9.* Aloys. Riccius *dec. 357. part. 4.* Marinis *lib. 1. resol. jur. cap. 48. num. 5. & 8.* ubi Rodoer. *à numer. 8.* idem Marinis *lib. 3. resol. jur. allegat. 132. à numer. 17.* Azevedo *l. 1. numer. 3. tit. 4. lib. 1. recopil.* Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 226. à numer. 20.* Carol. de Cras. *de effect. Cleric. effect. 1. à numer. 1071.* Caracciol. *de foro privileg. in prælud. numer. 87. & quæst. 15. numer. 5. in fine*, Baeca *de inope deb. c. 17. numer. 22. & 28.* Aufrer. ad Capel. Tholosan. *decis. 147.* Portoles ad Molin. *§. Clericus, num. 52.* Costa *de remed. subsid. remed. 82. num. 5.* Bossius *in prax. tit. de pœnis, num. 38.* Sà *in summ. verbo Clericus, num. 9.* Homobonus *consultat. moral. tom. 1. præcept. 8. part. 2. respons. 190.* Flamin. Chartar. *de exequut. sentent. quæst. 8. à numer. 104.* Idem Costa *de re integr. distinct. 32. in spec. Princip. rubr. 11. §. Videndum, numer. 2.* ubi Borell. *litera K*, Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 21. à n. 16.* Aquilante *de privileg. Cleric. cap. 7. numer. 33.* Vega *in cap. 2. à 116. de judic.* Fragoso *de reg. Reip. part. 1. lib. 2. disputat. 4. num. 356.* Cabedo *dec. 58. numer. 4. part. 1.* Suarez *in defend. fid. lib. 4. cap. 15. numer. 14.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 17.* Pereyra *de man. Reg. part. 2. cap. 25.* Layman. *in theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 4. à numer. 13.* Thoro *in compend. decis. part. 1. verbo Clericus, vel professus, fol. 93. & part. 3. sect. 3. verbo Remissio petita, fol. 127.* Costa *Sicul. cons. 93.* Carleval. *de judic. libr. 1. disp. 2. numer. 447. 448. & 908.* Josephus Riccius *de pub. judic. quæst. 35. à numer. 71.* Danza *de pug. Doctor. part. 3. tit. de laico obligato pœnè acta, numer. 1. versic. Et licèt.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 27. aliàs 26. & part. 3. tract. 1. resol. 33. & resol. 67. & in coordinat. part. 9. tractat. 2. resol. 131. & 132. & 164.* Cast. Pal. *in oper. mor. par. 2. tract. 12. disp. unica, punct. 3. num. 3. versic. Quia generaliter, cum seq. fol. 122.* Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. c. 1. dub. 6. & c. 4. dub. 26. & 27. & c. 6. dub. 14. sect. 1. cum seq.* Cutel. *de immunit. Eccles. lib. 2. quæst. 27.* Bellet. *disquis. Cler. par. 1. tit. 4. §. 4.* Filliucius *tract. 16. cap. 10. aliàs 16. q. 6. numer. 265.* Leander *quæst. mor. part. 4. tract. 3. disput. 15. quæst. 24. & 25.* Lezana *in summ. quæst. regul. part. 3. verbo Clericus, num. 20. versic. Item sexto*, Salgad. *de Reg. protect. part. 4. cap. 14. num. 119. 120. & 121.* Gamma *de sacrament. præstand. quæst. 5. numer. 27. & 28.* Tusch. *pract. concl. litera I, conclus. 7.* Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 4. cap. 4. à num. 16. & tit. 7. cap. 12. à num. 10. & c. 15. §. 18.* idem Augustin. Barbosa *in remiss. ad Conc. Trident. sessione 23. c. 6. versic. Auctores statim citandi, & in collect. num. 27. & in repertor. pract. conclus. verbo Clericus, versic. Clericus ordinatus, fol. 59. & de jure Eccles. univers. lib. 1. capit. 39. §. 2. numer. 87. 88. & 89.* Giurba *cons. 15. numer. 2. & 32.* Ciarlin. *controvers. forens. lib. 3. c. 234. numer. 5. versic. Et hoc, & num. 25.* Ventrigliol. *cons. 54. num. 7. & cons. 98. à numer. 6. & cons. 202. & cons. 470.* Larrea *decis. Granat. 94. num. 7. in fine*, Valasc. *de privil. pauper. lib. 3. quæst. 17. à num. 153.* Jul. Chartar. *decis. 17. à numer. 25.* Tondut. *de præv. Judic. part. 2. cap. 53. à numer. 2.* Sanfelic. *dec. 2. numer. 19.* Daniel de Nobilibus *disput. 40. numer. 18. & in addit. num. 12.* idem Fermosin. *in cap. unico, quæst. 4. numer. 1. de obligat. ad ratiocinia, & in c. Cùm non ab homine, quæst. 16. à num. 4. de judic.* Trullench. *lib. 7. decalog. c. 13. dub. 5. num. 11. & lib. 8. c. 1. dub. 8. numer. 7. & de Sacrament. lib. 6. cap. unico, dub. 5. n. 1.* Ansaldus *de jurisdict. part. 2. tit. 11. c. 15. toto*, Scialoya *de foro compet. cap. 7. à num. 59.* Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat. 55. num. 49. & 51.* Ferrer. *part. 3. observan. cap. 20.* Cancer *part. 2. variar. resolut. cap. 2. à num. 148.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. glos. 3. numer. 18. & decis. 311. numer. 23. 24. & 25. part. 2.* Xammar. *defin. 97. numer. 10.* Ego *decis. 11. num. 27. part. 1.* me citato Regens Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 7. §. 1. sub numer. 73.* Sed quia in hac controversia plures sunt Doctorum opiniones, ut omnes casus clariùs, & meliùs resolvantur, per conclusiones procedam.

Sit prima conclusio. Laicus si post commissum de- 3
lictum, & post capturam in carceribus existens, & sic præventa causa, & persona, efficitur Clericus, vel beneficium obtinet, vel assumit habitum Clericalem, vel ascribitur ad servitutem Ecclesiæ,

vel

vel fit Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed condemnandus, & puniendus est per Judicem sæcularem, quia Clericatus superveniens eum non eximit, neque potest eximere à potestate sæculari, ita Bartol. *in l.* 1. *num.* 3. *in fine*, *ff. de pœnis*, Baldus *in l. Officiales* 4. *numer.* 3. *Cod. de Episc. & Cler.* Angel. *in l. Si quis postea quam*, *numer.* 4. *in fine*, ubi Petrus Barbosa *numer.* 243. *ff. de judiciis*, Joan. And. *in c.* 1. *num.* 20. ubi Zabarella *numer.* 2. *versic. Nono quæro, juxta finem*, Anchar. *numer.* 2. *circa finem*, *vers. Sexta est opinio*, Panormit. *numer.* 5. *post medium*, Imola *numer.* 6. Butrius *numer.* 12. *de obligat. ad ratiocinia*, Chassanæus *in consuetud. Burgun. rubr.* 1. §. 5. *verbo S' il n'a grace*, *n.* 67. Capel. Tholosana *dec.* 447. Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *Videndum*, *num.* 21. Socin. *in cap. Præposuisti*, *num.* 53. *in fine*, *ubi* Fermosin. *numer.* 2. 3. *&* 4. *de foro compet.* Decian. *tr. crim. lib.* 5. *cap.* 9. *à numer.* 127. Franchis *dec.* 309. *n.* 3. *& decis.* 384. *numer.* 14. *& decis.* 709. *num.* 1. Cabal. *resol. crim. casu* 208. *num.* 9. *in fine*, Fab. de Anna *cons.* 140. *numer.* 8. *lib.* 2. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1141. *&* 1145. Farinac. *cons.* 77. *numer.* 11. *lib.* 1. Ansaldus *de jurisd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *numer.* 238. *versic. Restat, cum seq.* Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *num.* 60. Tondut. *de prævent. Jud. part.* 2. *cap.* 53. *numer.* 6. *versic. Tertia*, *ibi*: *Nisi tamen*, Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 13. *sect.* 1. *numer.* 6. Marquilles *in usat. captus*, *quæst.* 14. *fol.* 49. *col.* 3. quidquid dicat Marta *de jurisdict. part.* 2. *c.* 2. *num.* 26. *& part.* 4. *cent.* 2. *casu* 121. *numer.* 17. & voluit defendere Fermosin. *in c. Proposuisti*, *q.* 8. *à num.* 5. *de foro compet.* quia contra Martam est verior opinio, ut docet Carleval. *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 908. & innuit idem Fermosin. *numer.* 11. *&* 12. Michael Ferrer decisum per Cancellarium Cathaloniæ testatur *part.* 3. *observ. c.* 208. *versic. Insuper*, *& cap.* 209. Cancer *part.* 2. *var. resol. c.* 2. *num.* 152, ubi testatur, ita ipsum practicari vidisse in hoc Principatu in causa cujusdam Nobilis, qui cùm de quibusdam homicidiis convictus esset, & in carceribus detineretur, opera aliquorum adeptus fuit quoddam Ecclesiasticum beneficium; nihilominus cùm per Judicem Ecclesiasticum repeteretur, firmata contentione, pronuntiatum fuisse per Cancellarium Cathaloniæ Ludovicum à Copons locum non fuisse dictæ repetitioni, & sic dictum Nobilem fuisse capite obtruncatum. Fontanella ex eo refert *decis.* 312. *num.* 25. *part.* 2. Cancer & Fontanellam refert Lucam ad Franchis, *dec.* 384. *numer.* de hac declaratione ad aliud propositum memini *decis.* 129. *numer.* 47. *part.* 3. quibus addo, sic decisum in Cathalonia per Cancellarium Cassador, Consultoribus Cordelles, Pol, Quintana, & Puig 7. Octobris 1569. contra Benedictum Barrera Clericum simpliciter tonsuratum, obtinentem de licentia Episcopi Barcinonæ officium barrendi, & accendendi lampades, & Ostiarii, seu quasi in Ecclesia Monasterii Sanctæ Claræ Civitatis Barcinonæ, eo jam existente capto in Regiis carceribus.

4 Sed adverte, quòd casus *in princip. numer.* 3. relatus nunquam evenire potest, quòd quis existens in carceribus Ordines sacros recipiat, vel in religione profiteatur, quia in Ordinum collatione, & professione tot solemnitates extrinsecæ requiruntur, & hi ad quos spectat, ad carceres non accederent, nec per custodes carcerum, & Officiales justitiæ permitteretur eis ad illas accessus, ut dicit Franchis *decis.* 219. *numer.* 6. vel saltem difficilè videatur aliquem carceratum, vel condemnatum recipere Ordines, vel facere professionem in carceribus, ut inquit idem Franchis *decis.* 234. *n.* 14. *propè finem*, *versic. Et licèt*, notant ex eo Farinac. *cons.* 77. *numer.* 11. Ansald. *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *numer.* 243. *versic. Sed quoniam*, Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1041. *vers. Licet*, Tondut. *de præv. judic. part.* 2. *cap.* 53. *num.* 6. *versic. Tertia*, *in fine*.

Sit secunda conclusio. Laicus existens in carceribus captus pro delicto per eum commisso, si fuerit habilitatus, hoc est relaxatus à carceribus sub fidejussoribus, apud nos sub manuleuta, vel frangit carceres, & aufugit, aut post carcerationem bannitus, deinde efficitur Clericus, aut obtinet beneficium Ecclesiasticum, aut adscribitur ad servitium Ecclesiæ, vel fit Monachus, vel Religiosus Ordinum Militarium, quoad bona tantùm privilegio fori non gaudet, sed est puniendus per Judicem sæcularem, quoad personam verò, & ejus districtionem gaudet privilegio fori Ecclesiastici, & est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, quia in isto ultimo casu solùm est præventa causa, non persona. Sic Franchis cùm sæpius ex facto dubitatum esset in Consilio Neapolitano, & pro utraque parte disputatum, non fuisse decisum, *decis.* 209. decisum refert *decis.* 284. *& decis.* 709. *à num.* 1. *versic. Nunc additur iste casus*, Chart. *de exequen. sentent. capit. Bannit. cap. fin. numer.* 308. Cabal. *resolut. crimin. casu* 108. *numer. decimo*, Mastril. *decis.* 194. *à num.* 11. *lib.* 3. Marta *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 121. *à numer.* 3. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1138. quos refert, & sequitur Carleval. *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 909. *& antea notavit*, *num.* 908. *in fine*, cui addendi sunt Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *num.* 246. *versic. Si verò*, *& num.* 247. Sanfelicius *dec.* 2. *à numer.* 20. *ad* 27. Luca ad Franchis, *decis.* 384. *numer.* 5. Tondut. *de præven. Judic. part.* 2. *cap.* 53. *numer.* 6. *vers. Quidquid autem*, Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *numer.* 62. Larata *con.* 105. Marcel. Vulpe *in praxi Judic. fori Eccles. cap.* 38. *num.* 7. Squilante *de privil. Cler. cap.* 7. *sub numer.* 33. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo Remissio petita*, *fol.* 127. Fermosin. *in cap. proposuisti*, *quæst.* 8. *n.* 12. *de foro compet.* Verùm enim verò valdè dubito de veritate hujus conclusionis secundæ in casu relaxationis à carceribus sub fidejussoribus, apud nos sub manuleuta. Quia relaxatus sub fidejussoribus, carceratus dicitur *l. in eadem*, *& ibi gless. verbo Non possit*, *ff. ex quibus causis majores*, *& in l. Hæc non*, §. 1. *ff. eodem*, atque ita præventa non solùm causa, sed etiam persona, cùm sit sub catena aurea alligatus sic, sic in terminis hujus secundæ conclusionis docent Anna *cons.* 140. *numer.* 11. Carol. de Graff. *de effect. Clericor. effect.* 1. *numer.* 1142. Scialoya, etsi non videatur assentire *de foro compet. cap.* 7. *numer.* 61. ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari 16. Julii 1627. non gaudere privilegio fori Ecclesiastici Franciscum Sala villæ Tarrassiæ, qui post commissum per eum prætensum delictum fabricationis falsæ monetæ, de quo impetitus extitit, & post præstitam manuleutam in Curia sæculari Regii Consilii, obtinuit Ecclesiasticam Capellaniam in Ecclesia Monasterii Sancti Petri Puellarum Barcinonæ fundatam, etsi videantur contrarium annuere Doctores à me citati *decis.* 9. *numer.* 76. *part.* 1. Hæcque opinio maximè procedit, quando reus relaxatus sub fidejussoribus, apud nos sub manuleuta, liberè exire non potest à loco, à Judice constituto; nam carceratus dicitur, nedum qui est detentus in compedibus in arctis, & clausis carceribus, sed etiam qui est arrestatus, & detentus in Palatio, domo, Civitate, vel alio loco sub præcepto, vel sub fidejussoribus, à quo ad libitum suæ voluntatis recedere non potest, ut cum multis tradidi *decis.* 9. *à num.* 62. *part.* 1. & etiam docent Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *falsitas*, *fol.* 419. Regens Matthæu *de re crim. controvers.* 67. *num.* 15. *&* 16.

Sit conclusio tertia, Laicus si post commissum 6
delictum efficitur Clericus, vel obtinet Ecclesiasticum beneficium, vel assumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, aut fit Monachus, aut Religiosus Ordinum Millitarium absque fraude gaudet privilegio fori Ecclesiastici, & sic puniendus per Judicem Ecclesiasticum. Si verò laicus post commissum delictum efficitur Clericus,

ricus, vel obtinet beneficium, vel assumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, fit Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium in fraudem, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed coercendus, & puniendus est per Judicem sæcularem, ita Bossius *in prax. tit. de pœnis, num.* 38. Aponte *de potestat. Proreg. tit.* 7. *de assen. Rex.* §. 9. *sub num.* 16. Plaza *de delict. c.* 31. *num.* 1. *& post num.* 1. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *num.* 43. ubi Bajard. *num.* 41. Covar. *pract. cap.* 34. *n.* 4. *versic. Prima conclusio, & versic. Secunda conclusio,* Franchis *decis.* 209. *à num.* 2. *& decis.* 3804. *nu.* 3. Cabal. *resolut. crim. casu* 108. *à num.* 1. Ambrosin. *de immunitat. Ecclesiar. cap.* 19. *num.* 5. Gamma *de Sacrament. q.* 5. *num.* 27. *in princip.* Petr. Barbosa *in l. Si quis posteaquam, num.* 220. *& 221. de jud.* Bolannos *in Cur. Philip. tom.* 1. *p.* 3. §. 1. *n.* 8. Guttier. *practicar. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 2. 3. *& 4.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 77. 78. 79. Cevallos *com. contr. com. q.* 563. *n.* 7. *de cognit. per viam violen. par.* 2. *& q.* 37. *num.* 3. *versic. Primus casus est, quæst.* 44. *num.* 7. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 1075. Costa *de remed. subsid. remed.* 82. *nu.* 5. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *numer.* 448. Josephus Riccius *de public. judic. quæst.* 35. *num.* 73. Valasc. *consultat.* 48. *à num.* 2. Mastril. *decis.* 294. *num.* 2. *lib.* 3. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 104. *& 105. & cons.* 77. *num.* 2. *lib.* 1. Narbona *in l.* 2. *glos.* 21. *num.* 39. *versic. Sanè, & num.* 40. *titul.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Molina *de just. & jure, tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 49. *num.* 21. Cerdan. *in visitat. carcer. cap.* 5. *num.* 17. Thom. Valasch. *tom.* 1. *allegat.* 17. *num.* 4. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo Remissio petita, col.* 2. *in fine, versic. Et hoc casu, fol.* 127. Cutel. *de immunitat. Ecclesiar. tom.* 2. *qu.* 27. Cenedo *collect. ad decretal.* 23. *num.* 1. Thom. del Bene *de immunit. Ecclesiar. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 26. *num.* 1. *& 2. & cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 1. *num.* 5. Cast. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 12. *disp. unica, punct.* 3. *numer.* 3. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 14. *numer.* 119. Lezana *in summ. quæst. regul. part.* 3. *verbo Clericus, num.* 20. *versic. Item sexto,* Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. *numer.* 18. Fermosin. *in cap. Proposuisti* 19. *quæst.* 7. *num.* 8. *de foro compet.* Tondut. *de prævent. Judic. part.* 2. *cap.* 53. *n.* 6. *versic. Prima,* Ayllon Laynez *ad Gomez, tom.* 3. *var. capit.* 10. *numer.* 6. Augustin. Barbosa *in remissionib. ad Concil. Trident. session.* 23. *de reformat. c.* 6. *versic. Authores statim citandi, fol.* 378. *& in repertor. pr. conclus. verbo Clericus, versic. Clericus ordinatus, fol. mihi* 59. *& de jure Ecclesiast. universi. lib.* 1. *c.* 39. §. 2. *num.* 89. Pereyra *de man. Regia, par.* 2. *c.* 25. *sub num.* 5. *& 7.* Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 60. *in fine,* Flamin. Chartar. *de execut. sentent. cap. ultim. num.* 308. *versic. Potest etiam,* Ansald. *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *num.* 61. Tusch. *practic. concluf. litera I. concluf.* 7. *numer.* 3. Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 55. *numer.* 49. Scialoya *de foro compet. cap.* 2. *numer.* 148. Cancer *part.* 2. *variar. capit.* 2. *numer.* 148. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *numer.* 18. Ego quamplurimos laudo *decis.* 131. *nunc.* 19. *part.* 3. & ferè omnes alii citati *num.* 2. *& 17, & infra, dec.* 273. *num.* 7.

7 Sit conclusio quarta. Laicus post delictum commissum non præsumitur facere in fraudem; si efficitur Clericus, vel obtinet Ecclesiasticum beneficium, vel assumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, aut factus sit Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium, *arg. l. fin. §. fin. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem consciverunt,* Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 37. *n.* 7. *versic. Et sic, ibi: Et in dubio,* Bartol. *in l.* 1. *nu.* 3. *ff. de pœnis,* Dom. Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat.* 55. *nu.* 49. quidquid dicant Baldus *in l.* 1. *numer.* 2. *Codic. An servus ex suo facto,* Plaza *de delictis, capit.* 35. *num.* 1. *in fine, & numer.* 2. *in prin.* Covar. *pract. cap.* 32. *n.* 4. *versic. Fraus verò, in fine,* Thom. del Bene *de immunitat. Ecclesiar. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 26. *n.* 5. *in princ.* Fajardus *allegat.* 5. *n.* 14. *versic. Et verè esset,* quia adversus eos est verior sententia, quando non præcessit accusatio, vel diffamatio, ut tradunt Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 111. Cabal. *resol. crimin. casu* 108. *num.* 7. *juncto n.* 12. idemque docent Jason. *in l. Cùm quædam puella, num.* 13. *ff. de jurisdict. omn. Judic.* Farinac. cum multis *cons.* 77. *num.* 5. *lib.* 1. Tondut. *de prævent. judic. part.* 2. *cap.* 53. *num.* 6. *versic. Secunda, ibi: Secùs,* Ambrosin. *de immunit. Ecclesiar. cap.* 19. *n.* 6. *versic. & in puncto,* Scaccia *de judic. l.* 1. *cap.* 12. *num.* 4. Cuccus *institut. canon. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 22. Mastrill. *decis.* 394. *n.* 4. *vers. Secus si Clericatus, & num.* 5. *lib.* 3. Jul. Chartar. *decis.* 17. *nu.* 17. Carol. de Grass. *de effect. Cler. eff.* 1. *n.* 1076. 1077. Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *num.* 72. *versic. Secùs si non erat infamatus,* Valasc. *consult.* 48. *numer.* 3. & alii infra *num.* 11.

Fundantur, quia fraus in dubio non præsumi- 8
tur, *l. Quoties,* §. *Qui dolo, ff. de probat. l. merito, ff. pro socio, glos. in cap. Sedes, verbo Dolus, de rescriptis,* Mascard. *de probat. conclus.* 814. *numer.* 2. Farinac. *in prax. p.* 3. *quæst.* 89. *num.* 4. *de simulat. quæst.* 162. *num.* 94. Cyriacus *controv.* 581. *num.* 61. *tom.* 4. Giurba *cons.* 56. *n.* 1. August. Barbosa *in l. Dolum, n.* 4. *Cod. de dolo,* Conciol. *ad statut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 17. *num.* 6. & in puncto Ambrosin. *de immunit. Ecclesiar. c.* 19. *in* 6. *in prin.* Carol. de Grassis *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1127. Jul. Chartar. *decis.* 17. *num.* 17. Sed ab allegante probanda est, *canon. Sancimus, in fine* 1. *quæst.* 7. *l.* 1. *& ibi, gloss. C. de dolo,* Mascard. *de probat. concl.* 814. *numer.* 5. Farinac. *in praxi, part.* 3. *quæst.* 89. 9
num. 5. *& de simulatione, quæst.* 162. *num.* 64. Cyriacus *controvers.* 581. *numer.* 62. *tom.* 4. Giurba *consil.* 56. *numer. primo, in fine,* Cirocchus *discep.* 53. *numer.* 36. Ludovicus Bellus *cons.* 73. *numer.* 7. Thom. del Bene *immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 1. *numer.* 19. Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 67. *& in coordin. part.* 9. *tractat.* 2. *resolut.* 132. *num.* 1. *vers. Sed si aliquis,* Ambrosin. *de imm. Eccles. cap.* 19. *num.* 7. Jul. Chartar. *decis.* 17. *num.* 19.

Benè tamen aliàs verum est, quòd fraus conje- 10
cturis, & indiciis probatur, & regulariter probari consuevit, *l. Dolum,* ubi Barbosa *num.* 1. *& 2. Cod. de dolo, cap.* 2. *de renuntiat. in* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 815. *num.* 1. Menochius *lib.* 5. *præs.* 3. *num.* 43. Surd. *cons.* 322. *lib.* 3. Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 89. *n.* 17. 18. *& 19. & de simulatione, quæst.* 162. *à n.* 97. *& cons.* 40. *numer.* 8. *ubi addit. lit. V.* Ciarlin. *contr. forens. cap.* 9. *num.* 19. *& 20. lib.* 1. Suelves *cons.* 51. *n.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 48. *num.* 1. *lib.* 3. & in puncto, quòd fraus probetur conjecturis, & ad conjecturas sit recurrendum, ad præsumendum in fraudem Curiæ sæcularis laicum post delictum commissum clericasse, vel beneficium Ecclesiasticum obtinuisse, vel habitum Clericalem assumpsisse, vel ad servitium Ecclesiæ adscriptum fuisse, docent Bartol. *in l.* 2. *numer.* 3. *de pœnis,* Cabal. *resolut. crimin. casu* 108. *ante num.* 9. Narbona *l.* 20. *glos.* 21. *n.* 41. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Ambrosin. *de imm. Eccles. cap.* 19. *num.* 8. Jul. Chartar. *decis.* 17. *numer.* 23. Domin. Vicecancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat.* 55. *numer.* 49.

Illa autem conjectura fraudis principaliter addu- 11
ci solet, quæ ex vicinitate actuum desumitur, Mascard. plures citat *de probat. concluf.* 815. *num.* 4. Jul. Chartar. *decis.* 16. *num.* 31. Farinac. *cons.* 40. *n.* 19. *lib.* 1. *& in praxi, part.* 3. *q.* 89. *n.* 117. Ciroc. *discep.* 71. *n.* 32. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 19. *n.* 8. *vers. Et cùm inter,* Et quæ ex brevitate tem- 12
poris arguitur, *l. si veniri,* §. *si in bonis, & ibi glos. fin. in fine, ff. de priv. credit.* Bart. & Doctores *in l. post contractum,* §. 1. *ff. de donat.* Farinac. *cons.* 40.

num.

num. 10. *& de falsitate, quæst.* 152. *num.* 146. Noguerol. *allegat.* 10. *numer.* 11. Fajardus *allegat.* 1. *numer.* 20. Cirocchus *disceptat.* 53. *numer.* 33. *& discept.* 71. *num.* 32.

13 Undè laicus, si statim, incontinenti, vel immediatè post delictum commissum efficitur Clericus, vel Ecclesiasticum beneficium obtinet, vel habitum Clericalem reassumit, vel ad servitutem Ecclesiæ adscribitur, in fraudem Curiæ sæcularis fecisse præsumitur, etiam quod nulla precedat delicti accusatio, aut delatio, Marsil. *in l. statu liber. num.* 6. *& seq. ff. de quæstion.* Salicet. *in authent. Statuimus, num.* 3. *versic. In dubio, Cod. de Episcop. & Cleric.* Bossius *in prax. tit. de pœnis, num.* 38. Ambrosin. *de immunitat. Eccles. cap.* 19. *num.* 9. Anna *in cap.* 1. *num.* 7. *versic. Aut non immediatè, de obligat. adratiocin.* Farinac. *cons.* 77. *numer.* 5. *vers. Quorum opinio, & in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 111. *vers. Et in specie, ibi: Nisi forsan*, Menochius *consil.* 912. *num.* 18. *lib.* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 815. *numer.* 14. Marcel. Vulpe *in prax. fori Eccles. cap.* 38. *numer.* 2. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio petita, col.* 3. *post princip. fol.* 128. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *sub num.* 77. *ante finem*, Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *numer.* 63. Bellon. *de potestat. eorum, quæ fiunt incontinenti, lib.* 1. *quæst.* 65. *numer.* 14. Marcel. de Vulpe *in prax. judic. fori Eccles. cap.* 38. *num.* 3. Casta *de re integra, distinct.* 33. *numer.* 1. *versic. Quo verò*, Tondut. *de præven. judic. part.* 2. *cap.* 53. *numer.* 6. *versicul. Secunda, ibi: Nisi tamen*, Castr. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tractat.* 12. *disput. unica, punct.* 3. *numer.* 4. *versicul. Respondeo secundò*, Riccius *in praxi, part.* 2. *resolut.* 59. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 1144. Fajard. *alleg.* 6. *numer.* 20. *in fine*, Scialoya *de foro compet. capit.* 7. *numer.* 73. ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Eril 27. Septembris 1638, quam declarationem referam infra sub *numer.* 27.

14 Sic etiam si laicus parùm ante delictum, vel post contractas inimicitias efficitur Clericus, vel obtinet beneficium Ecclesiasticum, vel reassumit habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, præsumitur fecisse in fraudem Curiæ sæcularis, ut evitaret pœnam sæcularem, Decian. *tract. criminal. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 101. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 912. Fajardus *allegat.* 6. *num.* 20. Ciarlin. *contr. forens. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 24. Ego *dec.* 131. *numer.* 20. *part.* 3. pluries dicit Riccius *in pr. part.* 2. *resolut.* 59. quod si laicus faciat se Clericum per duos menses ante commissum delictum, (& idem dico, si obtinet beneficium Ecclesiasticum, vel habitum clericalem reassumit, vel ad servitium Ecclesiæ adscribitur) dicitur in fraudem clericatum assumpsisse, & refert Scialoya *de foro competen. cap.* 7. *numer.* 74.

15 Similiter si laicus post commissum delictum erat accusatus, vel delatus, seu denuntiatus de ipso delicto per Curiam sæcularem, aut aliàs inchoatus processus, tunc absque dubio præsumitur in fraudem Curiæ sæcularis Ordinem Clericalem assumpsisse, vel beneficium Ecclesiasticum obtinuisse, vel habitum Clericalem reassumpsisse, vel se adscripsisse ad servitium Ecclesiæ, ut post alios docent Placa *de delict. cap.* 35. *numer.* 1. *circa finem*, Covarr. *pract. cap.* 32. *num.* 4. *versic. Fraus verò*, Bossius *in praxi, tit. de pœnis, num.* 33. *versic. Et verum*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *num.* 44. *versic. Sed in hoc proposito*, Guttier. *practic. libr.* 1. *quæst.* 5. *numer.* 5. *& 6.* Rodriguez *in summ. tom.* 1. *capit.* 65. *concl.* 3. Ambrosin. *de immunitat. Eccles. cap.* 19. *numer.* 10. Bolannos *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 3. §. 1. *numer.* 8. Zerola *in praxi Episcop. verbo Clericus*, §. 6. *versic. Tertium*, Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *Videndum, numer.* 21. Scaccia *de judic. libr.* 1. *capit.* 12. *numer.* 4. Germon. *de sacror. immunitat. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 83. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 110. *& cons.* 77. *numer.* 3. *libr.* 1. Valasc. *consultat.* 48. *num.* 3. *in princip.* Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 17. *numer.* 5. Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univ. libr.* 1. *cap.* 39. §. 2. *numer.* 89. *Plura etiam*, Flamin. Chartar. *de exequ. sentent. bannit. cap. fin. num.* 308. *vers. Ex pluribus autem*, Mastril. *dec.* 294. *num.* 4. *libr.* 3. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1076. Joseph. Riccius *de pub. jud. quæst.* 36. *num.* 73. Narbona *in l.* 20. *glos.* 31. *num.* 41. *tit.* 1. *libr.* 4. *recopil.* Costa *Specul. cons.* 43. *num.* 18. Thoro *in compend. dec. part.* 3. *sect.* 3. *verbo Remissio petita, col.* 2. *versicul. Et posteaquam, fol.* 128. Petr. Barbosa *in l. Si quis posteaquam, à num.* 226. *ff. de judic.* Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *disput. unica, punct.* 3. *num.* 4. *versic. Respondeo secundò, ibi: Secundò præsumitur fraus*, Cabal. *resolut. crimin. casu* 108. *numer.* 8. *&* 9. Cancer *part.* 2. *var. resolut. cap.* 2. *num.* 151. Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *sub numer.* 65. Fermosin. *in cap. Proposuisti* 10. *quæst.* 7. *à numer.* 9. ubi Balboa *numer.* 70. *de foro compet.* Costa *de re integra, distinct.* 32. *numer.* 2. *versic. Secundum casum*, Jul. Chartar. *decis.* 17. *numer.* 24. Scialoya *de foro comp. cap.* 7. *numer.* 72. Bobadil. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 77. Tondut. *de prævent. Judic. part.* 2. *capit.* 51. *numer.* 6. *versic. Secunda, in princ.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 26. *num.* 5. *in fine*, Pereyra *de manu Regia, part.* 2. *cap.* 25. *num.* 5. *vers. Fraus autem*, Rodoer ad Marinis, *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 48. *num.* 8.

Et multò magis si laicus post citationem, & 16
contumaciam, & condemnationem delicti per eum commissi efficitur Clericus, vel obtinet beneficium Ecclesiasticum, vel habitum Clericalem reassumit, vel ad servitium Ecclesiæ adscribitur, in fraudem Curiæ secularis assumpsisse præsumitur, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 44. *versic. Sed in proposito, ibi: Hoc tamen*, alios plures cumulant Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 110. *& cons.* 77. *num.* 3. *lib.* 1. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 19. *num.* 10. *vers. Tanto fortius esset dicendum*, quibus addendi sunt Valasc. *consultat.* 48. *num.* 3. *versic. Multò magis*, Tondut. *de præven. Jud. part.* 2. *cap.* 53. *num.* 6. *versic. Secunda, in princ.* Mastril. *dec.* 294. *numer.* 4. *lib.* 3. Franchis *dec.* 219. *num.* 1. Jul. Chartar. *dec.* 17. *num.* 24. Guttier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 5. *numer.* 6. Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *à numer.* 66. *ad* 84. Cazal. *resol. crim. casu* 108. *n.* 11. & alii ex citatis *num.* 15.

Ex quibus concluditur, quòd laicus, si post ac- 17
cusationem, denuntiationem, vel inquisitionem delicti perpetrati, & multo magis si post citationem, vel condemnationem efficitur Clericus, vel suscipiat beneficium Ecclesiasticum, vel reassumat habitum Clericalem, vel adscribitur ad servitium Ecclesiæ, & sic manifestè in fraudem Curiæ, ac judicii sæcularis, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed puniendus est à Judice sæculari, sic Valasc. *consult.* 47. *num.* 3. *in fine*, Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1077. *&* 1078. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo remissio petita, col.* 2. *versic. Quod si aliquis, fol.* 128. & alii ex citatis *num.* 6.

Ideoque si laicus committat duo delicta, & de 18
uno sit accusatus, vel condemnatus, & de alio non, si efficitur Clericus, vel beneficium Ecclesiasticum obtineat, vel reassumat habitum Clericalem, vel ad servitium Ecclesiæ adscribatur, de delicto, de quo erat accusatus, vel condemnatus, cognoscit Judex sæcularis, & de delicto, de quo non erat accusatus, vel condemnatus cognoscit Judex Ecclesiasticus, sic Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *à n.* 1080. *cum seq.* Scialoya *de foro compet.* 7. *n.* 97. ut dicit alios Doctores probare, talem Clericum effectum pro omnibus delictis remittendum esse ad Judicem Ecclesiasticum. Quod ultimum non puto verum.

Prout nec veram existimo resolutionem traditam 19
per Scacciam *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 6. *&* 7. dicentem, quod si eodem die quo accusatio porrecta fuit, laicus fuit effectus Clericus, non constito quis actus præcesserit, non potest Judex sæcularis

cularis contra eum procedere, sed remittendus est ad Judicem Ecclesiasticum, ex quo in dubio præsumitur priùs Clericatum assumpsisse, & postea porrecta accusatio, sequuntur Carol. de Grass. *de effect. Clerici, effect.* 1. *numer.* 1136. & 1137. Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *num.* 77. quia utcumque sit, fraus isto casu est manifesta, & consequenter non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed puniendus est per Judicem sæcularem, ex traditis *numer.* 13. & 14.

20 Sit quinta conclusio. Quòd si laicus post delictum commissum, etiam si in fraudem efficiatur Clericus, licèt non effugiat sæculare judicium, intelligendum est, ut procedat quoad pœnas pecuniarias, & realem exequutionem, non autem quoad pœnas corporales, & personalem exequutionem: nam quoad omnem manus injectionem exemptus est à sæculari jurisdictione, ac propterea non potest ullo pacto corporaliter puniri à Judice sæculari, quia tantùm est Judex causæ, non personę, sed solummodò potest Judex sæcularis eum punire in bonis, & pecuniariter, ita Joann. Andr. *in cap.* 1. *numer.* 19. *in fine, versicul. Puto quod*, & *numer.* 20. *de obligat. ad ratiocin.* Bartol. *in l.* 1. *numer.* 2. *in fine, ff. de pœnis*, Salicet. *in authent. Statuimus, numer.* 2. *Codic. de Episc. & Cler.* Socin. *in cap. Proposuisti, numer.* 52. & 53. ubi Boic. *numer.* 10. *versic. Sed credo*, & *numer.* 11. ubi Balboa *numer.* 68. Fermosin. *quæst.* 7. *numer.* 7. & 8. *quæst.* 8. *num.* 5. 6. & 7. *de foro compet.* Belluga *in spec. Princ. rub.* 11. §. *Videndum, numer.* 21. Franchis *dec.* 219. 384. & 709. Covar. *practic. cap.* 32. *num.* 4. *versic. Tertia concluss.* Bossius *in praxi, tit. de foro compet. numer.* 144. & *tit. de pœnis, numer.* 38. *versic. Item addit.* Aponte *de potestat. Proreg. tit. de assensib. Reg.* §. 7. *numer.* 16. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 107. & *cons.* 77. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. Valasc. *consultat.* 48. *numer.* 4. qui loquitur de eo, qui in fraudem suscepit Ecclesiasticum beneficium, Petr. Barbosa *in l. Si quis posteaquam, à numer.* 215. *ff. de judic.* Ambrosin. *de immunitat. Ecclesiar. capit.* 19. *numer.* 15. Carol. de Grass. *de effect. Clericor. effect.* 1. *numer.* 1129. Cabal. *resolut. crimin. casu* 108. *à numer.* 2. Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *numer.* 82. Tondut. *de præven. judic. part.* 2. *capit.* 53. *numer.* 6. *versic. Tertia*, & *versic. Quidquid autem*, Thomat. *decis.* 98. *numer.* 6. 7. & 8. *tom.* 1. Squilante *de privileg. Cleric. capit.* 7. *sub numer.* 33. Marcel. Vulpe *in praxi fori Eccles. capit.* 38. *num.* 7. Laratha *cons.* 105. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo Remissio petita, in fine, fol.* 127. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tractat.* 12. *disputat. unica, punct.* 3. *numer.* 4. *versic. Quod si inquiras*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 43. *versic. Benè verum est*, Guttierez *practicar. lib.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 3. Cuccus *instit. canon. lib.* 3. *de privileg. Cleric. tit.* 9. *numer.* 24. Decian. *tractat. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 138. *versic. Decimo quarto limitatur*, Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 77. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 14. *numer.* 129. Tuschus *practicar. concluss. litera I, concluss.* 7. *numer.* 4. Sanfelicius *decis.* 2. *à numer.* 23. Mastril. *decis.* 294. *num.* 10. *lib.* 3. Gamma *de Sacrament. quæst.* 5. *numer.* 27. *versic. Et eadem omnium communis opinio*, Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *numer.* 120. & 122. Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 1. *numer.* 5. 7. & 12. Flamin. Chartar. *in tractat. de exeq. sentent. cap. fin. post numer.* 308. Cavalcàn. *decis.* 10. *numer.* 2. *part.* 5. Marta *de jurisdict. part.* 2. *casu* 3. *post numer.* 4. & *casu* 121. *numer.* 20. & *seq.* Jul. Chartar. *decis.* 17. *à numer.* 25. *usque ad finem*, ubi loquitur de laico, qui in fraudem jurisdictionis sæcularis post delictum, habitum, ac tonsuram reassumeret, Lezana *in summ. quæst. regul. part.* 3. *verbo Clericus, numer.* 20. *versic. Item sexto*, Augustin. Barbosa *de jure Ecclesiar. univ. lib.* 1. *capit.* 39. §. 2. *numer.* 8. *à versic. Utrum autem*, Carleval. *de judic. lib.* 1. *disputat.* 2. *numer.* 448. Larrea *decis. Granat.* 94. *numer.* 7. *in fine*, Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 17. *numer.* 14. Peyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 25. *numer.* 5. *versicul. Et his casibus*, Costa *de remed. subsidior.* & *notat in tractat. de re integra, dist.* 32. *numer.* 1. *versic. Aut res desit esse integra*, Ayllon Laynez ad Gomez, *tom.* 3. *variar. cap.* 10. *sub numer.* 6. Molina *de justit.* & *jure, tractat.* 3. *disput.* 29. *numer.* 22. Bellet. *disquis. Cleric. part.* 1. *tit.* 3. §. 4. *numer.* 3. Cancer *part.* 2. *variar. resolut. cap.* 2. *numer.* 149. & 150. Gratian. *discept. forens. cap.* 226. *à numer.* 29. innumeros alios cumulat Giurba *cons.* 15. *numer.* 33. *versic. Hæc fraudis distinctio*, Reg. Matthæu *de regim. Regni Valent. cap.* 7. §. 1. *numer.* 273. *in fine*, quidquid negent etiam quoad pœnam pecuniariam, Genuens. *in prax. Archiepiscop. Neap. cap.* 8. *numer.* 6. Diana *resolut. mor. part.* 1. *tractat.* 2. *resolut.* 27. *aliàs* 26. & *in coordin. part.* 9. *tract.* 2. *resolut.* 131. *numer.* 2. & 3. & *resolut.* 164. & 165. Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom.* 1. *c.* 6. *dub.* 14. *sect.* 1. *num.* 10. Leander *q. mor. part.* 4. *tr.* 3. *disp.* 15. Marinis *resol. jur. lib.* 2. *allegat.* 132. *à n.* 17. *ad* 21. Rodoer ad Marinis, *lib.* 1. *resol. jur.* 48. *à num.* 21.

Quod autem dixi in hac quinta conclusione *nu-* 21
mer. 20. ut laicus post commissum delictum, si efficitur Clericus, non possit puniri per Judicem sæcularem pœna corporali, sed tantùm pecuniaria. Intelligendum est si suscipiat Ordines sacros, vel esset professus, Bossius *in praxi crimin. tit. de foro comp. numer.* 144. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 106. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. Mastrill. *decis.* 294. *numer.* 13. *lib.* 3. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 76. *numer.* 36. & *cons.* 912. *numer.* 19. *libr. decimo*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 77. Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 26. *num.* 4. & *cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 1. *numer.* 6. Cutell. *de immunitat. Ecclesiar. lib.* 2. *quæst.* 27. *numer.* 9. Petr. Barbosa *in l. Si quis posteaquam, numer.* 352. *ff. de judic.* & alii ex ci- 22
tatis *numer.* 20. Nisi Episcopus eum actualiter priùs degradaverit, casu quo delictum commissum mereatur pœnam mortis, vel mutilationem membrorum, nam tunc pœna corporali puniri potest per Judicem sæcularem, Mastril. *decis.* 294. *numer.* 12. *libr.* 3. Menoch. *cons.* 912. *numer.* 19. *lib.* 10. & *præsumpt.* 76. *numer.* 36. *lib.* 6. Thom. del Bene *de immunit. Ecclesiar. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 1. *numer.* 6. super quo plura tradunt Covar. *pract. cap.* 22. *num.* 4. *versicul. Tertia conclusio, ibi: tamen hoc in articulo*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 35. *numer.* 43. *versicul. Sæpe numero contingit, ibi: Deberet tamen*, Cabal. *resolut. crim. cas.* 108. *num.* 6. & 7. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 106. 108. & 109. & *cons.* 77. *num.* 12. & 13. *libr.* 1. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1129. *versic. Et licèt, cum seq.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 82. Tondut. *de præven. judic. part.* 2. *cap.* 53. *num.* 6. *versic. Potest etiam*, Gamma *de Sacram. quæst.* 5. *num.* 28. Ansaldus *de jurisd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *à num.* 123. *cum plur. seq.* Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *num.* 75. & 76. At si laicus effectus Clericus in Sa- 23
cris post commissum delictum, non meretur pœnam actualis degradationis, puniri debet per Judicem Ecclesiasticum ordinarium, ne delicta remaneant impunita, Carolus de Grass. post alios *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1134. pœnis scilicet, quibus tempore delicti ipsemet delinquendo subjicere voluit, Ansaldus *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 15. *n.* 205. & 206.

Sed si laicus post delictum commissum efficitur 24
in fraudem Clericus tantùm primæ tonsuræ, potest absque ulla solemnitate degradatione puniri per Judicem sæcularem, etiam pœna ultimi supplicii, si tali pœna dignus sit, ita Covar. *pract. cap.* 32. *num.* 4. *versic. Tertia conclusio, in fine, versic. Sed si Clericus hìc*, Menochius *cons.* 912. *num.* 20. & 27. *lib.* 10. & *præsump.* 76. *numer.* 36. & 37. *lib.* 3. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 1133. Scialoya *de foro compet. c.* 7. *numer.* 76. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 82. *in fine, vers. Salvo si el Orden sacro*, Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 109. Paz *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 8. Sanfelicius *decis.* 2. *numer.* 29. Tondut. *de præven. judic. part.* 2. *capit.* 53. *numer.* 6. *versic. Quid-*

Quidquid, *ibi* : *Verum autem*, Gamma *de Sacrament. quæst. 5. numer. 28. versic. Verum tamen est*, Cutel. *de immunitat. Eccles. lib. 2. quæst. 27. numer. 9.* & sentiunt Pereyra *de man. Reg. part. 2. cap. 25. num. 7. versic. Quod primò*, Vega *in c. 2. à n. 126. de judic.* Fermosin. *in c. Cùm non ab homine, q. 16. num. 6. in fin. de judic.*

25 Quod generale est in Clerico primæ tonsuræ, aut minorum Ordinum, qui in casibus, quibus privilegium Clericale amittit, & venit puniendus à Judice sæculari, licèt de jure controversum sit, an sit necessaria degradatio, ut tradunt pluribus citatis Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect. 1. à num. 839.* Augustin. Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 110. num. 8.* & affirmativam præter Doctores ab eis citatos tenent Gail. *de pace publica, lib. 1. cap. 1. num. 22.* Gambacurta *de immunitat. Eccles. lib. 7. cap. 14. n. 5. versic. Neque verò*, Torreblanca *de magia, part. 3. c. 9. à numer. 49.* Cast. Palaus *in oper. moral. part. 6. disp. 4. punct. ultim. num. 8.* negativam ultra Doctores citatos ab illis, Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 8. num. 47. juncto numer. 57.* Bolannos *in Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 3. numer. 16. versic. Jnota*, Giurba *cons. 41. numer. 27. in fine*, Fajardus *allegat. 5. numer. 20. in fine*, Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 6. dub. 9. numer. 2.* Tamen de consuetudine puniri potest per Judicem sæcularem absque ulla degradatione Judicis Ecclesiastici, ut docent Covar. *pract. c. 32. num. 3.* Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. num. 8.* Pet. Barbos. *in l. Si quis posteaquam, num. 253. ff. de judic.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 6. dub. 9. sect. 3. numer. 1.* Ego *dec. 34. num. 38. part. 1.* Dixi de consuetudine, quia etsi in Pontificali Romano
26 adsit formula deponendi, seu degradandi Clericos in minoribus, nunquam tamen in praxi positum est cæremoniale prædictum, testibus Diaz, Covar. & Avendanno, quos referunt, & sequuntur Cutel. *de immunitat. Eccles. lib. 2. quæst. 24. numer. 31.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 6. dub. 9. sect. 2. num. 2.* Et idem dicendum est de Regularibus professis, etiam primæ tonsuræ, aut minorum ordinum, ut docent Cutell. & Thom. del Bene, ille *n. 31. versic. Nec huc pertinet*, iste *numer. 2. versic. Objicies, n. 3.*

27 Ex Cancellariis Cathaloniæ in declarationes sequentes, in terminis Clericorum primæ tonsuræ, vel minorum Ordinum, quibus fuit declaratum non gaudere privilegio fori Ecclesiastici, eo quia existentes in carceribus, vel post diem commissi delicti, vel post accusationem, delaturam, aut denuntiationem obtinuerunt Ecclesiastica beneficia, vel ad servitium Ecclesiæ adscripti fuerunt. Primò, per Cancellarium Cassador, Consultoribus Cordelles, Poll, Quintana, & Puig 7. Octobris 1569. tradidi supra *numer. 3. in fine*. Secundò, per Magarola Tertium, Consultoribus Bonet, Magarola, & Ferruz 11. Februarii 1620. contra Salvadorum Rovira obtinentem beneficium sub invocatione Sancti Michaelis in Ecclesia Parochiali Sanctæ Eulaliæ de Naves, impetitum de aliquibus delictis antequam dictum beneficium obtinuisset. Tertiò, per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Roca, Carreres, & Aguillo 30. Julii 1622. contra Michalem Subirà. Quartò, per eundem Cancellarium Puigmari 16. Julii 1627. contra Franciscum Sala Villæ Terrassiæ, tradidi suprà *sub num. 5.* Quintò, per Cancellarium Eril. 27. Septembris 1638. super repetitione personæ Josephi Mir Clerici in quatuor minoribus Ordinibus constituti obtinentis Capellaniam in Ecclesia Parochiali villæ Granullariorum, ei collatam post diem, quo commisit delictum, de quo imperitus detinetur in carceribus Regiis dictæ Villæ Granullariorum.

28 Quibus stantibus declarationibus, quod prædicti Clerici non gaudent privilegio fori Ecclesiastici, sequitur ut pœnis condignis puniri possint per Judicem sæcularem, ad Capyc. *decis. 111.* Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 8. numer. 85.* Ambrosin. *de immunitat. Ecclesiar. cap. 17. num. 10. vers. Qua declaratione facta*, Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect. 1. num. 972. & 973.* Giurbam *cons. 48. num. 15.* ut nec derogatio Judicis Ecclesiastici requiratur, ad tradita per Jul. Clar. *§. fin. quæst. 36. num. 33. in fine*, & per me cum innumeris *decis. 21. numer. 87. part. 1.* me citato Fajardus *allegat. 5. num. 20.* & in terminis tradunt Doctores citati *num. 24. & 25.* & observatum in illa causa declarata per Cancellarium Copons, de qua supra *sub n. 3.*

Omitto tractare illam quæstionem, quam plures 29
ex præcitatis Doctoribus tradunt. An laicus, qui emisit votum suscipiendi Ordines, vel intrandi religionem, & posteà delictum committat, suscipiatque Ordines, vel religionem ingrediatur, puniendus sit à Judice Ecclesiastico, vel sæculari? ex quo non convenit justæ criminis punitioni, & in praxi refellatur, videndi tamen sunt Bald. *in l. 1. num. 11. C. An servus ex suo facto*, Jason. *in l. Cùm quædam puella, n. 11. & 12. ff. de jurisdict. omn. Jud.* Anna *sing. 130.* Vivius *com. opinion. lib. 1. opin. 30.* Flamin. Chartar. *de exec. sentent. cap. fin. post n. 138. versic. hæc tamen*, Covar. *practic. cap. 52. numer. 4. versic. Cæterum*, Jul. Clar. *§. fin. quæst. 98. versic. Quid si condemnatus*, Franch. *decis. 449. num. 2. 6. & 7.* ubi Luca *num. 4.* Farinac. *in praxi, part. 1. quæst. 8. numer. 112. 113. & 114. & cons. 77. num. 6. 7. 8. & 14. lib. 1.* Giurba *decis. 82. n. 2. versic. Ut de Clerico*, Mascard. *de gener. stat. interp. conclus. 1. numer. 239.* Cabal. *resolut. crimin. casu 108. à num. 13. ad 17.* Petrus Barbosa *in l. Si quis posteaquam, à num. 259. ad 270.* Placa *de delict. cap. 35. numer. 6.* Ambrosin. *de immunitat. Eccles. cap. 19. à numer. 11. ad 15.* Capiblanc. *de Baronib. prag. 8. part. 3. num. 25.* Ferrat. *cautel. 23.* Ansaldus *de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 15. à numer. 89. cum pluribus seq.* Tond. *de præven. Jud. part. 2. cap. 53. num. 6. versic. Secunda, in fine*, Scialoya *de foro compet. cap. 7. numer. 81.* Valasc. *consult. 48. numer. 8.* Costa *de re integra, distinct. 32. num. 1. in fine, versic. Secus quando*, Decian. *tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. num. 23. & 24.* Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 15. num. 80.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. n. 81.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 12. numer. 8.* Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect. 1. à num. 1097. ad 1127.* Balboa *in cap. Proposuisti, à n. 74.* ubi Fermosin. *quæst. 9. de foro compet.* Diana *resolut. moral. part. 3. tractat. 1. resolut. 67. & in coordinat. part. 2. tract. 2. resolut. 132. num. 2.* Rodrig. *in compend. quæst. regul. resolut. 101. numer. 9.* Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 6. dub. 14. sect. 1. numer. 20. & 21.* Ursellius *conclus. 65. verbo æqualitas, n. 36.*

Et an laicus in exilium, bannum, vel relega- 30
tionem damnatus à Judice sæculari ad certum tempus, si infra illud efficitur Clericus, & exilium, bannum, seu relegationem rumpat, sit puniendus à Judice Ecclesiastico, vel sæculari, tradidi *decis. 129. n. 65. part. 3.* remissivè Don Bonaventura Tristany *dec. 10. sub n. 98. p. 1.*

Et an laicus condemnatus, exulatus, vel relega- 31
tus, si appellavit, appellationeque pendente efficitur Clericus, & nova delicta commisit, an possit pro omnibus puniri, & per quem. Videndus Riccius *decis. 302. part. 3.* ad quem se refert Danza *de pugn. Doctor. tom. 3. titul. de laico obligato, capit. 1. numer. 2.*

ARGUMENTUM.

An Clericus, si commisso delicto fit laicus, puniendus sit per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Clericus obtinens beneficium Ecclesiasticum si delicto commisso, illud renuntiat, vel matrimonium contrahit, vel sit laicus, an pro delicto perpetrato tempore, quo beneficium obtinebat, gaudeat privilegio fori Ecclesiastici, vel non.*

2 Cleri-

2 *Clericus tonsuratus, qui commisit delictum tempore, quo erat Clericus, & postea uxorem duxit, vel fit laicus, an puniri debeat à Judice Ecclesiastico, vel sæculari.*

3 *Novitius si durante novitiatu delinquat, deinde egrediatur religionem, & habitum dimittat, vel si Prælatus illum à novitiatu ejiciat, ut religione indignum, si nullo Ordine sacro initiatus est, gaudeat privilegio fori Ecclesiastici, vel non.*

4 *Clericus conjugatus, si deliquit tempore, quo omnia requisita habebat, ut gauderet privilegio fori Ecclesiastici, effectus sit bigamus, gaudeat pro illo delicto privilegio fori Ecclesiastici.*

5 *Clericus in minoribus solutus tempore delicti, si postea ducit uxorem viduam, & sic effectus bigamus gaudeat privilegio fori Ecclesiastici pro delicto ante bigamiam commisso.*

6 *Clericus si post delictum commissum efficitur laicus, debeatque puniri à Judice Ecclesiastico pro delicto commisso tempore Clericatus an procedat si causa sit præventa à Judice Ecclesiastico, vel non, n. 6. 7. & 8.*

9 *Clericus in minoribus beneficiatus, vel non beneficiatus, si à Judice Ecclesiastico in exilium, vel relegationem damnatur ad certum tempus, infra quod laicus factus exilium, vel relegationem rumpit, puniendus sit pro dicta fractura à Judice Ecclesiastico, vel sæculari.*

DECISIO CCLXXII.

1 DEcisione 129. *à numer.* 48. *ad* 69. *part.* 3. proposui omnes quæstiones istam nostram attingentes. Nam in primis *numer.* 48. dixi, quod obtinens beneficium, si delicto commisso illud renuntiat, vel matrimonium contrahit, vel fit laicus, pro delicto patrato tempore, quo beneficium obtinebat, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed *numer.* 51. contrariam sententiam tradidi, quod obtinens beneficium, si commisso delicto, illud renuntiat, vel matrimonium contrahit, aut fit laicus, pro delicto patrato tempore, quo beneficium obtinebat, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, tanquam captus pro tempore delicti, quo fori Ecclesiastici privilegio gaudebat. Deinde *num.* 49. dixi, quòd Clericus tonsuratus, qui commisit delictum tempo-
2 re, quo erat Clericus, & postea uxorem duxit, vel fit laicus, puniri debet à Judice sæculari, & non ab Ecclesiastico. Sed *nu.* 52. tradidi contrariam sententiam quòd Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, si commisit delictum tempore, quo erat Clericus, & postea duxit uxorem, aut habitum, aut tonsuram dimisit, aut laicus jam reputetur, gaudet fori Ecclesiastici privilegio, & pro eo delicto puniri non potest nisi per Judicem Ecclesiasticum, quia non præsens conditio, sed status commissi delicti attendi debet. Rursus *num.* 50. dixi, quòd novitius, si durante novitiatu delinquat, de-
3 inde egrediatur religionem, & habitum dimittat, vel si Prælatus illum à novitiatu ejiciat ut religione indignum, si nullo Ordine sacro initiatus est, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed puniendus est per Judicem sæcularem de delicto, durante novitiatu commisso. Idque procedit in religiosis Societatis JESU, qui peractis annis duobus probationis tria vota emiserunt, nam si habitum dimittant, vel à religione ejiciantur, pro delicto patrato tempore novitiatus, non gaudent privilegio fori Ecclesiastici, sed puniendi sunt à Judice sæculari. Sed *n.* 55. contrariam sententiam tradidi, quòd novitius dimittens habitum religionis nullum Ordinem sacrum habens, ob delictum tempore novitiatus commissum, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, & solum à Judice Ecclesiastico puniri debet. Et idem in Religioso à Societate JESU emisso, etiamsi nullum Ordinem habeat, propter delictum in religione commissum, gaudet privilegio fori Ecclesiastici. Dixi etiam *num.* 53. quòd si Clericus conjugatus de-
4 liquit tempore, quo omnia requisita habebat, ut fori Ecclesiastici privilegio gauderet, effectus ut bigamus, gaudet pro illo delicto fori Ecclesiastici privilegio, & per Judicem Ecclesiasticum solùm puniri potest, cùm tempus commissi delicti spectandum sit. Et denique dixi *n.* 54. quòd Clericus in 5
minoribus solutus tempore delicti, si posteà ducit uxorem viduam, & sic efficitur bigamus, gaudet privilegio fori Ecclesiastici pro delicto ante bigamiam commisso.

Dixi etiam *n.* 57. quòd sententia affirmativa, quod 6
Clericus si post delictum efficitur laicus, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, debetque puniri à Judice Ecclesiastico pro delicto commisso tempore Clericatus, procedit secundùm aliquos, quamvis causa non sit præventa à Judice Ecclesiastico, quia à jure præventa censetur, & ad hunc effectum satis est initium. Sed *numer.* 58. tradidi alios plures docere contrarium, quòd tunc demum Clericus, si post delictum commissum uxorem ducit, seu aliter fit laicus, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, & puniri debet per Judicem Ecclesiasticum pro delicto commisso tempore Clericatus, si tempore commissi delicti intervenit præventio Judicis Ecclesiastici. Secus autem si per Judicem Ecclesiasticum nulla præventio concurrit, nam tunc non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed debet puniri per Judicem sæcularem. Et *num.* 59. tradidi qualiter præ-
ventio per Judicem Ecclesiasticum. Et tandem *nu-* 7
mer. 60. dixi mihi arridere, quod Clericus in minoribus delictum committens tempore, quo gaudebat privilegio fori Ecclesiastici, si posteà fit laicus, non est necessarium, ut gaudeat privilegio fori Ecclesiastici pro delicto tempore Clericatus perpetrato, quod fuerit captus, vel citatus per Judi- 8
cem Ecclesiasticum, sed sufficit, quod causa sit cepta coram Judice Ecclesiastico tempore delicti, hoc est quod sit inquisitus, vel accusatus coram ipso Judice Ecclesiastico.

Proposui insuper *n.* 61. An Clericus in minoribus 9
beneficiatus, vel non beneficiatus, si à Judice Ecclesiastico in exilium, vel relegationem damnatur ad certum tempus, infra quod laicus factus exilium, vel relegationem rumpit, puniendus sit pro dicta fractura à Judice Ecclesiastico, vel sæculari, & dixi tres esse opiniones. Primam tradidi *n.* 62. quòd solùm puniri potest à Judice sæculari. Secunda *numer.* 63. quod solùm puniri potest à Judice Ecclesiastico. Tertiam *n.* 64. distinguentem. An pœna fractæ relegationis, vel exilii sit vetus condemnatio, seu executio ex priori sententia descendens, & tunc Judex Ecclesiasticus procedere debet ad executionem: an verò sit nova pœna ad novum delictum; quo casu sententia contra ipsum per Judicem sæcularem fieri debet. Sed ibidem dixi primam opinionem mihi arridere, quia de novo delicto, & nova conditione personæ agitur, in quo delinquens laicus est.

ARGUMENTUM.

An laicus effectus Clericus pro obligationibus, & debitis sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Laicus effectus Clericus conveniendus est coram Judice Ecclesiastico pro debitis, & obligationibus futuris.*

2 *Laicus effectus Clericus post contracta debita ante litem motam coram Judice sæculari, non est conveniendus coram Judice sæculari, de cujus foro erat, cum se obligavit, sed conveniri coram Judice Ecclesiastico, sub cujus jurisdictione est subditus tempore, quo potest conveniri, n. 2. Amplia etiamsi debita contrahat, & se obliget per publicum instrumentum, num. 6. Limita si laicus post debita contracta efficitur Clericus in fraudem,*

fraudem, num. 7. & quando dicatur in fraudem clericari, n. 8.

3 *Clericus hæres laici, lite non cœpta contra defunctum laicum, gaudet privilegio fori Ecclesiastici,*

4 *Laicus fidejussor pro laico coram Judice laico, si posteà efficiatur Clericus, conveniendus est pro hujusmodi fidejussione coram Judice Ecclesiastico, num. 4. & 5.*

9 *Laicus, si post litem cœptam coram Judice sæculari pro debitis, & obligationibus contractis efficitur Clericus, continuare tenetur litem cœptam coram eodem Judice sæculari, numer. 9. limitatur, num. 14.*

10 *Judicium ibi finiri debet in civilibus, ubi cœptum est,*

11 *Fori privilegium lite pendente superveniens non immutat forum prioris Judicis, coram quo cœptum est judicium, n. 11. & vide n. 19.*

12 *Clericus hæres laici lite cœpta contra defunctum laicum coram Judice sæculari, coram eo continuare tenetur.*

13 *Familiaris Sanctæ Inquisitionis effectus post debita contracta non potest forum primi Judicis declinare.*

15 *Transactione lis finitur, n. 15. & 16. & refertur decisio, n. 17. declaratur, n. 18.*

20 *Laicus obligatus per publicum instrumentum cum clausula guarintigia, seu ut in Cathalonia dicimus cum scriptura tertii, si postea efficitur Clericus, vel Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium, exequi debet per Judicem Ecclesiasticum, numer. 20. & 21. sed alii docent quod debet exequi quoad bona per Judicem sæcularem, numer. 22. & hæc opinio servatur in Cathalonia, ita quod executio fiat contra bona cum assistentia Judicis Ecclesiastici, secùs contra personam, num. 23. ratio traditur, num. 24. si obligatio guarentigia cum scriptura tertii sit continuata in Cathalonia sit continuata in libris Curiæ Vicarii Barcinonæ, n. 25. & 26.*

27 *Instrumentum obligationis guarintigiæ cum scripturæ tertii continuata in Curia Vicarii Barcinonæ, per quod proceditur in Cathalonia executivè, & rigorosè, non monita, nec citata parte, an habeat eandem vim, & peti possit in foro Ecclesiastico contra Clericos,*

28 *Laicus existens tempore statuti, si deinde fiat Clericus, an ligetur dispositis à statuto.*

DECISIO CCLXXIII.

1 SIt prima conclusio. Laicus effectus Clericus quoad debita, & obligationes futura, & futuras conveniendus coram Judice Ecclesiastico, quia statim quo fit Clericus, sine dubio aliquo efficitur de foro Ecclesiastico, quod nullam probationem requirit, sufficit regula notoria, Clericos esse de foro Judicis Ecclesiastici, sic Fontanella *decis.* 311. *num.* 2. *part.* 2. Ego cum innumeris *dec.* 125. *num.* 8. 9. 10. & 11. & *dec.* 126. *n.* 1. & 2. *part.* 3.

2 Sit secunda conclusio. Laicus si post contractas obligationes, & contracta debita sit effectus Clericus ante litem motam coram Judice sæculari, non est conveniendus coram Judice sæculari, de cujus foro erat, cùm se obligavit, sed debet conveniri coram Judice Ecclesiastico, sub cujus jurisdictione est subditus tempore, quo potest conveniri. Tum quia mutatione status personæ mutatur forus, *l. Si filius* 1. *ff. de tutel. & ration. distrahen.* Tum quia ordo superveniens tollit onus antea impositum, *l. Prætor, circa princip. ff. de excus. muner.* ita gloss. *in l. Nemo potest* 55. *verbo Quia nec, ff. de legat.* 1. post antiquos docet Marta *de jurisdic. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 121. *numer.* 5. quem sequitur Danza *de pugna Doctor. tem.* 3. *titul. de laico obligato pœnes acta, capit.* 1. *col.* 5. *versic. Marta, fol.* 287. quibus addendi sunt Albert. Covar. & Jul. Clarus, quos citat Petrus Barbosa *in l. Si quis posteaquam, num.* 202. *ff. de judic.* Surd. *cons.* 396. *num.* 19. Giurba *decis.* 25. *num.* 11. & 12. Squillante *de privil. Cler. cap.* 7. *n.* 91. Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *num.* 95. *in fine*, Tond. *de præven. judic. part.* 2. *cap.* 53. *numer.* Larrea *decis. Granat.* 94. *numer.* 7. *versic. Ut in Clerico*, Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 37. *numer.* 3. *vers. Primus casus est*, Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap.* 15. *numer.* 3. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1251. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resol.* 23. & *in coordinat. part.* 9. *tract.... resolut.* 105. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 128. Fermosin. *in cap. Proposuisti, quæst.* 7. *num.* 1. & *quæst.* 12. *à num.* 1. *de foro compet.* Fontanella *decis.* 311. *num.* 2. *versic. Nostra igitur quæstio*, & 3. 4. 5. & 6. ubi testatur cum hac sententia transire sine difficultate nostrum Senatum *part.* 3. ad quem se refert Xammar. *defin.* 95. *numer.* 9. *part.* 2. Ego *decis.* 36. *num.* 74. *part.* 1. ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Carreres, & Pexo 18. Junii 1631. in favorem Don Francisci de Blanes Presbyteri, infra referenda *num.* 17.

Confirmat hanc secundam conclusionem Fontanella *decis.* 311. *numer.* 7. *part.* 2. in Clerico succedente laico, qui si lis adhuc non fuerit cœpta contra laicum defunctum, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, convenirique debet coram Judice Ecclesiastico, quia mutatus est status, & conditio possessoris, & attendendum est tempus, quo creditor agit. Ego innumeros citavi *decis.* 151. *num.* 4. *part.* 3. 3

Confirmatur 2. in laico fidejubente pro laico coram Judice laico, si deinde laicus fidejussor efficiatur Clericus, conveniendus est pro prædicta fidejussione coram Judice Ecclesiastico, & non coram Judice laicali, Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1009. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 7. *num.* 84. *in fine*, Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *n.* 97. & *c.* 30. *num.* 12. 4

Confirmatur 3. in laico fidejubente de judicio sisti coram Judice laico, si posteà ipse fidejussor efficiatur Clericus, fidejussio ipsa quoad Judicem laicum finitur, Cardinal. *in Clement.* 1. *quæst.* 9. *de censib.* & non potest adstringi per Judicem laicum, coram quo fidejussit, Riccius ad Franchis *dec.* 400. Scioloya *de foro compet. cap.* 7. *sub n.* 97. & *cap.* 30. *num.* 13. ubi tradit alia accommodabilia. 5

Amplia hanc secundam conclusionem, ut procedat etiamsi laicus debita contrahat, & se obliget per publicum instrumentum absque clausula guarentigia, sed ut nos dicimus cum scriptura tertii, & deinde efficiatur Clericus, non potest conveniri coram Judice sæculari, sed debet conveniri coram Judice Ecclesiastico, Scialoya, cum multis sic intelligendus *de foro compet. cap.* 7. *n.* 95. 6

Limita istam secundam conclusionem, si laicus post debita contracta, & post obligationes contractas efficiatur Clericus in fraudem, ut se eximeret à jurisdictione Judicis sæcularis, quo casu conveniendus est coram Judice sæculari. Quia privilegium acquisitum per fraudem non prodest acquirenti, *l. Hos accusare, in princip. ibi: Si non retractandi, ff. de accusat. l. Si maritus*, §. *legis juliæ, ff. ad leg. jul. de adulter. l. fin. ff. de re milit. l.* 1. *C. qui milit. non possunt*; ne aliàs ex fraude sua commodum reportetur, contra regulam *cap. ex tenore, de rescript.* sic Doctores citati *decis.* 171. *numer.* 6. quibus addendi sunt Franchis *decis.* 384. *numer.* 9. Mauson. *de causis execut. ampl.* 2. *numer.* 17. Marta *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 33. *numer.* 15. Squillante *de privileg. Cleric. cap.* 10. *numer.* 18. quos in terminis citat Danza *de pugna Doctor. tom.* 3. *titul. de laico obligato pœnes acta, n.* 5. *vers. Alii sustinent, & versic. & Marta, & numer.* 6. *fol.* 287. Surd. *cons.* 399. *numer.* 20. *lib.* 3. Baeca *de inope debit. capit.* 17. *numer.* 22. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 908. *versic. Ex quibus*, Larrea *decis. Granat.* 94. *numer.* 7. *versic. Tamen si*, Fontanella *dec.* 312. *num.* 17. & 18. 7

*part.*2. Cancer *part.*2. *var. cap.*2. *num.* 254. *vers.* *In civilibus*.

8 Et quomodo colligatur laicum suscepisse Clericatum in fraudem, in criminalibus jam dixi, *dec.* 271. *à num.*7. *cum pluribus seq.* in civilibus verò post debita, & obligationes contracta, & contractas, tradit Fontanella *decis.*312. *num.*16. *part.*2.

9 Sit tertia conclusio, Quod laicus post litem cœptam coram Judice sæculari pro delictis, & obligationibus contractis si efficiatur Clericus, non potest opponere exceptionem fori declinatoriam, sed litem cœptam continuare tenetur apud eundem Judicem sæcularem, ut contra Genuensem *in praxi Archiep. Neapolit. capit.*8. *numer.*5. Sperell. *decis.*7. *num.*4. *libr.* 1. Martam *de jurisdiction. part.*4. *centur.* 1. *casu* 33. *numer.*14. Gratian. *disceptat. forens. capit.* 226. *à numer.* 36. *ad* 42. Donat. Anton. de Marinis *lib.*1. *resolut. jur. capit.* 54. *à numer.*1. *signanter numer.*8. ubi Rodoer. *à numer.*1. Giurba *decis.* 23. *numer.* 12. Dianam *resolut. moral. part.*3. *tractat.*1. *resolut.*31. *& part.*4. *tractat.*1. *resolut.* 38. *& in coordination. part.*9. *tractat.*2. *resolut.* 80. *numer.*2. *& resolut.* 106. *in summ. verbo Judex Ecclesiasticus*, *numer.*3. docent, & probant solutis argumentis contrariis, *gloss.*1. *in leg.Si quis posteaquam*, *ff. de judic.* Joan. And. Speculat. Anchar. Socin. Aufrer. & Cavalcan. quos refert, & sequitur Marta *de jurisdiction. part.*4. *centur.* 2. *casu* 221. *numer.*6. Capel. Tholosana, Navarrus, & Albert. quos refert, & sequitur Petrus Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *num.* 230. *ff. de judic.* Surd. *decis.* 110. *numer.*3. Castillo *decis.*7. *numer.*3. *libr.* 1. Franchis, & sui Addent. *decis.* 384. 544. *&* 656. Baeca *de inope debitore*, *capit.* 17. *numer.*22. Giurba *decis.*23. *numer.*6. Riccius *decision.* 118. *numer.*3. *part.*4. *& in praxi*, *decis.* 596. Marcel. de Vulpe *in praxi Judic. fori Eccles. capit.* 4. *num.* 29. Squillante *de privileg. Clerical. capit.*7. *numer.*59. Anna *consil.* 140. *numer.*3. *&* 4. Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effectu* 1. *numer.* 283. 1239. *&* 1240. latè Trentacinquius *consil.*46. *volum.*2. Amat. *resolut.*86. *numer.* 53. Mascard. *de gener. statut. interpretat. conclus.*1. *numer.* 235. Sanfelicius *decis.*2. *numer.*12. Luca *ad Franchis*, *decis.* 545. *numero secundo*, *versicul. Addit*, Tondut. *de prævention. judic. part.*1. *capit. nono*, *num.* 14. *& capit.* 30. *numer.* 55. *& part.* 2. *capit.* 53. *numer.* 3. 4. *&* 5. Augustin. Barbosa *in collectan. ad Concil. Tridentin. sess.*23. *de reformation. capite sexto*, *numer.*27. Cutel. *de immunitat. Eccles. lib.*2. *quæst.* 25. *numer.*11. Tusch. *practic. conclus. litera I*, *conclus.* 451. *numer.* 4. Carleval. *de judic. libr.*1. *disput.*2. *numer.* 445. *&* 907. Danza *de pugna Doctor. tom.*3. *capit.*1. *titul. de laico obligato pœnes acta*, *num.*4. Balboa *in capit. Proposuisti* 19. *numer.* 66. ubi Fermosin. *quæst.*7. *num.*4. *de foro competent.* Sanfelicius *decis.*2. *num.*12. Salgado multis laudatis, *in labyrint. creditor. par.*2. *cap.*7. *numer.* 82. Thoro *in compend. decis. part.*3. *sect.*3. *verbo Remissio petita*, *ante finem*, *fol.*119. Thomat. *decis.*98. *numer.*9. *tom.*1. Bellet. *disquis. Clerical. part.*1. *titul. de favore Cler. reali*, §.4. *num.*4. Giurba *decis.*82. *numer.*2. *prope finem*, *versicul. Imò judicium*, Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom.*1. *capit.*6. *dubit.*14. *sect.*1. *numer.*11. *& sect.*7. *numer.*4. *&* 5. *& capit.*7. *dub.*6. *num.* 4. *versicul. Tertiò*, *& numer.* 10. Carleval. *de judic.*
10 *lib.*1. *disput.*2. *num.* 906. *&* 907. Domin. Vicecancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 55. *numer.* 42. *&* 43. sic obtinuisse testatur Cancer *part.* 2. *variar. capit.*2. *numer.* 245. latè omninò videndus Fontanella *decision.* 311. *à numero octavo*, *ad* 23. ubi testatur sic sequi in Cathalonia, & decisionem Cancellarii refert, *part. secunda*. Ego *decis.*36. *numer.*72. *part.*1. Scialoya *de foro competent. cap.*7. *numer.* 56. & 57. ita fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Vilana, & Sala 18. Junii 1570. in favorem Jolantis de la Pardina viduæ Civitatis Ilerdæ, contra Jacobum Joannem Sunyer Clericum, Beneficiatum beneficii Sancti Michaelis in Ecclesia ejusdem invocationis Villæ Cervariæ fundari.

11 Nam in civilibus ubi rectè cœptum est judicium, ibi finiri debet, *leg. ubi cœptum* 30. *ff. de judic. l. Nul-*

li prorsus 10. *Codic. eodem*, §. *Quoniam in authentic. de testibus*, exornant Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *de judiciis*, *resolut.*10. Gabriel. *com. conclus. libr.* 7. *tit. de judiciis*, *conclus.*1. Tuschus *practic. conclus. litera I*, *conclus.* 487. alios plures addunt Giurba *decision.* 23. *numer.*1. *& decis.* 82. *numer.*2. Thomat. *decis.* 98. *numer.*10. *tom.*1. Salgado *in labyrint. creditor. part.* 2. *capit.*7. *numer.*78. Augustin. Barbosa *axim.* 132. *num.* 1. *&* 2. Scialoya *de foro competent. capit.*7. *à numer.* 1. *cum seq.*

Siquidem mutatio fori, seu privilegium superve- 12
niens lite pendente non immutat forum prioris Judicis, coram quo pendet, & cœptum est judicium, nec impedit, quominus causa prosequatur coram eodem Judice, *leg. Cum quædam puella*, *ff. de jurisdict. omn. Judic. leg.Si quis posteaquam*, *ff. de judiciis*, *leg. final. Codic. de veteranis*, *lib.*12. *l. Tutor potitus* 28. *in princip. ff. de excus. tutor. capit. Proposuisti*, *de foro competent.* pluribus exornat exemplis Lancellot. *de attentat. part. secunda*, *capit.*4. *præfation. à numer.* 631. *& capit.* 12. *limit.* 52. *numer.* 19. Aponte *de potestat. Proreg. titul. de assensu Regio*, §.7. *numer.*14. Petr. Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *à numero primo*, *& à numer.*110. *ff. de judiciis*, Giurba *decis.*23. *num.*3. *&* 6. *& decis.*82. *num.*2. Gratian. *disceptat. forens. capit.* 421. *numer.*22. *&* 23. Thomat. *decis.*98. *numer.*2. *tom.*1. Carleval. *de judic. libr.*1. *disputation.*2. *à numer.* 635. Fermosin. *in capit. Ex parte*, *quæst.*9. *num.*1. *& in capit. Proposuisti*, *quæst.*4. *numer.*7. *de foro competent.* Salgado *in labyrint. credit. par.*2. *cap.*7. *num.*79. Scialoya *de foro compet. cap.*7. *à num.*52. Luca *ad Franchis*, *decis.* 544. *num.*1. Amat. *resolut.*65. *à num.*51. qui mille alios citant.

In confirmationem prædictæ tertiæ conclusionis 13
duo exempla tradam, aliis omissis, quæ præcitati Doctores tradunt. Primum ex Fontanella *decis.*311. *num.*23. *part.*2. est in Clerico succedente laico, qui pro rebus hæreditariis lite cœpta cum laico coram Judice sæculari, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sed litem continuare, & prosequi debet coram eodem Judice sæculari, Ego quamplurimos laudo cum variis decisionibus Senatuum, & Cancellarii Cathaloniæ *decis.* 151. *num.* 15. *part.*3. quibus addo Amat. innumeros citantem, *resol.*86. *num.*46. *versicul. Contrarium*, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *capit.*20. *numer.* 35. Secundum ex Cancer *part.*2. *variar. capit.*2. *numer.* 246. in illo, qui post obligationes contractas, aut delicta commissa efficitur Familiaris Sanctæ Inquisitionis, propter id non potest forum primi Judicis declinare, quem in prædictis obligationibus, & delictis habebat, nec Domini Inquisitores dictis Judicibus inhibere, quo minus in dictis causis contra Familiares procedant, & ubi id facerent, prædicti Judices in dictis causis procedere possent, inhibitione spreta, *& ad id citat. capit.* 20. *incipien. Per tollere anni* 1520. *de quo fit mentio in constitution. final. titul. de jurisdiction. omn. Judic. & concordiam anni* 1520. *de qua in pragmatic.*3. *versic. Los abusos*, *tit. de la Santa Inquisicio*, *in* 2. *volum. constit.* Ego com multis remissivè, *decis.*11. *num.*27. & resolutivè, *decis.*30. *numer.* 100. *part.*1.

Limitatur hæc tertia conclusio sex modis per Ca- 14
rol. de Graff. *de effect. Cleric. effectu* 1. *à num.* 124. *ad* 1250. Primò, *dict. num.* 1241. quando instantia cœpta contra laicum esset perempta, etiamsi per Principem restauraretur per insufflationem spiritus vitæ, Secundò, num. 1242. 1243. & 1244. quando judicium esset ex aliquo capite nullum. Tertiò, n. 1245. quando liti fuisset cessum. Quartò numer. 1246. quando lis fuisset jam terminata per Judicem sæcularem. Quintò num. 1248. si lis cœpta fuisset à principio coram Judice incompetente, tàm ratione rei, quàm causæ, vel personæ. Sextò num. 1249. quando lis fuisset mota per eum, qui in ea nullum jus habebat. Quas limitationes, Ego latè exornavi, *decis.*251. *à num.*21. *ad* 30. *par.*3. & ad eas se refert Diana *resol. mor. par.*4. *tract.*1. *resol.* 38. *& in coord. par.*9. *tract.*2. *resol.* 106. *n.*2. & pro prima

limitatione addo Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de judiciis, resol. 4. n. 40.* Vincent. de Anna *singular. 129.* Marta *de jurisd. par. 4. centur. 1. casu 32. num. 6. & centur. 2. casu 141. toto, signanter à num. 4.* Amat. *resolut. 86. num. 54.* Marinis *lib. 1. resol. jur. capit. 54. numer. 4. & 5.* Manfrella *ad Capyc. Latro, decis. 123. num. 22. & 23.* Scialoya *de foro compet. capit. 7. numer. 113.* & alii, quos Ego cito *decis. 151. num. 22. versic. Conducunt, par. 3.*

15 Et in terminis quartæ limitationis. Cùm lis, & sic præventio per transactionem finiatur, ex quo transactio, dicitur exceptio litis finitæ, & post eam nulla prorsus remaneat lis, *lib. 2. ff. de transact. leg. fratres tui* 10. ubi Barbosa *in 4. l. causa* 16. ubi Barbosa *num. 5. Cod. eodem, leg. postquam liti, Cod. de pact. cap. 1.* ubi Barbosa *numer. 6. de litis contestat. in 6.* Tondut. *de prævention. judic. parte prima, capit. 33. numer. quinto,* Mantica *de tacitis, libr. 26. titul. primo, numer. octavo, & titul. septimo, à num. sexto,* Castillo *tom. 8. de aliment. capit. 36. §. 2. num. 51. & 52.* Ludovis. *decision. 286. numer. 5. & decisiou. 354. numer. 1. & 2.* Roxas *decis. 145. numer. 9. & decision. 287.* Cardoso *in praxi Jud. verbo transactio, num. 12.* Thomat. *decis. 297. num. 1. 2. 3. & 4. tom. 2.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera I., num. 407.* Suelves *consil. 10. num. 5. & cons. 59. num. 7. lib. 1.* Valenzuela *consil. 175. num. 37. & 41. tom. 2.* Posthius *tom. 1. resol. civil. 147. numer. 9. & 10.* Fontanella *decis. 379. à num. 4. & decis. 491. num. 15. & 16. parte secunda,* latè Valeron. *de transaction. tit.*

16 *5. quæst. 1. à numer. 1. ad 9.* Manfrella *ad Capycium Latro, decis. 49. numer. 3. & 4.* Adeo quod transactione facta, spirat jurisdictio Judicis, qui de causa transacta cognoscebat, Rota *decis. 204. numer. 6. part. 6. recentior.* Tondut. *de prævent. Judic. parte prima, capit. 33. numero sexto,* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. clausul. 9. part. quinta, numer. 218.* Valeron. *de tran-*

17 *saction. titul. 5. quæst. 1. numero nono.* Consequenterque transactio inita inter duos laicos, uno postea effecto Clerico, ejus rescissio per laicum prætextu enormissimæ læsionis petenda est coram Judice Ecclesiastico, sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Carreres, & Pexò 13. Junii 1631. occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ per Don Franciscum de Blanes Præsbyterum Villæ Perpiniani procedimentis contra eum in Regia Audientia factis ad instantiam Galcerandi de Oriz, & de Vallgornera Domicelli Barcinonæ domiciliati, prætendentis transactionem, sivè concordiam inter dictum Don Franciscum de Blanes, tempore quo erat laicus, & dictum de Oriz initam, & firmatam super lite, quæ ducebatur in Regia Audientia, continentem enormissimam læsionem, & aliàs per eandem Regiam Audientiam venire retractandam. Contrarium dictæ de Blanes prætendente, eo quod post dictam transactionem ipse sit effectus Clericus, & Presbyter, & sit de foro Curiæ Ecclesiasticæ: fuit declaratum firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per dictum Don Franciscum de Blanes Presbyterum locum fuisse, & esse.

18 Limitatur 7. quo ad executionem, pro qua Judex Ecclesiasticus adeundus est contra laicum lite pendente effectum Clericum. Donat Anton. de Marinis *resolut. jur. lib. 1. capit. 54. numer.* 10. Diana *resol. moral. part. 4. tract. 1. resol.* 38. *& in coordinat. part. 9. tractat. 2. resolut.* 106. *num. 2. in fine,* Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. tom. 1. capit. 6. dub. 14. sect. 7. numer. 5. in fine,* Ego *decis. 36. numer. 73. part. 1.* At in Cathalonia in bonis Clericis effecti lite pendente fit executio per judicem sæcularem cum assistentia Judicis Ecclesiastici, Fontanella *decision. 311. sub num. 23. part. 2.* vide quæ dixi *decis. 151. numer. 30. part. 4.* declarationes Cancellarii referam, *num. 23.*

19 Quod autem dixi, *numer. 11.* quod mutatio fori seu privilegium superveniens lite pendente non immutat forum prioris Judicis, coram quo pendet, & cœptum est Judicium, nec impedit quominus causa prosequatur coram eodem Judice. Dubium est, an procedat, non solùm quando privilegium superveniens est procuratum, affectatum, & voluntarium, seu ad postulationem impetratum, sed etiam quando est à superiore motu proprio concessum; videantur Belluga *in Specul. Princip. rub. 20. §. 20. §. Quia post Ecclesiam, à num. 25. signanter num. 30.* Gabriel. *com. conclus. lib. 2. tit. de judiciis, conclus. 4. num. 5.* Franc. *decis. 544.* ubi Riccius, & Luca *sub numer. 1. 3. & 4.* Gratian. *discep. foren. capit. 421. à num. 4. cum plurib. seq. & cap. 906. num. 6.* Giurba *decis. 23. num. 4. & 9. & decis. 82. num. 7.* Riccius *collect. 750. versicul. Secundò quæro,* Caracciol. *de foro privileg. quæst. 15.* Thomat. *decis. 98. numer. 3. 5. 13. & 14.* Amat. *resol. 65. numer. 57.* Salgado *in labyrint. creditor. part. 1. capit. 7. numer. 84.* Carol. de Graff. *except. 3. numer. 38.* Petr. Barbosa *in leg. Si quis posteaquam, à numer. 114. cum plurib. seq. ff. de judiciis,* Carleval. *de judic. lib. 1. disput. 2. à numer. 637.* Merlin. *controver. centur. 1. controv. 8. num. 8.* Guazzin. *defens. 1. cap. 10. num. 2.* Capiblanc. *in prag. 8. par. 1. à num. 318.* Sanfelic. *in praxi Judic. sect. 39. numer. 8.* Scialoya *de foro compet. capit. 7. num. 55. versic. Sed si lite pendente, & num. 108.* Fermosin. *in capit. Ex parte, quæst. 9. & in capit. Proposuisti, quæst. 5. numer. 11. & 25. de foro competent.* & in terminis de eo, qui fuit effectus Clericus, non suo motu, sed motu proprio superioris, Chartar. *de execution. sentent. capit. fin. num. 308. versicul. Ex pluribus autem ad finem,* Cabal. *resolut. 108. num. 17.* Ansaldus *de jurisd. par. 2. tit. 11. cap. 15. à num. 84.* Bellet. *disquis. Cler. par. 1. tit. de foro Cler. reali, §. 4. nu. 1. vers. Aut talis delinquens.*

Sit quarta conclusio. Si laicus obligatus sit per 20 publicum instrumentum cum clausula guarentigia, seu ut in Cathalonia dicimus cum scriptura tertii, & posteà efficitur Clericus, vel Monachus, aut Religiosus Ordinum Militarium, exequi debet per Judicem Ecclesiasticum, & nullatenus per Judicem sæcularem. Quia ille Judex competens est, cui quis tempore decernendæ executionis subjicitur, non autem ille, qui competens erat tempore obligationis, sic Baldus *in leg. Nemo 58. numer. 6.* Imola *num. 9.* Alexand. *num. 31.* Jason *in 1. lectura, numer. 86. & in 2. lectura, num. 121. ff. de legat.* idem Alexand. *in leg. Cum quædam, numer. 3. ff. de jurisdiction. omn. Judic.* Felin. *in capit. Proposuisti, numer. 2.* ubi Fermosinus *quæstion. 11. numer. 1. & 2. & latè, quæst. 12. à numer. 3. ad 20. de foro competent.* Giurba *consil. 15. numer. 32. versicul. Et ibi firmat,* Franchis *decis. 656. à numer. 2.* Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. capit. 15. numer. 3. & numer. 7.* Carol. de Graff. *de effect. Clerical. effectu 1. numer. 1251.* idem Fermosin. *in capit. Quod Clerici 9. quæstion. 5. numer. 4. de foro competent.* Marta *de jurisdiction. part. 4. casu 121. à numer. 1.* Marsill. *in rubric. de fidejussor. à numer. 132.* Scaccia *de judic. lib. 1. capit. 11. num. 23.* Cævallos *de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 37. num. 3. & 4.* Molfes. *consil. 19. num. 27. & 28.* Gallup. *in praxi, par. 2. cap. 6. num. 41.* Surd. *decis. 396. num. 19. & 20. libr. 3.* Donat. Anton. de Marinis *libr. 1. resolut. jur. capit. 189. toto,* ubi Rodoer. *numer. 1.* Thoro *in compend. decis. part. 3. sect. 1. verbo instrumentum non possit liquidari, fol. 561.* Carleval. *de judic. lib. 1. titul. 1. disputat. 2. numer. 897. & latissimè, à numer. 913.* Diana *resolut. moral. part. 4. tractat. 1. resolut. 23. & in coordinat. par. 9. tractat. 2. resol. 105. numer. 2.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 1. capit. 6. dub. 14. sect. 7. num. 1. 2. & 3.* Caracciol. *de foro privileg. quæst. 97. num. 11.* Scialoya *de foro compet. capit. 7. num. 94. & 95.* Domin. Vicecancell. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ. 55. à numer. 44.* & sentit Cancer *par. 2. capit. 3. numer. 143.*

Limitat Carol. de Graff. *de effect. Clerical. effectu 1. num. 1252.* in laico conductore gabellarum Regiarum qui post factam conductionem assumpsit Clericatum, conveniri potest, & conveniendus est coram Judice gabellarum, & sic coram Judice sæculari, ita dicit Vasq. *de succes. creat. §. 10. num. 648. versicul. Quod autem eo casu,* quibus addo Bobadill. *in politic. lib. 2. capit. 18. num. 126.* Doctissimum

mum Dòn Didac. Bolero, & Caxal. *de decoct. debit. fiscal. titul.2. quæst.5. num.9.* quod non arridet Caracciolo *de foro privileg. quæst.27. num.13.* cujus opinionem veram putat Scialoya *de foro compet. capit.7. num. 95. in fine.*

22 Sed contra istam quartam conclusionem, quòd laicus obligatus per publicum instrumentum cum clausula guarentigia, seu ut dicitur in Cathalonia, cum scriptura tertii, si posteà efficitur Clericus, exequi potest quoad bona per Judicem sæcularem, ita Socin. Surd. & alii, quos refert, & sequitur Fabius de Anna *cons.139. aliàs* 140. *num.2. libr.2.* Franchis cum sua Magna Curia Neapolitana *decis. 656. n.1.* ubi Riccius *in addit.* Marinis *lib.1. resol. jur. cap.54. n.2. vers. Sicque semel*, Thoro *in suppl. part.3. sect. 3. verbo Remissio petita per Clericum*, *fol.549.* & referunt, quamvis non sequantur Doctores, *num.20.* citati Carol. de Graff. *num.* 1250. Carleval. *numer.* 11. & 12. Diana *num.1.* & latè disputat pro utraque parte, etsi videatur residere cum opinione contraria Danza *de pugna Doctor. tom.* 3. *titul. de laico obligato pœnes acta, à num.3. fol.*285.

23 ad quem, & ad Franc. se refert Manfrella *ad Capyc. Latro, decis.45. num.16.* Hæcque opinio servatur in Cathalonia, ita tamen quod executio fiat contra bona cum assistentia Judicis Ecclesiastici, secùs contra personam. Sic fuit declaratum per Cancellarium Puigmari 27. Aprilis 1630. in favorem Antonii Colobrans Regii Portarii, & Michaelis Reverter, contra Petrum Jacobum Frigola obtinentem beneficium in Capella Sancti Antonii Villæ de Navata, ex quo instante Raphaele Puig Notario Cive Barcinonæ, vigore instrumentorum per dictum Frigola firmatorum multò ante adeptionem dicti beneficii fuit expositum retroclamum in Regia Audientia, & facta executio in bonis dicti Frigola per dictos Colobrans, & Reverter, & alios Regios Officiales. His verbis: Firmæ juris factæ in Curia sæculari Regiæ Audientiæ per dictos Antonium Colobrans, & Michaelem Reverter, & alios Regios Officiales locum fuisse, & esse. Hoc proviso, & intellecto, quod executio in bonis dicti Petri Jacobi Frigola fiat cum assistentia Curiæ Ecclesiasticæ. Similis per dictum Cancellarium Puigmari eodem die 27. Aprilis 1630. in favorem Francisci Bas Sanctæ Theologiæ Doctoris Prioris de Lledòs contra dictum Petrum Jacobum Frigola, Fontanella *decis.*311. *num.2. & latè decis.*312. *à num. 2. præcipuè num.*13. *etsi ipse à num.* 14. *non arrideat huic sententiæ, par.2.* Xammar *defin.95. num.*3. Ego notavi, *decis.*36. *numer.*75. & 76. *par.1.* & per nostrum Regium Senatum die 3. Septembris 1491. referente Malgosa, inter partes Raphaelis Romeu, & Petri Girgòs fuit declaratum, posse Clericum conveniri in Curia sæculari pro censuali per eum firmato, cùm esset laicus, quia trahebat executionem paratam, & obligatio affecerat res in illo obligata, refert Fontanella *decis.* 312. *numer.* 19. *par.2.* sicque Ego practicavi in favorem Vicarii, & Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Civitatis Barcinonæ, contra Josephum Ximenez de Monrodon tempore obligationis laicum, posteà Canonicum Ecclesiæ Sedis Barcinonæ provisione retroclami facta 4. Februarii 1658. Sacri Congost.

24 Ratio est observantiæ Cathaloniæ, quia per instrumentum obligationis cum scriptura tertii causa dicitur quasi præventa, ut dicunt Fontanella *decis.* 312. *num.5. p.2.* Xammar *defin.95. n.3.* imò dicitur causa præventa, ut dicunt Franchis *decis.*656. *num.* 1. Danza *de pugna Doctor. tom.3. de laico obligato pœnes acta, sub num.* 3. & quando causa est prævenia in Curia sæculari contra laicum post commissum delictum, vel post obligationes contractas, postea effectum Clericum, tractanda, & continuanda est coram Judice sæculari, & non coram Judice Ecclesiastico, ut probavi *dec.*271. *àn.*15. & supra in tertia conclusione, *n.9.*

25 Hocque verissimum existimo, si obligatio guarentigia cum scriptura tertii in Cathalonia sit continuata in libris Curiæ Vicarii Barcinonæ, vel alterius Regiæ Vicariæ, prout fieri, & continuari debet, *prout habetur in pragmat. 6. & 7. tit. de action. & obligat. in 2. volum. constitut.* Fontanella *decis.*312. *num.9. part.2.* Xammar *definit.95. num.*4. Ferrer. *par.3. observan. cap.*494. Ripoll. *variar. cap.ult. num.*379. & 380. aliter secùs.

Confirmantur omnia prædicta. Cùm ad instan- 26
tiam Medicinæ Doctoris per Magnificum Josephum Aleny Regiæ Audientiæ Doctorem die 11. Junii 1677. fuisset provisa executio pro centum vigintiquinque libris contra Josephum Modolell de Costa Juris utriusque Doctorem, & per istum fuisset oppositum, se die 16. Maji 1677. effectum fuisse de foro Militum exercitus Cathaloniæ, & scriptum in numero Militum legionis Domus Deputationis Cathaloniæ, idque constabat ex certificatoria facta per Erasmum de Lana, & Fontanet Domicillum, Rationalem, & Archivarium dictæ Domus Deputationis. Sed pro parte dicti Doctoris Joannis Soler replicabatur, dictum Doctorem Josephum Modolell de Costa assumpsisse militiam die 16. Maji 1677. quo jamdiu in illius favorem firmaverat obligationem, die scilicet 16. Novembris 1676. cum scriptura tertii, quæ eodem die fuit continuata in libris tertiorum Curiæ Vicarii Barcinonæ, per quam continuationem prævenia dicitur causa ipsa, & judicium in illa cœptum, & in illa potest continuari, seu illius loco in Regia Audientia, cùm sit certum judicium in illa Curia continuandum, ubi cœptum fuit. Nec per assumptionem militiæ, aut Clericatus rei incompetens efficitur Judex præventus ante fori mutationem. Quibus attentis per dictum Magnificum Josephum Aleny 12. Julii 1678. fuit provisum super sedimento instato per dictum Doctorem Josephum Modolell de Costa locum non fuisse, nec esse. Hoc intellecto, quòd dicta executio, seu illius continuatio fiat cum assistentia Judicis, seu Officialium militum legionis Domus Deputationis Generalis Cathaloniæ competentis, & ad id fiant cartella opportuna juxta stylum. Intimetur. Scriba Petro Collei.

Sed quæro. An instrumentum obligationis gua- 27
rentigiæ cum scriptura tertii continuata in Curia Vicarii Barcinonæ (per quod proceditur in Cathalonia executivè, & rigorosè, non monita, nec citata parte, juxta latè tradita per nostrum Cancer *p.2. var. resol. cap.*3. & tradit Fontanella *decis.* 312. *numer.*8. *par.2.*) habeat eandem, & possit peti in foro Ecclesiastico contra Clericos; quæstio est controversa. In qua alii affirmant, alii negant. Videantur Bartol. *in l. Cunctos populos, num.29. C. de Sum. Trinit. & fide Cathol.* Marcus *decis.* 61. *num.6. par.* 2. Covar. *practicar. cap.*8. *num.*5. Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap. fin. par.1.* §.11. *ampliat.7. numer.* 28. Paz *in praxi, par.3. tom.2. cap. unico, num.1.* Solis *de censib. lib.* 1. *cap.* 9. *num.*5. *versic. Ideoque*, Cancer *par.3. var. cap.3. num.*16. Aviles *in cap.*10. *Prætor. verbo Execucion, num.*56. Suarez *in l. Post rem, ampliat.*8. Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.* 81. ubi Fermosin. *quæst.*30. *à num.*32. *ad* 41. *de constitut.* Cancer *par.2. var. resol. cap.3. num.*143. Marta *de jurisd. par.4. cent.1. casu* 61. *à num.*13. Rodoer. *ad Marinis, lib.2. resol. jur. cap.*189. *à num.2.*

Et an laicus existens tempore statuti, si deinde fiat 28
Clericus, ligetur dispositis à statuto? videantur Abbas *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ in* 1. *lect. num.5. & in 2. lect. num.*36. ubi Felin. *num.*29. & 101. Decius latè *à n.* 202. *de constitut.* Mascard. *de gener. stat. interp. concl.1. à num.*235. Tiraquel. *de jure primogen. q.*43. & 45. Marta *de jurisd. p.4. cent.1. casu* 4. *& de succes. legal. par.1. quæst.*13. *art.*13. *numer.1.* Notat Fermosin. *in cap. Quod Clerici* 9. *quæst.5. num.1. junctο num.2. de foro compet.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.*15. *num.1. & 2.*

ARGUMENTUM.

An Clericus post obligationes contractas si fiat laicus, conveniendus sit coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Clericus post obligationes contractas, si fiat laicus an conveniendus sit coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari, numer. 1. Prima est opinio, quod est conveniendus coram Judice Ecclesiastico, numer. 2. & confirmatur, numer. 3. & 4. Secunda est opinio, quod est conveniendus coram Judice sæculari, num. 5. Tertia est opinio, quod Clericus obligatus per publicum instrumentum cum clausula guarentigia, seu ut dicimus in Cathalonia cum scriptura tertii, de solvendo aliquid certa die, & citatus sit per Judicem Ecclesiasticum, & postea efficitur laicus, continuandum est judicium coram Judice Ecclesiastico, & per eum sint illius bona exequenda, numer. 6. Si vero non sit citatus per Judicem Ecclesiasticum, & postea efficitur laicus, & per Judicem sæcularem sit citatus, seu coram eo sit conventus, & continuandum est judicium coram Judice sæcularis, & per eum bona illius exequenda, n. 7. limita, n. 8.*

9 *Prævention est duplex, verbalis scilicet, & realis.*

10 *Prævention verbalis acquiritur per citationem personalem, num. 10. & stat est quod sit unica, n. 11. & quis veniat ad respondendum in causa, n. 12. dummodò citatio fuerit legitima, num. 13. & quæ dicatur citatio legitima, num. 14. 15. 16. 17. & 18. & dummodo citatio sit executa, & notificata reo, num. 19. fallit duobus casibus, num. 20. & 21.*

22 *Prævention realis inducitur per capturam personæ, numer. 22. quam Doctores appellant citationem realem, num. 23. & si captura personæ est legitimè facta, n. 24. & ad partis instantiam, n. 25. fortior est, & præfertur citationi verbali, sivè citatio verbalis antecedat, sivè post verbalem sequatur, num. 26. limita si captura est affectata, & procurata à reo, num. 27. intellige, & declara, ut in num. 28. & 29.*

DECISIO CCLXXIV.

1 QUæstionem in argumento propositam remissivè attingit Fontanella *decis.* 312. *num.* 26. *par.* 2. sed indigestè ut inquit Xammar *defin.* 95. *num.* 8. remissivè etiam proponunt Danza *de pugna Doctorum*, *tom.* 3. *tit. de laico obligato pœnes acta*, *num.* 2. *vers. Et de Clerico*, Manfrella *ad Capyc. Latro*, *decis.* 45. *num.* 15. in qua varii varia dixerunt.

2 Prima est opinio, quod Clericus post obligationes contractus, si fiat laicus, conveniendus est coram Judice Ecclesiastico, & nullatenus coram Judice sæculari, latè probat Cancer *p.* 2. *var. resol. cap.* 3. *à n.* 144. *ad* 156.

3 Confirmatur hæc prima opinio ex declaratione Sacræ Congregationis immunitatis in Villa Garopoli die 9. Septembris 1631. in qua determinatur, quod fori privilegio gaudet laicus pro tempore, quo fuit Clericus, referunt hanc declarationem Diana *resol. mor. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 6. *& in coordin. part.* 9. *tract.* 2. *resol.* 146. *num.* 1. *in fine*, Angust. Barbosa *dec. Apostol.* 361. *num.* 17. Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 8. *num.* 1. & 2. Xammar *defin.* 95. *num.* 1. & 2.

4 Confirmatur etiam ex communi resolutione Doctorum, quod Clericus post delictum, si efficiatur laicus, puniri non potest, nisi per Judicem Ecclesiasticum, & ad eum remittendus, Bald. *in leg. affinitatis*, *in fine*, *Cod. commun. de succes.* & reprobatis contrariis alii innumeri, quos citavi *decis.* 129. *à numer.* 48. *signanter à numer.* 51. *part.* 3. *& remissivè*, *decis.* 272. *hac part.* 5. quod etsi videatur procedere in causis criminalibus, ut loquuntur Doctores, adhuc tamen idem dicendum est in causis civilibus, ad Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 647. *juncto num.* 650. & in terminis Thoro *in compend. decis. p.* 3. *sect.* 1. *verbo Clericus se obligans*, *post princ. vers. Quare si benè*, *fol.* 166.

Secunda est opinio, quod Clericus post obligationes contractas, si fiat laicus, conveniendus est coram Judice sæculari, & per eum exequi bona illius, Genuensis *in praxi Archiepis. Neapolit. capit.* 15. *num.* 4. *juncto numer.* 5. *ibi*: *Pro aliis vero non*, Carleval. *de judic. tom.* 1. *libr.* 1. *disputat.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *numer.* 920. Fermosin. *in capit. Proposuisti* 19. *quæst.* 12. *num.* 21. *de foro competent.* Marinis *lib.* 1. *resolut. jur. capit.* 48. *num.* 7. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo Clericus se obligans*, *col.* 2. *ante medium*, *vers. Quia de laico*, *fol.* 166. *& in suppl. decis. verbo Remissio causæ petita per reum conventum*, *fol.* 551. *& verbo Remissio causæ petita*, *fol.* 534. Cap. Latro *decis.* 45. *in secundo dubio*, Scialoya *de foro compet. c.* 7. *num.* 98. *in prin.* Mazzia *in addit. ad Frec. de liquid. instrum. consider.* 4. *in addit. post numer.* 71. Danza *de pugna Doctor. tom.* 3. *tit. de laico obligato pœnes acta*, *n.* 7. 8. & 9. Ego *dec.* 36. *n.* 77. & 78. *par.* 1. 5

Tertia est opinio conciliatrix omninò tenenda in judicando, & consulendo, quod Clericus per publicum instrumentum obligatus cum clausula guarentigia, prout dicimus in Cathalonia cum scriptura tertii de solvendo aliquid certa die, & citatus sit per Judicem Ecclesiasticum, & postea effectus sit laicus, hoc in casu continuatur judicium coram Judice Ecclesiastico, & per eum exequenda sunt bona illius, & non per Judicem sæcularem, sic Fran. de Judice, & Joan. Paul. Galter, quos refert, & sequitur Thoro *in compend. decis. part.* 1. *verbo Clericus si se obligarit solvere*, *fol.* 97. Squillante *de privileg. Clerical. capit.* 7. *numer.* 92. Augustin. Barbosa *de jure Ecclesiastic. universal. libr.* 1. *capit.* 39. §. 2. *sub numer.* 128. Scialoya *de foro competent. capit.* 7. *numer.* 98. *vers. sicut. Sed si Clericus*, & in his terminis procedunt decisiones Sacri Consilii Regni Neapolis in causa liquidationis instrumenti Ferdinandi Monsorii. Et in causa Vespasiani Paulini cum hæredibus Bernardini de Bucceriis, relatæ per Mazziam *de liquiditat. instrumen. considerat.* 4. *in addition. post numer.* 71. Danzam. *de pugna Doctorum*, *tom.* 3. *titul. de laico obligato pœnes acta*, *numer.* 8. Molfesium *consil.* 20. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo Clericus se obligans*, *vers. Et quamvis*, *fol.* 166. ut advertit Scialoya *hic citatus*, conducunt à me tradita, *decis.* 229. *n.* 58. *par.* 1. quibus addo Gjurbam *cons.* 25. *n.* 21. *in fine*, *vers. Si verò Clericus fiat laicus*, sicque procedunt tradita in prima opinione, *n.* 2. 3. & 4. 6

Si autem Clericus per publicum instrumentum obligatus de solvendo aliquid certa die cum clausula guarentigia, seu ut dicimus in Cathalonia cum scriptura tertii, & non sit citatus per Judicem Ecclesiasticum, & posteà laicus effectus per Judicem sæcularem citatus sit, seu coram eo sit conventus, tunc judicium continuandum est coram Judice sæculari, & per eum exequenda sunt illius bona, & non, per Judicem Ecclesiasticum ita loquuntur Doctores secundæ opinionis citati, *numer.* 5. & procedunt decisiones Sacri Consilii Regni Neapolis in causa Benedicti Codæ cum Anelo de Mari die 15. Septembris 1628. & in causa Petri Jacobi de Donna conventi ad instantiam Fœlicis Matthæi Riccardi die 8. Martii 1634. relatæ per Marinis *libr.* 1. *resolut. jur. capit.* 48. *numer.* 7. Carleval. *de judic. tom.* 1. *l.* 1. *capit.* 2. *disput.* 7. *sect.* 3. *numer.* 920. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *sect.* 1. *verbo Clericus se obligans*, *fol.* 166. *& in supplem. decis. verbo Remissio causæ petita per Reum conventum*, *fol.* 531. *& verbo Remissio causæ petita per laicum*, *fol.* 540. sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Carmona, Consultoribus Astor, & Ramon 23. Decembris 1617. in favorem Priorissæ, & Conventus Monasterii Beatæ Mariæ Angelorum, & Pedis Crucis Ordinis Divi Dominici Civitatis Barcinonæ, contra Nobilem Jacobum Cassador laicum Barcinonæ populatum 7

in

in Curia sæculari conventum in vim clausularum scripturæ tertii, renuntiationi proprii fori, & submissionis alterius cujuscumque, positarum in quodam censuali instrumento per dictum Nobilem Jacobum Cassador firmato, tempore quo obtinebat, & possidebat Decanatum Ecclesiæ Gerundæ, & alia Ecclesiastica beneficia, & refert Xammar. *definition.* 94.

8 Limita istum secundum casum, de quo *num.* 7. in Clerico pro gestis ratione officii, quod gerebat occasione Clericatus, qui postea effectus laicus coram Judice Ecclesiastico est conveniendus, Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. capit.*15. *numer.*4. *juncto numer.*5. *versicul. Et sic potest distingui in Clerico*, & referunt Thoro *in compend. decis. part.*3. *sect.*1. *verbo Clericus se obligans*, *col.*2. *ad medium*, *fol.*166. Scialoya *de foro compet. capit.* 7. *fol.*98. latè tradidi, *decis.* 163. *par.*3.

9 Sed scias pro confirmatione tertiæ opinionis. Quòd præventio est duplex, verbalis scilicet, & realis, Azevedo *lib.*10. *num.*7. *titul.*13. *lib.*8. *recopilat.* Capiblanc. *pragmatic.* 8. *num.* 254. *de Baronib.* Giurba *consil.* 48. *numer.* 29. Mascard. *de probation. conclus.* 1127. *num.* 8. Cævallos *de cognition. per viam violent. part.*2. *quæst.* 81. *numer.*2. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *titul.*1. *disp.* 2. *quæst.*7. *numer.* 871. Riccius *de public. judic. quæst.* 36. *num.*1. Thoro *in compend. decis. part.*3. *sect. verbo Clericus se obligans*, *cap.*2. *versicul. Quæ quidem*, *fol.* 166. Marta *de jurisd. p.*2. *c.*3. *ante num.*16. Fermosin. *in cap. Proposuisti* 19. *quæst.*1. *num.*27. *de foro compet.* Jul. Chartar. *decis.*31. *num.*61. Ripoll. *var. resol. cap.*1. *n.* 136. & de materia Scialoya *de foro compet. cap.*7. *à n.* 38. Conciolus *verbo Præventio*, *resol.*3. Caracciol. *de foro privileg. quæst.*44.

10 Præventio verbalis acquiritur per citationem personalem, nam per citationem verbalem dicitur inducta, & facta præventio jurisdictionis, sufficit enim citatio ad perpetuandum jurisdictionem contra citatum, *leg. quædam* 19. *ff. de jurisdict. omn. judic. leg. Si quis posteaquam*, ubi Petrus Barbosa *à num.*22. *leg. Ubi cœptum* 30. *ff. de judiciis*, *capit. Proposuisti* 10. ubi Socin. *à numer.* 17. Balboa *numer.* 21. Augustin. Barbosa *numer.*5. *versicul. Quod autem*, Fermosin. *quæst.* 1. *numer.*3. & *quæst.*2. *numer. de foro compet.* Decian. *tractat. criminal. tom.*1. *lib.*4. *capit.*21. *numer.*3. Gail. *lib.*1. *observation.*29. *numer.*4. Mascard. *de probation. conclus.* 1227. *num.*6. Farinac. *in praxi*, *par.*1. *quæst.* 7. *num.*56. Azevedo *lib.*10. *num.*50. *tit.*14. *lib.*8. *recop.* Scaccia *de judiciis*, *lib.*1. *capit.*12. *à num.*58. Tuschus *practic. conclus. litera P*, *conclus.* 246. *num.*1. & 8. *cum seq.* Afflictis *decis.* 219. *numer.*3. Franchis *decis.* 505. *numer.*15. Mastrill. *decis.* 210. *numer.*1. *lib.*1. Marta *de jurisdiction. part.*2. *cap.*1. *à num.*1. Capiblanc. *in pragmatic.* 8. *par.*2. *num.* 212. *de Baronib.* Bossius *in prax. tit. de foro compet. num.*105. Cabedo *decis.* 142. *numer.* 1. 4. & 6. *part.*1. Riccius *collect. numer.*1148. *in princ.* Cævallos *de cognit. per viam violent. part.*2. *quæst.* 81. *num.*6. Conciolus *verbo præventio*, *resolut.*3. *numer.*1. Portoles *ad Molinam*, §. *Jurisdictio*, *num.*10. Jul. Cartar. *decis.*31. *num.*17. & 51. & *decis.*54. *num.*43. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *quæst.*7. *num.* 879. Thoro *in compend. decis. part.*3. *sect.*1. *verbo Clericus se obligans*, *col.*2. *versicul. Quæ quidem*, *fol.*166. Giurba *consil.*48. *numer.*38. Sanchez *de matrimon. lib.*8. *disput.* 28. *numer.*10. Guazzin. *defens.*1. *cap.*9. *numer.*6. Cabal. *resolut. criminal. casu* 117. Pareja *de instrumen. edition. tom.*1. *tit.*2. *resol.*6. *specie* 2. *num.* 207. Baron. *de citation. tom.*1. *quæst.*45. *num.*5. & *tom.*3. *in addit. ad quæst.*45. *numer.*6. 7. & 10. Tondut. *de prævent. jud. par.*1. *c.*9. *à num.*1. *cum plurib. seq.* Scialoya *de foro compet. cap.*7. *num.*33. & 39. & in hoc casu loquutos fuisse Franchis *decis.*417. & 656. & Molfes. *cons.*20. ut dicit Thoro *hic citati*.

11 Adeò quod unica tantùm citatio simplex sufficiat, neque trina, aut peremptoria requiritur, sed sat est, quod sit unica, *gloss. in Clement.*1. *verbo citationes*, ubi Augustin. Barbosa *in* 6. *de judiciis*, *ex text. in capit. Proposuisti* 19. ubi Soccin. *numer.*18. Fermosin. *quæst.* 2. *numer.*3. *de foro competent.* Decian. *tractat. crimin. tom.*1. *lib.*4. *capit.*21. *numer.*5. Azevedo *lib.*10. *numer.* 62. *titul.*13. *lib.*8. *recopil.* Marta *de jurisd. par.*2. *cap.*3. *numer.*10. Scaccia *de judiciis*, *lib.*1. *cap.*11. *numer.*64. Mascard. *de probation. conclus.* 1227. *num.*7. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *titul.*1. *disput.*2. *quæst.*7. *numer.* 880. Tondut. *de prævent. judic. part.*1. *cap.*9. *numer.*7. Sanchez *de matrimon. libr.*8. *disputat.*28. *numer.*14. Guazzin. *defens.*1. *cap.*9. *numer.*7. Conciol. *verbo prævention*, *resol.*3. *num.*2. Baron. *de citat. tom.*1. *quæst.*45. *num.*12. Neque est necesse, quòd citatio sit generalis ad totam 12
causam, sed sufficit, quem citari simpliciter, ut veniat ad respondendum in causa, *capit. Proposuisti*, ubi Abbas *numer.*9. Butri *num.*11. Socin. *num.*17. Felin. *in fine*, Balboa *num.*23. Fermosin. *quæst.*2. *num.* 36. & 37. *de foro compet.* Pet. Barbosa *in l. Si quis posteaquam*, *num.*28. & 59. *ff. de judiciis*, Tondut. *de præven. jud. part.*1. *capit.*9. *num.*6. Baron. *de citatione*, *tom.*1. *quæstion.*45. *sub num.*12. Conciol. *verbo Prævention*, *resol.* 3. *num.*2.

Dummodo citatio fuerit legitima, quoniam per ci- 13
tationem illegitimam, & sic per eam, quæ nulla est, non inducitur prævention jurisdictionis. Tum quia citatio minus legitima non dicitur propriè citatio, *leg. Si pater*, *Codic. de statu defunctor.* Tum quia lis illegitimè mota in nulla consideratione habetur, *cap. Cum plures*, & *ibi gloss. de offic. delegat. in* 6. Tum quia in actu nullo nullus sequitur effectus, nihilque oritur, *libr.*4. §. *Condemnatum*, *ff. de re judic.* Tum quia actus nullus, qui de jure effectum sortiri non potest, prærentionem non inducit, *lib.*1. *gloss. verbo per nuntiationem*, *ff. de novi oper. nuntiation.* sic probat text. *in capit. Proposuisti* 19. ubi Abbas *numer.*7. Butr. *numer.* 12. Socin. *numer.* 20. Augustin. Barbosa *numer.*5. Fermosin. *quæst.*2. *num.*5. & 6. *de foro competent.* Castren. *in leg. Si quis posteaquam*, *numer.*5. ubi Petr. Barbosa *numer.*60. & 61. *ff. de judiciis*, Decian. *tractat. crim. tom.*1. *lib.*4. *capit.*21. *numer.*4. & 19. Mascard. *de probation. conclus.* 1227. *numer.*16. & 17. Azevedo *lib.*10. *numer.* 51. & 52. *titul.* 13. *libr.*8. *recopilation.* Gabriel. *commun. conclus. lib.*2. *de citation. conclus.*1. *numer.*34. & *conclus.*3. Farinac. *in praxi*, *part.*1. *quæst.*7. *numer.* 61. Borell. *in summ. decis. part.*1. *titul.*41. *numer.* 147. Giurba *consil.*15. *num.*6. *in fine*, & *consil.*48. *num.* 35. & *consil.*59. *num.*123. *versicul. Sed ex actu nullo*, Valenzuela *consil.*32. *num.*71. Scaccia *de judic. lib.*1. *cap.* 12. *num.*60. & 65. Roman. *consil.* 412. *num.*5. Bossius *in princip. crimin. tit. de foro competent. num.* 105. Cabedo *decis.* 142. *numer.*5. *part.*1. Carleval. *de judic. lib.* 2. *titul.*1. *disput.*2. *quæst.*7. *num.* 879. *ante finem*, *vers. Dixi legitimam*, Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.* 1243. Guazzin. *defens.*1. *capit.* 9. *numer.* 19. Sanchez *de matrimon. lib.*8. *disp.*8. *num.*16. Portol. *ad Molin.* §. *Jurisdictio*, *numer.*11. Salgado *de supplic. ad Sanctiss. part.*2. *cap.*12. *num.*31. 32. 33. & 34. Gratian. *discep. foren. cap.*156. *num.*9. & *cap.*531. *num.*67. *versicul. Qua nullitate stante*, & *num.*77. Riccius *collect.*1248. *versic. Limita tamen*, & *vers. Item ex actu nullo*, Pereyra *de man. Regia*, *par.*2. *cap.* 53. *num.*9. *versicul. Prævention denique*, & *numer.*10. Tondut. *de prævent. judic. part.*1. *cap.*9. *à num.*16. Scialoya *de foro compet. cap.*7. *num.*40. Martha *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 3. *num.*7. *versicul. Item fallit.* & *num.*8. & alios plures cumulant Jul. Chartar. *decis.* 31. *num.* 19. & 20. & *decis.*32. *nu.*14. Baron. *de citatione*, *tom.*1. *quæst.*45. *numer.*10. Conciol. *verbo prævention*, *resolut.*1. *num.*8. & *resol.*3. *num.*4.

Dicitur legitima citatio, quando fit parte peten- 14
te, aliàs non dicitur legitima, Abbas *in capit. Proposuisti*, *numer.*1. Fermosin. *quæst.*2. *num.*7. *de foro competent.* Marta *de jurisdiction. par.*2. *cap.*3. *num.*6. Cævallos *de cognition. per viam violen. par.*2. *quæst.*81. *numer.*7. Petrus Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *num.* 62. §. *de judiciis*. Item, citatio dicitur legitima, 15
quando fit de mandato Judicis, aliàs non censetur legitima, *leg. Neminem*, *C. de exhiben. reis*, Castren. *in l. Si quis posteaquam*, *num.*3. ubi Petr. Barbosa *num.* 63. *ff. de judiciis*, Fermosin. *in cap. Proposuisti*, *quæst.* 2. *num.*7. *de foro compet.* Guazzin. *defen.*1. *c.*9. *num.*12. & 23. Sanchez *de matrim. lib.*8. *disp.*28. *num.*15. Azevedo

vedo *lib.*10. *num.* 55. *tit.*13. *lib.*8. *recent.* Jul. Chartar. *dec.*31. *num.*37. & 38. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *tit.* 1. *disput.*2. *quæst.*7. *numer.* 882. Conciolus *verbo Præventio*, *resolut.*3. *numer.*6. *in fine*. Item, legitima dicitur citatio, quando fit de mandato Judicis competentis, aliàs non dicitur legitima, neque arctat citatum, *lib.*3. *ff. de judic. leg. Vir bonus*, *ff. judicat. solv.* Bartol. Castren. Felin. & Rebuff. quos citat Petr. Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *num.*64. *ff. de judiciis*, Azevedo *lib.*10. *num.*41. & 53. *titul.* 13. *lib.* 8. *recopil.* Giurba *consil.*48. *numer.* 36. & 37. & *consil.* 59. *numer.* 23. *in fine*, Decian. *tractat. crimin. tom.* 1. *libr.*4. *capit.*29. *num.*19. & *capit.* 21. *numer.* 4. & *capit.* 34. *numer.*20. Caracciol. *de foro privileg. quæst.*43. *num.* 12. Cyriacus *controv.* 393. *num.*28. Jul. Chartar. *decis.* 31. *num.*9. Scialoya *de foro competent. cap.*7. *num.*36. Conciolus *verbo Præventio*, *resolut.*1. *num.*5. Item citatio dicitur legitima, quando in citatione exprimitur causa ad quam citatur, alias non est legitima, *Clementin. final. ut lite pendent.* Guido Papa *decis.* 153. *in fine*, Petr. Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *num.*65. *ff. de judiciis*, Fermosin. *in capit. Proposuisti*, *quæst.*2. *numer.*7. *de foro compet.* Sed hæc non procedunt, quando post citationem invalidam, sequuta est comparatio citati in judicio, textus, gloss. & Bartol. *in lib.*1. §.1. *ff. de feriis*, Martha *de jurisdict. part.*2. *capit.*3. *num.* 9. Cævallos *de cognit. per viam violent. part.*2. *quæst.* 81. *num.*8. Fermosinus *in cap. Proposuisti* 19. *quæst.* 2. *num.*8. *de foro compet.* Ego latè *decis.* 123. *à numer.* 20. *part.* 3.

Et dummodo citatio sit executa, & notificata reo, nam inducit præventionem jurisdictionis; secùs si solùm præcedit mandatum de in jus vocando, seu decretum de citatione facienda, nisi citatio sit executione mandata, & parti notificata, *capit. Gratum* 20. *cap. Licet undique* 30. *gloss. Verbo uti non cœperit*, *de offic. delegat. gloss. in capit. Si à Subdelegato* 14. *verbo Processum eodem in* 6. Bald. *in leg. unica*, *num.*32. *Cod. de Confessis*, Jason. *in l. Si domus*, §. *In pecunia*, *num.* 7. *ff. de legat.*1. & *in leg. more*, *num.*56. & 57. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Afflictis *decis.* 210. *num.*3. & *dec.* 249. *num.*4. Decian. *tractat. criminal. tom.*1. *lib.*4. *capit.*21. & 7. Mascard. *de probation. conclus.* 1227. *num.*10. Petrus Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *num.*41. & 43. *ff. de judiciis*, Azevedo *lib.*10. *num.*54. *versicul. Et sic*, *tit.* 13. *lib.*8. *recopilat.* Scaccia *de judiciis*, *lib.*1. *cap.* 12. *num.*58. Farinac. *in praxi*, *part.*1. *quæst.*7. *numer.* 60. Marta *de jurisdict. part.*1. *capit.* 3. *numer.* 14. Pereyra *de man. Regia*, *part.*2. *capit.*57. *numer.* 9. Franchis *decis.* 505. *num.*14. Guazzin. *defens.*1. *capit.*9. *numer.*9. Soccin. *in capit. Proposuisti* 19. *numer.* 19. Balboa *numer.* 25. 26. & 27. Fermosin. *quæst.*1. *numer.* 46. & *quæst.*2. *num.*4. *de foro compet.* Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *titul.*1. *disput.*2. *quæst.*7. *num.*879. *vers. Dixi per citationem*, Scialoya *de foro competent. capit.*7. *numer.* 40. & 41. Capyc. Latro *decis.*180. *numer.*14. ubi Manfrella *num.*6. Quesada Pilo *dissertat.*12. *num.*47. & 48. Jul. Chartar. *decis.*31. *num.*36. & *decis.*32. *num.*18. Baron. *de citatione*, *tom.*1. *quæst.*45. *numer.*8. & 9. Conciolus *verbo Præventio*, *resolut.*3. *numer.*5. Fallit, si citatio esset ad informandam Curiam, quia hic non est actus, qui inducat præventionem, Bald. *in leg. Si libertus*, *numer.*8. Soccin. *numer.*8. *ff. de jus vocando*, Afflict. *decis.* 219. Martha *de jurisdict. part.*2. *capit.* 3. *numer.*2. & 15. Anna *singul.*122. *numer.*1. Riccius *collectan.* 1148. *versicul. Quemadmodum*, Giurba *consil.*59. *num.*96. Fermosin. *in cap. Proposuisti* 19. *quæst.* 2. *num.*26. *de foro compet.* Manfrella *ad Capyc. Latro*, *decis.* 180. *numer.*7. Jul. Chartar. *decis.*31. *num.*18. Baron. *de citation. tom.*1. *quæst.*45. *num.*12. *versicul. Sed adverte*. Fallit etiam, si per eum qui in judicio vocandus esset, data opera fieret, ne citationis notitia ad eum deveniret, latitando, & dolosè se substrahendo, nihilominus ex decreta citatione, adhibita interim diligentia per eum, cujus interest ad quærendum reum, & illi notificandum citationis decretum, censebitur inducta præventio, Carleval. *de judiciis*, *libr.*1. *titul.*1. *disputat.*2. *quæst.*2. *numer.* 879. *versicul. Quod tamen*, Baron. *de citation. tom.*1. *quæst.*45. *num.*8. Conciolus *verbo Præventio*, *resolut.* 3. *num.*5. *in fine*, vide quæ tradidi, *decis.*22. *num.*53. *part.* 1.

Præventio realis inducitur per capturam personæ, *Si quis posteaquam*, ubi Bartol. Angel. *numer.* Petrus Barbosa *numer.*66. *ff. de judiciis*, *libr.*3. ubi Bartol. *ff. de custod. reor. & in libr.*1. *ff. de pœnis*, Baldus *in leg. Senatusconsulto* 5. *qui accus. non possunt*, Alexand. *in leg. Simus*, §. *in pecunia*, *numer.*3. Jason. *numer.*7. *ff. de legat.*1. Gregor. Lopez *libr.*12. *gloss.*1. *in fine*, *titul.* 7. *part.*3. Marcus *decis.* 100. *numer.*4. *part.*2. Tuschus *practic. conclus. litera P*, *conclus.* 647. *numer.*10. Cabedo *decis.* 142. *ad finem*, *part.*1. Mascard. *de probation. conclus.* 1227. *numer.* 8. Socin. *in capit. Proposuisti* 19. *num.*21. ubi Fermosin. *quæst.*3. *num.*1. *de foro compet.* Decian. *tractat. crimin. tom.*1. *lib.*4. *cap.* 21. *numer.*8. Azevedo *lib.*10. *num.*7. *titul.*13. *lib.*8. *recent.* Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 7. *numer.* 53. Scaccia *de judiciis*, *l.*1. *cap.*1. *num.*61. Giurba *consil.*48. *num.*30. Ripoll. *var. resol. cap.*1. *num.*136. Thoro *in compend. decis. capit.*3. *sect.*1. *verbo Clericus se obligans*, *capit.*2. *versic. Secundò etiam*, *fol.* 166. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *titul.*1. *disput.*2. *quæst.*7. *numer.*881. Jul. Chartar. *decis.*31. *numer.*15. & 51. Guazzin. *defens.*1. *cap.*9. *numer.*13. Sperell. *decis.*134. *numer. lib.*2. Scialova *de foro compet. cap.*7. *numer.*42. Conciolus *verbo Præventio*, *resolut.*3. *num.*9. Adeò quod si plures sint complices, seu socii in delicto, per capturam unius censetur inducta præventio quoad omnes alios, Soccin. *in capit. Proposuisti*, *num.*37. *de foro competent.* Decian. *tractat. crimin. tom.*1. *lib.*4. *cap.* 22. *numer.*4. Azevedo *lib.*10. *numer.* 65. & 84. *tit.* 13. *libr.*8. *recopilat.* quidquid dicat Farinac. *in praxi*, *part.*1. *quæst.*7. *num.* 62. quia contra eum est verior opinio, ut probat Scaccia *de judiciis*, *libr.*1. *capit.* 12. *numer.*78. quem sequuntur Giurba *consil.* 59. *numer.* 125. & *consil.*70. *num.*14. & 15. Guazzin. *defens.*1. *capit.*8. *num.* 6. Regens Matthæu *de re crimin. controvers.* 6. *numer.* 52. & sic præventio contra mandatarium dicitur etiam facta contra mandantem, Decian. *tractat. criminal. tom.*1. *lib.* 4. *capit.*21. *numer.*16. Scaccia, Giurba, & Guazzin. *proximè citati*.

Hæc autem præventio per capturam, quam Doctores citationem realem appellant, ut Bald. Socin. Azevedo, Petrus Barbosa, Jul. Chartar. Guazzin. Scialoya, & Conciol. *locis citatis*, *num.*22. Si capturæ personæ fuerit legitimè facta, Petr. Barbosa *in l. Si quis posteaquam*, *num.* 74. *ff. de judiciis*, Scialoya *de foro compet. cap.*7. *num.*42. *vers.* *Quod intellige*. Ad partis instantiam in scriptis redactam, vel ad instantiam Fisci, ubi ex officio procederetur, quia Fiscus est loco partis, Marta *de jurisdict. par.*2. *cap.*3. *num.* 6. & 7. Tondut. *de prævent. judic. par.*2. *cap.*50. *à n.*1. *ad* 6. Fermosin. *in cap. Proposuisti* 19. *quæst.*2. *n.*25. *de foro compet.*

Fortior est, & præfertur citationi verbali, sivè citatio realis antecedat, sivè post verbalem sequatur; quidquid alii contradicant, hæc nostra opinio est magis communis, & magis in praxi recepta, ut docent Guido Papa *decis.* 202. *num.*4. Bossius *in praxi crimin. titul. de foro competent. numer.*97. Gramat. *decis.*30. *numer.*6. & *consil. crimin.*28. *numer.*12. Jul. Clar. §. *final. quæst.*38. *numer.*28. Mascard. *de probat. conclus.* 1227. *num.*8. Franchis *decis.* 505. *num.* 14. ubi Luca *numer.*9. *verbo citatio realis*, *cum seq.* Azevedo *lib.* 10. *numer.*8. & 92. *titul.*13. *lib.... recopil.* Mastril. *decis.* 210. *num.*7. *lib.*7. Cævallos *com. contr. com. quæst.* 678. *numer.* 24. & judicatum testatur *de cognition. per viam violen. par.* 2. *quæst.*81. Tusch. *practic. conclus. litera P*, *concl.* 646. *numer.*7. Capiblanc. *de Baronib. pragmatic.*8. *num.*222. Farinac. *in praxi*, *par.*1. *quæst.*7. *num.*53. *versic. limita* 1. Scaccia *de judiciis*, *lib.*1. *cap.*12. *num.*61. Giurba *consil.*48. *num.*29. & *cons.*59. *num.*125. & *cons.*70. *n.*13. Decian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *cap.*21. *num.*9. *in prin.* Guazzin. *defen.*1. *cap.*9. *num.*14. Marta *de jurisdict. p.* 2. *cap.*3. *à num.*19. & *voto* 235. *numer.* 7. Petr. Barbosa *in leg. Si quis posteaquam*, *à numer.* 66. *ff. de judiciis*, Valenzuela *consil.*131. *num.*13. 14. & 15. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *quæst.*7. *à num.*883. *ad* 887.

Jul.

Jul. Chartar. *decis.*31. *num.*16. Pareja *de instrum. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.*6. *specie* 2. *num.*208. & 209. Quesada Pilo *dissert.*25. *num.*31. Tondut. *de prævent. judic. par.* 1. *c.*9. *num.*11. & 12. *par.*2. *c.*50. *num.*12. & *c.*54. *num.* 12. *vers. Quod si*, & *par.*3. *cap.*23. Caracciol. *de foro privileg. quæst.* 44. *à numer.*3. Augustin. Barbosa *voto* 92. *num.*1. & 2. *lib.*3. Diana *de pugna Doctorum*, *tom.* 2. *tit. de armat. per campan. capit.* 11. Scialoya *de foro compet. cap.*7. *num.*43. & 44. Marian. Antonin. *libr.*3. *resol.*38. *num.*5. Bellet. *disq. Cler. part.*1. *tit. de favore Cleric. reali*, §.4.*n.*3. Baron. *de citat. tom.*1. *quæst.*45. *num.*7. *vers.t. Ideò quærit*, Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.*15. *num.*45. Thoro *in compend. decis. p.*3. *sect.*1. *verbo Clericus se obligans*, *col.*2. *vers. Secundò etiam*, *fol.*166. Rodoer. *ad Marinis*, *lib.*2. *resol. jur. cap.*48. *num.*6. & 7. Vermigliol. *cons.*212. *num.*1. & 5. Bobad. *in polit. lib.*3. *cap.*17. *num.*164. Riccius *de public. jud. cap.*36. *num.*5. Conciolus *verbo Præventio*, *resol.*3. *n.* 7. & 8. Soccin. *in cap. Proposuisti*, *num.*21. *vers. Septimo quærò*, & *num.*12. ubi Fermosin. *quæst.*3. *à num.* 2. *ubi num.*11. *decisum refert*, *de mense Maji* 1654. *de foro compet.* Reg. Matthæu *de re criminal. controv.* 6. *num.*75. Cancer *part.*2. *variar. resolut. capit.*2. *numer.* 228. Xammar *desin.*28. *num.* 45. Don Michael de Calderò *decis.*9. *num.* 19. *part.*1. ita judicatum in Cathalonia per Cancellarium Sorribes die 28. Julii 1549. in causa contentionis inter Curiam sæcularem Gubernatoris Cathaloniæ. Et Episcopum Gerunden. testatur Ripoll. *variar. capit.*1. *numero* 135. & 136.

26 Fallit si captura esset affectata, & procurata à reo, quæ præventionem non inducit, quemadmodum nec cætera juris remedia affectata prodesse solent, *leg.* & *quod data opera* 5. *ff. ex quibus causis majores*, sic Bossius *in prax. tit. de foro compet. n.*98. Tuschus *pract. conclus. litera P*, *conclus.*646. *num.*7. & *conclus.* 647. *num.* 5. & 12. & *conclus.*649. *num.*3. Mascard. *de probation. conclus.* 1227. *num.*20. Farinac. *in praxi*, *part.*1. *quæst.* 7. *num.*53. *vers. Sublimita* 1. & 64. Scaccia *de judiciis*, *lib.*1. *cap.*12. *n.*62. & 67. Azevedo *l.*10. *n.*46. 72. & 73. *tit.*13. *lib.*8. *recop.* Bajard. *ad Clar.* §. *final. quæst.*38. *n.* 84. & 93. Decian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *cap.* 20. *n.* 24. Pet. Barbosa *in l. Si quis posteaquam*, *num.*88. *ff. in judiciis*, Mastrill. *decis.* 210. *num.* 9. *libr.*3. Rovit. *in pragmat.*1. *num.* 71. & *seq. tit. ubi de delicto*, Giurba. *consil.*48. *num.*46. & 47. Carleval. *de judiciis*, *libr.* 1. *tit.*1. *disp.*2. *quæst.*7. *num.*788. Fermosin. *in c. Proposuisti* 19. *quæst.*3. *numer.* 11. *de foro competent.* Riccius *de public. judic. quæst.*36. *num.*2. & 3. Guazzin. *defen.*1. *c.* 9. *num.*15. & 16. Pareja *de instrum. edit. tom.*1. *titul.*2. *resolut.*6. *specie* 2. *num.*209. Tondut. *de prævent. judic. part.*2. *cap.*50. *num.*13. Capiblanc. *in pragmat.*8. *num.* 217. *par.*2. *de Baronib.* Boer. *decis.*289. *num.*10. Scialoya *de foro compet. cap.*7. *nu.*45. Vermigliol. *cons.*212. *num.*5. Rubeus *de validitate legali*, *cap.*14. *à num.* 13. Sperell. *decis.*134. *num.*74. *lib.*2. Cancer *part.*2. *var. c.* 2. *num.*229. Conciol. *verbo Præventio*, *resol.*3. *num.*9. & 10.

27 Hæc autem intelligenda sunt in delictis, ut inquit Thoro *in compend. decis. p.*3. *sect.*1. *verbo Clericus se obligans*, *col.*2. *vers.c Secundo etiam*, *fol.*166. quoties causa est talis, in qua potest procedi per capturam personæ, ut quia est criminalis; secus verò si causa civilis esset, nam tunc captura nihil efficeret ad præventionem citationis verbalis antea factæ, Azevedo *l.*10. *num.*9. *tit.*3. *lib.*8. *rec.* & consequenter benè procedunt tradita, *num.*6. & 7.

28 Sed liga digito, quòd dum de Clericis loquimur *decis.*271. 272. 273. & *hac decis.* 274. intelligenda sunt dumtaxat de illis Clericis, quibus Concilium Tridentinum *sess.*23. *de reformat. cap.*6. concessit privilegium fori, ut advertit Tondut. *de prævent. judic. par.* 2. *c.*53. *num.*4.

ARGUMENTUM.

An litigiosa res coram Judice sæculari in Clericum alienata mutet statum, & cursum litis, in præjudicium actoris, ut possit causa continuari, fierique sententia, & exequi per Judicem sæcularem contra Clericum emptorem rei litigiosæ.

SUMMARIUM.

1 *Litigiosa res alienari non potest, et si alienetur, alienatio nulla est, num.*1. *ratio duplex est, n.* 2. *ampliatur* 14. *modis, n.*3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. 13. 14. 15. & 16. *limitatur* 19. *modis*, *num.*17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. & 45.

46 *Litigiosa res dicitur, quando lis fuit mota super dominio, & sic rei venditione, & actione reali, numer.*46. *Ampliatur duobus modis*, *numer.*47. & 48.

49 *Litigiosa res non efficitur, quando agitur actione personali, n.*49. *limitatur pluribus modis, n.*50. 51. & 64. & *quid quando agitur actione personali in rem*, *num.*65.

52 *Litigiosa res non efficitur, quando lis pendet tantum super possessione*, *num.*52. *limitatur*, *num.* 53. *sublimitatur*, *num.*54. & *quid in possessorio summarissimo*, *num.*55. *quid in possessorio mixto*, *num.*56.

57 *Litigiosa res non efficitur, quando lis pendet super juribus incorporalibus, actione confessoria, vel negatoria, super rei servitute, de itinere, vel jure scindendi ligna, vel de aliis hujusmodi realibus servitutibus, num.*57. *limitatur duobus modis*, *n.*58. & 59.

60 *Litigiosa res non dicitur, quando ad eam agitur actione hypothecaria, n.*60. *ampliatur, n.* 61. *limitatur quatuor modis remissivè, n.*62.

63 *Litigiosa res efficitur per solam citationem, quando res petitur actione reali, agiturque de dominio, seu quasi dominio directo, vel utili, si citatio fiat à Judice competenti, & cum plena expressione causæ, per quam citatus possit instituì, super quo citatur, & qua de causa.*

64 *Litigiosa res non efficitur, quando agitur actione personali, non solum per citationem, sed nec per litis contestationem, limitatur sex modis, n.*64. & *quid quando agitur actione personali in rem*, *num.*65.

66 *Litigiosa re alienata, si postea sententia lata extiterit contra principalem, potest fieri executio absque novo processu, & novo judicio, recta via contra illum in quem facta est alienatio rei litigiosæ, num.*66. *probatur* 1. *num.*67. *probatur* 2. *num.*68. *ampliatur quatuor modis*, *num.*73. 74. 75. & 76. *limitatur quatuor modis*, *num.*77. 78. 88. & 89.

69 *Executivè procedi non potest contra tertium possessorem, etiam hæredem debitoris principalis, sed est procedendum via ordinaria, & in Cathalonia per præceptum de solvendo cum clausula justificativa*, *num.* 69. *limitatur*, *numer.* 70.

71 *Executio contra tertium possessorem an fieri possit, vel revocatoria prius agendum sit, remissivè, n.* 71. *sed alienata re litigiosa fieri potest absque revocatoria*, *num.*72.

78 *Executio contra tertium possessorem fieri potest, sivè fuerit sciens, sivè ignorans rem esse litigiosam*, *num.* 78. & 79. *intellige*, & *declara*, *num.*80.

89 *Executio ut fieri possit contra tertium rei litigiosæ emptorem, utrum prius tertius sit citandus, & summariè absque novo processu audiendus, n.*89 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. & 98. & *intellige, ut in num.* 108.

99 *Litigiosa res coram Judice sæculari in Clericum*

alienata an mutet ſtatum, & curſum litis in præjudicium actoris, & poſſit cauſa continuari, fierique ſententia, & exequi per Judicem ſæcularem contra Clericum emptorem rei litigioſæ, n. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. & 107. ubi deciſiones Cancell. Cathaloniæ.

DECISIO CCLXXV.

1 PRæmitto 1. quòd litigioſa res alienari non poteſt, & ſi alienetur, alienatio nulla eſt, *text. ad literam, in l. 2. l. 4.* ubi Cynus *num. 1. & toto titulo, C. de litigioſis, leg. Divus, ff. de petit. hæred. leg. alienationes, ff. famil. erciſcundæ, gloſſ. in figuratione caſus, in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 3. ut lite pendente, gloſ. in cap. 1. verbo litigioſæ, verſic. Nec ad aliam, de confirmat. utili, vel inutili*, ſic poſt antiquos Afflict. *deciſ.* 396. *num.* 10. Lancellot. *de attentat. part. 2. capit. 4. in præfat. num.* 451. Tuſchus *pract. concl. litera L, concl.* 381. *num. 1. & concl.* 387. *num.* 15. Riccius *collect.* 817. *in princ.* Guſman *de evict. c. 11. num.* 72. Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 6. n.* 20. Cardoſo *in praxi jud. verbo Lis, num.* 37. Rota, Coccinus, Surd. Gratian. & Seraphin. quos citat Urſellius *concl.* 87. *num.* 8. Plotus, Mantica, Giurba, Theſaur. Cavaler. & Burat. quos citat Merlin. *de pignorib. lib. 2. q. 28. num.* 3. Noguerol. *allegat.* 19. *num.* 235. Portoles *ad Molin.* loquens de jure communi, §. *alienatio, num.* 21. & 22. Duran. *deciſ.* 88. *num.* 3. & *deciſ.* 281. *num.* 1. Pichard. *in manuducat. ad prax. part. 2. præcept. 2. numer. 8. in princip.* Manfrella *ad Capyc. Latro, deciſ.* 170. *numer.* 19. Antunez Portugal. *de donation. Reg. lib. 3. capit.* 38. *num.* 5. 26. & 29. Cyriacus *controv.* 533. *num.* 45. Menochius *conſil. 2. num.* 290. & 291. *lib.* 1. Cyrocchus *diſcept.* 47. *num.* 49. Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. de judiciis, reſol.* 17. *a num.* 38. Farinac. *fragm. crimin. par. 2. litera L, num.* 253. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, l. 22. num.* 52. *tit. 5. par. 5. fol.* 108. *tom. 2.* Auguſt. Barboſa *in cap. Eccleſia 3. num. 1. ut lite pendente, & in cap. 1. num. 8. de confirmat. utili, vel inutili, & in repert. pract. concl. verbo lis, verſic. Litigioſæ res, fol.* 223. Faber *in C. l. 8. titul. 24. de litigioſis, defin. 2.* Rodoer. *ad Marinis, l. 1. reſol. jur. cap. 256. num. 1.* Valeron. *de tranſact. tit. 5. quæſt. 1. num.* 18. Olea *de ceſſion. jur. titul. quæſt.* 10. *numer. 1. & 2.* Menochius *lib. 2. præſumpt. 97. num.* 31. Valenzuela *conſil.* 111. *num. 7. tom. 2.* Bardaxi *foro unico, num. 1. de prohibita alienatione*, Coſta *in tractat. aut ſciebat, aut ignorabat, cent. 1. diſtin. 93. num. 1.* Giurba *deciſ.* 62. *num.* 18. *verſic. Inde eſt*, Valenzuela *conſ.* 111. *num. 7. lib. 2.* Sperell. *deciſ. 7. num. 5. 6. & 7. lib. 1.* Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ 3. quæſt. 1. num. 9. & 10. ut lite pendente, & in cap. Propoſuiſti 19. quæſt. 14. num. 6. de foro compet.* de jure noſtro Cathaloniæ, *uſatic. cùm in contentione, titul. de coſes litigioſes*, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Petri I I. tom. 1. collation. 2. cap. 59. numer. 15. fol.* 72. *in novis*, Calicius *in Margar. fiſci, dub. 4. num.* 19. Peguera *deciſ. 7. numer. 14. in fine princip. verſicul. Et non habemus*, Cancer *par. 2. var. reſol. capit. 12. num.* 14. ſecùs in Regno Aragonum, ut dicunt Portoles *ad Molin.* & Bardaxi *hic citati*.

2 Ratio hujus regulæ duplex eſt. Prima quia ex alienatione rei litigioſæ magnum præjudicium actori ſequitur, & ejus conditio deterior fit, *l. 1. ff. de alien. jud. mut. cauſ. fact.* Faber *in Cod. lib. 8. tit. 24. definit. 1.* Secunda, quia alienatio rei litigioſæ in actoris fraudem dolosè facta præſumitur *leg. cenſemus 4. final. ibi: Et abſconditam machinationem, C. de litigioſis*, Guſman *de eviction. quæſt. 11. num.* 57. Giurba *dec. 62. num. 5.* Pariſius *conſ.* 138. *num.* 28. *lib. 4.* hanc ſecundam rationem tradit Lancellot. *de attentat. par. 2. capit. 4. in præfat. num.* 453. & ex eo Menochius *lib. 2. præſump. 97. num.* 31. & ambas refert Olea *de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 10. n. 2.* Antunez Portugal. *de donat. Regiis, lib. 2. cap. 38. num. 5.*

3 Ampliatur 1. in donatione rei litigioſæ, *l. 2, l. 4. C. de litigioſis*, Boer. *deciſ.* 33. *num. 2.* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. num.* 455. Tuſch. *pract. concluſ. litera L, concluſ.* 386. *num.* 54. Pariſius *de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 3. num. 5.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L, num.* 237. Auguſt. Barboſa *in capit. 1. num. 9. de confirmat. utili, vel inutili*, Menochius *conſil. 2. num.* 291. *lib. 1. & de præſumpt. lib. 3. præſump.* 97. *num.* 31. *verſic. Non etiam*, Gratian. *diſcep. foren. cap.* 781. *nu.* 17. & 21. Coſta *in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, cent. 1. diſt.* 93. *ſub num. 3.* Duran. *deciſ.* 88. *numer. 3. & deciſ.* 281. *num. 1. & 2.* Rota *deciſ.* 596. *num. 8. verſic. Et placuit etiam Dominis, & deciſ.* 260. *nu. 7. & deciſ.* 176. *num. 4. part. 7. recent.* Cyrocchus *diſceptat. 47. num.* 49. de jure noſtro Cathaloniæ, *uſat. Cùm in contentione, tit. de coſes litigioſes*. Fallit in donatione cauſa mortis, quæ ultimæ voluntati æquiparatur, Rota *dec.* 103. *n.* 8. *par. 3. recent.* Cyrocchus *diſcept.* 47. *ſub num.* 49.

Ampliatur 2. ut litigioſa res non poſſit obligari, 4
nec hypothecari, nec in pignus tradi, *l. 1. §. fin. & ibi gloſſ. ff. quæ res pignori obligat. poſſunt, l. 1. §. fin. gloſſ. verbo poſſit*, Bartol. *num. 4. Cod. communi de vidundo*, quia alienatione prohibita, cenſetur prohibita hypotheca, *leg. Sancimus, Cod. de reb. alienis*, Neguſant. *de pignorib. part. 2. membro 3. num.* 46. Lancellot. *de attentation. part. 2. capit. 4. in præfation. num.* 456. Tuſch. *practic. concluſ. litera L, concluſ.* 386. *num. 5.* Pariſius *de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 3. num. 6.* Cavaler. *deciſ.* 610. *num. 6.* Peregrin. *de jure Fiſci, l. 4. tit. 6. num. 20. verſic. Intellige verbum*, Guido Papa *deciſ.* 337. *num. 5.* Mangil. *de eviction. quæſt. 60. num.* 8. Rodoer. *ad Marinis, reſolut. jur. lib. 1. capit. 256. num. 3.* Coſta *in tractat. aut ſciebat, aut ignorabat, cent. 1. diſtin. 93. num. 6.* Gaito *de credito, cap. 4. quæſt. 7. num.* 479. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 97. num. 32. in princip.* Farinac. *fragm. crimin. par. 2. litera L, num.* 238. Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæſt. 38. num. 1. & 2.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 38. ſub num.* 16. Auguſt. Barboſa *in capit. 1. numer. 10. de confirmation. utili, vel inutili*, Mier. *in Curia Barcinonæ Regis Petri II. tom. 1. collation. 2. capit. 59. num.* 15. Cancer *part. 2. var. capit. 12. num.* 46.

Ampliatur 3. ut litigioſa res in alium transferri non 5
poſſit titulo permutationis, *l. fin. gloſſ. verbo, vel in aliam ſpeciem, C. de litigioſis*, Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num.* 449. Farinac. *frag. crimin. par. 2. litera L, num.* 239. Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 6. num.* 20. *ad medium*, Auguſtin. Barboſa *in cap. 1. num.* 11. *de confirmat. utili, vel inutili*, etſi aliter cum Afflict. *deciſ.* 95. dicat Riccius *collect.* 817. *verſ. Limita ſeptimò*.

Ampliatur 4. ut cenſus conſtitui non poſſit ſuper re 6
litigioſa, quia impoſitio cenſus dicitur alienatio, Cavaler. *deciſ.* 510. *num.* 6. Merlin. *de pignorib. l. 2. quæſt. 38. num. 4.*

Ampliatur 5. generaliter, quod res litigioſa in alium 7
transferri non poteſt, nedum titulo venditionis, donationis, obligationis, hypothecæ, pignoris, permutationis, ſeu impoſitionis cenſus, ſed etiam titulo cujuslibet alterius contractus, *l. 2. l. 4. Cod. de litigioſis*, Farinac. *fragmatic. crimin. part. 2. litera L, num.* 240. Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. titul. 6. num.* 20. Menoch. *lib. 2. præſump. 97. num.* 32. conducunt Barboſa *appellat.* 4. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 521. *num.* 4. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, lib. 43. gloſſ. 3. fol.* 203. *tom. 2.* Ybannez de Faria *ad Covar. l. 2. var. cap. 16. num.* 72. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 38. num. 26. in fine*.

Ampliatur 6. ut alienatio rei litigioſæ tanquam fa- 8
cta contra legem non firmatur juramento, Oſaſcus *deciſ.* 144. *num. 2.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L, num.* 241.

Ampliatur 7. ut res litigioſa alienari non poſſit et- 9
iam favore piæ cauſæ, *leg. final. Codic. de litigioſis*, Lancellot. *de attentation. part. 2. capit. 4. in præfation. numer.* 454. ac proinde nec in Monaſterium transferri, *capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ 3. ut lite pendente*, ubi Abbas *numer.* 10. ante finem dicit, quod poteſt agi contra Monaſterium, & eodem modo contra quamlibet Eccleſiam contrahentem vitium litigioſi, Tuſch. *practic. concluſ. litera L, concluſ.* 386. *num.* 53. Farinac. *fragm. crimin. part. 2. litera L, num.* 242. Auguſt. Barboſa

bosa *in cap. 1. num. 12. & 13. de confirm. utili, vel inutili*, Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 6. numer. 22.* Menochius *lib. 3. præsump. 97. num. 32. in fine, versic. Non demum.*

10 Ampliatur 8. ut litigiosæ rei alienatio non valeat, etiam si fuerit facta à Fisco, Lancellot. *de attentat. part. 2. capit. 4. in præfatione, numer. 461.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. numer. 143.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 6. num. 19. versic. Idque etiam fiscus*, Augustin. Barbosa *in capitul. 1. num. 14. de confir. utili, vel inutili*, Noguerol. *alleg. 29. num. 236.* Cyriacus *controv. 533. num. 42.* Dom. Vicecancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser. 107. numer. 12. in fine*, Alfaro *de offic. fiscal. glos. 16. num. 14.*

11 Ampliatur 9. ut litigiosa res alienari non possit, etiam in favorem fisci, *l. res quæ, §. lites, ff. de jure fisci, l. 1. & per totum titulum, Cod. Ne fiscus, vel Respub.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 6. nu. 42. cum seq.* Cyriacus *controver. 533. num. 49. & 50.* Augustin. Barbosa *in l. 1. numer. 3. & l. 2. num. 3. & l. 3. num. 2. Cod. Ne fiscus, vel Respub.* In Cathalonia, Princeps non potest titulo oneroso, aut lucrativo, rem, vel actionem litigiosam acquirere, aut super qua litigium speratur oriri, *ut habetur in constit. 1. tit. de coses litigioses*, Calicius *in margarita fisci, dub. 4. numer. 19.* Cancer. *part. 2. var. resol. cap. 12. num. 72. & 73.* & in Aragonia alienatio litigiosæ in Dominum Regem fieri nequit, Portoles *ad Molin. §. Alienatio, num. 20. & 23.*

12 Ampliatur 10. ut servitus imponi non possit super re litigiosa, Rovit. *decis. 24. sub num. 5. vers. Quintò*, Rodoer *ad Marin. l. 1. resol. jur. cap. 256. sub num. 3.*

13 Ampliatur 11. ut litigiosa res alienari non possit, non solùm si immobilis sit, sed etiam si res litigiosa sit mobilis, *tex. est in authent. de litigiosis, in prin. glos. in authent. litigiosa, res verbo litigiosa res*, ubi Cynus *numer. 4. versic. Secundò quæritur*, Odofred. *numer. 1. versic. Sciendum est, Cod. de litigiosis*, alios addunt Farinac. *frag. crimin. part. 2. litera I. numer. 246.* Augustin. Barbosa *in cap. 1. num. 15. de confirmat. utili, vel inutili*, qui declarant, nisi ageretur ad res mobiles tempore perituras, de qua declaratione *infrà, num. 20.*

14 Ampliatur 12. ut litigiosa res alienari non possit, non solùm in personam extraneam, sed nec in personam conjunctam, *l. 2. ubi glos. verbo In conjunctam, Cod. de litigiosis*, Cephal. *cons. 94. num. 32. libro 1.* Farinac. *frag. crim. part. 1. litera I. numer. 252.* Augustin. Barbosa *in capitul. 1. numer. 17. de confirmat. utili, vel inutili*, & eo magis est fraudis præsumptio, si in conjunctam personam res alienata sit, Jason. *§. Si quis in fraudem, num. 48. de action.* Casanate *cons. 28. num. 13.* Papon. *cons. 63. num. 11. & 25.* quos citat Giurba *decis. 62. num. 5. versic. Eo magis*, Guzman. *de evictionib. quæst. 11. num. 57. versic. Eo magis*, Ferentil. *ad Burat. decis. 452. litera C. versic. Præcipuè.*

15 Ampliatur 12. ut litigiosa res alienari non possit non solùm à reo, sed nec etiam ab actore, & è contra *l. 2. & 4. Cod. de litigiosis*, Marin. *resol. jur. lib. 1. cap. 256. num. 1.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 6. num. 19. & 20.* antiquos citat Farinac. *frag. crim. part. secunda, litera L. num. 251. & 312.* Manfrella *ad Capyc. Latro, decis. 170. numer. 17. libro 2.*

16 Amplia 14. ut litigiosa res non solùm sit prohibita alienari, sed etiam actio, quam quis ad rem litigiosam habet, cedi non potest, nam litis pendentia nedum facit rem litigiosam, sed etiam actionem, *l. 2. & 4. Cod. de litigiosis, glos. in figuratione casus, in authent. litgiosas res, C. eodem*, Tusc. *pract. conclus. litera C. conclus. 206. numer. 1. & 2. litera L. conclus. 381. num. 16. & conclus. 386. num. 50.* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 451.* Faber *lib. 12. conjectur. capitul. 12. versic. Sunt qui reprehendant*, Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. num. 249. & 283.* Menochius *lib. 3. præsumpt. 97. num. 31.* Marinis *resol. jur. lib. 1. capit. 256. num. 20. & 21.* Augustin. Barbosa *in cap. 1. n. 26. de confirmat. utili, vel inutili*, Olea *de ces. jur. tit. 3. quæst. 11. num. 1. 2. & 4.* sed vide Cancer. *part. 2. var. resol. capitul. 12. à numer. 55.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. n. 249. ver. Ad quam, & numer. 250. & 285.* Giurbam *decis. 107.* Mutam *decis. 14.* Oleam *de ces. jur. tit. 3. quæst. 11. à num. 13.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. capitul. 38. num. 40.*

Limitatur 1. in alienatione rei litigiosæ ex causa 17
dotis, idque ratione publicæ utilitatis, ut mulieres faciliùs nubere possint, *l. fin. versic. Exceptis, & adnotavit glos. in figuratione casus, Cod. de litigiosis, gloss. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 3. verbo litigiosi, versicul. Tamen ut lite pendente, glos. in authent. de litigiosis, in prin. verbo Divisio, versic. Et idem dicas in dotis causa*, ubi Angel. *numer. 7. glos. in l. ante divisionem*, ubi Bald. *Cod. de jure dotium*, Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. numer. 464.* Tusch. *pract. conclus. litera L. conclus. 386. num. 15.* Decian. *cons. 109. num. 10.* Capyc. *decis. 128. num. 7.* Padilla *in authent. res quæ, num. 43. Cod. commun. de legat.* Farinac. *frag. crim. par. 2. litera L. num. 253.* August. Barbosa *in capit. 1. numer. 21. de confir. utili, vel inutili*, Valasc. *consult. 113. num. 2.* Duran. *decis. 281. numer. 5.* Costa *in tractat. aut sciebat aut ignorabat. cent. 1. distinct. 93. num. 3.* Giurba *decis. 62. numer. 18. versic. Ut si pro dote*, Petr. Barbosa *in l. 1. part. 7. numer. 45. versicul. Pro ut valet, ff. sol. matrim.* Trentacinq. *var. resol. lib. 2. de judiciis, resol. 17. nu. 20.* Guzman *de eviction. quæst. 11. numer. 74.* Marinis *resol. jur. lib. 1. capit. 256. numer. 11.* Reg. Leo *decis. 22. num. 3. & 4. & num. 7. versic. Sed his cessantibus, & decis. 23. num. 4. & 5. libro 1.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 6. num. 22. versicul. Potest tamen*, Guido Papa *decis. 337. num. 1. in fine, versic. Dic quod*, Intrigiol. *decis. 39. num. 4. & 5.* Menochius *lib. 2. præsump. 97. num. 38.* Rota in Romana subhastatione de Alexiis 27. Junii 1650. coram Cerro, & in Romana hæreditatis de Gratianis 26. Junii 1651. coram Bichio testatur Cirocchus *discep. 47. num. 52.* Roxas *decis. 209. num. 7. in princ.* Peguera *decis. 7. num. 16. part. 2.* Cancer *part. 2. var. capit. 12. num. 51.* conducunt idem Menoch. *lib. 2. præsump. 124. num. 67.* Peregrin. *de jure fisci, titul. de public. bonor. numer. 117.* Farinac. *de falsitate, & simulat. quæst. 164. numer. 107.* Fontanella *de pact. nup. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 2. numer. 76. & claus. 6. glos. 1. part. 3. numer. 48. & 49.* Castillo *decis. 110. num. 3. & 4. tom. 2.* Amad. *resol. 45. nu. 17. & 18.* Domin. Vicecan. Don Christ. Crespi de Valdaura *obser. 107. num. 13.* Bossius *de dote, capit. 15. num. 51.* quæ limitatio procedit, sivè dos constituatur, sivè restituatur, Angel. *in authent. de litigiosis, in princ.* Duran. *decis. 281. numer. 3. & 4.* Novarius *quæst. foren. 26. num. 6. tom. 2.* Rodoer *ad* Marinis, *resol. jur. lib. 1. cap. 256. num. 8.* Peguera *decis. 7. num. 16. tom. 2.* Cancer *part. 2. var. capit. 12. num. 51.* Castillo *decis. 110. num. 3. tom. 2.* Antunez Portugal. *de donat. reg. tom. 2. lib. 3. cap. 38. numer. 71. in prin.* Rota in Romana hæreditatis de Gratianis 16. Junii 1656. versic. Adversùs primam fallentiam, coram Bicchio, refert Cirocchus *discept. 47. sub numer. 52.* Intellige in subsidium aliis bonis non existentibus ad solutionem dotis; secùs aliis existentibus bonis, Reg. Leo *decis. 22. num. 5. lib. 1.* Duran. *decis. 281. numer. 8.* quidquid ipse dicat *num. 9.* quia eum impugnat Rota in Romana hæreditatis de Gratianis 26. Junii 1651. versic. Verùm replicando, coram Bichio, refert Cirocchus *discept. 47. sub num. 51. in fine.*

Limitatur 2. in alienatione rei litigiosæ ex cau- 18
sa donationis ante nuptias, *leg. fin. versic. exceptis, Cod. de litigiosis*, Lancellot *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. numer. 466.* Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 6. numer. 22. versic. potest tamen*, Guido Papa *decis. 337. numer. 1. in fine*, Trentacinq. *var. resol.*

reſol. lib. 2. de judiciis, reſol. 7. numer. 23. Farinac. *frag. crimin. part. 2. litera L. numer. 234.* Coſta *in tract. aut ſciebat aut ignorabat, cent. 1. diſt. 93. n. 3.* Menoch. *lib. 2. præſump. 97. num. 38.* Auguſtin. Barboſa *in cap. 1. num. 22. de confir. utili, vel inutili.* Domin. Vicecancel. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv. 107. num. 13.*

19 Limitatur 3. in alienatione rei litigioſæ ex cauſa tranſactionis, non ſolùm cum eo, cum quo quis ſuper illa re litigat, ſed etiam cum alio, cum quo quis controverſiam habet de eadem re, dummodo tranſactio fiat bona fide, & ſine fraude, ſecùs ſi cum fraude, *l. fin. verſic. Exceptis, juncta gloſ. verbo Tranſactionis, Cod. de litigioſis*, Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 467. & ſeq.* Tuſch. *pract. concl. lit. L. concl. 86. num. 29.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 6. numer. 23.* Guido Papa *deciſ. 337. numer. 1. in fine*, Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. de judiciis, reſol. 17. num. 21.* Gamma *deciſ. 199. numer. 4.* ubi Flores de Mena *in addit.* Natta *conſ. 401. à num. 2. lib. 2.* Tiraquel. *de retract. libro 1. §. 36. gloſ. fin. numer. 2.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. tom. 1. cap. 68. numer. 78. & 79.* Menoch. *libro 2. præſump. 97. numer. 39.* Cavaler. *deciſ. 339. num. 5.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. numer. 257.* Stayban. *reſol. foren. 82. num. 14. lib. 1.* Coſta *in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, cent. 1. dict. 93. num. 3.* Valeron. *de tranſaction. tit. 5. quæſt. 1. num. 18. & 19.* Auguſtin. Barboſa *in cap. 1. num. 24. de confirm. utili, vel inutili*, Rodoer *ad Marinis, lib. 1. reſol. jur. capit. 256. numer. 11.* Peguera *deciſ. 7. numer. 17. part. 2.* Cancer *part. 2. var. reſol. cap. 12. num. 53.* Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 38. ſub numer. 71.* Domin. Vicecancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer. 107. num. 13.*

20 Limitatur 4. in alienatione rei litigioſæ ex cauſa diviſionis facienda inter cohæredes, *l. fin. verſicul. Exceptis cum gloſ. verbo Diviſionis, Cod. de litigioſis*, Guido Papa *deciſ. 337. numer. 1. in fine*, Peregrin. *de jure fiſci, libro 4. titul. 6. numer. 23.* Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. de judiciis, reſol. 17. numer. 22.* Cavaler. *deciſ. 336. numer. 4.* Cephal. *conſ. 64. numer. 15. libro 1.* Menoch. *lib. 2. præſump. 97. numer. 40.* Peguera *deciſ. 7. numer. 17. verſicul. Quarto, tom. 2.* intellige, & declara tribus modis, ut per Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. numer. 469. & 470. & limit. 7. numer. 1. & 2.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. num. 335. & 336.* Auguſtin. Barboſa *in cap. 1. num. 23. de confir. utili, vel inutili*, Antunnez Portugal. *de donat. Reg. libro 3. capitul. 38. numer. 72.* Domin. Vicecancel. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer. 107. num. 13.*

21 Limitatur 5. in alienatione ex cauſa legati, vel fideicommiſſi *l. fin. cum gloſ. verbo legati, Cod. de litigioſis*, Guido Papa *deciſ. 337. numer. 1. in fine*, Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. de judiciis, reſol. 17. num. 24.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. num. 261.* Menoch. *lib. 2. præſump. 97. num. 40. verſicul. Quintus eſt caſus*, Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 38. numer. 72. verſic. Et inſuper*, Dominus Vicecancellarius D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer. 107. à num. 8.* quidquid dicant Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 6. num. 21.* idem Menochius *lib. 2. præſump. 97. num. 32. verſic. Nec pariter*, & quid tunc legatario, vel fideicommiſſario debeatur *; eſt caſus in authent. nunc ſi hæres, Cod. de litigioſis*, & tradunt Peregrin. Antunnez Portugal. & Domin. Vicecancellar. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *numer. 9. & 10. hic citati.*

22 Limitatur 6. in alienatione rei litigoſæ facta ſub conditione in tempus quo res deſierit eſſe litigioſa, *argumen. leg. quod ſæpe, §. Si quis amico, Cod. de contra emp.* Guido Papa *deciſ. 337. num. 4.* Sichart. *in leg. fin. num. 20. Cod. de litigioſis*, Cancer *part. 3. var. capitul. 1. numer. 14.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. numer. 262.* Cirocchus *diſcept. 47. num. 50.* conducit Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 30. in fine prin.*

Limitatur 7. in alienatione rei litigioſæ mobilis 23
tempore perituræ, nam tunc rectè poteſt alienari, ne re perempta judicium reddatur eluſorium, ſicque ut ea vendita ſaltem in pretio litigantibus ſit conſultum *leg. Divus Pius in fine, ff. de petition. hæredit. l. fin. ff. de requirend. reis*, Surd. *de alim. privileg. 45. num. 6. tit. 8.* Lancellot *de attentat. p. 2. cap. 4. in præfat. num. 488.* Tuſch. *pract. concluſ. litera L. concluſ. 386. numer. 24.* Farinac. *frag. crim. par. 2. litera L. numer. 247.* Auguſt. Barboſa *in cap. 1. numer. 15. verſic. Declara tamen. de confirm. utili, vel inutili*, Rodoer *ad Marinis, libro 1. reſol. jur. cap. 256. num. 5.* Menochius *lib. 2. præſump. 97. num. 50.* Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 38. num. 75.* Marquilles *in uſat. cùm in contentione, pag. 380. col. 3.* Peguera *deciſ. 7. numer. 18. tom. 2.* Cancer *part. 2. var. cap. 12. numer. 50.* Don Bonaventura de Triſtany *deciſ. 51. num. 53. verſic. Primo, tom. 2.* Intellige quando Judicis permiſſio- 24
ne, & conſenſu fit alienatio rei litigioſæ mobilis, tempore perituræ, *l. Divus Pius, ff. de petit. hæred.* Socin. Cæpola, Neviſan. & Tuſchus, quos citant Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. num. 270.* Auguſtin. Barboſa *in cap. 1. num. 20. de confirm. utili, vel inutili*, quibus addo Menochium *lib. 2. præſump. 97. num. 50. in fine*, Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. de judiciis, reſol. 17. num. 33.* ubi dubitat, quid ſi quis vult rem litigioſam alienare eo quia eſt tempore peritura, vel ex alia juſta cauſa ſine licentia Judicis, an poſſit, & ſe remittit ad Bartol. *in leg. Divus Pius, ff. de petit. hæred.* ubi concludit, quòd ſic, præſtita tamen ſatiſdatione, Cancer *part. 2. var. cap. 4. numer. 47.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. numer. 273.* idem Trentacinquius *ſupra, num. 34.*

Limitatur 8. in alienatione rei litigioſæ ex cau- 25
ſa neceſſaria, Lancellotus *de attentat. 2. part. 2. cap. 4. limit. 8. numer.... & à num. 10.* Tuſch. *pract. concluſ. litera L. concluſ. 386. numer. 12.* Tiraquel. *de retract. ligniag. §. fin. numer. 1.* Farinac. *frag. crim. part. 2. litera L. num. 259.* Gamma *deciſ. 199. numer. 3.* ubi Flores de Mena *in addit. in fine, verſicul. Ex quibus verbis*, Petr. Barboſa *in leg. ſi conſtante, §. fin. num. 15. ff. ſolut. matrim.* Auguſt. Barboſa *in capitul. 1. numer. 18. de confirm. utili, vel inutili, & in repertor. pract. concluſ. verbo Lis, verſic. Litigioſa res, in fine, fol. 223.* Surd. *de alim. titul. 9. quæſt. 32. numer. 68.* Guzman. *de eviction. quæſt. 11. numer. 73.* Thoro *in compend. deciſ. par. 1. verbo Vitium litigioſi an contrahatur, fol. 579.* Cævallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 16. num. 37.* Olea *de ceſ. jur. tit. 3. quæſt. 11. ſub numer. 20.* Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. de judiciis, reſol. 17. num. 27.* Cævallos *comm. contr. com. quæſt. 820. à numer. 49. lib. 3.* Flamin. Chartar. *deciſ. 55. num. 11.* Giurba *deciſ. 62. num. 18. in princ. & verſ. Niſi neceſſaria*, Merlin. *de pignorib. lib. 1. quæſt. 18. num. 32.* Ferentil. *ad Burat. deciſ. 166. num. 10.* Gratian. *diſcep. foren. cap. 54. num. 19.* Menoch. *lib. 1. præſumpt. 97. num. 43.* Niger. *de laudem. tom. 2. quæſt. 1. num. 120.* Stayban. *conſ. 25. num. 2.* Novar. *quæſt. foren. 26. ſub num. 2.* Marinis *reſol. jur. lib. 1. capit. 256. num. 9.* ubi Rodoer *numer. 6.* Noguerol. *alleg. 29. num. 240.* Carena *reſolut. 150. numer. 11.* Dom. Vicecancellar. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer. 107. num. 13.* Antunnez Portugal. *de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 38. num. 74. & 75.* Marquilles *in uſat. Cùm in contentione, verſic. Et nota*, Peguera *deciſ. 7. numer. 15. tom. 2.* Cancer *part. 2. var. cap. 12. numer. 48. & 49.* Don Bonaventura de Triſtany *deciſ. 51. numer. 53. verſic. Secundo, tom. 2.*
Quia alienationis prohibitio non comprehendit alie- 26
nationem neceſſariam, *leg. alienationes, ff. familiæ erciſcundæ, l. divus, ff. de petit. hæred. leg. is quo, ff. de rei vindicat. l. 1. ff. de fundo dotali, l. peto, §. Prædium, ff. de legat. 2.* Tiraquel. *de retract. §. 1. gloſ. 14. numer. 11.* Roderic. *de annual. reddit. l. 2. quæſt.*

quæst. 15. *numer.* 81. Guzman. *de evictionib. quæst.* 11. *numer.* 72. & 77. Portoles *de consortib. quæst.* 51. *n.* 1. Barbosa *appellat.* 14. *numer.* 2. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 5. *numer.* 170. & *tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 7. *numer.* 76. & *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 13. *num.* 39. Oscascus *decis.* 168. *n.* 12. Giurba *decis.* 62. *num.* 19. Bos. *de dote, cap.* 16. *num.* 72. *versic. Prohibitio*, alios plures cumulant Olea *de cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 2. *numer.* 6. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 74. *versic. Quia in prohibitione.*

27 Dicitur alienatio rei litigiosæ ex causa necessaria. Primò, per confiscationem bonorum, Alexand. *in l. Si constante*, §. *fin. numer.* 2. ubi Petr. Barbosa *num.* 15. *ff. solut. matrim.* idem Alexan. *in addit. ad Bartol. in l. fin. verbo alienari*, *Cod. de litigiosis*, Lancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 8. *num.* 2. & 12. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *de judiciis*, *resol.* 17. *num.* 36. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *litera L. num.* 160. Augustin. Barbosa *in capit.* 1. *numer.* 19. *de confirm. utili*, *vel inutili*, Menochius *lib.* 2. *præsump.* 97. *num.* 43. Cævallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 16. *num.* 38. Noguerol. *allegat.* 29. *num.* 241. *in princ.* Peguera *decis.* 7. *sub numer.* 15. *tom.* 1. Cancer *part. secunda var. cap.* 12. *sub numer.* 48. Secundò, alienatio rei litigiosæ necessaria dicitur, quando fit ex causa retractus, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *capitul.* 4. *limit.* 8. *numer.* 5. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 260. *versic. Secundò*, Lanar. *cons.* 39. *num.* 2. & 3. Marinis *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 256. *numer.* 31. 32. & 33. Merlin. *de pignorib. lib.* 1. *quæst.* 18. *numer.* 32. Augustin. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 19. *de confir. utili*, *vel inutili*. Tertiò, dicitur litigiosæ rei alienatio necessaria, quæ fit ex causa de præterito, ex traditis per Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 8. *num.* 4. 8. & 9. Giurbam *decis.* 62. *numer.* 20. Ferentil *ad Burat. decis.* 166. *num.* 10. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 260. *versic. Tertiò*, Augustin. Barbosam *in capit.* 1. *num.* 19. *de confirmat. utili*, *vel inutili*, Guzman. *de evictionib. quæst.* 11. *num.* 79. Quartò, dicitur alienatio rei litigiosæ necessaria, quando debitor dat in solutum suo creditori rem litigiosam, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 8. *à num.* 7. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 260. *versicul. Quartò*, August. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 19. *de confir. utili*, *vel inutili*, Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 256. *à numer.* 11. *ad* 20. ubi Rodoerius *numer.* 7. Carena *resol.* 250. *num.* 11. Verùm circa istos duos ultimos casus existimat Noguerol. quòd hujusmodi alienatio rei litigiosæ habet originem voluntariam, & sic absque dubio, inspecto initio, dicitur voluntaria, *allegat.* 29. *num.* 241. *versic. Sed quando*, in cujus confirmationem citat Bald. Thesaur. Franchis, Guttier. Riccium, Amat. Mieres, Giurbam, Censium, Laratham, & Fontanellam *decis.* 278. *part.* 1. quibus possunt addi Cancer *part.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 91. Gratian. *discep. foren. cap.* 544. *à numer.* 17. Sanfelicius *decis.* 103. *à numer.* 3. Luca *ad Franchis*, *decis.* 277. *num.* 1.

28 Limitatur 9. quando lis mota super re litigiosa est injusta, vel calumniosa, ut quando agens sine actione agit, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap* 4. *in præfat. num.* 471. & *limit.* 4. *à num.* 1. Riccius *collect.* 817. *versic. Limita* 2. *ibi: Quemadmodum*, Maceraten. *resol.* 69. *num.* 2. *lib.* 1. Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 256. *numer.* 8. ubi Rodoer. *numer.* 4. Menochius *cons.* 79. *num.* 27. *lib.* 1. & *cons.* 1187. *num.* 11. *lib.* 12. *de præsump. lib.* 2. *præsump.* 97. *num.* 48. Carena *resol.* 250. *num.* 10. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 263. Augustin. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 34. *de confir. utili*, *vel inutili*.

29 Limitatur 10. quando processus super re litigiosa motus est nullus ex defectu jurisdictionis, Gabriel *cons.* 52. *num.* 7. *lib.* 1. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. numer.* 472. & 475. & *limitat.* 2. Tusch. *pract. conclus. litera L. conclus.* 386. *num.* 16. Riccius *collect.* 817. *versicul. Limita* 2. *ibi: Lis autem*, Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 264. Augustin. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 34. *versicul. Nec ex processu, de confir. utili*, *vel inutili*, Antunez Portugal. *de donationib. Reg. part.* 2. *cap.* 38. *à numer.* 19.

Limitatur 11. quando lis fuerit agitata, & introducta à falso procuratore, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. numer.* 490. Osascus *decis.* 144. *num.* 8. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 97. *numer.* 51. Riccius *collect.* 817. *versic. Limita* 2. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 264. *versicul. Et propterea*, Augustin. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 2. *alleg.* 19. *numer.* 18. & *in capitul.* 1. *numer.* 34. *versicul. Nec per litem, de confirmat. utili*, *vel inutili*, Baron. *de citatione*, *tom.* 1. *quæst.* 45. *versicul. Sextus effectus, in fine.* 30

Limitatur 12. quando non agitur de ipsa re, sed de aliquo opere facto in re, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *capitul.* 4. *in præfat. num.* 498. Peregrin. *de jure fisci*, *libro* 4. *titul.* 6. *numer.* 11. Capyc. Latro *decis.* 170. *numer.* 66. Antunez Portugal *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 38. *numer.* 18. Tusch. *pract. conclus. litera L. conclus.* 380. *numer.* 7. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 266. Trentacinq. *var. resol. libro* 2. *de judiciis*, *resol.* 17. *numer.* 10. Augustin. Barbosa *in capitul.* 1. *numer.* 34. *versicul. Nec quando, de confir. utili*, *vel inutili*, & idem quando lis movetur super aliquo jure ipsæ rei annexo, Capyc. Latro *decis.* 170. *numer.* 68. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *libro* 3. *capitul.* 38. *numer.* 10. *in princ.* 31

Limitatur 13. in rebus sequestratis, seu emparatis, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 208. 210. 289. & 497. Carocius *de sequestro*, *part.* 3. *quæst.* 10. *in fine*, & *part.* 4. *quæst.* 13. Rovit. *cons.* 100. *numer.* 10. *tom.* 2. Costa *in tract. aut sciebat aut ignorabat*, *cent.* 1. *dist.* 93. *num.* 14. Menochius *lib.* 2. *præsump.* 97. *num.* 6. Pratus *discep. foren. cap.* 32. *num.* 12. *tom.* 3. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 269. August. Barbosa *in c.* 1. *num.* 34. *versic. Nec appositionem, de confir. utili*, *vel inutili*, Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 14. Rodoer. *ad Marinis*, *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 256. *numer.* 16. Cancer *part.* 2. *var. capit.* 12. *numer.* 51. Intellige quando sequestrata res, seu emparata est tempore peritura, & Judice permittente, Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *de judiciis*, *resol.* 17. *num.* 34. 32

Limitatur 14. in re litigiosa coram arbitris, Natta *cons.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 500. Menochius *lib.* 2. *præsump.* 9. *numer.* 3. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 268. Trentancinq. *var. resol. lib.* 2. *de judiciis*, *resol.* 17. *numer.* 37. Anna *singul.* 320. Augustin. Barbosa *in cap.* 1. *numer.* 34. *versic. Nec per pendentiam, de confir. utili*, *vel inutili*, Rodoer *ad Marinis*, *resol. jur. lib.* 1. *capit.* 256. *numer.* 12. Cancer *part.* 2. *var. cap.* 12. *numer.* 32. 33. 34. & 35. Despujol *ad Mieres*, *verbo Litigiosa res*, *vers. Neque coram arbitro*, *fol.* 117. Sublimita 1. ut procedat, quando voluntariè utraque parte consentiente lis coram arbitris est introducta; secus autem si ex necessitate statuti coram arbitris litigaretur, ptout sæpè practicatur in Regno Neapolis inter conjunctos, Rodoer. *ad Marinis*, *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 256. *numer.* 12. *versic. Et hanc opinionem.* Sublimita 2. ubi arbitrorum sententia mereretur executionem, prout in Cathalonia, Cancer *part.* 2. *var. capit.* 12. *numer.* 36. 37. 38. 39. & 40. qui *numer.* 41. 42. & 43. idem dicit de sententia arbitratorum. 33

Limitatur 15. quando renuntiatur per actorem causæ, liti, & instantiæ, & postea fit alienatio, quia res illa amplius non efficitur litigiosa, imo potiùs lis est prorsus extincta; *casus est in leg. postquam liti*, *Cod. de pactis*, *cap.* 1. *de litis contestat. in* 6. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 243. & *seq. num.* 477. & *seq.* & *limit.* 6. *num.* 2. 3. & 4. Tusch. *pract. conclus. litera L. conclus.* 34

85. *num.* 7. *& concluſ.* 386. *num.* 12. Oſaſcus *deciſ.* 144. *num.* 9. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. à numer.* 405. Peregrin. *de jure fici, lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 40. *verſic. Et idem*, Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 97. *num.* 61. *verſic. Secundò*, Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *de judiciis, reſol.* 17. *numer.* 50. Cancer.
35 *part.* 2. *capit.* 12. *numer.* 24. Et idem ſi per tranſactionem partium à lite recedatur, *leg. Cum mota, Cod. de tranſact.* Decius *in l.* 2. *num.* 56. *Cod. de tranſact.* Lancellot. *de attentat. part.* 2. *capit.* 4. *in præfat. num.* 246. *& ſeq. & limit.* 8. *numer.* 8. *&* 9. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 40. *in prin.* Menochius *de arb. Jud. caſu* 202. *numer.* 15. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 97. *num.* .... *in prin.* Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 405. Gamma *deciſ.* 199. *numer.* 5. Carpan. *ad ſtat. Mediolanen. tom.* 1. *cap.* 68. *numer.* 78. *&* 79. Valeron.
36 *de tranſact. titul.* 5. *quæſt.* 1. *numer.* 18. Idemque quando alienatio rei litigioſæ fit de partium litigantium voluntate, Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *titul.* 6. *numer.* 26. Menochius *lib.* 3. *præſump.* 97. *num.* 44.
37 Limitatur 16. lata ſententia, Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *de judiciis, reſol.* 17. *num.* 30. Oſaſcus *deciſ.* 144. *num.* 9. Sublimita 1. ut procedat, ſi à
38 ſententia non eſt appellatum, vel aliter tranſitum fecit in judicatum, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. à num.* 213. Tuſch. *pract. concluſ. litera L. concluſ.* 385. *num.* 1. *&* 4. *&* *concluſ.* 386. *num.* 24. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 413. Auguſtin. Barboſa *in cap.* 1. *numer.* 32. *de confirmat. utili, vel inutili*, Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 41. *verſic. Modò tamen*, Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *libro* 3. *capitul.* 38. *num.* 73. Cancer *part.* 2. *var. capit.* 12. *numer.* 25. ſecùs ſi à ſententia fuerit appellatum, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *capit.* 4. *in præfat. num.* 242. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 418. Sublimita 2. ut procedat, ſi ſententia fuerit lata in favorem rei; ſecùs ſi fuerit lata ad favorem actoris, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *capit.* 4. *in præfat. nu.* 241. Tuſch. *pract. concluſ. litera L. concluſ.* 385. *n.* 8. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 41. *in princ.* Menochius *lib.* 2. *præſump.* 97. *num.* 61. *verſ. Quartò*, Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *litera L. nu.* 417. conducunt Lanar. *conſ.* 6. Rodoer *ad Marinis, lib.* 1. *reſol. jur. capit.* 256. *numer.* 9. Sublimita 3. ſi ſententia juſtificetur ex actis, vel ſit juſta; ſecùs ſi non juſtificetur ex actis, vel ſit injuſta, Burat. *deciſ.* 178. *numer.* 9. Auguſtin. Barboſa *in capitul.* 1. *numer.* 33. *de confir. utili, vel inutili*, Sublimita 4. ſi ſententia ſit executa, ſecùs ſi non ſit executa, Burat. *deciſ.* 178. *num.* 10. Auguſt. Barboſa *in cap.* 1. *num.* 32. *&* 33. *de confir. utili, vel inutili*, Duran. *deciſ.* 430. *numer.* 5. *&* 6. Tondut. *de præven. Jud. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 15. Sed hanc quartam ſublimitationem non puto veram, ex traditis in terminis per Tuſchum *pract. concluſ. litera L. concl.* 386. *num.* 15. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 413. *in fine*, Olea *de ceſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 11. *à num.* 23. *ad* 27. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 73. *verſic. Dummodo*, Cancer *part.* 2. *var. cap.* 12. *numer.* 25. maximè ſi ſententia lata ſit in favorem rei, quia ſententia abſolutoria non eget decreto executionis, & ſic non indiget executorialibus, cùm ſecum trahat executionem, Peguera cum deciſionibus Noſtri Senatus *deciſ.* 59. *tom. ſecundo*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *numer.* 86. Don Petrus de Amigant *in addit. ad Pegueram, in pract. civili, rub.* 29. *num.* 162.
39 Limitatur 17. perempta inſtantia judicii, Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *de judiciis, reſol.* 17. *num.* 26. Tuſch. *pract. concluſ. litera L. concluſ.* 386. *num.* 26. Rovit. *in prag. prima, num.* 12. *de inſtan. cauſ.* Gamma *deciſ.* 199. *numer.* 5. Rodoer. *in addit. ad Marinis, lib.* 1. *reſol. juris, cap.* 256. *num. decimo*, plures cumulant Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 39. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 293. Antunez Portugal. *de donat. Reg. libro ſecundo, capit.* 38. *num.* 23. *&* 24. Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 97. *num.* 46. *&* 61. *verſicul. Tertiò*, ſed vide Guid. Papam *deciſ.* 337. *num.* 4. Vivium *deciſ.* 385. Oſaſcum *deciſ.* 144. *num.* 9. Lancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. à num.* 281. *&* *à numer.* 566. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. à numer.* 419. Novarium *in rub. collect.* 1. *numer.* 30. *de inſtantia cauſæ*, Surd. *deciſ.* 429. *numer.* 58. *&* 59. Rovit. *conſ.* 66. *numer.* 2. *lib.* 1. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo Vitium litigioſi an duret, fol.* 579. Cancer *part.* 2. *var. cap.* 12. *numer.* 26. *&* 27. Manfrellam *ad Cayc. Latro, & ab eo citati, deciſ.* 170. *num.* 23. *lib.* 2. Fermoſin. *in cap. Propoſuiſt.* 19. *quæſt.* 17. *à num.* 2. *de foro compet.*

Limitatur 18. in locatione rei litigioſæ ad mo- 40
dicum tempus; ſecùs verò in locatione rei litigioſæ ad longum tempus, Abbas *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.* 9. *ut lite pendente*, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *numer.* 59. Tuſch. *pract. concluſ. litera L. concluſ.* 386. *numer.* 56. Carocius *de locato, part.* 4. *tit. de litigioſis*, Coſta *in tract. aut ſciebat aut ignorabat cent.* 1. *diſt.* 93. *nu.* 4. Perigrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *titul.* 6. *numer.* 10. *verſic. Item nec, & verſic. Ad modicum*, Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 97. *numer.* 32. *verſic. Ita nec*, Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 258. Auguſtin. Barboſa *in cap.* 1. *num.* 27. *de confir. utili, vel inutili*, Cancer *part.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 47. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 38. *num.* 27. *&* 28.

Ratio diverſitatis eſt. Quia locatio ad modicum 41
tempus non eſt alienatio, nam prohibitus alienare, & obligare non cenſetur prohibitus locare ad modicum tempus, *ut probat text. in Clement.* 1. *ubi gloſ. & Doctores de rebus Eccleſiæ non alienandis.* At locatio ad longum tempus alienationis appellatione comprehenditur, nam de natura locationis ad longum tempus eſt, ut conſtituat jus in re, & utile dominium transferat, & dicitur res alienata, *cap. Nulli, c. Ad audientiam, de rebus Eccleſiæ non alienandis, l.* 1. *ff. de ſuperficiebus, gloſ. in lib.* 2. *ff. ſi ager vectigabilis*, Gomez *in leg.* 40. *tauri*, *numer.* 84. Carocius *de locato, tit. de locatione ſine tempore, quæſt.* 3. *fol.* 54. *pag.* 2. Menochius *de arb. jud. caſu* 5. *numer.* 2. 3. *&* 4. Jul. Clar. §. *emphiteuſi*, *numer.* 19. Urſellius *verbo Alienatio, concluſ.* 84. *num.* 93. 94. 95. 98. 99. *&* 100. *num.* 2. *tit. de locato*, alios innumeros citant Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 525. *num.* 2. Barboſa *appellat.* 14. *numer.* 11. *& in cap. Nulli* 5. *numer.* 12. *de rebus Eccleſiæ non alienandis, & in Clement.* 1. *num.* 11. *&* 12. *de rebus Eccleſiæ non alienan. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 30. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *capit.* 18. *dub.* 1. *numer.* 2. Poſtius *de manuten. obſerv.* 24. *numer.* 4. Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 2. *var. cap.* 16. *numer.* 10. 13. 14. *&* 15. Boſſius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 319. ex no- 46
ſtris Cancer *part.* 2. *var. reſol. capit.* 14. *numer.* 26. Ilerdenſis Ferrer *in conſtit. Los impubers, gloſ.* 4. *à numer.* 181. & punctim idem Cancer *part.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 47. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 27.

Tempus modicum, vel tempus longum quod di- 42
catur? ſeptem opiniones refert Menochius *de arb. jud. caſu* 5. *numer. verſicul. Quær.* ſed verior, & communis eſt opinio totum hoc arbitrio Judicis relinqui, *gloſ. in l.* 1. §. *Quod autem*, ubi Bartol. *ff. de ſuperficieb. gloſ. ult. in Clement.* 1. ubi Auguſtin. Barboſa *numer.* 13. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*, Menochius *de arb. jud. caſu* 5. *num.* 12. Carocius *de locat. part.* 2. *tit. de rebus Eccleſiæ locandis, concl.* 7. *numer.* 25. Pereyra *de reſol. emphyt. capit. primo, numer.* 23. Vaſquez *in opuſcul. tractat. de redditib. capitul.* 2. §. 2. *numer.* 22. Cævallos *comm. controv. comm. quæſt.* 199. *numer.* 13. Molina *de juſt. & jur. diſput.* 245. *numer.* 3. Mantica *de tacitis, libro* 5. *tit.* 4. *numer.* 8. Covar. *lib.* 2. *var. capit.* 16. *numer.* 1. *in initio*, ubi Ybannez *de Faria, num.* 12. *verſ.*

Illud

Illud autem, & num. 32. Bossius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 32.

43 Judex autem arbitrari debet modicum tempus infra decennium, longum tempus decennium, seu decem annos, & ultra, sicque passim observari testatur Carocius, plures antiquos citans *de locat. part.* 2. *titul. de rebus Ecclesiæ locandis, conclus.* 7. *numer.* 26. Boer. *decis.* 234. *numer.* 1. 2. & 3. Bartol. communem dicit, *in l.* 1. §. *Quod autem, numer.* 3. *ff. de superficieb.* Covar. *libro* 1. *variar. capitul.* 16. *sub numer.* 1. ubi Ybannez de Faria *num.* 11. *versic. Et tamen advertendum, & numer.* 12. Cævallos *comm. controv. comm. quæst.* 199. *numer.* 14. Menochius *de arbit. jud. casu* 5. *numer.* 8. Mastril. *decis.* 4. *numer.* 10. & 11. *tom.* 1. Novarius *in rub. collect.* 1. *numer.* 6. *de locato*, Mantica *de tacitis, libro* 5. *titul.* 4. *numer.* 9. & 10. Molina *de primog. Hispan. lib.* 1. *capit.* 21. *numer.* 29. alter Molina *de just. & jure, disput.* 445. *num.* 4. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 3. alios plures addunt Fusarius *de substitut. quæst.* 525. *num.* 5. August. Barbosa *in Clement. num.* 14. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, & de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 14. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 18. *dub.* 1. *num.* 3. & 4. Bossius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 321. *post princ. versic. In hoc tamen*, ex nostris Ripoll. *var. cap.* 12. *numer.* 128. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 27. Ferrer. *in constit. Los impubers, glos.* 4. *num.* 181.

44 Verùm existimo standum esse consuetudini Regionis, Jul. Clarus, §. *emphyteusis, quæst.* 19. quæ in Cathalonia varia est, frequenti tamen casu in majori parte Principatus longum tempus dicitur, quod excedit quinque annos, videantur Socarrats *in comm. Petri Alberti, cap. eodem, numer.* 80. *fol.* 130. *& in cap. Cautum, num.* 27. *fol.* 552. Solsona *in luce, laudem. prælud.* 4. *num.* 21. & 22. Peguera *in constit. Item ne super laudemio, versic. Primo, numer.* 100. *ibi; Et ideo existimo*, ubi Villaplana *in addit. prælud.* 3. *numer.* 55. Ripoll. *var. capit.* 12. *numer.* 228. *versicul. In Cathalonia, & numer.* 229. Cancer. *part.* 1. *variar.* 1. *capitul.* 11. *numer.* 79. & *cap.* 14. *numer.* 27. *versic. Prædicta, & num.* 28. & *part.* 2. *cap.* 12. *numer.* 47.

45 Limitatur 19. aliis pluribus modis, de quibus Lancellot & Carpan. ad quos se refert Sperell. *decis.* 7. *numer.* 18. *lib.* 1. Riccius *collect.* 817. *versic. Nunc limita, cum seq.* Guazin. *de confiscat. bonor. quæst.* 20. Menoch. *libro* 2. *præsump.* 97. *à numer.* 37. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. à numer.* 235. Augustin. Barbosa *in cap.* 1. *à numer.* 18. *de confirmat. utili, vel inutili*, Don Bonaventura de Tristany *decis.* 51. *num.* 53. *tom.* 1. remissivè multis citatis Despujol *ad Mieres, verbo litigiosa res, col.* 2. *versicul. Et casus in quibus, fol.* 117. remissivè Domin. Vicecancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 107. *sub num.* 13.

46 Præmitto 1. quòd litigiosa res dicitur, quæ alienari non potest, quando lis fuit mota super dominio, & sic rei vindicatione, & reali actione inter petitorem, & possessorem judiciaria contentione, *tex. in prin. in authent de litigiosis, authent. litigiosa*, ubi Butrigar. Bellapertica, Cyn. Odofred. Bald. Salicet. & Sichard. *l.* 2. *glos. verbo Deducta, Cod. de litigiosis, glos. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 3. *verbo Litigiosi, versic. Vitium litigiosi dicitur*, ubi Hostien. *ut lite pendente, glos. in cap.* 1. *verbo Litigiosæ, de confir. utili, vel inutili*, Menoc. *cons.* 79. *num.* 26. *lib.* 1. *& de præsump. lib.* 2. *præsump.* 97. *n.* 7. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. §. 5. *num.* 7. Tusch. *pract. conclus. litera L. conclus.* 386. *num.* 33. & 59. Covar. *pract. cap.* 15. *num.* 6. Guido Papa *decis.* 337. *numer.* 6. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de judiciis, resol.* 17. *numer.* 3. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 16. *numer.* 4. Barbosa *de leg. Luxit. lib.* 4. *tit.* 10. *num. primo*, Capyc. Latro *decis.* 170. *numer.* 30. Reverter. *decis.* 150. *numer.* 1. Duran. *decis.* 281. *num.* 1. & *decis.* 364. *numer.* 8. Ludovis. *decis.* 335. *numer.* 4. Roxas *decis.* 209. *num.* 4. Gail. *lib.* 1. *observ.* 118. *num.* 5. Valenzuela *cons.* 111. *numer.* 8. *lib.* 2. Salgado *in labyr. credit. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 13. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 11. *num.* 2. *tom.* 2. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. numer.* 276. Augustin. Barbosa *de potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 19. *num.* 19. & *in cap.* 1. *nu.* 2. *de confirmat. utili, vel inutili*, Osascus *decis.* 144. *numer.* 7. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 6. *numer.* 3. Costa *in tract. aut sciebat aut ignorabat, cent.* 1. *dist.* 93. *num.* 2. Guzman. *de eviction. quæst.* 11. *num.* 43. *in prin.* Carena *resol.* 250. *num.* 1. Valenzuela *cons.* 111. *numer.* 8. & 14. *tom.* 2. Domin. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat.* 107. *num.* 7. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 6. Fermosin. *in cap. Proposuisti* 19. *quæst.* 14. *numer.* 8. *de foro compet.* Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 12. *numer.* 1. Merlin. alios plures citat *de pignorib. lib.* 1. *quæst.* 18. *numer.* 3. & *post tract. decis.* 113. *num.* 8.

Ampliatur 1. ut litigiosa res dicatur, non solùm 47
quando pendet lis super dominio, sed etiàm quando pendet lis super quasi dominio, directo, vel utili, *glos. in authent. litigiosa, verbo Dominio*, ubi ponit exemplum, quando lis est mota per publicam actionem, vel per aliquam utilem rei vindicationem, ubi Bellapert. Odofred. *num.* 1. *vers. Ut certè*, Sichard. *numer.* 5. ubi infert quando agitur ad feudum, vel emphyteusim, *Cod. de ligiosis*, Covar. *pract. cap.* 15. *numer.* 6. Ludovis. *decis.* 335. *num.* 4. Peregrin. *de jure fisci, libro* 4. *titul.* 6. *numer.* 1. Matthæus *ad Guid Pap. decis.* 479. Tusch. *pract. conclus. litera L. conclus.* 386. *numer.* 33. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 97. *num.* 7. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *de judiciis, resol.* 17. *num.* 3. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 11. *num.* 2. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera L. num.* 277. Augustin. Barbosa *in capit.* 1. *numer.* 3. *de confirm. utili, vel inutili*, Dominus Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ.* 107. *numer.* 7. Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 6.

Ampliatur 2. ut procedat, quando lis pendet 48
Et licèt hæc regula plures patiatur limitationes, 36
& fallentias, quas latè referunt Felin. *in cap. Cùm omnes* 6. *numer.* 17. & 18. Decius *à numer.* 19. *de constitut. Additio ad Bernard. Diaz in annotatione ad regul.* 449. *vers. Hanc regulam*, inter eas limitatur ex communi opinione, ut locum habeat in resolutionibus, & deliberationibus necessariis, vel saltem utilibus, secùs in actibus merè voluntariis, veluti in donationibus, in quibus omnium consensus requiritur, ita ut si unus contradicat, resolutiones, & deliberationes non sint validæ, Franchis, Costa, Cohel & Seraphin. quos refert, & sequitur Conciol. *ad statut. Eugub. lib.* 1. *rub.* 21. *numer.* 4. Xammar. *de privileg. Barcin.* §. 20. *numer.* 44. ubi Monras *numer.* 68. & 69. Buccaron. *de different. inter Judic. civil. & crim. differ.* 162. *numer.* 15. *cum seq.* Reverter. *decis.* 432. *numer.* 2. *versic. Quam tamen conclusionem*; Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 12. *quæst.* 9. *numer.* 10. Balmaseda *de collect. quæst.* 220. *num.* 13. Felin. *in cap. Cùm omnes* 6. *num.* 17. *vers. Fallit.* 1. ubi Decius *à numer.* 30. Barbosa *num.* 5. Fermosin. *quæst.* 2. *numer.* 11. *de constitut.* Ferentil. *ad Burat.* plures laudat *decis.* 573. *num.* 10. & 12.

Limitatur etiam, ut procedat, quando quod à 37
majori parte agitur, ad universos refertur; secùs in his, quæ sunt communia pluribus, ut singulis, nam tunc factum à majori parte non valet, etiam 38
si essent mille, nisi omnes consentiant, Decius *in cap. Cùm omnes* 6. *à numer.* 21. Felinus *numer.* 18. *vers. Decimo fallit*, Barbosa *numer.* 6. Fermosinus, *quæst.* 1. *numer.* 6. & 7. & *quæst.* 2. *num.* 1. 6. 7. & 8. *de constitut.* Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 14. Villagut *de reb. Eccles. non alienand. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 101. *numer.* 7. & 8. & *cap.* 102. *num.* 7. Portoles *ad Molin.* §. *Captus*, *num.* 14. Gratian. *decis. Marchiæ* 183. *num.* 3. & *in addit. num.* 1. & *decis.* 217. *num.* 6. Padilla *in l. aquam*, *numer.* 2. & 3. *C. de servitutib. & aqua*, Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 12. *quæst.* 9. *num.* 1. Guttierez *pract. lib.* 4. *quæst.* 32. *numer.* 1. Guttierez *pract. lib.* 4. *quæst.* 32. *num.* 26. Franchis *decis.* 197. Marchus *decis.* 489. Novarius *in pragmat.* 2. *collectan.* 3. *numer.* 20. *de administr. Universi.* Mastrill. *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 15. *à numer.* 21. Balmaseda *de collectan. quæst.* 26. *num.* 11. 12. 13. & 14. Diana *resolut. mor. par.* 1. *tract.* 3. *resol.* 29. & *in coordinat. par.* 7. *tract.* 6. *resolut.* 31. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *num.* 83. *versic. Verum*, & *decis.* 565. *n.* 5. *par.* 2. Reg. Leo *decis.* 11. *num.* 3. & 4. *lib.* 3. Burat. *decis.* 573. *num.* 9. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *tract.* 2. *verbo Major pars*, *fol.* 62.

Cæterùm quoad primam limitationem, quòd in 39
actis merè voluntariis major pars aliis præjudicare non possit. Dico primò, quòd distinctio hujusmodi nullo jure probatur, sed indistinctè procedit dispositio *l. quod major* 19. *ff. ad municipal.* quod major pars potest minori præjudicare, tàm in actibus voluntariis, quàm in actibus voluntariis,

ita Reverter. *decis. 128. sub num. 2. multo post medium*, sequendo Decium *in cap. Cum omnes 6. num. 29. præcipuè num. 30. vers. Præterea, de constit.* Dico secundò, quod in his, quæ ad Universitatem uti Universitatem spectant, etiam in his, quæ sunt voluntaria, id quod fit à majori parte, aliis præjudicat, ut tenent Cardinal. Abbas, Felinus, & Decius, quos citat Reverter. *decis. 432. numer. 2. versic. Est benè verum*, licèt ipse hanc opinionem in puncto juris probabilem esse, & communem esse in contrarium dicat. Dico tertiò, quòd major pars sufficit etiam in voluntariis, nisi minor pars doceat de irrationabilitate, ut tenent Felin. *in capit. Cùm omnes 6. numer. 18. versic. Sed concluderem, de constitut.* Gratian. *discept. forens. capit. 721. numer. 17. & in addit. ad decis. Marchiæ 183. numer. 1.* Surd. *cons. 65. num. 21. lib. 1.* quos refert, etsi non sequatur Ferentill. *ad Burat. decis. 573. numer. 11.* Sed quidquid sit de his. Dico quartò, quòd si est consuetum in Universitate, quod in actibus merè voluntariis major pars prævaleat, sufficit major pars & præjudicat minori, ut cum Baldo notat Felin. *in cap. Cum omnes 6. num. 18. de constitut.* & sic servatur in centumvirali Consilio, seu centum Juratorum Civitatis Barcinonæ, ut prævaleat in actibus etiam merè voluntariis, quod à majori parte convocatorum resolvitur, Xammar. *de privil. Barcin. §. 20. num. 44. in fine*, ubi Monras *num. 68. & 69. in fine*, & idem observatur in aliis Civitatibus, & universitatibus Cathaloniæ. Illud autem notandum est, quod major pars convocatorum in Consilio sufficit ad condonandum Regi, Aponte *de potestat. Proreg. tit. 4. de diversis impositionib. à numer. 18.* Reverter. *ad Marinis, decis. 432. n. 3.* Valenzuela *cons. 99. num. 62. par. 1.* Diana *resol. mor. par. 1. tract. 3. resol. 27. & in coordin. par. 7. tract. 6. resol. 23.* Fermosin. *in cap. Cùm omnes 6. quæst. 2. à n. 64. de constitut.*

40 Respectu secundæ limitationis, Dico, Quod non applicatur casui nostro. Nam illa procedit in his, quæ sunt communia pluribus singulis, ut singulis, nam tunc major pars non potest præjudicare minori, sed omnium consensus requiritur, ut in casibus *l. per fundum, ff. de servitut. rust. prædior. l. si plures, ff. de relig. & sumpt. funer. l. si autem plures, ff. de aqua pluvia arcenda*, Thoro *in compendio decis. par. 3. sect. 2. verbo Major pars, fol. 62.* Padilla *in l. aquam, num. 2. & 3. C. de servitutib. & aqua*, Hermosilla *l. 15. gloss. 2. numer. 51. tit. 5. par. 5. fol. 82. pag. 2. tom. 2.* Balmaseda *de collect. quæst. 120. numer. 11. 12. & 13.* & alii *statim allegandi*, secùs verò quando tractatur de negotio tangente plures ut singulos, quo casu major pars Consilii Universitatis prævalet, & minori parti præjudicat, *juxta text. in l. quod major, ff. ad municipal.* sic doctè explicat, & declarat Marinis *in observat. ad Reverter. decis. 128. num. 1.* Reg. Leo *decis. 11. num. 3. & 4. lib. 3.* Franchis *decis. 197.* ubi Luca *num. 4.* multos alios citant Ramon noster *cons. 87. num. 21.* Fermosin. *in cap. Cùm omnes 6. quæst. 2. num. 1. de constitut.* & alii ex laudatis *numer. 38.* maximè si aliqua justa causa adsit, & aliud reperiatur expressum, idem Fermosin. *in cap. Cùm omnes 6. quæst. 2. num. 10. de constit.* & potest poni exemplum in impositione collectæ & gabellæ, in qua major pars Consilii Universitatis prævalet, & minori parti præjudicat, Marcus *decis. 489. n. 18.* Ferentil. *ad Burat. decis. 573. num. 16.* & ex Rovito, & Barbat. tradit Quesada Pilo *dissert. 22. numer. 88.* Gratian. *decis. Marchiæ 217. n. 4.* quamplurimos citat Balmaseda *de collect. quæst. 120. n. 10.* & multo magis si adsit causa necessaria, Felin. *in cap. Cùm omnes, num. 18. versic. Decimo fallit, in fine de constitut.* conducit Balmaseda *de collect. quæstion. 120. num. 15.*

41 Ex quibus Universitas in ipsius beneficium ex deliberatione majoris partis Consilii potest incolis, & vicinis prohibere tabernas, in quibus res minutatim venduntur, vulgò Tendes, illasque locare ad solvendum onera illius, etiam quod singuli incolæ, & vicini haberent ex foro facultatem vendendi res minutatim, ut decisum in Senatu Valentino refert Reg. Leo *decis. 11. lib. 3.* sic per centumvirale Consilium, seu centum juratorum Civitatis Barcinonæ, fuit deliberatum in ipsius beneficium, quod fieret districtus tabachi, non obstante, quod Aromatarii prætendebant in sui præjudicium fieri non posse propter privilegia eorum Collegio concessa, sed Regia Audientia approbavit deliberationem per Civitatem factam, sententia lata, referente Egregio Senatore Nobili Hieronymo de Magarola, de die, mense, anno, & Actuario non recordor. 47 48

An autem si in territorio Universitatis adesset aliquod molendinum, seu aliquis furnus alicujus Ecclesiæ, possit Universitas in præjudicium ipsius Ecclesiæ prohibere civibus accessum ad alia molendina, seu alios furnos præter illa ipsius Universitatis? Videndi sunt Craveta *de antiquit. tempor. par. 4. cap. Circa præmissa, à numer. 8. & 25.* Guttier. *pract. lib. 4. quæst. 32. à num. 15.* remissivè Trentacinq. *var. resol. lib. de servitutib. resol. 1. num. 13.* Covar. *in reg. possessor. part. 2. §. 4. num. 8.* Fermosin. *in cap. Cùm omnes 6. quæst. 1. numer. 5. de constitut.* Maceraten. *var. resol. lib. 1. resol. 65. num. 4.* Rodoer. *ad Marinis, resol. jur. lib. 1. cap. 32. numer. 14. in fine*, sed vide de furno Ecclesiæ à me tradita *decis. 216. num. 2. par. 4.* 43 49 50

Dum prædicta scribebam, injunctum mihi fuit per Excellentissimum Dominum Proregem & Capitaneum Generalem Cathaloniæ Don Carolum de Gurrea, Aragon, Alagon & Borja, Ducem de Villahermosa, Comitem de Luna, Sastago, & Ficallo, Marchionem de Aguilar. Equitem Insignis Ordinis aurei velleris del Tuson, & de Consilio Status Suæ Regiæ Majestatis, circa exploratores, vulgò Espias. An confugientes ad Ecclesiam gaudeant ejus immunitate? quod dubium tractare omisi *decis. 94. part. 2.* quia à nemine inveni formiter tractatum. 43

Sed antequam respondeam, Præmitto, Grave dubium esse inter Doctores. An de jure communi reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam gaudeat ejus immunitate? 44 51

Dixi de jure communi. Quia per Bullam Gregorii XIV. reus criminis læsæ Majestatis in personam Principis confugiens ad Ecclesiam non gaudet ejus immunitate, ut docent quamplures quos citavi *decis. 94. num. 3. par. 2.* quibus addantur Diana *resol. mor. par. 1. tract. 1. resolut. 6. 7. & 20. & par. 4. tract. 1. resol. 103. & par. 6. tract. 1. resolut. 18. & in coordinat. part. 9. tract. 1. resol. 50. 51. 52. 53. & 54.* Ybannes de Faria *in addit. ad Covar. var. resol. cap. 20. num. 146. in princ.* noster Villaplana *in addit. ad Peguer. in constit. Item ne super laudemio, vers. 6. num. 87.* Reg. Matthæu *de re crim. controvers. 7. num. 26. in princ.* 45

Verùm circa Bullam Gregorianam non immoror. Tum quia non est usu recepta in Principatu Cathaloniæ, nec in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, Lusitaniæ, Castellæ, nec in tota Hispania, nec in Regnis del Perù, nec in aliis pluribus Regnis, & Provinciis. Tum quia ab ea generaliter, & absolutè fuit per Dominum Regem supplicatum pro omnibus Regnis Hispaniæ ut docent innumeri Doctores, quos cumulavi *decis. 3. numer. 26. & 27. par. 1. & decis. 118. à num. 13. ad 42. par. 2.* & inter eos Dominum Vicecancellarium Don Cristophorum Crespi de Valdaura *observat. 63. tota*, ubi *numer. 44.* epistolicum rescriptum ad literam tradit, quibus addo Ybannes de Faria *in addit. ad Covar. lib. 2. var. cap. 20. numer. 33. in fine, & numer. 45. in fine, & numer. 213. in fine*, Frasso *de Reg. patron. Indiar. cap. 74. n. 28. tom. 2.* mè citato Reg. Matthæu *de re crim. controvers. 7. numer. 14. & 15. & controvers. 78. num. 101. in fine*, Antunez Portugal. *de donat. Regiis, lib. 2. capit. 10. num. 95.* Don Bonaventura de Tristany Doctis- 46 52 53

simus

simus meæ Aulæ Senator *decis.* 10. *numer.* 110. & *decis.* 22. *num.* 4. *tom.* 1.

47 De jure verò communi meritò dubitari potest, an reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam gaudeat ejus immunitate, ut relatis hinc inde opinionibus dicit Ybannez de Faria *in addit. ad Covar. var. resol. lib.* 2. *capit.* 20. *numer.* 146. *versic. Olim.* cogitandumque relinquit Azevedo loco à me citato *decis.* 94. *num.* 1. *part.* 2.

48 Prima est opinio affirmativa, quod reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam gaudet de jure communi ejus immunitate, & ab ea invitus extra hi non potest, sic docent Doctores à me citati *decis.* 94. *num.* 2. *part.* 2. quibus addo Cabreros Avendanno *de metu, libro* 2. *cap.* 30. *à num.* 16. *ad* 23. qui fundantur.

49 Primò, quia crimen læsæ Majestatis est proximum sacrilegio, ut dicit textus *in l.* 1. *in princ. ff. ad leg. Iul. Majest.* Larrea *allegat. fiscal.* 66. *n.* 30. Farinac. *de crim. læsæ majest. part.* 4. *quæst.* 112. *num.* 2. sed sacrilegus confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, ut docent plures, quos tradidi *decis.* 93. *num.* 5. *part.* 2. ergo reus læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, ita argumentatur Cabreros Avendanno *num.* 16. & 17.

50 Secundò. Quia fabricator falsæ monetæ committit crimen læsæ Majestatis, cùm Principem & ejus Majestatem offendat, ut tradunt plures, quos citavi *decis.* 87. *num.* 10. *part.* 2. Larrea *alleg. fiscal.* 65. *n.* 56. ex quo monetam fabricare est de regalibus, & solus Princeps eam cudere potest, ut tradunt à me citati *decis.* 87. *num.* 8. & 9. *part.* 2. sed fabricator falsæ monetæ confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, Ego quamplures laudo *decis.* 87. *num. primo, part.* 2. quibus addo Ybannez de Faria *in addit. ad Covar. lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 197. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de competen. jurisdic. quæst.* 79. *numer.* 29. Ergo reus læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate. Sic argumentatur Cabreros Avendanno *num.* 18. & 19.

51 Tertiò. Quia reus cujuscumque criminis, etiam gravis, confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate de jure communi, nisi in aliquibus casibus exceptis, *in cap. inter, alia de immunitate Eccles.* Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 4. *à num.* 12. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 24. *sect.* 1. Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 11. *disp. unica, punct.* 10. *n.* 1. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 1. *num.* 13. & cum multis Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 2. *variar. cap.* 20. *numer.* 55. sed in isto textu non reperitur exceptum crimen læsæ Majestatis humanæ in primo capite. Ergo reus læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, ita argumentatur Doctores à me citati *decis.* 94. *numer.* 2. *part.* 2.

52 Quartò & ultimò. Quia historiis observatum legimus apud Lacedæmonios Pausaniam criminis læsæ Majestatis accusatum, tutum ad Asylum Palladis Chalcicæ perfugium expertum esse, evasisseque impunitum referunt Diana *resol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 18. *versic. Sed cessat, & in coordinat. par.* 9. *tract.* 1. *resol.* 50. *num.* 3. *in fine*, Gambacurta *de immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 18. & *cap.* 15. *sub num.* 14. & *lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 1. *in prin.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 1. *num.* 7. *versic. Sic.* alias plures historias ad propositum tradunt Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 55. *versic. Y, por estos Autores haze*, Cabreros de Avendanno *de metu, lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 20. 21. & 22.

53 Secunda est opinio negativa. Quod reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam non gaudet de jure communi ejus immunitate, sed inde invitus extrahi potest, ut docent quamplures alii Doctores, quos laudavi *decis.* 64. *numer.* 4. *part.* 2. & *decis.* 104. *numer.* 8. quibus addo Ambrosin. *de immun. Eccles. capit.* 9. *numer.* 1. & 2. Villaplana *in addit. ad Pegueram, in constit. Item ne super laudemio, versic.* 6. *numer.* 85. & 86. Mexia de Cabrera *in summul. immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 11. §. 8. *numer.* 13. *in fine*, Reg. Matthæu *de re crimin. controver.* 7. *num.* 26. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisd. quæst.* 110. *numer.* 17. & refert quamvis non sequatur Cabreros Avendanno *de metu. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 15. & hæc opinio negativa, quæ verissima est fundatur.

Primò divinis literis, *Regum.* 4. *capitul.* 11. & *Paralipomenon.* 2. *cap.* 22. & 23. nam Atalia mater Ocasiæ culpata in hoc crimine læsæ Majestatis fuit extracta à Templo, & punita pœna mortis. *Et Regum.* 3. *cap.* 2. mandavit Salomon extrahere Joab à Templo, eumque occidere propter crimen læsæ Majestatis. 54

Secundò. Quia crimen læsæ Majestatis est exceptum, *can. Si quis cum militibus* 6. *quæst.* 1. Garzia *de Nobilitate, glos.* 3. *num.* 33. Valenzuela *in l. fin. num.* 3. Amaja *nu.* 9. *C. de delatoribus, lib.* 10. & sic non comprehenditur sub regula, & dispositione generali, etiam text. *in c. Inter alia de imm. Eccles.* Ergo reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam non gaudet de jure communi ejus immunitate. Sic argumentantur Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 28. *num.* 72. Ambrosin. *de immun. Eccles. capit.* 9. *numer.* 1. Gambacurta latè *de immun. Eccles. lib.* 5. *cap.* 43. *toto*, Cutel. *de immun. Ecclesiar. lib.* 1. *quæst.* 6. *n.* 15. Ego *decis.* 94. *num.* 4. *part.* 2. Reg. Matthæu *de re crim. controv.* 7. *num.* 29. 55

Tertiò. Quia crimen læsæ Majestatis est proximum sacrilegio, ut dictum est *num.* 49. sed sacrilegus confugiens ad Ecclesiam secundùm veriorem sententiam de jure communi non gaudet ejus immunitate, Ergo cum pluribus *decis.* 93. *numer.* 10. *part.* 2. quibus addo Ybannez de Faria *in addit. ad Covar. lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 187. & 188. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de competen. jurisdict. quæst.* 90. *num.* 7. & 8. Ergo reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam non gaudet jure communi ejus immunitate. 56

Quartò. Si latro publicus, nocturnus depopulator agrorum, homicida proditorius per insidias, ex proposito, seu animo deliberato, & per assassinium excipiuntur à regula generali immunitatis Ecclesiæ, absurdum esset quod sub ea remaneret reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite, quod crimen multò gravius est prænarratis delictis. Tum ratione personæ, quæ offenditur. Tum etiam ratione pœnæ impositæ, ita argumentantur Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 28. *num.* 71. Ambrosin. *de immun. Eccles. capit.* 9. *numer. primo*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 55. Ego *decis.* 94. *sub num.* 4. *part.* 2. Cutel. *de immun. Eccles. libro* 1. *quæst.* 6. *num.* 25. & 26. 57

Quintò. Quia historiis etiam observatum legimus Apud Romanos Cassius Brutus Civis Romanus, cùm in bello Latino certa mercede cum hostibus contra patriam convenisset, de portis urbis illi aperiendis, detectaque proditione ad Palladis auxiliaris Templum confugisset, ibi non modo servatus non est, sed à proprio parente Cassio Bruto Cive optimo, deque patria benemerito occlusis Templi foribus fame necatus, insepultus, & illamentatus fuit objectus referunt Gambacurta *de immun. Eccles. lib.* 1. *capit.* 15. *sub numer.* 14. & *lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 1. *post prin.* Guazin. *defen.* 1. *cap.* 28. *num.* 31. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 23. Farinac. *in praxi, par.* 1. *quæst.* 28. *sub num.* 7. Gigas *de crim. læsæ Majest. lib.* 3. *quæst.* 3. *numer.* 17. Ego *decis.* 94. *num.* 5. *in fin.* & de causa diversitatis inter Lacedæmonios, & Romanos, idem Gambacurta *de immunit. Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 15. aliam historiam invenies apud Cutel. *de immunit. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 14. *versic. Inde Arcadius.* 58

59 Sextò. Quia consuetudine, & praxi receptum est, quòd reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam, non gaudeat de jure communi ejus immunitate, Gigas *de crim. læsæ Majest. lib. 3. rubrica de pluribus, & variis quæstionibus, quæst. 3. numer. 16. & 17.* ubi testatur vidisse reos Majestatis extrahi ab Ecclesiis, ac puniri, neque ab Ecclesia defendi, & ex eo referunt Gambacurta *de immunit. Eccles. lib. 5. cap. 43. numer. 6. in fine princ.* Farinac. *in praxi, par. 1. quæstion. 28. num. 72.* Guazin. *defens. 1. cap. 28. numer. 31.* & ita practicari tradit Bolanos *in Curia Philipp. tom. 1. par. 3. §. 12. num. 28.* & refert ex eo Mexia de Cabrera *in formular. immunit. Eccles. lib. 1. cap. 11. §. 8. numer. 13. in fine*, & etiam ita practicari dicit Decian. *in tom. 2. crim. cap. 28. numer. 23.* & ex eo Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 55. glos. litera D, in fine*, & credit. Jul. Clar. *§. fin. quæst. 30. num. 10. in fine*, opinionem contrariam in praxi non observaturum, sequitur Tusch. *pract. concl. litera E, conclus. 11. numer. 39. & 40.* & per Senatum Neapolitanum fuisse dictum, fortè arduum nimis videri, opinionem contrariam in practica servari, ait Bossius *tit. de captura, numer. 32. in fine*, Ego *decis. 94. num. 5. par. 1.*

60 Septimò, & ultimò. Quia etsi verissimum sit, quod crimen læsæ Majestatis Divinæ gravius longè sit crimine læsæ Majestatis humanæ, *cap. Urgentis*, ubi Barbosa *num. 1. de hæreticis, authent. Gazaros*, ubi Barbosa *in fine, C. de hæreticis*, Gail. Menochius, & Petrus Pantoja, quos citat Cabreros Avendano *de met. lib. 2. capit. 30. numer. 17.* Amaja *in l. fin. numer. 7. C. de delator. lib. 10.* valet argumentum non solùm à crimine læsæ Majestatis Divinæ, Menochius, Patian. *ad Roland. à Valle*, quos citat Barbosa *in locis commun. argument. juris loco 30.* sed etiam valet argumentum à crimine læsæ Majestatis Divinæ ad crimen læsæ Majestatis humanæ, Menochius sic argumentatur *cons. 1007. numer. 20. lib. 11.* Sanchez *in præcep. decal. tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 5.* Garcia *de nobilitate glos. 3. num. 33.* Decian. *cons. 18. numer. 43. & num. 72. in fine, lib. 1.* Rebuff. *in pract. benefic. part. 3. de modo amitten. benef. num. 32.* Farinac. *part. 4. de crim. læsæ Majestatis, quæst. 112. numer. 5. & de hæresi, quæst. 197. numer. 6.* Larrea *allegat. fiscal. 65. numer. 38. & 72. & allegat. 66. num. 30. in fine*, etsi aliter cum Rolando dicat Barbosa *hic citatus*. Quia Rex vices Dei gerit in terra, Belluga *in spec. Princip. rub. 6. numer. 3.* Bobadilla *in polit. lib. 3. cap. 2. num. 3. & lib. 5. capit. 1. numer. 137.* Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. part. 1. cap. 1. numer. 24. & numer. 26.* Giurba *cons. 1. numer. 27.* Salzedo *de lege polit. lib. 1. cap. 7. numer. 66.* cùm sit in temporalibus Vicarius Dei, Alfaro *de offic. fiscal. gloss. 2. num. 9.* Salgado *de Regia protect. par. 1. cap. 1. prælud. 3. sub numer. 41. & sub numer. 43. & de supplicat. ad Sanctiss. par. 1. cap. 1. numer. 23.* Bobad. *in polit. lib. 1. cap. 2. num. 8.* & ex Divo Augustino tradit Larrea *allegat. fiscal. 63. numer. 28.* idem Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. par. 1. cap. 1. numer. 24.* ac imago Dei, Salgado *de Reg. protect. par. 1. cap. 1. prælud. 3. num. 41. in fine, & de supplic. ad Sanctiss. par. 1. cap. 1. n. 24.* & venerandus quasi Deus terræ, Calicius *in Margar. fisci, dub. 8. vers. 114.* Mastril. *de magistrat. lib. 3. cap. 4. numer. 438.* Salgado *de Reg. protect. par. 1. cap. 1. prælud. 3. sub n. 43.* Larrea *allegat. fiscal. 66. sub numer. 30.* Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 2. numer. 3.* cohærenterque solemus dicere Regem in terris esse sicut Deus in cœlis, Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 27. numer. 42.* sed reus læsæ Majestatis divinæ, ut hæreticus ad Ecclesiam confugiens non gaudet de jure communi pro ullo delicto ejus immunitate, secundùm veriorem sententiam, videantur Doctores citati *decis. 67. numer. 14. 15. & 16. par. 2.* quibus addo Guttier. *pract. lib. 3. quæst. 4. numer. 19.* Bolannos *in Curia Philipp. tom. 1. par. 3. §. 12. num. 27.* Gambacurta *de immunit. Eccles. lib. 5. cap. 43.* Mexia de Cabrera *in formul. immun. Eccles. lib. 1. §. 7. num. 9.* & alii per Ybannez de Faria *in addit. ad Covar. lib. 2. variar. cap. 20. num. 125. 126. & 127.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de competent. jurisdict. quæst. 79. numer. 11. & quæst. 90. numer. 40.* ergo reus criminis læsæ Majestatis humanæ in primo capite confugiens ad Ecclesiam non gaudet de jure communi ejus inmunitate, sic Bobadilla *in polit. lib. 2. capit. 14. sub numer. quinquagesimo quinto*,

Non obstant deducta in contrarium, non primum 61
de quo numer. 49. quia secundùm veriorem sententiam patet responsio ex traditis *num. 56.*

Non secundum *de quo numer. 50.* Quia fabricator 62
falsæ monetæ non propriè committit crimen læsæ Majestatis, sed per extensionem, largo modo, & impropriè, ut docent Doctores à me laudati *decis. 87. numer. 10. in fine, par. 2.* quibus addo Bolanos *in Curia Philipp. tom. 1. part. 3. §. 12. numer. 28. versic. Mas el que haze*, ex Guttier. *practic. lib. 3. quæstion. 4.*

Non tertium *de quo numer. 51.* quia patet solutio 63
ex traditis *à numer. 54. cum seq.* & signanter quia crimen læsæ Majestatis est exceptum, adeò quod non comprehenditur sub regula, & dispositione generali, *cap. Inter alia, de immunit. Eccles.*

Non quartum, *de quo num. 52.* quia apud gentes 64
aliter atque aliter diversimodè observatum fuit, an reus criminis læsæ Majestatis confugiens ad asyla gauderet immunitate, ut constat ex traditis *numer. 52. & 58.* Gambacurta *de immunitat. Eccles. lib. 5. cap. 43. num. 1.* sed majorem vim facit quod legitur in Divinis literis, ut immunitate non gauderet, ut habetur *Regum 3. capit. 2. & Regum 4. cap. 11. & Paralipomenon. 2. cap. 22. & 23.* de quibus supra *num. 54.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 55. in fine, versic. Pero mas*,

Quo præmisso, Ad dubium propositum, An ex- 65
ploratores, vulgò Espias, fugientes ad Ecclesiam gaudeant ejus immunitate? Resp. quod non.

Primò. Quia exploratores sunt qui secreta ho- 66
stibus nuntiant, *l. omne delictum 6. §. exploratores, ff. de re militari*, Cotereo, Ajala, & alii citandi *numer. 70.* Sed revelantes, seu nuntiantes hostibus secreta Principis committunt crimen læsæ Majestatis *l. 1. ibi: Quive hostibus, ff. ad leg. Jul. Majestat.* Lauden. Aymon. Marsillis, Jodoc. & Decian. quos refert, & sequitur Farin. *in praxi, par. 4. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 113. num. 204.* Domin. Vicecancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat. 87. num. 17.* Azevedo *in l. 1. num. 127. 128. & 129. tit. 18. lib. 8. recop.* Gambacurta *de immunit. Eccles. lib. 5. cap. 41. num. 1. casu 8.* alios cumulant Narbona *l. 82. glos. 4. n. 23. 24. & 25. tit. 5. lib. 2. recop.* Cabreros Avendano *de metu, lib. 2. cap. 30. num. 72. & 73.* ergo exploratores, vulgò Espias, committunt crimen læsæ Majestatis; Atqui rei criminis læsæ Majestatis in primo capite confugientes ad Ecclesiam non gaudent de jure communi ejus immunitate, ut suprà latè probatum est *à numer. 53.* Igitur Exploratores ad Ecclesiam confugientes ejus immunitate de jure communi non gaudent.

Objiciet aliquis forsan ex Gigante, & Deciano, 67
ut regula, quod revelantes hostibus secreta Principis, committunt crimen læsæ Majestatis, procedat in Consiliariis, & Secretariis Principis, seu etiam feudatariis; secùs in illis, qui revelant secreta, non sint Consiliarii, neque Secretarii, neque feu- 68
datarii Principis, sed tantùm subditi; tunc enim si in damnum Principis revelarint, non dicuntur committere crimen læsæ Majestatis, *per text. in l. Si quid aliquid 38. §. 1. ff. de pœnis*, refert & sequitur Farinac. *in praxi, part. 4. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 113. num. 217.*

Quia resp. text. *in l. Si aliis aliquid 38. §. 1. ff.* 69
de pœnis, agere solùm de pœna revelantium secreta consiliorum Principis, nec ullum facere verbum de crimine læsæ Majestatis, & Gigantem, Decianum,

& Farina-

& Farinacius loqui contra text. *in l. 1. ff. ad legem Juliam Majest.* & communem Doctorum sententiam, *de qua, num. 67.* Quinimò idem Farinac. non benè limitavit regulam *dict. 217.* cum *num. 204.* dixit, regulam esse, quod revelans hostibus secreta Principis committit crimen læsæ Majestatis, *& numer. 205.* ampliat, ut præcipuè regula procedat in Consiliario, seu Secretario Principis.

70 Secundò, quia exploratores, qui secreta hostibus nuntiant, proditores sunt, *l. omne delictum 6. §. exploratores 4. ff. de re militari*, Cohreus *de jure militum, libr. 3. cap. 6. versic. Exploratores*, Ayala impropriè loquens *de jure belli, lib. 3. cap. 13. numer. 3.* de Regno Castellæ *l. 9.* ubi Gregorius Lopez *glos. 1. verbo Gran traycion, tit. 23. part. 2. & l. 2.* ubi Gregor. Logez *glos. 1. verbo Es traycion conocida, tit. 28. part. 2.* Nam proditores dicuntur qui secreta Principis revelant, ut pluribus juribus, & Doctoribus probat Farinac. *in praxi, part. 4. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 113. numer. 213.* Azevedo *l. 1. numer. 158. tit. 18. lib. 18. recopil.* Narbona *l. 82. glos. 4. à numer. 23. & numer. 3. tit. 5. libr. 2. recop.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ, §. 9. n. 23. versic. Dicitur proditor, juncto versic. Et qui à potestate, ibi: Et qui illis mittit literas, cum seq. fol. 97.* seu proditores Regis confugientes ad Ecclesiam non gaudent de jure communi ejus immunitate, doctè Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 14. numer. 55.* Gambacurta *de immunitat. Eccles. lib. 5. capit. 44. numer. 15.* Ego cum pluribus ita censeo *decis. 94. numer. 11. part. 2.* Cutel. *de immunitat. Eccles. lib. 1. quæst. 7. à num. 1. ad 16.* & ita practicari dicit Bolannos *in Curia Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. sub numer. 28.* nec mirum, quia crimen proditionis contra Regem vocatur crimen læsæ Majestatis, ut inquit Bobadill. *hic citatus*, & rei criminis læsæ Majestatis in primo capite confugientes ad Ecclesiam non gaudent de jure communi ejus immunitate, sed inviti ab ea extrahuntur, & puniuntur, juxta veriorem sententiam, *ut probatum est suprà, à numer. 53.* sicque servari in practica testantur Doctores *citati numer. 59.* ergo exploratores, vulgo espias, confugientes ad Ecclesiam, ejus immunitate de jure communi non gaudent.

71 Iste casus successit in Cathalonia, & per Franciscum de Puig J. U. D. Canonicum, & Sacristam Secundum Sanctæ Ecclesiæ Gerundæ Tertium per suam Excellentiam nominatum ob absentiam Regii Cancellarii Consultore Sabater occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Damiani Bosch Notarii publici Gerundæ, existentis in Ecclesia, seu Sacristia Parochialis Ecclesiæ Villæ, & Termini Divi Michaelis de Anglè Diœcesis Gerunden. cui per Angelum Mach, & Cortada Regium Commissarium in vim soni emissi in Regio Consilio declarati die 14. Julii 1689. fuit dictum vulgari sermone: *Tingues al Rey*, & dictus Damianus Bosch voluntariè se obtulit ab Ecclesia exire prout à dicto Mach, & aliis personis de comitiva armatis circundatus ab Ecclesia exivit, & extra locum sacrum constitutus ad instantiam supradicti Regii Commissarii per Josephum Belluchi Bajulum dicti Termini, & Villæ Divi Michaelis de Anglès fuit captus, & carceribus, ubi de præsenti detinetur mancipatus, impetitusque de crimine læsæ Majestatis in primo capite, eo quia de mensibus Maji, & Junii anni 1689. & alias (bello cum Francorum Rege jam indicto) epistolas, statum, ac numerum gentis Exercitus Domini nostri Regis enarrantes ad Officiales Exercitus Gallorum Regis presentem Principatum hostiliter invadentis misit, & aliter contra Regium Diadema machinavit: fuit declaratum dictum Damianum Bosch immunitate Ecclesiæ per Cæciliam Verdalet, & Bosch ejus uxorem, & per Fisci procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ allegata non gaudere. Lata fuit hæc sententia, seu declaratio die 30. Augusti 1689. in quadam aula Monasterii Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Villæ Oloti Diœcesis Gerunden. in qua quidem Villa Sua Excellentia unà cum Regio Consilio tunc existebat.

Respectu primæ partis narrativæ facti sententiæ, quod dictus Damianus Bosch voluntariè se obtulit ab Ecclesia exire, & extra locum sacrum constitutus fuit captus quod per hoc non gaudebat immunitate Ecclesiæ, docent quamplurimi Doctores à me citati *decis. 12. numer. 25. parte prima*, & *decis. 75. numer. 2. parte 2.* & me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst. 90. numer. 5. & quæst. 94. à numer. 9.* Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *lib. 2. var. c. 20. num. 234.*

Quoad secundam partem narrativæ facti senten- 72
tiæ quod dictus Damianus Bosch erat impetitus de crimine læsæ Majestatis in primo capite, eo quia de mensibus Maji, & Junii anni 1689. & alias (bello cum Francorum Rege jam indicto) epistolas, statum ac numerum gentis Exercitus Domini nostri Regis enarrantes ad Officiales Exercitus Gallorum Regis præsentem Principatum hostiliter invadentis misit, ac aliter contra Regium Diadema machinavit: Quod propter hoc immunitate Ecclesiæ non gaudebat, jam suprà abundè probavi. Prædictis verò addo. Quod proditor Principis, dicitur proditor Dei, ut ex Luca de Penna tradit Grassetus *in anotome necis proditoriæ, §. 9. numer. 34. in fine prin.* quomodo ergo iste explorator, qui proditor Regis erat, confugiens ad Ecclesiam gaudere poterat ejus immunitate certè considerare non possum. Nam licèt verissima sit opinio, quod immunitas Ecclesiæ est favorabilis, ideoque sit ampliandа, & latè interpretanda, & pro ea in dubio judicandum, Ambrosinus plures citat *de immunitat. Eccles. cap. 10. numer. 7. versic. Ac etiam*, quibus addendi sunt Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 22. numer. 2. in fine, versic. Præterea quando, & c. 94.* Decian. *cons. 80. num. 19. & 22. lib. 3.* Mar. Italia *de immunit. Eccles. lib. 1. c. 2. §. unico, num. 1.* Tiraq. *de utroque retractu, lib. 1. in præfat. numer. 62.* Franchis *decis. 713. lib. 4.* Castillo *decis. 156. numer. 42. lib. 3.* quidquid contrarium, quòd immunitas Ecclesiæ sit strictè interpretanda, teneant Covar. *lib. 2. var. capit. 20. numer. 4. in fine*, Jul. Clar. *§. fin. quæst. 30. numer. 3. versic. Hujusmodi*, ubi Beyerd. *à numer. 4.* Bobadil. *in polit. libr. 2. cap. 14. num. 93.* Decian. *tractat. crimin. lib. 6. capit. 25. numer. 14. versic. Neque etiam, & cap. 28. numer. 6. in fine, & c. 29. num. 1.* Paz *in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. n. 26.* Farinac. *tom. 1. quæst. 28. n. 73.* Cutel. *de immun. Eccles. lib. 1. quæst. 4. num. 6. juncto numer. 18. cum seq.* Cardinal. de Luca *part. 4. libr. 14. miscel. Eccles. disc. 2. per totum*, quia contra istos, & alios est verior sententia, ut docent Farinac. *de immunit. Eccles. c. 2. num. 21. & 22.* Ambrosin. *de immunitat. Eccles. cap. 1. num. 11. & 12.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 2. c. 16. dub. 3.* latissimè Cardinal. Luca impugnat noster Egregius Senator Don Bonaventura de Tristany *decis. 10. à numer. 92. ad 123. tom. 1.* Tamen in delictis atrocissimis immunitatem Ecclesiæ restringere oportere, relatis hinc inde supradictis opinionibus, ita resolvit Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *libr. 2. variar. cap. 20. 34. & 35.* & dubitandum non est, quod crimen læsæ Majestatis sit atrocissimum, Thoro del Bene *de immunitat. Eccles. tom. 2. cap. 16. dub. 23. sect. 1. numer. 2.* notant Peguera *in prax. crim. c. 13. §. 9. n. 5. versic. Ex prædictis*, Don Michael de Calderò *decis. 14. num. 23. part. 1.* Reg. Matthæu *de re crim. in controvers. 7. numer. 28.* Ego *decis. 34. numer. 110. part. 1.* ac omnium gravissimum, & horrendum, Farinac. *in praxi, part. 4. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 112. à num. 1.* & territorium, noster Villaplana in addit. ad Peguer. *in constitut. Item ne super laudemio, versic. 6. num. 81.* & in terminis criminis explorationis videatur *l. 2. versic. En alganas vezes, tit. 28. part. 2.*

Nec obstant primò Doctores tenentes quod re- 73
belles, qui delinquunt contra statum Principis confugien-

fugientes ad Ecclesiam gaudent immunitate, ut Peregrin. Farinac. Riccius, Cast. Palaus, Italia, Lezana, Bonacina, Diana, Thomas del Bene, & Baronius, quos citavi *decis. 94. sub num. 11. part. 2.* quia ut ex eorum lectura clarè liquet, non loquuntur in terminis juris communis, sed in terminis Bullæ Gregorianæ, quæ non est usu recepta in Cathalonia, & in aliis pluribus Regnis, & Provinciis, & ab ea generaliter, & absolutè pro omnibus Regnis Hispaniæ fuit per Dominum Regem supplicatum, *ut dictum est num. 46.*

74 Ex prædictis sequitur quod seditiosus contra Principem confugiens ad Ecclesiam cùm committat crimen læsæ Majestatis non gaudet ejus immunitate. Similiter concitans ad tumultum contra Principem confugiens ad Ecclesiam ejus immunitate non gaudet, quia committit crimen læsæ Majestatis, Ego *decis. 104. num. 8. 9. & 10. part. 2.* me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurisdict. quæst. 90. num. 18.*

75 Sciens, & non relevans crimen læsæ Majestatis contra suum Principem confugiens ad Ecclesiam, licèt secundùm Bullam Gregorianam gaudeat ejus immunitate, ut dicunt Peregrin. Diana, Thomas del Bene, Bonacina, & Ghilinus, tamen de jure communi ejus immunitate non gaudet, quia committit crimen læsæ Majestatis, Ego cum multis, *decis. 94. num. 7. par. 2.*

76 Receptator rei criminis læsæ Majestatis ne à satellitibus comprehendatur, vel nè à Judice puniatur, confugiens ad Ecclesiam, non gaudet de jure communi ejus immunitate, quia committit crimen læsæ Majestatis, Ego *decis. 94. num. 8. tom. 2.*

77 Secundò non obstant Doctores tenentes, quod ad privationem immunitatis Ecclesiæ, cùm tractetur de ejus præjudicio, non sufficit æquiparatio, sed requiritur, ut dicunt Castro Palaus *in opere moral. part. 2. tract. 11. disp. unica, punct. 10. num. 8.* Diana *resolut. moral. par. 6. tractat. 1. resolut. 26. quæst. 11. & in coordinat. par. 9. tractat. 1. resol. 27. num. 12.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 2. capit. 16. dub. 21. sect. 7. numer. 6.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ, §. 20. num. 8.* Guazin. *tractat. mor. lib. 1. defen. 1. cap. 14. num. 29.* Et quoad materiam immunitatis Ecclesiæ de qua loquimur, non valet argumentum ex identitate, vel majoritate rationis, Castro Palaus *in opere moral. part. 2. tract. 11. disput. unica, punct. 20. numer. 7.* Diana *resol. moral. par. 6. tractat. 1. resolut. 18. versic. ad rationem, & in coordinat. part. 9. tractat. 1. resolut. 50. numer. 4.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 16. dub. 20. sect. 10. num. 6. & dub. 14. sect. 12. numer. 4.* Grassetus *in anatome necis proditoriæ,*

78 *§. 20. numer. 9.* Ybannez de Faria *ad Covar. lib. 2. variar. cap. 20. numer. 147. in fine.* Nec fit extensio de casu ad casum, etiam similem, aut majorem, Gomez *tom. 3. variar. cap. 10. numer. 2.* Farinac. *de immun. Eccles. cap. 22. numer. 333. 334. & 335.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 1. num. 13. & 14.* Castrus Palaus *in oper. mor. par. 2. tract. 11. disput. unica, punct. 10. numer. 4.* Jul. Chartar. *decis. 9. numer. 14. 15. & 16.* Ybannez de Faria *ad Covar. lib. 2. variar. cap. 20. remissivè num. 36. & latè numer. 147. & 148.* alios plures addunt Diana *resol. moral. par. 6. tractat. 1. resolut. 25. vers. Secundò, & in coordinat. par. 9. tractat. 1. resolut. 26. numer. 1.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 16. dub. 24. sect. 1. tota,* Grassetus *in anatome necis proditoriæ, §. 20. numer. 10.* quia omisso, quòd contrarium affirmant Covaruv. Gambacurta, Portell. Cutel. Decian. & Petr. Gregor. quos citant Ybannez de Faria, Thom. del Bene, & Diana *hìc citati*, quibus addo Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 14. numer. 55.* Resp. quòd in isto casu non fuit aliqua æquiparatio, nec sumitur argumentum ex identitate, & majoritate rationis, nec fit extensio de casu ad casum, sed ex natura delicti, quia exceptum crimen læsæ Majestatis in primo capite, & non comprehensum in regula, & dispositione generali, *c. Inter alia, de immun. Eccles.* ideò hujusmodi crimen committens, & ad Ecclesiam confugiens non gaudet ejus immunitate, & maximè ut dictum est, quia ita in praxi servatur.

Restat videndum, qua pœna puniantur explora- 80
tores, qui secreta hostibus nuntiant, seu revelant? referam de jure civili, & Doctores, ac de Regno Castellæ, & historias, textus *in l. Omne delictum, 6. §. Exploratores, ff. de re militari*, dicit quod pœnam capitis luunt, *l. proditores 7. ff. de re militari*, quod capite puniuntur, & exautorati torquentur, *l. Si quis aliquid 38. §. transfugæ, ff. de pœnis*, quod aut vivi exuruntur, aut furcæ suspenduntur, Cotereus *de jure militum, lib. 3. capit. 6. versic. Item exploratores*, inquit, quod pœnas capitis luere debent, idemque dicunt Ayala *de jure belli, lib. 3. capit. 13. numer. 3.* Cabal. *resolut. crim. casu 294. numer. 223.* Domin. Vicecancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura idem dicit *observat. 87. numer. 23.* & filius meus Don Sebastianus de Cortiada *in discur. de jurisdict. Proreg. quæst. 9. numer. 10.* alii magis se explicant, & dicunt, quod puniuntur pœna mortis, ut Chassanæus *in consuetud. Burgun. rub. 1. num. 59. versic. Additio, ibi: Item qui hostibus, fol. 18.* Bobad. *in politic. tom. 2. lib. 4. cap. 2. numer. 46. versic. Pero, ibi, A estos exploradores*, Sciaioya *de foro competent. capit. 19. sub numer. 2. ibi: Et propalans punitur*, Padilla *ad leg. pœnal. par. 2. casu 11. fol. 31.* & Bareda *in addit. num. 25. fol. 109.* Bossius *in praxi crim. tit. de defen. reor. numer. 55.* ait, quod furcis suspenduntur, Ayala *de jure libelli, lib. 3. capit. 13. numer. 3.* addit, quod capitis pœnam luunt, & vivi exuri, aut furca suspendi solent, *l. Castellæ 2. versic. E esto fixieron. tit. 28. par. 2.* statuit quòd illos crudeliter occiderent, eos raptando per terram, vel membra truncando, Historiis antiquis graves penas contra exploratores impositæ fuerunt, ut dicit *l. 2. in princ. tit. 28. part. 2.* eas poterit lector videre apud Ayalam *de jure belli, lib. 3. capit. 13. num. 3. 4. & 5.* Cotereum *de jure militum, lib. 3. cap. 6. versic. Exploratores*, etsi aliquando aliter fuerit observatum; exemplaria refert Bobad. *in polit. lib. 4. capit. 2. num. 46. versic. Pero, ibi: Otros Generales.*

Hæc intelligi debent in exploratoribus captis in 81
officio insidiarum, ut ait Bobad. *in polit. lib. 4. capit. 1. numer. 46. vers. Pero, ibi: A estos exploradores*, & colligitur *ex l. Castellæ 2. versic. E esto fizieron; ibi: que luego lo cogiessen en mano, titul. 28. par. 2.* At in popularibus exploratoribus traditis nostro Regio Consilio severius proceditur, si plenè constet de delicto, nam sunt rei criminis læsæ Majestatis, *ut dictum est à n. 66.* & pœnas hujus criminis luunt, de quibus tàm de jure communi, quàm nostro municipali, Ego multis citatis *decis. 94. num. 51. par. 2.* Don Michael de Calderò *decis. 55. num. 35. & decis. 60. n. 37. & 39. par. 2.* sic per nostrum Regium Cathaloniæ Consilium, referente Magnifico Francisco de Sotomajor Judice Regiæ Curiæ die 29. Octobris 1689. Damianus Bosch Notarius publicus Gerundæ delatus & inculpatus de crimine læsæ Majestatis in primo capite, eo quia de mensibus Maji, & Junii dicti anni 1689. & aliàs (bello cum Francorum Rege jam indicto) tanquam caput infidelium omnium exploratorum, vulgò Espias, statum, & numerum gentis Exercitus Domini nostri Regis enarrantes ad Officiales Exercitus Gallorum Regis Principatum hostiliter invadentes misit, & aliter contra Regium servitium machinavit, exploratoris ministeriorum de ordine Excellentissimorum Dominorum Proregum susceptum, perperam falsò, & dolosè exercendo: fuit declaratum, quod erat reus mortis, & quod condemnaretur, quòd raptatus per terram duceretur ad locum supplicii, & jugularetur per collum, taliter quod naturaliter moreretur, & anima illicò ab ejus corpore separaretur & postea ejus cadaver in frusta, seu partes scinderetur, & caput ejus poneretur intus caveam ferream ante portam

tam vulgò dictam del Areny Civitatis Gerundæ, & quod post latam sententiam, & ante illius realem executionem torqueretur in caput sociorum, & quod ejus bona confiscarentur, & applicarentur Fisco.

82 Verum est, quod die 8. Julii 1686. per nostrum Regium Criminale Cathaloniæ Consilium, referente Magnifico Hyacinto Bertran Judice Regiæ Curiæ, Petrus Frigolet agricola, oriundus Loci de Mieres in Civitate Gerundæ habitator, delatus, & inculpatus de crimine læsæ Majestatis in primo capite, eo quia die decima septima Junii dicti anni 1689. malo animo, ac dolo se transivit ad Exercitum Regis Galliæ existentem intus Vicariam Gerundæ, & hostiliter invadentem præsentem Principatum, & ibidem alloquutus fuit Officialem prædicti Exercitus, cui epistolam dedit ab homine suspecto hujus Civitatis Gerundæ traditam, memoratoque Officiali nuntiavit statum, ac numerum gentis Exercitus Suæ Majestatis in præjudicium Regii servitii, ac de aliis criminibus, & delictis, fuit declaratum, quod erat reus mortis, & quòd suspenderetur in alta furca laqueo per collum, taliter quod naturaliter moreretur, & anima ab ejus corpore illicò separaretur, & quod ipsius bona sint confiscata, & Regiis ærariis applicanda, & quòd post latam sententiam, & ante illius executionem torqueretur in caput sociorum.

83 Sed quomodo hoc, quod dictus Damianus Bosch fuit majori pœna condemnatus, quàm dictus Petrus Frigolet? Respondeo, quod dictus Damianus Bosch erat caput exploratorum, & majora delicta perpetraverat, quàm dictus Petrus Frigolet, ut in delaturis contra eos respectivè factis clarè apparet. Et sic nihil mirum, quod graviori pœna condemnaretur dictus Damianus Bosch, quàm dictus Pe-
84 trus Frigolet. Quia licèt regulariter Judex pœnas lege, statuto, seu consuetudine inductas, & expressas non possit sine causa augere, vel minuere, *l.* 1. §. 1. *ff. ad sent. Con. Turpilian. l. Prospexit, ff. qui & à quibus, leg. ad finem, Cod. de desertorib. lib.* 10. *leg. unica, Cod. de privat. carcer. leg. servos, Cod. ad leg. Jul. de vi publica, leg.* 3. *Cod. Ne sanctum Baptisma, reiter. leg. Divi, ff. de pœnis, can. in memoriam* 19. *dist. can. Si quem ad fin.* 2. *quæst.* 3. *cap. fin. de transact.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 85. *numer.* 10. Menoch. *de arb. Judic. lib.* 1. *quæst.* 96. *à num.* 10. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 17. *num.* 5. & 6. Morla *in emp. jur. part.* 1. *titul.* 1. *quæst.* 10. *num.* 2. & 4. Gail. *de pace, public. lib.* 1. *capit.* 9. *num.* 22. Guazin. *defens.* 33. *cap.* 17. *num.* 1. & *seqq.* Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *titul.* 28. *num.* 22. Peguera *decis.* 7. *num.* 14. & *decis.* 24. *numer.* 20. *tom.* 1. Giurba *cons.* 12. *num.* 9. Conciol. *verbo Pœna, resolut.* 13. *à num.* Capyc. Latro *decis.* 177. *num.* 32. & *decis.* 192. *num.* 31. *tom.* 1. Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 46. *numer.* 8. Xammar *de offic. Judic. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 1. & 2. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 138. Barbosa *in leg. Et si severior* 3. *numer.* 7. *C. ex quib. caus. infam. irrogetur*, & multos cumulat *in capit. de causis* 4. §. *illis etiam, num.* 11. *de offic. delegat.* remissivè pluribus citatis Cenedo *collect. ad*
85 *decretal.* 46. *num.* 1. Tamen ex causa justa, & rationabili potest Judex augere, & minuere pœnas ordinarias à jure impositas, *leg. Si quis filio* 6. §. *Quid tamen* 9. *ff. de injusto rup. leg. in servorum* 10. §. 1. *leg. hodie* 13. *ff. de pœnis, leg. quid ergo*, §. *pœna gravior, ubi gloss. & Doctores, ff. de his qui notantur infamia, leg. non omnes, de re militari, leg. Et si severior* 3. *ubi gloss. & Doctores*, Barbosa *num.* 7. *Codic. ex quib. caus. infam. irrog. capit. Quoniam frequenter*, §. *fin. ut lite non contest. capit. de causis* 4. §. *illis etiam de offic. de leg. capit. fin.* ubi Barbosa *numer.* 6. *de transact. capit. Ad. si Clerici*, §. *de adulteriis de judiciis, can. tempora, can. De his* 26. *quæst.* 7. *can. in actione* 83. *cum seqq. de pœnitent. dist.* 1. *cap. Deus qui, de pœnitent. & remiss.* per quæ, & alia jura ita docent Tiraquel. *de pœn. temper. in præfat. numer.* 16. 17. & 18. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 85. *numer.* 10. Menoch. *de arb. Judic. lib.* 1. *quæst.* 96. *à numer.* 14. Gail. *de pace public. lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 22. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 8. innumeros alios citant Farinac. *in praxi, par.* 1. *jur.* 17. *num.* 7. & *rationem tradit num.* 8. & 9. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 19. *litera H*, quibus addendi sunt Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit. quæst.* 10. *numer.* 3. 5. 12. & 18. Peregrin. *de jure fisci, libr.* 4. *tit.* 8. *num.* 24. Xammar, *de offic. Jud. part.* 1. *quæst.* 6. *à num.* 3. Buccaron. *de different. inter. Judic. civ. & crim. differ.* 189. *num.* 6. & 7. Cabal. *resolut. crim. casu* 18. *n.* 37. & *decis.* 24. *num.* 20. *tom.* 1. Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 46. *num.* 9. & *seq.* multos alios cumulat Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *lib.*
86 2. *var. cap.* 9. *num.* 101. & 102. quæ autem sint justæ causæ, ex quibus Judex possit pœnam à lege impositam minuere, vel augere, vel mutare, tradunt Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 8. *numer.* 25. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 12. & 18. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 17. *num.* 10. *cum seqq.* Conciol. *verbo Pœna, resol.* 13. *num.* 6. remissivè Guttier. *pract. lib.* 4. *quæst.* 46. *num.* 12. Xammar *de offic. Judic. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 18. & 19. Bobad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 21. *num.* 147. Ybannez de Faria *in addit. ad Covar. lib. secundo variar. capit. nono, num.* 103.
87 Sed ad institutum, dicendum est quod in delictis exceptis, & gravioribus, nempè latronis manifesti, vel delinquentis seditiosi, aut tumultuosi, vel aliàs famosi licitum est transgredi leges, non solùm quoad impositionem pœnæ, sed etiam quoad modum procedendi, *leg. Si quis filio* 6. §. *Quid tamen* 9. *ff. de injusto rupto*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 139. *litera G.* Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 31. & 32. Reg. Matthæu *de re crimin. controvers.* 25. *num.* 26. Don Michael de Caldero *decis.* 14. *num.* 15. *in fine, part.* 1. Cabal. *resol. crim. casu* 18. *numer.* 8. si igitur hoc licitum est contra latronem manifestum, vel delinquentem seditiosum, &c. quanto magis licitum erit transgredi leges contra exploratorem reum criminis læsæ Majestatis, maximè concurrentibus circunstantiis aggravantibus, vide Carenam *de offic. S. Inquisitionis, part.* 3. *titul.* 10. §. 18. *numer.* 118. Dominus Tristany 10. *num.* 41. *tom.* 1.

88 Eadem pœna est puniendus sciens, & non revelans exploratores, vulgò Espias, *leg.* 2. *versic. E esta mesma pœna, tit.* 28. *part.* 2. cùm crimen læsæ Majestatis committat, *ut dictum est, decis.* 94. *num.* 7. *part.* 2. & *supra, num.* 75.

89 Exploratores autem missi pro exploratione ad hostes, si ipsis insistentibus, hoc est eorum precibus steterint, & non citò redeant, capite puniendi sunt, *leg. desertorem*, §. 15. *qui* 4. *juncta gloss. ff. de re militari*, Chassanæus *in consuet. Burgun. rub.* 1. *num.* 51. *vers. Item exploratores, fol.* 17. *col.* 2. Cotereus *de jure milit. lib.* 3. *cap.* 4. *litera H.* & *capit.* 8. *litera C.* intellige secundùm dicta *num.* 81. & secundùm exemplar Senatus Cathaloniæ ibidem traditum.

90 Exploratores autem Nationum non subjectarum furcis suspendi dicit Bossius *in prax. crim. tit. de defensionibus reorum, num.* 49. *versic. Hinc est.*

Quia licèt non sint subditi Principi offenso, & in crimen læsæ Majestatis non incidant non subditi ratione originis, vel domicilii, ut docent Doctores citati *decis.* 94. *numer.* 22. *part.* 2. ubi credidi, quòd hoc in hac practica non observaretur. Fiunt tamen hostes Principis offensi, & hostes possunt impunè offendi, sic Bossius *loco hic citato, num.* 49. & contraria proponit *num.* 53. & 54. & eis respondet *num.* 55.

91 Sed hac vice tantus Doctor Bossius mihi parcat, quia exploratores aliarum Nationum non subjectarum non sunt hostes, sed proditores. Nam proditores sunt qui secreta Principis revelant, *ut dictum est numer.* 66. etiamsi non sint subditi, Farinac. *in praxi, part.* 4. *de crimine læsæ Majestatis, quæstion.* 112. *num.* 261. & *quæst.* 113. *num.* 5. & dicuntur committere crimen læsæ Majestatis, & perduellionis, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 68. *num.* 33. *vers. Proditor punitur*, Farin. post alios *in prax. part.* 4. *de crimine læsæ Majest. n.* 4. *vers. Ubi quod*, & *vers. Ubi per illum textum, junct. n.* 5. ibique tradit, qua pœna puniantur, Cotereus plura tradit *de jure militum, lib.* 3. *c.* 6. *toto*,

Prædi-

Prædicta de imponenda pœna morti, pro crimine explorationis procedunt, si de crimine explorationis plenè, constat, si autem non constat plenè, solitum est in Regio Consilio Cathaloniæ propter atrocitatem, & gravitatem delicti reos exploratores condemnare ad torturam pro eruenda veritate, cum clausula probatis circa idem delictum in suo robore remanentibus, Sic observatum referente Nobili Jacobo de Potau I. R. Curiæ die prima Octobris 1667. contra Raphaelem N. agricolam Villæ Sancti Petri Piscatoris, at sententiæ fuerunt publicatæ per Excellentissimum Dominum Comitem de Monterrey Locum tenentem, & Capitaneum Generalem Suæ Regiæ Majestatis in Loco de Batet & tortura fuit executa in Villa Hostalrici, die 5. Octobris dicti anni 1667. similiter fuit observatum referente dicto Nobili de Potau die 8. Novembris ejusdem anni 1677. existente Sua Excellentia cum Regio Consilio in Civitate Barcinonæ contra Michaelem N. Villæ de Perelala. Refert has condemnationes Don Michael de Calderò *decis.* 14. *num.* 14. *&* 15. *part.* 1. Verum est, quòd isti rei nihil in tortura confessi fuerunt, imò delictum commisisse negarunt.

93 Quapropter postmodum anno 1668. fuit dubitatum in Regio Cathaloniæ Consilio. An prædicti rei essent absolvendi, vel condemnandi, cùm nihil in tortura confessi fuerint, sed delictum commisisse negarunt? Hanc quæstionem in terminis generalibus remissivè proponit noster Romaguera *in addit. ad Consilium, ad statut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 6. *num.* 11. in qua plures docent, reos esse diffinitivè absolvendos, quia per torturam dicuntur purgasse omnia indicia contra se existentia, quasi puram veritatem dixisse videantur, ex quo tortura est species probationis, ac loco testium, & probationum succedat, sic innumeris citatis Giurba *cons.* 43. *numer.* 9. Reg. Matthæu *de re crim. controvers.* 26. *num.* 2. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo Tortus post princ. fol.* 377. quibus adduntur Cyriacus *controvers.* 106. *numer.* 11. *&* 12. Conciolus *verbo Reus, resol.* 5. *à num.* 1. Novar. *in rub. de quæstionibus, collect.* 1. *num.* 15. Burgius *de modo procedendi ex abrupto, q.* 100. *num.* 3. *&* 50. Josephus Riccius *de public. judic. quæst.* 33. *numer.* 125. *&* 128. Farinac. *cons.* 175. *num.*
94 19. *tom.* 2. Luca *ad Franchis decis.* 538. *num.* 1. Etiamsi contra reos superveniant nova indicia, seu novæ probationes, ex quibus posset sequi condemnatio, nihilominus rei sunt absolvendi, adeò ut nec tortura repeti possit, nec amplius molestari, Sanfelicius *decis.* 138. *sub num.* 5. Thoro *in supplem. decis.*
95 *verbo Tortus, fol.* 645. Alii tenent reos in tortura negantes non esse absolvendos, sed condemnandos arbitrio Judicis ad pœnam extraordinariam, ita multis laudatis Giurba *cons.* 43. *num.* 30. Reg. Matthæu *de re crim. controvers.* 26. *à numer.* 4. *signanter num.* 35. 36. 37. *&* 38. quibus adduntur Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 28. ubi Ayllon. Laynez *numer.* 29.
96 Secundum aliquos corporalem, & ad triremes, quos citat noster Don Michael de Calderò *decis.* 14. *numer.* 7. & secundum alios pecuniariam, & ad summum exilii, & hanc uti mitiorem sententiam esse amplectendam, & in praxi, & de consuetudine servari, videantur Thesaur. *quæst.* 13. *forens.* 45. *num. lib.* 1. Giurba *cons.* 43. *num.* 30. *vers. Eumque, & vers. Vel levis exilii, & num.* 32. *vers. Causa hac* Conciolus *verbo Reus, resol.* 5. *num.* 6. *&* 7. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 40. *num.* 13. *& seqq. & cons.* 175. *num.* 5. 6. 7. 19. *&* 20. *lib.* 2. Guazin. *defens.* 30. *cap.* 9. *numer.* 11. *vers. Vera tamen est, cap.* 40. *num.* 2. *vers. Sed modernus, ibi: Si vero esset gravatus,* Cabal. *resolut. crim. casu* 93. *num.* 29. Luca *ad Franchis decis.* 538. *n.*
97 43. *versic. Si ob violenta,* & supervenientibus novis indiciis, seu novis probationibus poterunt item molestari, & torqueri, ad pœnamque ordinariam condemnari, ut multis citatis tenent Regens Matthæu *de re crim. controvers.* 26. *n.* 24. *&* 25. Burgius *de modo proced. ex abrupt. quæst.* 100. *num.* 5. 6. *&* 7.
98 Sed quidquid sit de prædictis *num.* 93. 94. 95. 96. *&* 97. in terminis juris communis. In Cathalonia verò observat nostrum Regium Consilium, quod reus tortus ad eruendam veritatem ab ejus ore, si in tortura vicit, nedum purgat omnia indicia contra se existentia, sed etiam diffinitivè absolvitur, & à carceribus relaxatur, ut testantur Peguera *de-* 99
cis. 70. *in princ. ad medium, & in praxi crim. cap.* 12. §. 12. *num.* 6. Don Michael de Calderò *decis.* 14. *n.* 8. *part.* 1. idemque dispositum est in Regno Valentiæ, *in foro* 175. *Curiarum anni* 1585. Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. c.* 8. §. 9. *n.* 95. *& de re crim. controv.* 26. *n.* 3. *in fin.* Hocque est adeò verum in Cathalonia, quod quamvis postea contra reum tortum à carceribus relaxatum, qui vicit in tortura, superveniant nova indicia, & novæ probationes, ex quibus de illius delicto constaret non potest iterum capi, & puniri, Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 12. *nu.* 6. Don Michael de Calderò *decis.* 14. *num.* 8. *versic. Quæ adeò.* Quam- 100
vis contra reum tortum superveniat plena probatio delicti, decisum in nostro Regio Cathaloniæ Consilio in casu vericidii tradit Peguera *decis.* 70. *num.* 2. *tom.* 1. *& in praxi crim. cap.* 12. §. 12. *num.* 6. *versic. Et secundum hanc opinionem,* Don Michael de Calderò *decis.* 14. *num.* 10. *part.* 1.

Hæc generaliter procedunt, quando reus conde- 101
mnatur ad torturam, legitimis præcedentibus indiciis, & veritas ab ejus ore habeatur absque clausula protestatoria, probatis suo robore remanentibus, prout regulariter fieri solitum est, nam tunc reus negativus in tortura purgat indicia in Cathalonia, *ut dictum est, numer.* 98. 99. *&* 100. Sed quid dicendum, quando reus pro crimine explorationis condemnatur ad torturam, indicis legitimis præcedentibus, ut ab ejus ore habeatur veritas, cum clausula protestativa, probatis circa idem delictum in suo robore remanentibus? Hoc dubium evenit in nostro Regio Cathaloniæ Consilio ad relationem Nobilis Jacobi de Potau I. R. Curiæ in illis hominibus, *de quibus supra n.* 92. qui in tortura negativa perseverarunt, & facta consultatione cui adhæsit. Excellentissimus Dominus Locum-Tenens Generalis, deliberatum fuit mitius puniendos esse, quia illa tortura aliquid prodesse debeat pro minoranda pœna aliàs illis debita, ut refert Don Michael de Calderò *decis.* 14. *num.* 15. *part.* 1. & quamvis non aperiat, qualis fuit minoratio pœnæ, habeo tamen notatum, dictos reos fuisse anno 1678. à carceribus relaxatos cum pactis voluntariis exilii.

At si casus similis iterum succederet res, esset maturiùs consideranda. Nam secundùm aliquos deberet reus puniri pœna ordinaria, quia illa clausula protestatoria, salvis in suo robore remanentibus, non obstante negativa rei in tortura, reddit Fisco jus salvum suum, nè indicia purgentur. Et secundùm alios deberet reus puniri pœna extraordinaria, quia per clausulam probatis in suo robore remanentibus, existente reo negativo in tortura, probationes debilitantur, de quibus videantur Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 40. *num.* 19. Guazin. *defen.* 30. *cap.* 40. *num.* 7. Carena *de offic. S. inquisit. part.* 3. *tit.* 11. §. 24. *in princ. & num.* 180. Burgius *de modo proceden. ex abrupto, quæst.* 100. *num.* 54. Reg. Matthæu *de re crim. controvers.* 26. *num.* 16. Don Michael de Calderò *decis.* 14. *num.* 12. *post medium part.* 1. Conciolus *verbo Tortura, resolut.* 14. Sed Ego si Judex essem reum similis delicti ad triremes condemnarem, sequendo Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quæst.* 64. *numer.* 122. & hoc modo practicarem, quod si reus non condemnatus ad torturam propter indicia esset puniendus pœna triremium ad decennium, eum punirem pœna triremium ad septennium, & si esset puniendus pœna triremium ad septennium, eum punirem pœna triremium ad quinquennium, & si esset puniendus pœna triremium ad quinquennium, eum punirem pœna triremium ad triennium, & si reus esset puniendus pœna triremium ad triennium eum condemnarem ad pœnam relegationis in Insulam per suam Regiam Majestatem nominandam.

ARGU-

ARGUMENTUM.

An manumissores, seu executores testamenti, seu ultimæ voluntatis defuncti pro debitis piæ causæ hæredis institutæ, sint conveniendi coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Manumissores, seu executores testamenti, seu ultimæ voluntatis defuncti si omnes sunt laici, pro debitis causæ piæ hæredis institutæ, nondum tamen fundatæ, conveniri debent coram Judice sæculari, numer.* 1. *Amplia num.* 2. *limita num.* 3.

4 *Manumissores, seu executores testamenti, seu ultimæ voluntatis defuncti, si sunt Ecclesiastici: conveniri debent coram Judice Ecclesiastico pro debitis causæ piæ hæredis institutæ, numer.* 4. *& idem quando sunt duo; unus scilicet Clericus, & alter laicus, num.* 5. *& idem quando sunt tres, unus scilicet Clericus, & duo laici num.* 6. *limitatur* 1. *num.* 7. *limitatur* 2. *num.* 8.

9 *Manumissores, seu executores testamentarii qui sint.*

10 *Manumissores, seu executores testamentarii quotuplices sint.*

11 *Manumissores, seu executores testamentarii universales quid sint, & quid particulares.*

12 *Manumissores, seu executores testamentarii universales, & particulares differunt, num.* 12. *& in quibus ù num.* 13. *ad* 21.

13 *Manumissores, seu executores testamentarii universales sunt loco hæredum, numer.* 13. *secùs particulares, num.* 14.

15 *Manumissores, seu executores testamentarii universales agere, & conveniri possunt, num.* 15. *Secùs particulares, ut declaratur, num.* 16.

17 *Manumissores, seu executores testamentarii universales possunt vendere res hæreditarias ad proficiendam testatoris voluntatem, secùs particulares, nisi à testatore venditio eis permittatur, num.* 17. *quod explicatur, num.* 18. *& an possit habere fidem de pretio, num.* 19.

20 *Manumissores, seu executores testamentarii universales inventarium conficere tenentur, secùs particulares.*

21 *Manumissores, seu executores testamentarii non possunt vices suas aliis committere, & eorum officium per alium impleri.*

22 *Manumissoribus, seu executoribus testamentariis an competat remedium l. final. C. de edicto Divi Adriani tollendo.*

23 *Manumissores, seu executores testamentarii an teneantur acceptare officium, & ad id cogi possint.*

DECISIO CCLXXVIII.

1 RESP. quod si omnes manumissores, seu executores testamenti, seu ultimæ voluntatis defuncti sunt laici pro debitis piæ causæ hæredis institutæ, nondum tamen fundatæ, conveniri debent coram Judice sæculari, ut apertè colligitur ex concordia inita, & firmata inter Serenissimum Regem Jacobum Secundum, & Reverendum in Christo Patrem Pontium Episcopum Barcinonæ, quinto Kalendas Octobris 1315. *quæ legitur in pragmat. unica, versic. quod si sæcularis Curiæ, tit. de leixes pies in* 2. *vol. Constit.* & tradit Fontanella *decis.* 288. *num.* 5. *versic. Primo, & num.* 12. *&* 14. *par.* 1. ita in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 23. Octobris 1626. in favorem Antonii Joannis Prats Mercatoris Villæ Sancti Felicis de Pallarols, laicum manumissorem cum aliis laicis testamenti Joannis Closes & Glota, contra Lazarum Amat J. U. Doctorem Gerundæ petentem à dicto Joanne Prats dicto nomine in Curia Ecclesiastica, Gerundæ salarium advocationis sibi debitum per dictum Closes & Glota: fuit declaratum firmæ juris factę in Curia sæculari locum esse. Et fuit observatum in Regia Audientia Cathaloniæ in favorem Salvadori Batet Nautæ Villæ Mataronis, contra Mariam Berenguer viduam manumissorem & executricem unà cum aliis laicis testamenti Hieronymi Berenguer 27. Februar. 1666. referente Magnifico & Erudrtissimo Senatore Augustino Pinyana, Actuario Famada.

2 Ampliatur, etiamsi defunctus esset Clericus, ejus manumissores, laici, seu executores testamenti, seu ultimæ voluntatis illius pro debitis piæ causæ hæredis institutæ, non tamen adhuc fundatæ conveniri debent in Curia sæculari, sic in Cathalonia fuit declaratum per Cancellarium Copons, Consultoribus Sabater, & Senjust 18. Julii 1592. in favorem Catharinæ, & Francisci Vinnes Civitatis Minoristæ, contra Joannem Noves Caligarium ejusdem Civitatis manumissorem testamentarium Jacobi Gandella Presbyteri.

3 Limitatur, si pia causa sit jam fundata; nam tunc etiamsi omnes manumissores, seu executores testamenti, seu ultimæ voluntatis defuncti sint laici, pro debitis ipsius causæ piæ conveniri debent coram Judice Ecclesiastico. Et in his terminis procedit, & est intelligenda declaratio facta per Cancellarium Loris, Consultoribus Sala, & Fontpastor 18. Maji 1578. in favorem Simonis Canjet Mercatoris, & Joannis Coll Hortolani manumissorum testamenti, & ultimæ voluntatis Jacobi Benedicti Anglès petentium Franciscum Anglès uxorem dicti Benedicti Anglès compelli ad sibi ipsi girandum, & scribendum quatuorcentum libras ratione legati per dictum virum suum sibi facti, & postea ad deferendum tenutam bonorum dicti viri sui ad effectum, ut ipsi dicto nomine, unà cum dicta vidua Anglès manumissora etiam dicti viri sui administrarent hæreditatem juxta voluntatem testatoris: fuitque declaratum, quod causa tractaretur in Curia Ecclesiastica. Et etiam sunt intelligendæ, & procedunt declarationes Cancellarii Copons, Consultoribus Senjust, & Oliba 12. Augusti 1593. contra Michaelem Sala Curritorem auris, unum ex Administratoribus causæ piæ institutæ, & fundatæ per Eulaliam Figuerola, & ejusdem Cancellarii Copons, Consultoribus Sabater, Guardiola, & Actor 18. Junii 1596. in favorem Administratorum ultimæ voluntatis, & piæ causæ institutæ & fundatæ per Onofrium Oller Canonicum Sedis Barcinonæ, contra Gerunsium Gori. Et Cancellarii Puigmari, Consultoribus Astor, & Aguilò 4. Junii 1626. in favorem manumissorum Lucretiæ de Gualba, contra Joannem Pia J. U. Doctorem Civem Barcinonæ.

4 Si verò manumissores, seu executores testamenti, & ultimæ voluntatis defuncti sint Ecclesiastici pro debitis piæ causæ hæredis institutæ conveniri debent coram Judice Ecclesiastico, Fontanella *decis.* 288. *num.* 4. *&* 12. *par.* 1. ut reprobatis contrariis docent Marta *de jurisdict. par.* 4. *casu* 148. *tota, signanter à num.* 7. sicque concludit *n.* 16. Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *resol.* 43. *in coordinat. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 73. Carpius *de execut. testam. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 8. Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *c.* 12. *n.* 32. *in fine tom.* 1. Balthasard. de Angelis *in auth. Presbyteros, n.* 3. *C. de Episcop. & Cler.* Ansald. *de jurisd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 19. *n.* 16. *&* 17. Scialoya *de foro compet. cap.* 29. *n.* 7. *vers. Idem esse*, Pereyra *de man. Reg. par.* 1. *cap.* 16. *n.* 26. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 36. *& in polit. lib.* 5. *cap.* 7. *vers. Y lo mesmo suelen, vers. Y lo que mas es, & vers. En lo qual, fol.* 804. *col.* 2. novissimè Romaguera *ad Synodum Gerunden. lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 7. *n.* 9. sic fuit in Cathalonia declaratum per Carolum à Cardona Tertium, Consultoribus Terca, & Villana 27. Aug. 1568. in favorem Jacobi Cristiol Presbyteri manumissoris subrogati causæ piæ institutæ, & fundatæ per Elisabethem Sans, contra Eulaliam Masfarrera, & Serafinum Ferrer Regium Algutzirium ratione præcepti de evacuanda parte cujusdam domus.

domus sitæ in Civitate Barcinonæ in vico, quo tenditur in platea de Camprodon ad vicum dels Escudellers ad latus domorum dicti Seraphini Ferrer. Et per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Aleny, Rull, & Olzina 8. Octobris 1661. in casu ad alium propositum relato, *decis.* 241. *n.* 14. *par.* 4. & observavit Regia Audientia ad mei relationem 15. Decembris 1655. quam tradidi *decis.* 22. *n.* 92. *par.* 1. sed advertendum, quod errore Typographi scriptum fuit *& nunquam*, & legendum est *& tanquam*. Ego plures addidi *decis.* 223. *n.* 6. *&* 9. *par.* 4.

5 Et idem dicendum est quando manumissores, seu executores testamenti, & ultimæ voluntatis defuncti sunt duo, unus scilicet Clericus, & alter laicus, nam tunc etiam pro debitis piæ causæ hæredis institutæ conveniri debent coram Judice Ecclesiastico Maranta *de ord. judic. par.* 4. *distinct.* 11. *n.* 19. Gail. *de pace publica, lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 20. *vers. idem obtinet*, Fontan. *decis.* 288. *n.* 4. *&* 12. *par.* 1. Ansald. *de jurisd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 29. *n.* 18. alios plures cumulant Carol. de Grassis *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.* 493. *&* 494. Bellet. *disquis. Cler. par.* 1. *tit. de fav. Cler. person.* §. 16. *n.* 21. Sperell. *decis.* 20. *n.* 24. *par.* 1. Scialoya *de foro compet. cap.* 29. *n.* 7. *in fine, vers. Immo*, Pereyra *de man. Reg. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 27. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 57. ita Romaguera *in addit. ad Conciol. ad stat. Eug. lib.* 2. *rub.* 33. *n.* 11. *vers. Hoc tamen intelligendum venit*, & novissimè idem Romaguera *ad Synodum Gerunden. lib.* 3. *tit.* 7. *cap.* 7. *n.* 3. *&* 9. Fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loris Consultoribus Sala, & Fontpastor 31. Januar. 1581. in favorem Annæ Olivera, contra Joannem Sala Presbyterum, & Petrum Ferrer Causidicum manumissores & executores testamenti, seu ultimæ voluntatis Gasparis Ferriol, qui Dominum nostrum Deum, & animam suam hæredem instituit. Et fuit observatum in nostra Regia Audientia Cathaloniæ referente Nobili Josepho Rull, deinde Regente Regiam Cancellariam in Regia Audientia Cathaloniæ, & nunc in S. S. R. Coronæ Aragonum Consilio die 19. Februarii 1666. in favorem Jacobi Valls Presbyteri, & Josephi Calls agricolæ Villæ Calidarum de Monte Bovino manumissorum Raphaelis Valls, contra Communitatem Presbyterorum ejusdem Villæ, & alios creditores bonorum dicti Raphaelis Valls quæ fuit remissa ad Judicem Ecclesiasticum Scriba Cervera.

6 Idemque dicendum est, quando manumissores, seu executores testamenti, & ultimæ voluntatis defuncti sunt tres, unus scilicet Clericus, & duo laici, nam tunc similiter pro debitis piæ causæ hæredis institutæ conveniri debent coram Judice Ecclesiastico, sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Rull, Balaguer, & Roca & Julia 26. Septembris 1662. occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ per manumissores & executores, & eo nomine gerentes vices hæredis piarum causarum testamenti, seu ultimæ voluntatis Caroli de Bertrola & Caldès quondam Domicelli Barcinonæ domiciliati, in quo fuit institutus Dominus noster JESUS CHRISTUS, & anima ipsius testatoris pro Missis, & aliis suffragiis celebrandis, & instituendis, procedimentis contra eos in Curia sæculari Regiæ Audientiæ factis ad instantiam Joannis Francisci Ordano Mercatoris Genuensis, prætendentis dictos manumissores (erant tres, scilicet Petrus Girbau Presbyter & Canonicus Ecclesiæ Villæ de Calaff, Carolus de Caldès, & Domina Elisabeth de Peguera etsi decisio non dicat) & signanter Petrum Girbau Presbyterum, & Canonicum dictæ Ecclesiæ Villæ de Calaff alterum ex dictis manumissoribus uti Ecclesiasticum non posse conveniri in dicta Curia sæculari, fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ per ejus Fisci Procuratorem & dictos manumissores testamenti dicti Caroli de Bertrola & Caldès factæ locum fuisse, & esse. Et observavit Regia Audientia Cathaloniæ 19. Junii 1665. referente Doctissimo Senatore Augustino Pinyana, contra Don Paulum de Ager, & in favorem Petri Girbau Presbyteri & Canonici Ecclesiæ Villæ de Calaff, Carolum de Caldès, & Nobilem Elisabethem de Peguera manumissorum testamenti, & ultimæ voluntatis Caroli de Bertrola Domicelli super rei vindicatione Loci de Llanera, quæ fuit remissa ad Judicem Ecclesiasticum. Scriba Bas Romaguera *dict. n.* 3. *&* 9. Sed advertendum, quod major pars manumissorum, & executorum est convenienda, aliàs processus est nullus, nisi alii essent absentes in partibus remotis Franchis *dec.* 622. Peregrin. *cons.* 51. *n.* 26. *lib.* 2. Riccius *collect.* 769. *post princ. vers. Et propterea*, Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 7. *sub num.* 27.

Limitatur 1. si Clericus manumissor, seu executor ultimæ voluntatis defuncti esset religiosus exemptus, vel si Clerici duo, vel plures essent Religiosi exempti, quo casu pro debitis causæ piæ hæredis institutæ possunt in Cathalonia conveniri coram Judice sæculari, juxta declarationem Cancellarii Don Petri à Cardona Episcopi Urgellen. Consultoribus Llonc, & Orit 25. Maji 1504. & Cancellarii Puigmari Abbatis Monasterii Sancti Michaelis de Cuxa, Ordinis Divi Benedicti, Consultoribus Magarola, Roca, Carreres, & Aguilò 23. Novembris 1626. duas refert Fontanella *decis.* 288. *n.* 8. *& latè à n.* 13. *ad* 20. *par.* 1. & ego ex eo *decis.* 10. *n.* 201. *in fine, & n.* 202. *par.* 1. vide infra *decis.* 279. *n.* 14. & alios quos citat Romaguera *ad Synodum Gerund. lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 7. *n.* 8. 7

Limitatur 2. si Clericus manumissor, seu executor testamenti, & ultimæ voluntatis defuncti moreretur, vel in remotis ageret, vel declararet nolle interesse in executione manumissoriæ, aut alias interesse non valeret, nam tunc pro debitis causæ piæ hæredis institutæ, possunt alii manumissores laici coram Judice sæculari conveniri, juxta declarationem Cancellarii Don Petri à Cardona Episcopi Urgellen. Consultoribus Llonc, & Orit, 25. Maji 1504. refert Fontanella *decis.* 288. *n.* 21. *&* 22. *& decis.* 289. *n.* 16. *p.* 1. 8

Sed quæro 1. quid sint manumissores, seu executores testamentarii? Resp. quòd sunt illi, qui legitimè sunt à testatore nominati, seu à jure constituti, primò & principaliter ad exequendam voluntatem testatoris, vel ad eorum voluntatis ordinationem, & dispositionem, sic Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *res.* 1. *& in coordin. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 1. *n.* 1. *& in sum. verbo Executor test. n.* 1. Spin. *in spec. test. gloss.* 28. *n.* 2. *&* 3. Villalobos *in sum. mor. par.* 2. *tract.* 30. *dif.* 25. *n.* 1. *in prin.* Carpius *de exec. testam. lib.* 1. *c.* 1. *in princ.* 9

Quæro 2. manumissores, seu executores testamentarii quotuplices sint? Resp. quod aliqui sunt universales, alii particulares Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 56. & alii allegandi *num.* 11. 10

Manumissores, seu executores testamentarii universales sunt, quando testator Dominum nostrum Deum, & animam suam hæredem, seu pauperes CHRISTI hæredes instituit, vel illis testatio, seu distributio universalis injungitur, nullo alio hærede nominato, *l. Nulli dicere*, 28. ubi Barbosa *n.* 40. *l. Si quis ad declinandam* 37. ubi Barbosa *n.* 16. *C. de Episcop. & Cler.* noster Romaguera *ubi supra n.* 10. ubi plures laudat. Particulares sunt, quando executio alicujus rei eis relinquitur, dato, nominato, & constituto hærede, *l. alio hærede*, ubi Bartol. *n.* 5. *ff. de aliment. & cibar. legat.* Ripoll. *var. resolut. c.* 11. *n.* 215. Cassanate *cons.* 29. *n.* 2. Covar. *in c. Joannes, n.* 6. *de testam.* Villalobos *in sum. mor. part.* 2. *tract.* 30. *dif.* 25. *n.* 2. Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *res.* 1. *& resol.* 32. *& in coordin. p.* 6. *tract.* 9. *resol.* 1. *n.* 3. *& resol.* 37. *n.* 2. Carpius *de execut. test. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5. *& supponit. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 1. Valasc. *consult.* 68. *num.* 3. 4. 6. *&* 8. 11

Differunt autem manumissores, seu executores testamentarii, universales, & particulares, ut dicit Ripoll. *var. resol. cap.* 11. *num.* 215. 12

Primò nam manumissores, seu executores testamentarii universales, nullo alio nominato hærede, loco hæredum sunt, & ut hæredes habentur, Bartol. *in alio hærede, num.* 5. *ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. hæreditas ad statum, ff. de hæred. instit. & in l. centurio, n.* 25. *ff. de vulgari*, Baldus *in l. precibus n.* 45. *C. de impuber.* Socin. Surd. *cons.* 49. *n.* 3. *lib.* 4. Alex. 13

cons. 4. 14

cons. 4. *n.* 6. *& cons.* 98. *n.* 10. *lib.* 4. Marienzo *l.* 14. *glos.* 1. *n.* 7. *tit.* 4. 5. *recop.* Cassanate *cons.* 39. *num.* 2. quos refert, & sequitur Ripoll. *var. resol. cap.* 13. *n.* 150. quibus addendi sunt idem Ripoll. *var. resol. cap.* 11. *n.* 215. *& cap.* 13. *n.* 22. Tusch. *practic. concl. litera F, conclus.* 544. *à n.* 18. Virgilius *de legitim. personæ in judicio, cap.* 21. *à num.* 4. Riccius *in addit. ad Tiraquel. privilegio piæ causæ* 97. Pancirol. *var. lect. lib.* 3. *cap.* 21. Spinus *in spec. testam. gloss.* 28. *n.* 78. *vers. Sed his non obstantibus*, Valasc. *consult.* 68. *n.* 3. *&* 4. Cardosus *in prax. judic. verbo Testam. num.* 108. Marta *de succes. legal. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 3. *n.* 10. *& q.* 13. *art.* 2. *n.* 9. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 32. *sub num.* 5. Azevedo *l.* 6. *n.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* Sanchez *cons. moral. tom.* 2. *dub.* 46. *à numer.* 1. Manfrella *ad Capyc. Latro, dec.* 14. *n.* 18. Fusar. *de substit. quæst.* 244. *n.* 5. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *sect.* 1. *verbo Executores, fol.* 409. *& verbo Hæredis institutionem, fol.* 517. Menochius *de adipiscenda possess. remed.* 4. *num.* 267. *&* 268. Genuensis *in practicab. Eccles. quæst.* 588. *num.* 3. *vers. quæ conclusio*, Farinac. *in repertor. ult. volunt. quæst.* 68. *n.* 34. Thoro *de privileg. piæ causæ, privileg.* 159. *ad fin.* Diana *resol. moral. par.* 8. *tract.* 5. *resol.* 1. *&* 31. *& in coordinat. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 1. *n.* 3. *&* 36. Carpio *de execut. testam. lib.* 1. *par.* 1. *n.* 3. Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 66. *vers. quod idem dicendum est*, Suelves *cons.* 47. *n.* 1. *lib.* 1. Don Bonaventura de Tristany *dec.* 46. *n.* 5. *vers. Nam hujusmodi, & num.* 10. *vers. Cæterum attento, refert decisionem nostræ Regiæ Audientiæ, tom.* 2. Merlinus cum decisionibus Rotæ *de legitima, lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 10. Zacchia *de salario, quæst.* 66. *n.* 18. 19. *&* 20. August. Barbosa *in cap. Cum tibi* 13. *n.* 3. *de testam. & in repertor. pract. conclus. verbo Executio, vers. Executor nullo alio, fol.* 141. Altimar. *de nullitat. rub.* 11. *q.* 13. *n.* 7. *&* 12. Pegas *ad ordinat. Reg. Portugal. lib.* 1. *n.* 4. *tit.* 62. *n.* 6. Joseph. Rosa *consult.* 36. *à n.* 25. Valenzuela *cons.* 60. *n.* 9. Galeota *controv.* 32. *num.* 5. *lib.* 2. Modern. Castald. *consult. foren.* 8. *n.* 17. Redenasch. *cons.* 97. *n.* 2. Altograd. *cons.* 75. *n.* 2. Fragoso *de regim. reipub. par.* 3. *lib.* 5. *disp.* 8. *num.* 504. Luca *ad Gratian. cap.* 329. *à n.* 2. Passerin. *in c.* 2. §. *Sanè, num.* 2. *de testam. in* 6. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad statut. Eugubii, lib.* 2. *rub.* 33. *n.* 14.

14 At manumissores, & executores particulares testamentarii, dato, & nominato hærede, loco hæredum non sunt, Ripoll. *var. cap.* 3. *n.* 51. *& c.* 11. *n.* 215. *in fine, & cap.* 13. *n.* 22. *&* 154. Cassanate *cons.* 29. *n.* 3. Hermosilla *ad Gregor. Lopez, l.* 28. *gloss.* 1. *num.* 28. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 122. *pag.* 2. *tom.* 1. Altimar. *de nullit. tit.* 11. *quæst.* 33. *n.* 8. Luca *ad Franchis, dec.* 622. *n.* 6. *verbo Executor testamentarius*, Moder. Castald. *consult. forens.* 8. *n.* 17. Giurba *ad consuet. Messanen. c.* 2. *gloss.* 10. *par.* 1. *n.* 2. Romag. *in addit. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 33. *n.* 15. & alii ex citatis *num.* 13. *& ad Synodum Gerunden. ubi supra n.* 10.

15 Secundò differunt, quod manumissores & executores testamentarii universales, & exercent actiones activas, & passivas, hoc est, quod possunt agere, & conveniri, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c. fin. par.* 4. §. 2. *num.* 3. Valasc. *consult.* 68. Barb. *in reper. pract. conclus. verbo Executio, vers. Executor nullo alio, fol.* 143. Carpio *de execut. testam. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 12. *&* 13. Marta *de succes. legal. par.* 3. *q.* 12. *art.* 3. *n.* 10. *& q.* 13. *art.* 2. *n.* 9. Romaguera *dict. n.* 10. plures cumulat Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *c.* 11. *n.* 56. At

16 verò manumissores, seu executores testamentarii particulares, si sunt nominati ad legata pia exequenda, solùm habent actionem adversus hæredes, & alios quoscumque, *l. alio, ff. de alim. & cibar. legat. l. Nulli, l. Si quis ad declinandam, C. de Episcop. & Cler.* etsi legata non sunt pia, agere non possunt, nec contra hæredem, nec quemlibet alium possessorem, *l. Lucius, §. Mevia, ff. ad Trebellian.* admittitur tamen per officium Judicis ad cogendum hæredem, aut quemlibet alium bonorum possessorem ad tradenda bona, ex quibus impleatur testamentum, & executioni mandentur in eo relicta, *ex l. hæreditas, ff. de pet. hæred. l. quintus, ff. de ann. legat.* indistinctè tamen tenendum est, executores, & manumissores testamentarios particulares agere posse, si hæc potestas à testatore eis concedatur, *l. si à pluribus, l. quidam, §. Si scriptus, ff. de legat.* 1. de quibus videantur Covar. *in c. Joannes, n.* 5. *de testament.* Valasc. *consult.* 68. *n.* 6. Barbosa *in l. Nulli* 28. *n.* 12. *C. de Episc. & Cler. & in repert. pract. conclus. verbo Executio, vers. Executores testam. fol.* 143. Cardoso *in praxi, verb. testam. n.* 109. Azevedo *l.* 1. *n.* 131. *&* 135. *tit.* 4. *lib.* 5. *rec.* Genuen. *in pract. Eccles. tricenal.* 19. *q.* 567. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 32. Valasc. *de privil. pauperum, part.* 2. *q.* 63. *n.* 1. *&* 2. Grassus, §. *Executores, q.* 9. *à n.* 1. Castillo *tom.* 8. *de aliment, c.* 44. *à n.* 2. *cum seq.* ubi Mel. *n.* 2. *&* 1. Hermosilla *ad Gregor. Lopez, l.* 28. *gloss.* 1. *à n.* 17. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 122. *pag.* 2. *tom.* 1. Altimar. *de nullitat. rub.* 11. *q.* 33. *n.* 10. *& seq.* Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 47. *&* 48. Pegas *de ordin. Regn. Portug. lib.* 1. *tom.* 4. *tit.* 50. *glos.* 4. *tota, & tit.* 62. *n.* 95. *& seq.* Lugo *de just. & jure, tom.* 2. *dub.* 24. *sect.* 16. *num.* 33. Carpius *de execut. testam. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 9. *&* 17. *& c.* 8. *à n.* 4. Autunez Portugal. *de donat. Regiis, par.* 1. *lib.* 2. *c.* 31. *n.* 64. *&* 65. Valero *de differ. utriusq. fori, verbo Testam. differ.* 5. Gratian. *discept. foren. c.* 329. *à n.* 1. ubi Luca *n.* 13. Amostazo *de causis piis, lib.* 4. *c.* 11. *à n.* 57. *cum plurib. seq.* Passer. *in c.* 2. §. *Sanè, n.* 122. *de testam. in* 6. Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *resolut.* 38. *& in coordin. p.* 6. *tract.* 9. *resol.* 38. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 33. *n.* 16.

Tertiò differunt, quod manumissores, & executo- 17
res testamentarii universales possunt res hæreditarias vendere ad perficiendam testatoris voluntatem, *l. Nulli* 28. *C. de Episc. & Cler.* Particulares verò manumissores & executores testamentarii non possunt res hæreditarias vendere nisi à testatore venditio permittatur, *l. alio, ff. de alim. & cibar. legat.* Covar. *in c. Joannes, n.* 6. *de testam.* Carpius *de execut. testam. lib.* 3. *c.* 1. *in* 1. *&* 2. *conclusione*, Diana *resol. mor. part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 32. *& in coordin. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 37. *n.* 3. *in princ. & n.* 4. Azevedo *l.* 1. *n.* 132. *& l.* 6. *à n.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *rec.* Cassanate decisum refert *cons.* 29. Ripoll. *var. resol. cap.* 11. *à n.* 212. *ad* 218. Lugo *de just. & jure, tom.* 2. *disp.* 24. *sect.* 6. *n.* 332. Molina *de just. & jure, tom.* 1. *disp.* 248. *vers. quando executio*, Fagundez *de just. & jure, lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 14.

Sed notandum, quod quamvis manumissores, seu 18
executores testamentarii particulares agere possint, si eis hæc potestas à testatore concedatur, *ut dictum est n.* 16. & possint alienare res hæreditarias, si à testatore venditio permittatur, *ut etiam dictum est n.* 17. licèt aliqui dicant, quod possunt hujusmodi res facere propria authoritate, absque citatione, seu requisitione hæredis, Maranta *de ordine Jud. par.* 6. *tit. de citat. n.* 22. & disputato articulo aliquibus citatis Valasc. *de privileg. miserabil. person. privileg.* 116. Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 59. *&* 60. veritas est, quod hæres est citandus, seu requirendus, ut post antiquos docent Gabriel. *com. concl. lib.* 2. *de citationib. concl.* 1. *n.* 191. *&* 192. Riccius *decis.* 87. *n.* 20. *par.* 2. Gomez *par.* 1. *var. cap.* 12. *n.* 12. Gratian. *discept. foren. cap.* 329. *à n.* 27. Valenzuela *cons.* 35. *n.* 13. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *de citat. n.* 200. Ludov. *decis.* 179. *n.* 3. Peregrin. *de empt. & vendit. cap.* 17. *n.* 20. Baronius *de citat. tom.* 1. *quæst.* 17. *n.* 120. *tom.* 1. Suelves *cons.* 23. *n.* 4. *tom.* 2. Ripoll. *var. resol. cap.* 3. *à n.* 48. *ad* 52. Hermosilla *ad Gregor. Lopez, l.* 28. *gloss.* 1. *n.* 25. *tit.* 5. *par.* 5. *fol.* 122. *tom.* 1. Parlador. *rerum quotidian. differ.* 130. §. 6. *n.* 4. *tom.* 2. Limitatur 1. quando per testatorem esset expressè data facultas distribuendi, vel vendendi res hæreditarias propria authoritate, absque hæredis inventione, seu invitis hæredibus, Spin. *in spec. testam. glos.* 28. *n.* 30. Ripoll. *var. cap.* 3. *à n.* 48. *ad* 51. *in fine*. Limitatur 2. quando testator deputavit bona per manumissores, seu executores testamentarios particulares alienanda ad ejus voluntatem adimplendam, Thoro *privileg.* 270. Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 61. *in prin.* Limitatur 3. ut venditio bonorum hæreditatis valeat, etiam non citato, neque requisito hærede ab executoribus particulari-

cularibus, quia actus citationis, & requisitionis solùm est necessarius ad translationem dominii, & possessionis rei venditæ, quando ab hærede possidetur, aut ad agnoscendam bonam fidem, Gabriel. *com. concl. lib. 2. de citationib. concl. 2. n. 192. versic. Sed Alexander*, Baronius *de citat. q. 17. num. 121.* Gratian. *discept. forens. cap. 329. à num. 17.* Carpius *de execut. testam. lib. 3. cap. 3. à num. 11.* Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap. 11. n. 62.* Hermosilla ad Gregor. Lopez, *l. 28. glos. 1. n. 26. tit. 5. part. 5. fol. 122. tom. 1.*

19 An autem manumissores, seu executores testamentarii, tàm universales, quàm particulares, ut pia legata exequantur, teneantur videre res præsenti pecunia, vel possint vendere ad creditum, habita fide de pretio, videndi sunt Gratian. *discept. forens. cap. 329. à num. 34.* Guttier. *allegat. 1. num. 14. &* 15. Thoro *privileg. 156.* Carpius *executor. testam. lib. 3. cap. 3. num. 19.* Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap. 11. n. 64.* Mant. *de tacitis, lib. 4. tit. 21. n. 5.* Pereyra *de empt. & vend. cap. 17. n. 3.* Narbona *l. 3. glos. unica, n. fin. tit. 7. lib. 1. recop.* Hermosilla ad Greg. Lopez, *l. 28. glos. 1. n. 22. 23. & 24. tit. 5. part. 5. fol. 122. tom. 1.*

20 Quarto differunt, quod manumissores, seu executores testamentarii universales tenentur conficere inventarium; secùs particulares, qui ad rem dati sunt, Carpius *de execut. testam. lib. 3. cap. 10. à num. 1.* Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap. 12. num. 31.* Ripoll. *var. cap. 13. num. 154.* Doctores *in tract. de inventario, q. 3. num. 13. & quæst. 35. 36. & 37. & quæst. 228. numer. 13. & q. 230. n. 75. & q. 250. n. 10.* Ansald. *de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 29. n. 14.*

21 Quero 3. An manumissores, seu executores testamentarii possint vices suas aliis committere, & eorum officium per alios implere? Resp. Quòd non; quia censetur electa industria personarum, Gratian. *discept. forens. c. 812. n. 12. & 22.* Valenzuela *cons. 87. à num. 25.* Suelves *cons. 23. num. 9. to. 2.* Riccius *collect. 1201. vers. Primo*, Barbos. *in l. Nulli 28. num. 14. C. de Episc. & Cler.* Reg. Sesse *dec. 399. num. 17. & 18. num. 4.* Amostazo *de causis piis, lib. 1. c. 11. n. 67.* Tellus Ferdinand. *in l. 31. tauri, n. 4.* ubi Anton. Gomez *in 6. versic. Item quæro*, latè declarant Carpius *de execut. testam. lib. 1. cap. 18. toto*, Sanch. *in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 41. toto*, Dian. *resol. mor. part. 8. tr. 5. resol. 26. & in coord. part. 6. tr. 9. resol. 29. per tot.* Spinus *in spec. testament. glos. 28. n. 21.* Riccius *in collect. 769. in fine.*

22 Quæro 4. An manumissoribus, seu executoribus testamentariis, tàm universalibus, quàm particularibus competat remedium *l. final. C. de edicto Divi Adriani tollendo*, videndi sunt post antiquos super eadem lege, Menochius *de adipiscend. possess. remed. 4. à n. 256. ad 272.* Genuens. *in pract. Eccles. tricen. 19. q. 566. num. 2. vers. Et hæc, & num. 3. & tricen. 20. quæst. 588. tota*, Farinac. *in repert. ult. volunt. q. 68. num. 23. &* 24. Thoro *privil. 159. in fine*, Valascus *consult. 68. n. 7. & n. 8. vers. Sed quia, in fine*, Amostazo *de causis piis, lib. 1. c. 11. n. 66.* Manfrella ad Capyc. Lat. *dec. 14. à n. 21.*

23 Quero 5. & ultimò. An manumissores, seu executores testamentarii teneantur accipere officium, & ad id cogi possint, videantur Covar. *in cap. Joannes, n. 3. & 4.* ubi Barbosa *num. 1. de testam.* Menoch. *cons. 58. n. 18. tom. 1.* Spinus *in specul. testament. glos. 28. num. 18.* Guttier. *de tutel. par. 3. cap. 49. num. 13.* Tiraquel. *de privil. piæ causæ, privil. 87. in princ.* Bobad. *in polit. lib. 1. c. 15. n. 45.* Molina *de just. & jur. tom. 2. disp. 248. n. 3. & 4.* Matienzo *l. 7. glos. 6. à n. 1. tit. 4. lib. 5.* Dian. *resolut. mor. part. 4. tractat. 4. & miscel. res. 162. & par. 8. tract. 5. resol. 27. & 28. & in coordinat. part. 6. tract. 9. res. 30. 31. & 32.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 42. num. 4. & 5.* Barbosa *voto 126. num. 142. lib. 3.* Reynoso *in observ. jur. 55. num. 33.* Carpius *de execut. testam. lib. 1. cap. 17.* Lugo *de just. & jur. tom. 2. disput. 24. sect. 16. n. 329.* Amostazo *de causis piis, libr. 6. cap. 6. à n. 16. cum plur. seq. tom. 2.* Parlador. *rer. quot. tom. 2. differ. 130. §. 6. n. 4. vers. Cæterum*, Cancer. *par. 1. var. cap. 7. num. 30.* Zacchia *de salario, quæst. 66. n. 7.* & alios, quos novissimè citat noster Romaguera *ad Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 7. capit. 3. numer. 4. & seq.*

ARGUMENTUM.

An manumissores, & executores testamentorum pro redditione computorum, seu rationum suarum manumissoriarum, seu administrationum, sint conveniendi coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Manumissores tenentur reddere computa, seu rationes suarum administrationum, num. 1. etiamsi ipsis à testatore remissa sit computorum redditio, n. 3. & quid operetur hæc clausula remissionis, num. 4. Limitatur, n. 9. & 10.*

2 *Administratores tenentur reddere computa suarum administrationum, n. 2. non obstante clausula remissionis, n. 5.*

6 *Manumissores æquiparantur tutoribus, num. 6. & sunt adinstar tutorum bonorum testatoris, n. 7. & adinstar procuratorum, n. 8.*

11 *Manumissores pro redditione computorum, an sint conveniendi coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari, distinguendi sunt duo casus, numer. 11. Primus est, si manumissores sunt Clerici, quo casu pro redditione computorum conveniendi sunt coram Judice Ecclesiastico, numer. 12. Limitatur duobus modis, num. 14. & 15. Secundus casus est, quando manumissores sunt laici; nam tunc jurisdictio est mixti fori, & possunt conveniri coram Judice Ecclesiastico, vel sæculari, num. 16. 17. & 18. intellige ut in n. 20. 21. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32.*

13 *Episcopus si est nominatus manumissor, tenetur computa reddere coram suo Metropolitano.*

19 *Testator prohibere non potest, ne Episcopus se ingerat circa executiones piarum causarum, nec ei per manumissores rationes reddantur, numer. 19. & 33. Limita tribus modis, numer. 34.*

35 *Episcopus, quis præferendus sit pro executione legatorum piorum, an originis, an domicilii, vel an rei sitæ.*

36 *Judex sæcularis quis præferendus sit ad exequendum pium testamentum, & ad recipiendum computa à manumissoribus, n. 36.*

37 *Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem habent potestatem exequendi pias causas defunctorum, & compellere manumissores ad reddendum computa suarum administrationum.*

38 *Capitulum Sede vacante habet potestatem exequendi pias causas defunctorum, & compellere manumissores ad reddendum computa suarum administrationum.*

DECISIO CCLXXIX.

NUllum est dubium, quod omnes manumissores, & executores testamentorum tenentur reddere computa, seu rationes suarum manumissoriarum, seu administratorum, §. *Oeconomus in authent. de sanctiss. Episc. §. Pauperibus in authent. de Eccles. tit. l. nulli* 28. ubi Barbosa *num. 27. C. de Episc. & Cler.* Escobar. *de ratiocin. cap. 3. n. 18.* Baeca *de inope debit. cap. 2. n. 256. & cap. 20. num. 23.* Matienzo *l. 14. glos. 1. numer. 67. tit. 4. lib. 5. recopil.* Azevedo *l. 6. n. 21. tit. 4. lib. 5. recop.* Pichard. *in §. Igitur cùm quis 1. sub numer. 25. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc.* Zacchia *de salario, q. 66. n. 12.* novissimè noster Romaguera *ad Synodum Gerund. lib. 3. tit. 7. cap. 7. num. 1.* Guttier. *de tutel. p. 3. cap. 45. numer. 8. & allegat. 1. num. 31.* Ansaldus *de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 29. num. 13.* Diana *res. mor. part. 8. tract. 5. resol. 34. & in coordinat. part. 6. tract. 9. resol. 68. numer. 1. in princ.* Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap. 12. num. 31. vers. Sed tamen*, Peguera *dec. 133. n. 1. tom. 1.* 1

Quod generale est in omnibus administratoribus, 2

qui

qui computa, seu rationes suarum administrationum reddere tenentur, quocumque nomine, titulo, vel causa administraverint, *l.* 1. §. *officio*, *ff. de tutor. & ration. distr.* & docent ex Doctoribus citatis *n.* 1. Baeza *c.* 2. *à n.* 15. Guttier. *c.* 45. *n.* 4. Escobar. *cap.* 3. *toto*, *& signanter n.* 31. Novarius *in pragm.* 5. *collect.* 5. *n.* 137. *& 138. de administr.* Ursellius *verbo Administrator*, *concl.* 56. *à n.* 16. *cum pluribus seq.* Quesada Pilo, cum innumeris, *controvers. for. cap.* 17. *n.* 14.

3 Etiamsi manumissoribus, & executoribus testamentorum remissa sit à testatore computorum, seu rationum redditio, nam adhuc ab illis exigenda est, & tenentur computa, seu rationes reddere. Quia exigere hujusmodi computa, & rationes est munus, seu officium publicæ utilitatis ob reipublicæ commune bonum introductum, quod testator, & si velit, impedire non potest, præsertim cùm hujusmodi impedimentum præberet occasionem peccandi, *c. Tua nobis* 17. ubi Abbas *n.* 6. Covar. *n.* 6. Barbosa *n.* 2. *in fine*, *de testament.* §. *Si autem pro redemptione in authent. de Eccles. titul. authent. licet*, *Cod. de Episcop. & Cler.* Matienzo *l.* 14. *glos.* 1. *num.* 62. *ad medium*, *vers. Quin etiam*, *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* Guttier. *de tutel. part.* 3. *c.* 45. *n.* 8. *vers. Ubi ampliat*, Molin. *de justit. & jure*, *tom.* 2. *disp.* 251. *num.* 8. §. *dubium deinde est*, Fagundez *de just. & jure*, *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 9. Carpius *de execut. testam. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 10. Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *resol.* 35. *& in coordin. part.* 6. *tract.* 9. *resol.* 69. Villalobos *in sum. par.* 2. *tract.* 30. *differ.* 26. *num.* 10. Castillo *lib.* 8. *de aliment. cap.* 7. *numer.* 13. Amostazo *de causis piis*, *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 33. *in princ.* Emmanuel Rodriguez *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 70. *num.* 5. *propè finem*. Thoro *privileg.* 239. Maranta *respon.* 20. *num.* 15. *& respon.* 21. *num.* 51. *tom.* 1. alios plures cumulat idem Barbosa *de potest. Episcop. par.* 3. *allegat.* 82. *num.* 28. *& de jure Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 42. 43. *&* 44. Et clausula illa re-

4 missionis solummodo operatur, ut tantùm censeatur remissa manumissoribus, & executoribus testamentorum scrupulosa inquisitio quoad culpam, non quoad dolum, ac latam culpam, quæ dolo comparatur, & reliquorum restitutionem, *l. quidem decedens*, *ff. de administ. tutor. l. si servus vetitus*, *ff. de legat.* 1. *glos. in l. cùm necessitatem*, *Cod. de fideicom.* Carpio *de execut. testam. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 10. Matienzo, Castillo, & alii citati *num.* 3. Amostazo *de causis piis*, *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 33. *vers. At clausula*, Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *resol.* 35. *& in coordin. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 69. *num.* 2. *vers. Siquidem*, Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 44. *in fine*, *vers. Vel denique*.

5 Et generaliter procedit in tutoribus, curatoribus, & quibuscumque administratoribus, ut per prædicta jura docent Menochius *cons.* 22. *num.* 1. *juncto num.* 5. *tom.* 1. *& præsumpt.* 164. *à num.* 1. *l.* 4. Gomez *tom.* 1. *var. c.* 12. *num.* 83. Covar. *l.* 2. *var. c.* 14. *num.* 1. *vers. Postremò*, *& num.* 2. *&* 3. Escobar. *de ratiocin. c.* 5. *à num.* 3. Guttier. *de tutel. par.* 1. *c.* 8. *num.* 52. 53. *&* 54. *& par.* 3. *c.* 1. *à n.* 32. *& c.* 14. *num.* 4. *&* 5. Padilla *in l. cùm necessitatem*, *n.* 2. *&* 3. *vers. Sed quid*, *C. de fideicom.* Baeza *de decima tutor. c.* 2. *num.* 160. *& c.* 4. *num.* 44. Fragoso *de regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 6. *disp.* 15. *num.* 65. *&* 66. Quesada Pilo *controv. foren. c.* 17. *num.* 18. Fachineus *lib.* 5. *controvers. juris*, *cap.* 51. Cyriacus *controv.* 73. *à n.* 9. *ad* 29. Tuschus *pract. conclus. litera L*, *concl.* 328. *à n.* 1. Grassus §. *legatum*, *quæst.* 40. *à num.* 1. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera D*, *num.* 171. *&* 172. *& par.* 2. *litera I*, *n.* 1091. *&* 1096. Cancer. *p.* 1. *var. c.* 7. *à n.* 86. Ayllon Lainez *ad Gomez*, *tom.* 1. *var. cap.* 12. *n.* 80. Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 2. *var. c.* 14. *à n.* 1. *&* 32. Domin. Vicecancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat.* 98. *n.* 1. *&* 2. Valeron. *de transact. tit.* 3. *q.* 5. *n.* 65. notat Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *resol.* 35. *& in coordin. p.* 6. *tract.* 9. *resol.* 69. *n.* 2. *vers. Et com-*

6 *probatur*. Quibus manumissores, & executores testamentorum æquiparantur, *glos. in l. antepenultima*, *ff. de tutel. glos. in l. uxor*, §. 1. *ff. de falsis*. Spinus *in spec. testam. glos.* 28. *n.* 36. *vers. Et tamen*, *& n.* 78. *in fine*, *vers. Præterea facit*, Baeza *de decim. tutor. c.* 20. *n.* 21. *vers. Sed quod tutores*, Ursellius *verbo admin. concl.* 55. *n.* 35. Zacchia *de salario*, *q.* 66. *n.* 4. Guttierez *de tuteli*, *par.* 3. *c.* 45. *n.* 3. *vers. Sed tutores*. Nam manu- 7 missores & executores testamentorum sunt ad instar tutorum bonorum testatoris, Ego *dec.* 223. *n.* 12. *par.* 4. Dominus Tristany *dec.* 31. *sub n.* 164. *n.* 2. Valenzuela *cons.* 35. *n.* 29. *& cons.* 60. *n.* 7. *& cons.* 7. *n.* 12. *&* 35. Castillo *dec.* 222. *n.* 4. *lib.* 3. Gratian. *discept. forens. c.* 812. *n.* 5. Suelves *cons.* 25. *n.* 6. *tom.* 2. quidquid insinuet Luca *ad Franchis*, *dec.* 112. *n.* 4. *in fine*, sed lector videat Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 88. *n.* 14. Seu sunt 8 ad instar procuratorum, Valenzuela *cons.* 60. *n.* 6. Gratian. *discept. for. c.* 812. *n.* 6. Suelves *cons.* 23. *n.* 5. *tom.* 2.

Limitatur 1. in rebus minimis, de quibus manumis- 9 sores, seu executores testamentorum non tenentur reddere rationem per codicem rationum, sed eis cum juramento creditur, si commodè de his instrumentum fieri non poterat, quod Judex æquus arbitrabitur ex circumstantiis, & rei qualitate, ita Matienz. *l.* 14. *glos.* 1. *n.* 68. *lib.* 4. *tit.* 5. *rec.* Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *res.* 34. *& in coordinat. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 68. *num.* 1.

Limitatur 2. quando testator jubet manumissoribus, 10 & executoribus suis aliquid secreto erogare, tunc enim non tenentur actiones reddere, nec declarare personas, in quas testator expendere commisit, nisi distributio esset fraudulenta, puta quia res expendendæ reperiuntur pœnès ipsos manumissores, & executores, quo casu rationes, seu computa reddere tenentur. Debet tamen testator declarare in testamento, vel testibus probari declarasse, quod secretò id commisit suis manumissoribus, vel eorum conscientiæ, aliter verò non crederetur manumissoribus dicentibus à testatore sic ipsis fuisse commissum, sic Azevedo *l.* 6. *n.* 21. *in fine*, *n.* 22. 23. *&* 24. *tit.* 4. *lib.* 5. *rec.* Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 1. *dub.* 49. *n.* 3. Diana *resol. mor. par.* 8. *tract.* 5. *resol.* 34. *& in coordin. par.* 6. *tract.* 9. *resol.* 68. *n.* 2. Amostazo *de causis piis*, *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 33. *vers. Limito*.

Nam si post decretam exequutionem, & ea incepta contra debitorem principalem, factoque inventario per Judicem sæcularem, fuerint bona reperta pęnes Clericum, continuanda est exequutio per eundem Judicem sęcularem contra illa bona descripta in inventario pęnes Clericum reperta, absque assistentia Officialis Ecclesiastici, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Cassador, Consultoribus Terca, Jofre, & Sala 27. Octobris 1569. in favorem Annæ Ortis, contra Paulum Malet Presbyterum, & Rectorem Ecclesiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Pinu Civitatis Barcinonæ, his verbis: firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica per dictum Paulum Malet præfatæ Annæ Ortis locum non esse, & consequenter exequutionem decretam per Regiam Audientiam, & inceptam contra bona Joannis de la Mora, continuandam fore, & esse per dictam Regiam Audientiam tàm in equo, quàm in aliis bonis pęnes dictum Malet existentibus, quæ sub inventario per dictam Regiam Audientiam decreto descripta fuerunt. Meminit de hac declaratione Vinnes *in discursu procedimentorum villæ de Matarò*, *fol.* 53. *pag.* 1. *in fine*, *ibi*: *Que es lo que dio occasion*.

Idemque si pendente exequutione fit alienatio rei 106
litigiosæ in Clericum, continuatur exequutio per Judicem sæcularem contra eum absque Officiali Ecclesiastici assistentia, sic in Cathalonia per Cancellarium Eril, Consultoribus Besturs, & Rubi de Marimon. 1. Junii 1633. occasione firmæ juris in Curia Ecclesiast. Dertuzæ factæ per Martinum Anastasium Roger Presbyt. Civit. Dertuzæ procedimentis in Curia sæculari Vicarii Regii Dertusæ ad instantiam tutoris, & curatoris pupillorum Spunis ejusdem Civitatis factis contra Michaelem Joannem Spinosa, & Barbaram Spinosa, & Splugues ejus uxorem, quorum bona fuerunt per Curiam sęcularem executa, & executione pendente, in eis successit Angela Vertimilla, quæ dicta bona jam litigiosa, & Curię affixa alienavit in favorem dicti Martini Anastasii Roger, fuit declaratum: firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica Dertuzæ per dictum Martinum Anastasium Roger factæ locum non fuisse, nec esse. Et per eundem Cancellarium, Eril, Consultoribus Carreres, & Magarola 4. Julii 1634. occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ factæ per Abbatissam, & Conventum Sancti Petri Puellarum Ordinis Sancti Benedicti Civitatis Barcinonæ procedimentis in Curia sęculari Regentis Vicariam Barcinonæ factis contra Joannem Camps agricolam de Monmelò ad instantiam Jacobi Raymundi Villa Presbyteri Barcinonæ pro recuperatione quarundam pensionum cujusdam censualis, per Jacobum Camps quondam agricolam dictæ Parochiæ de Monmelò in favorem dicti Villa venditi, & creati, cui per dictum Camps venditorem fuerunt assignatæ aliquæ petię terræ dominii directi dictæ Abbatissę, & Conventus Sancti Petri in specialem obligationem dicti censualis cum consensu, & firma Abbatissæ dicti Conventus, quæ post executionem per dictum Villa in dicta Curia sęculari factam fuerunt dictæ Abbatissæ, & Conventui per dictum Camps judicii mutandi causa restitutæ, fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica per dictam Abbatissam, & Conventum factæ locum non fuisse, nec esse.

107 Similiter si post sententiam per Judicem sæcularem latam fiat alienatio rei litigiosæ in Clericum, exequutio facienda est contra eum per eundem Judicem sæcularem, ita in Cathalonia per Amell Tertium 9. Augusti 1627. in favorem Joannæ Seraphinę Codina Monialis Monasterii Beatæ Mariæ Angelorum, & Pedis Crucis Civitatis Barcinonæ, contra Franciscum Pujol Canonicorum Elnen. & Præpositum de Canoves uti possessorem quarundam domorum sitarum in Civitate Barcinonæ in vico Sancti Honorati, quæ fuerunt Michaelis Cucurella legum Doctoris, & post ejus obitum possessæ per Hieronymam Cucurella viduam ab eo relictam, per ipsamque lite inter eam ex una, & Benedictum Cucurella ex altera parte in Regia Audientia vertente, & post sententiam latam in favorem dicti Benedicti, cui fuerunt dictæ domus adjudicatæ, & contra dictam viduam latam, fuerunt per ipsam venditæ, seu alienatæ in favorem dicti Canonici Pujol, quæ alienatio censetur judicii mutandi causa facta, fuit declaratum; firmæ juris per dictum Franciscum Pujol Canonicum Elnen. in Curia Ecclesia factę locum non fuisse, nec esse,

108 Nota, circa ea, quæ dixi *num.* 66. quod re litigiosa alienata, si postea sententia lata extiterit contra principalem, potest fieri exequutio absque novo processu, & novo judicio, recta via contra illum, in quem facta est alienatio rei litigiosæ, & sic contra tertium prætensum possessorem. Ut procedat si tertius prætensus possessor sit jurisdictionis Judicis sententiam proferentis, & res sita sit in sua jurisdictione, nam tunc contra tertium prætensum possessorem mandatur executioni sententia per ipsum Judicem absque novo processu; secùs tamen si res, de qua agitur, sit extra territorium Judicis, qui sententiam tulit, ac etiam persona possidens rem litigiosam sit extra Judicis territorium; nam in unoquoque casu utendum est literis requisitoriis per Judicem proferentem sententiam Judici, apud quem tertius possessor degit, & ubi res sita est, ut suam exequatur sententiam, & debet Judex requisitus sententiam exequutioni demandare, sic Carleval *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. *num.* 938. Fermosin. *in cap. proposuisti* 19. *quæst.* 17. *num.* 1. *de foro compet.* Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *numer.* 117. intellige, ut per eumdem Fermosin. *à n.* 2.

ARGUMENTUM.

An revenditio rei emptæ cum pacto de retrovendendo facienda sit per viduam tenutariam bonorum mariti, vel per filium ejus hæredem, etiam Clericum, pertineatque cognitio ad Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Revenditio rei emptæ cum pacto de retrovendendo facienda est per viduam tenutariam bonorum mariti, & non per ejus filium, & hæredem, etiam Clericum, & cognitio pertinet ad Judicem sæcularem, ubi decisio Cancellarii Cathaloniæ.*

2 *Vidua post mortem mariti dicitur universalis bona tenens, seu possidens, num.* 2. *& interim habet vices hæredis, numer.* 3. *imò tanquam hæres reputatur in omnibus, & per omnia, num.* 4. *Domina rei dicitur, num.* 5. *& utilitatis habet, & sustinet actiones activas, & passivas, num.* 6. *agit, & convenitur, num.* 7. *adeo ut non sit necesse citare hæredes, sed cum sola vidua tenutaria agere, & judicium cum ea actum, & sententia contra eam, vel in sui favorem lata, hæredi, & omnibus nocet, & prodest, num.* 8.

3 *Vidua tenutaria an habeat consumptionem bonorum mobilium in inventario mariti descriptarum, eorum scilicet, quæ usu consumuntur, refertur opinio negativa, num.* 9. *& probatur, n.* 10. 11. *& 12. refertur opinio affirmativa, quæ verior, numer.* 13. *& probatur, num.* 14. *Limitatur* 1. *opinio affirmativa, numer.* 15. *Limitatur* 2. *num.* 16. *Declaratur hæc secunda limitatio, num.* 17. 18. 19. *& 20. Limitatur* 3. *n.* 21. *& 22.*

23 *Tenutæ privilegium, quod habet vidua in Cathalonia transit ad filium hæredem matris cum commodo faciendi fructus suos, numer.* 24. *& in filium fideicommissarium matris, num.* 24. *& in filium dotis matris legatarium, etsi alter filius sit hæres institutus, n.* 25.

26 *Tenutæ privilegium, quod habet vidua in Cathalonia, an transeat ad nepotes hæredes matris, numer.* 26. *refertur opinio negativa, num.* 27. *Sed verior est opinio affirmativa qua traditur, numer.* 28. *& an transeat ad pronepotes, num.* 29.

29 *Optionis, & oppositionis privilegium, quod habent mulieres in Cathalonia, numer.* 29. *an transeat ad nepotes hæredes matris, negatur, num.* 30. *sed affirmatur, n.* 31.

32 *Fructus non imputantur in quartam trebellianicam in liberis primi gradus, numer.* 32. *nec in nepotibus, n.* 33. *& 34.*

35 *Filius sub conditione gravatus restituere hæreditatem, potest detrahere duas quartas, legitimam scilicet, & trebellianicam, num.* 35. *similiter nepos, num.* 36. *& quicumque descendens, vel ascendens, n.* 37. *& 38.*

40 *Vidua an habeat tenutam, non solùm in bonis liberis mariti, sed etiam in bonis vinculatis, distinguuntur duo casus, num.* 40. *Primus quando intentatur interdictum summarissimum interim, & respondetur affirmative, num.* 41. *& 42. Secundus quando intentatur judicium proprietatis, in qua difficultate tres sunt opiniones: Prima negat, n.* 43. *Secunda affirmat, n.* 44. *& 45. Tertia est conciliatrix, & hæc est verior, n.* 45. 46. 47. 48. 49. 50. *& 51. Ampliatur hæc tertia opinio, n.* 56. *Limitatur* 1. *n.* 57. *Sed impugnatur limitatio, n.* 60.

52 *Specialia duo non possunt concurrere circa idem, & in eodem subjecto, num.* 52. *Limitatur tribus modis, n.* 53. 54. *& 55.*

61 *Bona libera existere, vel non existere, aut sufficere, vel non sufficere, quis teneatur probare fideicommissarius, & non vidua, numer.* 61. *& qualiter fideicommissarius existentiam, & sufficientiam bonorum probare possit, numer.* 62. 63. *& 64.*

DECISIO CCLXXVI.

RESP. quod revenditio rei emptæ cum pacto de 1
retrovendendo facienda est per viduam tenutariam bonorum mariti, & non per filium ejus hæredem, etiam Clericum, & cognitio pertinet, & spectat ad Judicem sæcularem, & non ad Judicem Ecclesiasticum, & si per Clericum filium, & hæredem firmatur contentio, declaratur per Cancellarium in favorem Curiæ secularis, sic in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Carreres, & Garau 30. Aprilis 1629. in facto firmæ juris per Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ factæ per Sebastianum Molner Subdiaconum ratione procedimentorum in Curia sæculari. Regię Audientiæ contradictum Molner Subdiaconum ad instantiam Gabrielis Pasqual factorum, & in & cum quibus Maria Anna Molner vidua ejus mater usufructuaria, & tenutaria bonorum alterius Sebastiani Molner, quondam ejus viri fuit in Regia Audientia condemnata ad retrovendendum mansum Subirana, & hujus sententiæ provisum decretum exequutionis, contrarium prætendente dicto Sebastiano Molner Subdiacono, imò ad se uti hæredem

dicti

dictis patris sui pertinere dictam facere retrovenditionem vi, & districtu suæ Curiæ Ecclesiasticæ fuit declaratum firmę juris in dicta Curia Ecclesiastica per dictum Molner Subdiaconum factæ locum non fuisse, nec esse.

2 Ratio est, quia vidua post mortem viri dicitur universalis bona tenens, seu possidens, juxta constitut. *Hac nostra, tit. soluto matrimonio*, ubi Mieres *in Curia Perpiniani Regis Petri III. tom. 1. collat. 6. in rubrica de jure dotium, numer. 62. in novis, fol.* 348. ubi Despujol. *numer.* 83. Oliba *in §. fuerat, n. 7. relectione 2. de actionib.* Peguera *in constitut. Item ne super laudemio, versic. 8. En tenent emperò, num.* 12. Socarrats *in commemor. Petri Alberti, cap. Si defuncto, numer.* 40. *fol.* 203. Cancer. *part.* 3. *variarum, cap.* 17. *numer.* 400. Fontanella *de pact. nup. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 3. numer.* 24. *& dec.* 111. *num.* 25. *part.* 1.

3 Et iterùm habet vices hæredis, Mieres *in Curia Perpiniani Regis Petri III. tom.* 1. *collat. 6. rubric. de jure dotium, numer. 62. in novis, fol.* 348. Despujol. *ad constitut. Hac nostra, numer.* 83. Ferrer Ilerdensis *in constit. Hac nostra temp. prima, declarat. 7. num.* 7. Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 3. num.* 25. Ripoll. ad Pegueram *in praxi civili, rubr. 6. numer.* 34. Villaplana *de Brach. Militari, rubr. 6. numer.* 34. Romaguera *ad stat. Eugub. rubr.* 48. *numer.* 37. Imò tanquam hæredes reputantur in omnibus, & per omnia, Ripoll. *variar. resolut. cap. 3. numer.* 39. Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gloss. 3. part. 3. numer.* 25. Ilerdensis Ferrer *in constitution. Hac nostra tempor. 3. declarat. 9. numer.* 93.

4 Domina rei dicitur, Peguera *in constitut. Item ne super laudemio, versic. 8. num.* 12. juris præsumptione, Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 34. *sub n.* 21. sicut dicitur de tenutario majoratus, qui interim, quod in proprietate vincitur, Dominus juris præsumptione appellatur à Salgado multis citatis *in labyrint. credit. part. 2. cap. 22. num.* 79. quem refert, & sequitur Quesada Pilo *hic citatus*, seu quasi domina vocatur à nostro Collega Don Bonaventura de Tristany *decis.* 41. *numer. 9. tom. 2.*

5 Et uti talis habet, & sustinet actiones, activas, & passivas, Mieres *in Curia Perpiniani Regis Petri III. tom.* 1. *collat. 6. rubric. de jure dotium, num.* 62. *in novis, fol.* 384. Despujol. *in constitut. Hac nostra, numer.* 83. Socarrats *in commemorat. Petri Alberti, cap. si defuncto, numer.* 39. *fol.* 243. Oliba *in §. Fuerat, numer. 9. relect. 2. de actionibus*, Cancer. *part. 3. variar. resolut. cap.* 17. *num.* 403. Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 3. numer.* 25. *& dec.* 111. *numer.* 21. *part.* 1. Ripoll. *variar. cap. 3. numer.* 43. *in fine, & in addit. ad Pegueram, in praxi civili, rubr. 6. numer.* 24. Ferrer Ilerdensis *in constitut. Hac nostra temp. 1. declar. 7. numer. 7. & temp. 3. declar. 9. num.* 93. Villaplana *de Brach. Militari, cap. 4. numer.* 48. Don Bonaventura Tristany *dec.* 41. *sub numer. 9. tom. 2.* Romaguera *ad stat. Eugub. libr. 2. rubr.* 48. *num.* 37. Quesada Pilo *controvers. forens. c.* 34. *sub num.* 1.

6 Agit, & convenitur, Socarrats, *in commemor. Petri Alberti, capit. Si defuncto, numer.* 20. *&* 40. *fol.* 243. Cancer *part. 3. var. cap.* 17. *numer.* 404. Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. clausul. 7. glos. 3. part. 3. numer.* 25. Ripoll. *variar. cap. 3. à num.* 39. *& in addit. ad Pegueram, in praxi civili, rub. 6. à numer.* 23. sufficitque probare eam esse bona tenentem, Mieres *in Curia Perpiniani Regis Petri III. tom.* 1. *de collat. 6. de jure dotium, num.* 62. *in novis, fol.* 348. Despujol. *de constit. Hac nostra, num.* 38. Oliba *de §. Fuerat, relect. 2. de action.*

7 Adeòut non sit necesse citare hæredes, sed cum sola vidua tenutaria agere, & judicium cum ea actum, & sententia contra eam, vel in sui favorem lata, hæredi, & omnibus nocet, & prodest, ut probat Ripoll. *variar. resolut. cap. 3. à numer.* 39. *ad* 44. *& in addit. ad Pegueram, in praxi civili, à n.* 23. decisum per nostrum Senatum testantur Despujol. ad Mieres *in constitut. Hac nostrà, num.* 83. Cancer. *part. 3. var. cap.* 17. *num.* 404. Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 7. numer.* 27. *& dec.* 111. *num.* 25. *&* 26. *part.* 1. Thoro *in compend. decis. part. 3. sect. 1. verbo Exceptio rei judicatæ, col. 2. vers. Hinc est, fol.* 385. & ita quotidie video observari. Quidquid post alios dicat Portoles ad Molinum, §. *Viduitas, n.* 33. *&* 34.

Sed quæro 1. An vidua tenutaria habeat con- 8
sumptionem bonorum mobilium in inventario mariti descriptorum, eorum scilicet, quæ usu consumuntur; quidam tenent, quòd non, sic Michael Ferrer, *part. 3. observat. cap.* 353. *in fine, versic. Fuit etiam*, Ripoll. *variar. resolut. cap.* 10 *numer.* 49. ita 9
fuit in Cathalonia declaratum per Magnificum Joannem Gallego, provisione non facto verbo facta 7. Novembris 1617. in favorem Nobilis Onofrii de Alentorn. Archidiaconi de Benasch Ecclesiæ Ilerden. contra Nobilem Carolum de Copons, Nobilem Elisabethem de Copon, & Aymeric, Hieronymum Negrote, & Egregium Don Alfonsum de Eril, Comitem de Eril, Actuario Perrez, posteà Ribes, nunc Forès, & Montagut.

Fundatur hæc opinio. Quia usufructuarius pre- 10
tium mobilium, finito usufructu restituere tenetur juxta æstimationem de tempore inchoati ususfructus, itaut rerum substantia salva in pretio remaneat, §. *constituitur, de usufructu*, Peregrin. *de fidei-comm. art.* 10. *num.* 32. Duran. *decis.* 235. *num.* 3. ubi ait hanc esse communem, & receptam sententiam, & refert illam benè examinare, Pinel. *l.* 1. *part.* 2. *à numer.* 80. *Cod. de bonis materni*, Castillo *de usufruct. cap.* 17. *numer.* 20. Crœveus *in observ. ad Gail. concl.* 46. *consider.* 1. *lib.* 1. Fachin. *controvers. juris. lib.* 8. *c.* 4. Thesaur. *decis.* 80. Surd. *dec.* 67. Cancer *part.* 3. *variar. resol. cap.* 20. *à numer.* 211. Ripoll. *variar. cap.* 10. *num.* 497. etiamsi usufructuarius sit titulo hæreditario, non minus quàm in alio usufructuario ex alio quocumque titulo, ut ex Baldo *cons.* 437. *lib.* 5. tradit Duran. *decis.* 235. *numer.* 4. Nisi in eo, qui 11
bona sua donavit reservato usufructu, qui dolo secluso, mobilia cujuscumque generis sint, restituere non tenetur, nisi in ea bonitate, & qualitate, in qua reperiuntur tempore finiti ususfructus, Cancer *part.* 3. *var. resolut. cap.* 20. *num.* 216. sequitur Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clausul.* 4. *glos.* 22. *num.* 56. Et vidua ab aliquibus simpliciter usufructuaria vocatur, Ripoll. *variar. resolut. cap.* 10. *num.* 497. Fonta- 12
nella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 3. *n.* 21. Ferrer. *in constit. Hac nostra temp.* 3. *declarat.* 2. *sub numer.* 2. ab aliis dicitur usufructuaria legalis, idem Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 7. *glos.* 3. *part.* 3. *numer.* 36. idem Ferrer. *in constit. Hac nostra tem.* 3. *declar.* 2. *num.* 8. Reg. Leo *decis.* 39. *n.* 24. *libr.* 1.

Sed contraria sententia est verior, & tenenda in 13
judicando, & consulendo, quod vidua tenutaria habet consumptionem bonorum mobilium in inventario mariti descriptorum, eorum nempè, quæ usu consumuntur, quam tenent Don Bonaventura de Tristany *decis.* 41. *numer.* 9. qui *numer.* 10. dicit non esse standum observantiæ Michaelis Ferrer in oppositum citati *par.* 2. ita fuit in Cathalonia declaratum in causa supplicationis contrario imperio, & in forma per Magnificum Michaelem Carreres Regiæ Audientiæ Doctorem sententia lata 25. Novembris 1627. in qua quoad bona mobilia fuit revocata provisio facta per dictum Magnificum Joannem Gallego, quæ quidem sententia Michaelis Carreres fuit confirmata in gradu supplicationis sententia lata 18. Januarii 1629. referente Magnifico deinde Nobili Jacobo Mir Regio Senatore, posteà regente Regiam Cancellariam in Regno Sardiniæ, & in hoc Principatu, & comitatibus, inter partes, de quibus suprà *numer.* 9. & refert Don Bonaventura de Tristany *numer.* 9. *loco hic citato*. Et sequendo hæc exemplaria, sic fuit per me provisum, etsi non expresso motivo, cum in interlocutoriis regulariter apponi non soleat, in favorem Margaretæ Pla & Serin-

& Serminana, contra Joannem Pla agricolam vi[illegible] Martorelli die 26. Augusti 1659. quæ fuit in gradu supplicationis confirmata die 4. Februarii 1660. referente Magnifico Raphaele Viloso Regio Consiliario, postea Nobili Aragoniæ, & Regente Cancellariam in S. S. R. Aragonum Consilio, Scriba Vila. Idem fuit per me declaratum 24. Aprilis 1660. in causa Nobilis Francisci de Semmanat, contra Nobilem Elisabethem de Corbera, Notario Comdor, quam refert Don Bonaventura de Tristany *dec.* 41. *n.* 10. *part.* 2. Simili provisione liquidationis per me facta 15. Julii 1662. in favorem Egregiæ Dominæ Catharinæ de Calbà Comitissæ de Robres contra Nobilem Mariam Semmanat, & Perapertusa, Actuario Comdor.

14 Ratio hujus opinionis evidens est, & cum ea respondetur argumento in contrarium adducto *numer.* 19. quia vidua tenutaria bonorum mariti in vim *constitutionis. Hac nostra*, *tit. Soluto matrimonio*, habet vices hæredis; & tanquam hæres reputatur in omnibus, & per omnia, & domina vocatur, seu quasi domina, & habet actiones activas, & passivas, ut probatum est, *num.* 3, 4, 5, *&* 6, & hæres gravatus, qui jure dominii utitur bonis mobilibus, quæ usu consumuntur, præsumitur bona mobilia consumpsisse, & ad illorum restitutionem non tenetur, *l. mulier*, §. *Sed etiam*, *l. deducta*, §. *Ante diem*, *vers. Cùm autem*, *ff. ad trebellian.* Paris. *cons.* 55. *numer. fin. lib.* 2. Ludovic. Bellus *cons.* 102. *numer.* 1. Ludovisius *decis.* 285. *numer.* 2. Duran. *decis.* 35. *numer.* 2. *&* 3. Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 197. *à numer.* 1. Æmilius Gallus *de exception. part.* 2. *tit.* 4. *excep.* 23. *num.* 115. *&* 122. Ramon noster *cons.* 62. *numer.* 27. latè Fusarius *de substitution. quæst.* 624. *à num.* 6. Peregrin. pluries, & sæpissimè judicatum fuisse refert *de fideicomm. art.* 2. *n.* 32. *&* 39. *&* *dec.* 64. *num.* 1. *&* 2. sic fuit per me declaratum 15. Octobris 1670. in favorem Augustini Lleonart, contra conjuges Puigs, Scriba Bas,

15 Limitatur 1. ut procedat in vidua tenutaria possidente bona mariti in vim constitutionis, *Hac nostra*, pro ejus dote, & sponsalitio; secùs in vidua usufructuaria relicta à marito in suo testamento, etiam titulo hæreditario, quæ non habet consumptionem bonorum mobilium in inventario mariti descriptorum, *ex traditis supr. n.* 10. & punctim Don Bonaventura Tristany *dec.* 41. *n.* 9. *part.* 2.

16 Limitatur 2. ut procedat, si cursus tanti temporis lapsus sit, per quem verosimiliter bona mobilia potuerunt consumi, quo casu præsumuntur consumpta, & non tenetur vidua tenutaria ad illorum restitutionem; secùs si non sit lapsus tanti temporis cursus per quem bona mobilia verosimiliter consumi non potuerunt, nam tunc non præsumuntur consumpta, sed ad restitutionem tenetur, ut in hærede gravato tradunt Doctores citati *numer.* 14. & docent Bartol. *in l. quoad præsens*, *numer.* 3. *Cod. de muri legulis*, *lib.* 12. Afflict. *dec.* 13. *num.* 27. Æmilius Gallus *de exceptionib. part.* 2. *tit.* 4. *numer.* 23. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 10. *numer.* 40. Mascard. *de probat. concluss.* 297. *numer.* 1. Ludovis. *decis.* 285. *numer.* 3. ubi Beltramin. *num.* 4. *versic. Benè verum est*, Riminald. Junior. *cons.* 459. *num.* 16. *&* *seq.* Gabriel. *cons.* 138. *numer.* 3. *&* *seq. lib.* 2. Peregrin. *cons.* 70. *numer.* 21. *lib.* 1. Dusan. *decis.* 212. *numer.* 12. Fusar. *de substitut. q.* 924. *num.* 9. *in fine*, Fontanella *de pact. nupt.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 12. *numer.* 19. Giurba *ad consuetud. Messanen. part.* 1. *cap.* 15. *glos.* 14. *numer.* 8. *fol.* 794. Gratian. *discept. forens. cap.* 215. *n.* 8. *versic. Quidquid*, *&* *num.* 19. Cyriacus *controv.* 204. *num.* 7. *&* 8. Roxas *dec.* 312. *num.* 20. Cirocchus *discept.* 1. *num.* 41. *versic. Et sat esset*, Martin. Andrea *dec.* 60. *num.* 3. *&* *decis.* 80. *num.* 7.

17 Sed per quod tempus bona mobilia verosimiliter possunt consumi, dico quòd arbitrio Judicis relinquitur, Mascard. post alios *de probat. concl.* 197. *num.* 3. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 12. *num.* 40.

18 Et si scire desideras, quomodo Judex debeat arbitrium regu[illegible]ico, quod Ramon noster *cons.* 62. *num.* 27. loquitur in casu quo erant effluxi centum, & viginti octo anni, Ludovic. Bellus *cons.* 102. *num.* 1. *&* 2. Loquitur in casu quo erant elapsi quinquaginta tres anni. Et in causa Nobilis Onofrii de Alentorn Archidiaconi de Benasch ex una, & Nobilem Carolum de Copons, & Nobilem Elisabethem de Copons, & Aymerich, Hieronymum Negroto, Et egregium Don Alphonsum de Eril Comitem de Eril partibus ex altera, *de qua supra*, *numer.* 9. *&* 13. erant transacti triginta quinque anni. Et in causa Egregiæ Dominæ Catharinæ Salbà Comitissæ de Robres ex una, & Nobilem Mariam de Semmanat, *&* Perapertusa ex altera, *de qua supra*, *numer.* 13. *in fine*, erant transacti triginta anni parùm minus. Et in causa Margaretæ Pla, & Sarinnana contra Joannem Pla, de qua supra *sub numer.* 13. erant elapsi viginti novem anni, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 12. *num.* 41. loquitur cum decisione nostri Senatus in casu, quo erant transacti viginti octo anni, Et in causa Augustini Lleonart ex una, & conjugum Puigs ex altera, *de qua supra*, *numer.* 14. *in fine*, erant effluxi decem, & octo anni, Duran. *decis.* 192. *numer.* 11. ait mobilia præsumi consumpta spatio plusquam decem annorum idem refert *decis.* 235. *numer.* 2. ubi sic intelligit Peregrin. *de fideicomm. art.* 10. *numer.* 40. Ludovis. *decis.* 285. *num.* 3. Roxas *decis.* 312. *numer.* 10. dicit, quod mobilia præsumuntur consumpta per lapsum longissimi temporis, Ursellius *consultat. forens. cap.* 19. *n.* 30. inquit bona mobilia præsumi consumpta per decennium,

Et etiam si vis scire, quę sint ista bona mobilia, 19
quę diuturnitate temporis præsumuntur consumpta; Dico, quòd linteamina, panniculi, ornamenta lectorum, & cætera hujusmodi similia, suppellectilia, ad tradita per Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *numer.* 50. *Cod. de bonis maternis*, Castillo *de usufructu*, *capit.* 38. *numer.* 24. Augustin. Barbosa *appellat.* 142. *num.* 2. *&* 3. *&* *appellat.* 253. *sub numer.* 14. & in terminis Æmil. Gallus *de except. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 23. *numer.* 122. Gratian. *discept. for. cap.* 215. *num.* 18. Ludovic. Bellus *cons.* 102. *in princ. versic. Respondetur primò*, in causa tamen Egregiæ Dominæ Catharinæ Salbà Comitissæ de Robres, *de qua supra*, *numer.* 13. *in fine*, in qua erant effluxi triginta anni parùm minus, *ut dixi numer.* 18. declaravi, quod mobilia præsumebantur consumpta ex lapsu tot annorum, ut sellę, mensæ, lecti, sindones, & aliæ res, sed excipi aurum, argentum, æs, stannum, ferrum, & similia, quæ restituenda esse provisum fuit, seu illorum æstimationem, Peregrin. *de fideicomm. art.* 10. *num.* 43. Ludovic. Bellus *cons.* 102. *in princ. versic. Respondetur primò*. Idemque declaravi in illa causa Augustini Lleonart ex una, & conjuges Puigs ex altera, in qua erant elapsi decem, & octo anni, *de qua supra*, *n.* 14. *in fine*, *&* *sub n.* 18.

Sublimitatur hæc secunda limitatio, si mobilia 20
extarent tempore finitæ tenutæ, nam qualia essent, restituenda sunt, Peregrinus *de fideicomm. art.* 10. *n.* 43. *&* *decis.* 99. *num.* 15. Fusar. *de substitut. quæst.* 624. *numer.* 8.

Limitatur 3. ut procedat, quando absque dolo, 21
vel culpa viduæ tenutariæ bona mobilia fuerint consumpta; secùs si dolo, vel culpa ipsius consumpta fuerint, quo casu hujusmodi bona mobilia restituere tenetur, ut in hærede gravato docent Peregrin. *de fideicomm. art.* 10. *numer.* 39. Ludovic. Bellus *cons.* 102. *numer.* 1. Paris. *cons.* 45. *numer.* 23. *libr.* 2. Fusar. *de substitut. quæst.* 624. *numer.* 6. Æmil. Gallus *de exception. part.* 2. *titul.* 4. *except.* 23. *num.* 16. *&* 122. Cancer *part.* 1. *variar. cap.* 2. *numer.* 137. 138. 139. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 107. *numer.* 3. Ramon noster *cons.* 62. *num.* 27. Roxas *dec.* 312. *numer.* 10. Cirocchus *discept.* 1. *num.* 41. *versic. Quamvis data*. Et 22
qui dicit mobilia dolo, vel culpa viduæ tenutariæ fuisse consumpta, probare debet *ex regula l. quoties*, §. *Qui dolo*, *ff. de probat.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 10. *num.* 41. Æmilius Gallus *de exception. part.*

part. 2. tit. 2. excep. 23. num. 124. Futarius *de substitution. q.* 124. *num. 9.*

23 Quæro 2. An tenutæ privilegium quod habet vidua in vim *constitutionis Hac nostra, tit. Dissolt lo matrimonii*, sicut transit ad filium hæredem matris, cum commodo faciendi fructus suos *argumento l. Assiduis, Cod. qui potiores in pignore habeantur, l.* 1. *Cod. de privileg. dot.* & expressè habetur *in constit. final. tit. dissolt lo matrimoni*, Despujol. in addit. ad Mieres *in constit. Hac nostra, numer.* 39. Oliba *in* §. *Fuerat, relect. 2. numer.* 13. *&* 14. *de actionib.* Cancer, *part.* 1. *var. cap.* 9. *numer.* 59. *&* *part.* 2. *capit.* 7. *numer.* 92. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 7. *nu.* 1. Ferrer. *in constit. Hac nostra temp.* 1. *declarat.* 11. *à num. ad* 17. Don Bonaventura Tristany *decis.* 41. *n.* 13. *&* 14. *part.* 2. Et in filium fideicommissa-

24 rium matris, Cancer *part.* 1. *var. resol. cap.* 2. *num.* 149. *versic. Præter hæc, & cap.* 9. *numer.* 222. *&* *part.* 2. *c.* 7. *numer.* 91. Don Bonaventura de Tristany cum decisione nostri Senatus in gradu supplicationis confirmata, & in alia causa iterum provisum testatur, *decis.* 41. *numer.* 11. *&* 12. *part.* 2. Et in filium dotis matris legatarium, &si aliter filius sit hæres institutus, docet Cancer *part.* 1. *var. cap.* 9. *numer.* 224. &-

25 si oppositum teneant in statuto transferente possessionem in hæredem, ut non transeat in legatarium, Paz *de tenuta, part.* 2. *capit.* 48. *numer.* 25. Postius *de manuten. observ.* 55. *numer.* 79. Transeat ad nepo-

26 tes matris hæredes eorum patre præmortuo; Negant Cancer *par.* 2. *var. capit.* 7. *numer.* 94. *&* 95.

27 *&* *part.* 3. *cap.* 3. *à numer.* 380. Fontanella *de pact nup. tom.* 2. *clausul.* 7. *gloss.* 3. *part.* 7. *à numer.* 4. Ferrer. *in constit. Hac nostra temp.* 1. *declar.* 11. *à numer.*

28 17. Affirmant idem Cancer re maturiùs considerata, *var. capit.* 2. *numer.* 143. *ad* 149. *&* *capit.* 9. *numer.* 60. *&* 221. Don Bonaventura de Tristany *decis.* 41. *numer.* 15. *in princ.* & secundùm opinionem affirmativam fuit decisum per Egregium olim Senatorem, postea Regentem in hoc Principatu, deinde Regentem in Supremo Aragonum Consilio Michaelem Salbà & de Vallsecade anno 1605. inter Nobiles conjuges Argensoles, & Nobilem Philippum Roger, sed sine voto, & interventu Senatus, ut refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 7. *gloss.* 3. *part.* 7. *numer.* 4. est tamen magnæ authoritatis, ut tradunt Despujol. ad Mieres *in addit. ad constit. Hac nostra, numer.* 39. Cancer *part.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 386. & fuit in provisum in favorem Nobilis Gertrudis de Cartellà & Bach. contra Nobilem Raymundum Xammar provisione facto verbo facta in causa summariissimi, interim referente Egregio Senatore, deinde Nobili Aragonensi, Regente in Supremo Aragonum Consilio Don Raphaele de Vilosa die 31. Martii 1662. Scriba Jacobo Bas.

29 Sicut optionis, & oppositionis privilegium, quod habent mulieres in Cathalonia *per pragm.* 1. *tit. de privilegiis, dotal. in* 2. *volumine Constitutionum.* etsi transeat ad filios matris hæredes Oliba *in* §. *Fuerat, relect. 2. numer.* 5. *de actionib.* Cancer *par.* 2. *var. capit.* 7. *numer.* 94. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 2. *part.* 10. *numer.* 42. licèt miretur noster Ilerdensis Ferrer *in constit. Hac nostra tem.* 1. *declar.* 11. *à numer.* 54. Ad nepotes hæredes matris trans-

30 fire, negant idem Cancer *part.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 380. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauf.* 7. *gloss.* 3. *part.* 7. *num.* 24. Ferrer. *in constit. Hac nostra temp.* 5. *declar.* 11. *à num.* 49.

31 Verùm ad nepotes hæredes matris transfire affirmant idem Cancer re meliùs perpensa, *var. resol. lib.* 1. *capit.* 2. *à num.* 143. *juncto num.* 149. *in fine, & cap.* 9. *numer.* 221. *in fine, & lib.* 2. *c.* 7. *numer.* 95. & secundam hanc opinionem affirmativam declaravit noster Senatus 24. Martii 1662. referente Magnifico Joanne Paulo Xammar. Regio Senatore in causa supplicationis interpositæ à provisione facta per Magnificum postea Nobilem Josephum Rull Regium Consiliarium, deinde Regentem in hoc Principatu, & nunc Regente in Consilio Supremo Aragonum in causa vertente inter executores testamenti Joannis Portella ex unà, & Antonium Bonet ex altera, Actuario Pellicer.

Similiter sicut fructus non imputantur in quartam 32
trebellianicam in liberis primi gradus, secundùm veriorem sententiam, etiamsi testator id jusserit, *l. jubemus, Cod. ad trebellian. l. in fideicommissaria, ff. eodem*, Covar. *in cap. Raynuntius*, §. 11. *num.* 4. *de testament.* Mantica *de conject. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 18. *versic.* 2. *Considero*, Boer. *decis.* 44. *num.* 19. Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *num.* 11. *&* 114. *&* *art.* 49. *num.* 55. ubi Censal. *versic. Sed an liberis, fol.* 312. Husar. *de substit. q.* 296. *num.* 75. *&* *quæst.* 665. *à numer.* 7. Cirocchus *discep.* 6. *num.* 20. *&* 23. Mangil. *de imputat. quæst.* 125. *num.* 3. 4. *&* 5. Ludovisius *dec.* 266. ubi Beltramin. *num.* 14. Fachineus *controv. jur. lib.* 12. *cap.* 69. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 2. *num.* 71. *versic. At verò, &* *num.* 72. Surd. *decis.* 21. *numer.* 3. Menoch. *coas.* 681. *numer.* 18. *libr.* 7. etiam quando duæ quartæ venirent detrahendæ, Peregrin. *de fideicomm. art.* 49. *numer.* 56. Ludovis. *decis.* 266. *numer.* 7. Cirocchus *discept.* 6. *numer.* 23. *in fine*, & plures cumulat, *discept.* 17. ita in liberis ulterioris gradus, nempè nepotibus, non imputantur fructus in quar- 33
tam trebellianicam, cùm in locum patris defuncti primum locum teneant, quidquid dicant plures, quod liberi ulterioris gradus, quales sunt nepotes, imputant fructus in quartam trebellianicam, ut Rota *decis.* 517. *numer.* 9. *part.* 4. *diversor.* Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *numer.* 54. *&* *art.* 49. *numer.* 62. Mangil. *de imputat. quæst.* 125. *numer.* 18. 19. *&* 20. Vivius *decis.* 492. *à numer.* 8. *ad* 14. Merlinus *post tract. de legitima, decis.* 20. *numer.* 25. Cirocchus *discept.* 1. *numer.* 48. *&* *discept.* 6. *numer.* 24. *&* *discept.* 17. *numer.* 18. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 266. *numer.* 14. Farinac. *in repertor. ultim. volunt. quæst.* 5. *numer.* 26. 27. *&* 28. Xammar *defin.* 84. *numer.* 6. Marta *de succes. legal. part.* 4. *q.* 28. *art.* 5. *numer.* 6. *&* *art.* 7. *numer.* 27. *&* 28. Faber. *in Cod. libr.* 6. *tit.* 25. *defin.* 4. *versic. Qui aliis omnibus*, Ferrer. *in constit. Hac nostra temp.* 1. *declar.* 11. *numer.* 28. *&* 29. Peregrin. *verior. jur. lib.* 6. *num.* 136. ita fuit declaratum antiquitus per nostrum Senatum die 17. Decembris 1529. referente Dalmau in causa Syndici Majoricarum, contra Nobilem Bernardum de Finòs. Et iterum 21. Augusti 1534. referente Castellò in causa Antonii Pereyre, contra Ludovicum Dalp.

Verùm quod privilegium filiis competens non com- 34
putandi fructus in quarta trebellianica, eis prædefunctis, competat nepotibus, sicut competit privilegium tenutæ, & optionis, cùm loco patrum defunctorum primum locum teneant, docet Menochius veriorem, & æquiorem dicens, &si aliorum opinio receptior videatur, omninò videndus, *cons.* 681. *à numer.* 18. *libr.* 7. *&* *cons.* 982. *num.* 14. *lib.* 10. *&* *de arbitrar. judic. in addit. ad casum* 256. *num.* 32. *cum sequent.* quem sequuntur Gratian. *discept. forens. cap.* 265. *à n.* 30. *ad* 34. Hodierna ad Surd. *decis.* 37. *numer.* 3. Cancer *part.* 1. *var. cap.* 2. *numer.* 27. sic recedendo ab antiquis declarationibus, fuit per me provisum 8. Januarii 1667. in favorem Egregiorum Comitum de Toralba, contra Nobilem Hieronymam de Grimau uti matrem, tutricem, & curatricem Nobilium Joachimi, & Francisci de Griman filiorum suorum. Actuario Ferrer.

Sic etiam sicut filius sub conditione à patre gra- 35
vatus restituere hæreditatem, potest detrahere duas quartas, legitimam, & trebellianicam, secùs si purè gravatus sit, *cap. Raynuntius*, ubi Bero *numer.* 149. Covar. plures antiquos citat, §. 11. *numer.* 5. Modernos cumulat Augustin. Barbosa *numer.* 3. *de testament.* quibus addendi sunt Burat. *decis.* 853. *numer.* 5. Cirocchus *discept.* 6. *numer.* 13. *&* *discep.* 9. *numer.* 1. Merlin. *de legitima, lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 1. *n.* 6. *&* 16. Cancer *part.* 1. *var. capit.* 2. *sub num.* 25. *&* 141. Ripoll. *var. capit.* 13. *à numer.* 43. Paulus Æmilius Gallus *de exception. part.* 2. *tit.* 4. *excep.* 28. *à numer.* 15. *&* 54. Pichard. *in* §. *Sed quia hæredes*, 3. *à num.* 21. *de fideicom. hæredit.* Ilerdensis Ferrer *in constit. los impubers, gloss.* 4. *à num.* 67. remissivè Pascal. *de pat. potest. par.* 2. *cap.* 4. *numer.* 143. latè Marta *de succes. legal.*

legal. art. 1. *quæst.* 25. *art.* 4. *à num.* 30. *ad* 41. qui *num* 35. *versic. Et secundum*, refert ita judicatum in quocumque foro, videlicet in Senatu Gratianopolitano, in Parlamento Delphinali, in Rota Avenionen. in Regno Neapolis. in Senatu Pedemontano, in Rota Marchiæ, & in Rota Romana. Et Doctores id atteſtantes laudat Fuſarius *de ſubſtit. quæſt.* 660. *numer.* 4. Peregrin. *de fideicomm. art.* 3. *numer.* 51. *& variar. jur. libr.* 6. *numer.* 126. *&* 127.

36 Ita nepos, qui in locum patris ſucceſſit, ſi eſt inſtitutus hæres univerſalis ab avo, & ſub conditione gravatus reſtituere hæreditatem, detrahit duas quartas, eo quia nepos præmortuo patre ejus perſonam ingreditur, conſequitur ejus commoda, & privilegia, ſic Cancer *part.* 1. *var. capit.* 2. *numer.* 142. Peregrin. *de fideicomm. art.* 3. *numer.* 54. Surd. idem eſſe in quocumque deſcendente dicit, *conſil.* 77. *numer.* 13. Quod etiam in aſcendentibus procedit,

37 ſi quis ex eis gravatus fuerit ſub conditione de reſtituendo hæreditatem, poteſt detrahere duas quartas, ſcilicet legitimam, & trebellianicam, ſicut deſcendentes, quidquid dicant Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 2. *c.* 4. *numer.* 147. Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *num.* 53. Gomez *in l.* 3. *tauri*, *numer.* 85. quia contra eos, & alios eſt verior noſtra ſententia, ut docent Covar. *in cap. Raynuntius*, §. 11. *numer.* 6. *de teſtament.* Paulus Æmilius Gallus *de excep. part.* 2. *tit.* 4. *excep.* 28. *numer.* 19. Molina *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 5. Fachineus *controv. jur. lib.* 13. *cap.* 51. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 660. *numer.* 4. *juncto*, *num.* 9. Marta *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *q.* 25. *art.* 4. *numer.* 42. Et juxta hanc opinionem affirmativam ſuper teſtamento Michaelis de Moliner Domicelli Civitatis Ilerdæ, in quo inſtituit hæredem nobilem Mariam Annam de Moliner & de Gilabert ejus matrem, & in diem gravaverit, per noſtram Regiam Audientiam, proviſione facta per Magnificum Michaelem Alegre Regium Conſiliarium die 8. Januarii 1661. fuerunt duæ quartæ, legitima, ſcilicet, & trebellianica adjudicatæ in favorem Vice-Comitis de Torreſeques actoris, contra Nobilem Raymundum de Copons, quæ in gradu ſupplicationis fuit confirmata, referente Egregio Senatore Don Joanne Baptiſta Paſtor, nunc Regente in Supremo Aragonum Conſilio die 17. Novembris 1662. Scriba Fabra.

38 Sed ſi alia plura deſideres ſcire in confirmationem deductorum in hac ſecunda quæſtione, conſule Menochium *conſ.* 681. *à numer.* 21. *lib.* 7. Ciriacum *controver.* 365. *à numer.* 28. Merlin. *de legitima*, *lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 18. *numer.* 1. *&* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 265. *à numer.* 30. & Noſtrum Cancer. *part.* 1. *c.* 2. *à numer.* 141.

39 Solùm facit difficultatem proviſio Nobilis Franciſci de Ribera Regii Senatoris facta die 10. Decembris 1677. in cauſa Mariæ Comdor Villæ Acrimontis, ſeu eorum tutorum, & curatorum in favorem Joannis Barril Loci de la Canoſa Diœceſis Urgellen. quæ abnepti, etſi hæredi abaviæ denegavit tenutam, ſupponens, quod tenuta in vim Conſtitutionis *Hac noſtra*, *tit. Diſſolt. lo matrimoni*, tranſit ad nepotes, vulgò *nets*, hæredes matris, eorum patre præmorruo, ad adneptes verò, & ulteriores deſcendentes non tranſit. Quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata, referente Magnifico Joanne Colomer Regio Senatore die 5. Martii 1678. in actis Armengol, refert Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 41. *numer.* 15. *part.* 1. facit inquam difficultatem. Quia quod dicitur de nepotibus, habet locum in pronepotibus, etiam ex propria ſignificatione, Fuſarius, & Auguſtin. Barboſa, ille *de ſubſtitution. quæſt.* 320. *numer.* 2. iſte *appellat.* 99. *numer.* 85. & pronepotes in ſucceſſione idem jus habent, quod nepotes, Gallus *de exception. part.* 1. *tit.* 1. *excep.* 1. *numer.* 60. & ſicut nepotibus ut filiis legitima eſt relinquenda, Merlin. *de legitima*, *lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 18. *numer.* 1. Cancer *part.* 1. *var. cap.* 2. *numer.* 142. *in princ.* ita etiam proneptibus, idem Merlinus *hic citatus*, *num.* 3. ſi hoc placet, & caſus iterum contingat, indiget reviſione.

40 Quæro 3. an vidua habeat tenutam non ſolùm in bonis liberis mariti, ſed etiam in bonis vinculatis? diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus caſus eſt, quando vidua intentat judicium 41
ſuper interdicto ſummariſſimo retinendæ poſſeſſionis interim vulgariter nuncupato, & petit manuteneri lite pendente in poſſeſſione, & tenuta hæreditatis & bonorum, quæ fuerunt viri ſui, & per eum, dum vivebat, & tempore ſui obitus poſſeſſorum, quam continuare prætendit pro ſua dote, & aliis juribus dotalibus in vim conſtitutionis, *Hac noſtra*. Sed ei opponitur exceptio vinculi, ſeu fideicommiſſi prædeceſſorum mariti illius, quo caſu, quia exceptio fideicommiſſi continet merita proprietatis, ſeu poſſeſſorii plenarii, ſieque requirit altiorem indaginem, & poſſeſſio viduæ eſt adeo privilegiata, ut ipſo jure, & ipſa conſtitutione, ſequuta morte viri ſui, in ea fuerit translata, ideo interim quo diſceptatur, an in bonis vinculatis competat viduæ tenuta cum commodo faciendi fructus ſuos, debet ipſa conſervari, & manuteneri in ſtatu & poſſeſſione, in quibus erat, ſequuta morte viri ſui. Hocque procedit quamvis fideicommiſſum ſit clarum, & conſtet fuiſſe purificatum in favorem opponentis & etiam ſi per opponentem adepta fuerit poſſeſſio bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum juxta doctrinam Olibæ atteſtantis de communi praxi *in* §. *fuerat. relectione* 2. *numer.* 12. *de actionib.* quam refert etiam Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 4. *numer.* 5. etſi eam impugnet, *numer.* 7. & tradat quomodopracticari poſſit, *à n.* 18. Tamen reſpectu poſſeſſionis, quod tranſeat in viduam in bonis vinculatis, non eſſe dubium teſtatur Cancer *part.* 1. *var. cap.* 9. *numer.* 181. *verſic. Verum*, etſi diſputet Ferrer. *in conſtit. Hac noſtra temp.* 3. *declar.* 6. *à numer.* 77. *ad* 85. Verùm noſter Senatus indiſtinctè tenet, & obſervat competere viduæ tenutam in bonis vinculatis, inſequendo doctrinam Olibæ teſtatur Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 40. *numer.* 15. *verſic. Reſpectu tamen*, & ibi refert ſic fuiſſe obſervatum in favorem Nobilis Mariæ de Eril. & Navel viduæ Nobilis Jacobi de Eril & de Cardona contra Nobilem Franciſcum de Cartellà & Eril viduam Nobilis Galcerandi de Cartellà, proviſione facta per Nobilem Joannem Baptiſtam Paſtor Regium Senatorem, nunc Regentem in Supremo Aragonum Conſilio, die 16. Octobris 1662. quam ad literam tradit, *numer.* 16. & in fine, *numer.* 16. *verſic. Hæc Regia proviſio*, teſtatur fuiſſe in gradu ſupplicationis confirmatam, referente Magnifico Joſepho Aleny Regio Senatore, *part.* 2. confirmatio fuit facta 16. Martii 1663. Actuario Payſſa, & poſteà Fabra, nunc Bas; de prædicta proviſione, & confirmatione meminit idem Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 30. *numer.* 67. *part.* 1. Similiter idem fuit proviſum 31. Maji 1683. per Magnificum Michaelem Joannem de Taverner & Rubi Regium Senatorem, nunc meritiſſimum Cancellarium, facto verbo in Regia Audientia Aulæ Reverendi Cancellarii in favorem Illuſtris Domnæ Emanuelæ de Eril & de Orcau uxoris Illuſtris Don Franciſci de Bournonville & de Petrapertuſa Marchionis de Rupit, Vice-Comitis de Joch, contra Illuſtrem Domnam Margaretam Tereſiam de Eril, Marchioniſsam de Caſtellnou, & Egregium Don Antonium de Eril. & de Orcau Comitem de Eril, in actis Vila Not. teſtatur Don Bonaventura de Triſtany *deciſ.* 40. *numer.* 12. *&* 13. & proviſionem ad literam refert, *numer.* 14. *&* 15. tradit ab hac proviſione fuiſſe ſupplicatum, & cauſa commiſsa Nobili Jacobo de Potau & Moles Regium Senatorem, Aulæ Nobilis Regentis Cancellariam *& numer.* 18. tradit dictam proviſionem fuiſſe in gradu ſupplicationis confirmatam, eo notivo. Attento maximè, quidquid ſit de fideicommiſſo prætenſo per dictum Egregium Comitem de Eril, cùm reſpiciat merita proprietatis, & altiorem requirat indaginem confirmationis, *part.* 2. videndus in favorem hujus primi caſus Queſada Pilo *controv. forenſ. capit.* 34, *numer.* 5. *verſic. Optimè igitur*, *&* *numer.* 6. *&* 7.

Sed quia poſteà per dictam Nobilem Franciſcam 42
de Cartella & Eril fuit intentatum petitorium, in

pro

quo deduxit dotem fuisse integriter solutam dictæ Nobili Mariæ de Eril & Navel, nullumque jus habere pro retentione dictorum bonorum fideicommisso subjectorum, neque habere bona immobilia; Ideoque petiit mandare dictæ Nobili Mariæ de Eril & Navel, ut cautionem præstaret de restituendis fructibus dictorum bonorum, casu quo essent restituendi, & in renitentiam poni bona prædicta sub Regio sequestro. Suscitato per hoc articulo inter dictas partes, fuit provisum per dictum Nobilem Joannem Baptistam Pastor Regium Senatorem die 14. Julii 1663. quod dicta Nobilis Maria de Eril, & Navel intra dies quindecim à die, quo præsens provisio in judicatum transierit, dictam cautionem fidejussoriam præstaret, quibus elapsis, quod nunc pro tunc fructus prædicti sequestrarentur pœnes Hyacinthum Villassis alterum ex Virgariis Regiæ Audientiæ, quem in casu prædicto nominavit in sequestrem. Hoc intellecto, quod dictus Hyacintur Vilassis antequam sequestro prædicto se immiscear, juraret, caveret, & alia faceret, quæ in iis solita sunt fieri, &c. & hæc provisio in judicatum transivit.

43 Secundus casus est, quando intentatur judicium proprietatis, an viduæ competat tenuta in bonis vinculatis cum commodo faciendi fructus suos, negant Mieres *in constitutione Hac nostra, & in locis, quos allegat, & sequitur* Oliba *in §. Fuerat, relect. 2. à num. 8. de actionibus*, latè Fontanella *de pact. nup. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 4. à num. 1. ad 25.* Ferrer. *in constitut. Los impubers, glos. 4. à num. 79. ad 82. & in constit. Hac nostra temp. 1. declar. 8. num. 72. & latè prosequitur, temp. 3. declar. 6. à num. 1. ad 26.* & iterum disputat *à numer. 27.* sed in hac opinione residet *num. 76.* noster Collega Antonius de Villaplana *de Brachio Militari, cap. 4. num. 22. & 24.* Romaguera *in addit. ad Conciolum ad statuta Eugubii, lib. 2. rub. 48. num. 38.* ubi allegat Conciolum *de hæredit. simpl. & qualific. art. 1. num. 606.* Pilajam *decis. canon. tom. 2. decis. 10. num. 33. de censib.*

44 Affirmant, quod vidua habeat tenutam in bonis vinculatis cum beneficio faciendi fructus suos, Cancer contraria proponit & illis respondet *var. resol. part. 1. cap. 9. à numer. 176. ad 182.* Molinus *de ritu nup. lib. 3. quæst. 28. à num. 11. ad 14.* qui *vers. His omnibus*, testatur ita in facti contingentia fuisse aliquando judicatum in nostro Senatu, Ramon *cons. 50. à num. 18.* Ripoll. *var. resol. 10. numer. 382. & 383.* Don Bonaventura de Tristany *decis. 40. nu. 6. & 15. & decis. 41. à num. 20. part. 2.* Quesada Pilo *controv. foren. cap. 34. à num. 8.*

45 Hæc opinio affirmativa observatur absque aliqua difficultate in Regno Aragonum quo in Regno vidua ratione viduitatis possidere debet bona viri sui, etiam vinculata, & illis utitur, & fruitur, sicut libera, sic Molinus *in repertorio fororum, verbo Viduitas, versic. Viduitatis jus an habeat locum in bonis vinculatis, fol. 332.* ubi Portoles *verbo Viduitas, à num. 46.* Molinos *in pract. judiciaria Regni Aragonum, titulo Processo super divisiones bonorum, versic. Item, assimismo se adverte, fol. mihi 180.* Bardaxi *foro 8. num. 6. de apprehension.* idem Portoles *observat. 19. num. 4. de jure dotium, & in tract. de consortib. capitul. 46. num. 1. cum seq.* Reg. Sesse *decis. 58. num. 23. tom. 1. & decis. 252. à num. 11. & decis. 253. à num. 5. tom. 3.* Suelves *cons. 28. nu. 21. l. 1. & cons. 37. num. 5. lib. 3.* conducunt Reg. Monter *decis. 8. num. 32.* & idem Suelves *cons. 23. num. 12. in fine, lib. 1.* & de illo Regno loquentes tradunt Bero *cons. 39. num. 24. lib. 1.* Ramon noster *cons. 55. numer. 23.* Molinus noster *de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 28. numer. 10.* Reg. Leo *decis. 122. sub num. 9. lib. 2.* hæcque observantia fori Regni Aragonum applicatur constitutioni Hac nostra, ut nulla ratio diversitatis possit constitui inter forum juris viduitatis Regni Aragonum, & constitutionem nostram Cathaloniæ Hac nostra, ut latè probat, & contrariis respondet Ramon noster *cons. 50. numer. 24. 25. & 26.* etsi hoc displiceat Fontanellę *de pact. nup. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 4. à num. 8.* & nostro Francisco Ferrer *in constit. Hac nostra, tem. 3. declar. 6. à num. 29.* sed in his non immoror.

gentiam, quod de præventione, seu requisitione facta Judici sæculari per manumissores, & executores laicos ultimarum voluntatum conficiatur publicum instrumentum cum testibus, ut nulla prorsus possit cadere dubitatio super veritate, Fontanella *decis.* 288. *num.* 11. *in fine*, *p.* 1. aliter enim si non constat verè, & & absque aliqua suspicione præventionem, seu requisitionem Judici sæculari esse factam per manumissores, & executores laicos ultimarum voluntatum, quamvis ita scriptum legatur in libro Curiæ judicis sæcularis sine testibus, & alia solemnitate, & firmatur contentio inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in favorem Judicis Ecclesiastici. Sic per Cancellarium Eril, Consultoribus Garau, & Massò 9. Maji 1637. in favorem Fisci procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ contra Fisci Procuratorem Curiæ Vicarii Barcinonæ, occasione monitorii per Auditorem tabulæ testamentorum & causarum piarum causæ Ecclesiasticæ Barcinonæ ad instantiam ejus Fisci Procuratoris factis manumissoribus, & executoribus ultimæ voluntatis Hieronymæ Despuigeis præcipiendo, quatenus in dicta Curia Ecclesiastica rationem redderent de administratis, & ab ea definitionem obtinerent, quibus procedimentis Curiæ Ecclesiasticæ se opposuit dicta Curia sæcularis, prætendendo ipsam fuisse præventam, non tamen constat per dictos manumissores, nec alios interesse habentes fuisse factam præventionem, nec pro eis fuisse dictam Curiam sæcularem primitùs præventam: fuit declaratum firmæ juris in Curia sæculari per ejus Fisci Procuratorem factæ locum non fuisse, nec esse. Similis per eundem Cancellarium, eisdem verbis, cùm eisdem Consultoribus, eodem die, inter easdem partes, super definitione testamenti Joannis Bannez. Similis per eundem Cancellarium, cum eisdem Consultoribus, eodem die, & eisdem verbis, super definitione testamenti Joannis Torrentes, de quibus meminit Fontanella *decis.* 288. *num.* 11. *par.* 1.

Liga etiam digito circa illam secundam intelligen- 24
tiam, *de qua num.* 22. ut procedat, dummodo Judex sæcularis post præventionem, & requisitionem ei factam per manumissores & executores laicos defunctorum non desinat de manu negotium, sed probet curam, & diligentiam adhibuisse, ut computa, & rationes illi reddantur, nam tunc etiam extante diuturnitate longæva Curiæ sæcularis, declaratur per Cancellarium Cathaloniæ contentio in ejus favorem, ita per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sala, Tamarit, Ferrer, Sabater, Sunyer, & Olida de anno 1582. fuisse declaratum, super manumissoria de Llobet de Terrasa, testatur Fontanella *decis.* 289. *nu.* 7. *part.* 1. Secùs autem si Judex sæcularis post præ- 25
ventionem, requisitionem, & denuntiationem ei factam per manumissores, & executores laicos defunctorum, non curet, quod computa, & rationes illi reddantur, quo casu propter fraudem juxta dictam concordiam relatam *num.* 22. cujus verba refert Fontanella *decis.* 288. *num.* 5. *vers.* *Quarto*, *part.* 1. non obstante præventione, data taciturnitate longæva Judicis sæcularis, declaratur per Cancella-

tium Cathaloniæ in favorem Judicis Eccleſiaſtici, ſic per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, & Senjuſt 4. Auguſti 1600. occaſione teſtamenti Petri Sarriol, fuiſſe declaratum præventionem factam in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ, die 6. Aprilis 1596. fuiſſe, & eſſe fraudulentam & doloſam in fraudem Curiæ Eccleſiaſticæ, cùm poſt dictam præventionem non fuerit ultima voluntas teſtatoris executioni demandata, & definita, tradit Fontanella *deciſ.* 289. *à num.* 1. *ad* 7. *part.* 1. Niſi appareat rebus ex nunc, quòd negligentia Judicis ſæcularis poſt præventionem non ſit ſufficiens, quo caſu declaratur per Cancellarium Cathaloniæ in ejus favorem, hoc intellecto, quod manumiſſores, & executores laici defunctorum teneantur intra ſex menſes obtinere diffinitionem computorum ab auditore tabulæ teſtamentorum Curiæ ſæcularis, ita per eundem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, Benac, Zalbàde, Vallſeca, & Puigmijà 7. Aprilis 1600. ſuper diffinitione teſtamenti Hyeronymæ de Guardiola, & Villatorta, uxoris Geraldi de Guardiola domicelli, refert Fontanella *deciſ.* 289. *à num.* 8. *ad* 16. *part.* 1.

27 Notanter dixi *num.* 22. antequam Judex Eccleſiaſticus manus apponat. Nam cœpto Judicio in Curia Eccleſiaſtica ad inſtantiam ejus Fiſci Procuratoris per præceptum manumiſſoribus, & executoribus laicis teſtamentorum præſentatum ad effectum reddendi computa, & rationes ſuarum manumiſſoriarum, & adminiſtrationum de legatis piis in teſtamentis laicorum relictis, ſi ipſi manumiſſores, & executores laici teſtamentorum comparent in Curia ſæculari, & firment jus dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ declaratur intrepidè per Cancellarios Cathaloniæ non eſſe locum firmæ juris per dictos manumiſſores, & executores laicos teſtamentorum factæ in Curia ſæculari, ſed poſſe conveniri in Curia Eccleſiaſtica, & per eam compelli ad reddendum computa, & rationes piarum cauſarum, Ripoll. tres declarationes Cancellarii Manegat tradit *mor. reſol. cap.* 1. *numer.* 149. *&* 250. *ſequitur.* Fontanella *deciſ.* 288. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1.

28 Et quod manumiſſores, & executores laici piarum cauſarum, non data prævention̄e in Curia ſæculari, poſſint conveniri in Curia Eccleſiaſtica, & per eam compelli ad reddendum rationes & computa ſuarum adminiſtrationum, fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Tamarit 17. Decembris 1578. in favorem Fiſci Procuratoris piarum cauſarum tabulæ teſtamentorum Barcinonæ contra Michaelem Zafont, & Raphaelem Zafont, ſuper reddenda ratione, & computo manumiſſoriæ teſtamenti Petri Zafont, & teſtamenti Franciſci Zafont. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Font-Paſtor 9. Octobris 1581. in favorem Fiſci Procuratoris tabulæ teſtamentorum Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ, contra Paulam Balle ſuper redditione computorum quondam Franciſci Balle viri ſui. Et per Cancellarium Copons, Conſultoribus Guardiola, Olzina, & Ferran 18. Julii 1594. contra Joannem Dalta Chirurgum, & Lucam Cadeca, Negotiatorem cives Barcinonæ manumiſſores, & executores teſtamentarios Hieronymi Amat, Lanionis civis Barcinonæ ſuper redditione rationum, & computorum dictæ manumiſſoriæ. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, Roig, & Zalbà de Vallſeca 2. Novembris 1598. in favorem Fiſci Procuratoris tabulę teſtamentorum Barcinonæ, contra Felicem Boſch, Hoſtalerium, occaſione mandati dicto Boſch facti per Curiam Eccleſiaſticam ad effectum demoſtrandi ſe adimpleviſſe piam voluntatem Eliſabethis Boſch, quondam uxoris ſuæ. Et per Cancellarium Eril 23. Maji 1637. in favorem Fiſci Procuratoris tabulæ teſtamentorum Curiæ Eccleſiaſticæ Elnen. contra Nobilem Joannem Deſcamps, & Maginam ejus uxorem, ubi tenentes, & poſſidentes bona, quæ fuerunt Elenæ Campredon, quatenus in Curia Eccleſiaſtica definirent legata pia in ſuo teſtamento relicta.

29 Et quod executio legatorum piorum pertineat ad Curiam Eccleſiaſticam, fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Roig, Torner 20. Octobris 1598. in Favorem Monaſterii Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, contra Tutores, & Curatores Pupillæ Riera, Parochiæ Sancti Jacobi de Albaques, Vicen. Dœceſis. Et per Cancellarium Agullana, Conſultore Ferrus, 28. Septembris 1609. in favorem Sacriſtæ, Hebdomadarii loci de Villalonga, contra Antonium Taverner ejuſdem loci Diœces Elnen.

Verum tamen eſt quod etſi manumiſſor, & exe- 30
cutor laicus piæ cauſæ pro reddition computorum manumiſſoriæ poſſit conveniri in Curia Eccleſiaſtica; at ſi habebat aliquam prætenſionem contra bona, poteſt agere in Curia ſæculari: ſic in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultore Negrell, 11. Auguſti 1579. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ per Antonium Sans Notarium civem Barcinonæ procedimentis, contra ipſum in Curia Eccleſiaſtica tabulæ teſtamentorum Barcinonæ factis. Et viſo proceſſu Curiæ ſæcularis inter dictum Antonium Sans ex una, & manumiſſores teſtamenti, & ultimæ voluntatis Hieronymæ Sans, quondam uxoris dicti Antonii Sans, in quo litigatur ſuper proprietate bonorum mobilium, quæ poſt mortem dictæ Hieronymæ reperta fuerunt in domo ſolitæ habitationis prædictorum conjugum Sans. Et viſo proceſſu Curiæ Eccleſiaſticæ, in quo ad inſtantiam Procuratoris piarum cauſarum agitur ad compellendum Antonium Sans, ut nomine manumiſſorio dictæ uxoris ſuæ, & ejus bona tenente computum, & rationem daret dictæ manumiſſoriæ. Et ſic quia agebatur de diverſa re in dictis proceſſibus reſpectivè, & inter diverſas partes; fuit declaratum firmæ juris factæ per dictum Antonium Sans in dicta Curia ſæculari locum non fuiſſe, nec eſſe ad impediendum dictum proceſſum Curiæ Eccleſiaſticæ, ſed utramque Curiam in ſuo negotio reſpectivè procedere poſſe.

Notanter dixi, *num.* 21. dummodò fit intra annum 31
reſpectu Judicis ſæcularis. Nam poſt annum, data manumiſſorum, & executorum negligentia, devolvitur ſolùm ad Epiſcopum poteſtas exequendi voluntates defunctorum, & compellendi manumiſſores ad reddendum computa, & rationes, & teſtamenta definiendi, Guttier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 44. *nu.* 4. *& lib.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 1. *poſt med.* Mieres *de majorat. par.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 2. Boer. *deciſ.* 39. *nu.* 4. Matienzo *l.* 14. *gloſ.* 1. *à num.* 45. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* Cenedo *collect. ad decretal.* 114. *num.* 1. Covar. *in cap. nos quidem* 3. *n.* 2. ubi Barboſa *nu.* 4. *&* 8. *de teſtament.* idem Barboſa *in c. tua nobis* 17. *numer.* 4. *verſic. Et tranſacto anno, & in l. nulli* 28. *nu.* 21. *Cod. de Epiſcop. & Cler. & de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 82. *num.* 5. *verſic. Quo tempore, & n.* 26. *verſic. Ratio eſt, & de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 28. Pereyra *de man. Regia, part.* 1. *cap.* 16. *n.* 5. Fontanella *deciſ.* 288. *n.* 3. *verſic. Et ſolum, par.* 1. Caſtillo pluribus citatis *de aliment. tom.* 8. *cap.* 7. *à num.* 2. Fagundez *de juſt. & jure, lib.* 6. *c.* 4. *n.* 8. *verſ. Et idem dicendum eſt*, Ciarlin. *controv. foren. l.* 1. *c.* 21. *n.* 14. Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 99. *aliàs* 98. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 21. *& par.* 7. *tract.* 6. *reſol.* 32. *aliàs* 31. *& in coordin. part.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 39. *n.* 2. *verſ. Adeo, & tract.* 9. *reſol.* 49. *&* 50. noviſſimè Romaguera *ad Synodal. Geruden. lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 3. *num.* 2.

Adeo quod Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ 32
delegatus poteſt cogere manumiſſores, & executores teſtamentorum ad exequendas pias diſpoſitiones juxta formam Concilii Tridentini *ſeſſion.* 22. *de refor. cap.* 8. licèt tales executores ſint Officiales Sanctæ Inquiſitionis, & ob id exempti à juriſdictione Ordinariorum, vel profeſſorum in aliqua Univerſitate ratione literarum conſervatoriarum, quæ eximunt à juriſdictione ordinaria, non autem à Sede Apoſtolica delegata, pro ut à Sacra Congregatione atteſtatur deciſum Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *cap. fin. ante finem*, & ex eo referunt Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 82. *num.* 14. *verſic. Quare, & in c. nos quidem* 3. *num.* 8. *verſic. Qui quidem, de teſtament. & in l. nulli* 28. *n.* 21. *in fine, C. de Epiſc. & Cler.* Matienzo *l.* 14. *gloſ.* 1. *num.* 45. *tit.* 4. *lib.* 5. *rec.* Alzedo *de præcel.*

Epiſc.

Episc. Dignit. part. 2. cap. 4. num. 54. Ciarlin. *controv. forens. lib. 1. cap. 21. num. 12.* Diana *resol. mor. par. 6. tract. 6. resol. 32. aliàs 31. & in coordinat. part. 6. tract. 8. resol. 39. num. 2. versic. In tantum*, videas Romaguera *ubi supra, à num. 4.*

33 Quæro 1. An testator possit prohibere, ne Episcopus se intromittat in executione legatorum piorum, nec compellere manumissores, & executores testamentorum ad reddendum ei computa, & rationes suarum administrationum, & manumissoriarum? Resp. quod non, *c. tua nos 17.* ubi Covar. *n. 6.* Barbosa *num. 1. & 2. de testamentis, authent, hic. Cod. de Episc. & Cler. §. si quis autem pro redemptione, versic. Licet in authent. de Eccles. tit.* Ripa *in l. 1. num. 127. ff. de legat. 1.* Tiraquel. *in tract. Le mort, part. 7. declar. 5. à n. 8.* Valasc. *consult. 105. num. 57.* Bobad. *in polit. l. 2. c. 17. n. 104.* Spinus *in specul. testam. glos. 28. n. 20.* Molina *de just. & jure, tract. 2. disput. 251. n. 6.* Pereyra *de nomin. emphit. quæst. 19. num. 56.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 10. n. 2. versic. Imò etiam, & p. 4. casu 88. à num. 14. & casu 113. n. 31.* Matienzo *l. 14. glos. 1. nu. 48. tit. 4. lib. 5. rec.* Alzedo *de præcel. Episc. Dignit. p. 2. c. 2. n. 56.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 9. n. 4.* Ciarlin. *de execut. ultim. volunt. lib. 1. cap. 22. n. 64. controv. foren. lib. 1. capit. 21. numer. 11.* Carpius Diana *resol. moral. part. 7. tract. 6. resol. 32. aliàs 31. & in coordinat. part. 6. tract. 8. resol. 39. num. 2. vers. Quod procedit*, idem Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat. 75. n. 8. versic. Nam Episcop. & allegat. 82. n. 27. & de jure Eccles. univ. par. 3. c. 27. n. 41. & in authent. Licèt testator, n. 3. C. de Episc. & Cler.* Castillo *tom. 8. de aliment. c. 7. num. 10.* Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap. 12. num. 8. versic. Quod extendunt, & num. 18. versic. Quod etiam, & versic. Idemque*, Bossius *in moral. part. 2. tit. 12. §. 8. num. 339.* Fagundez *de just. & jure, lib. 6. cap. 4. num. 8. versic. Quod adeo, & c. 6. num. 8.*

34 Fallit tribus casibus, in quibus executio legatorum piorum, & compulsio manumissorum & executorum ad reddendum computa, & rationes manumissoriarum, & administrationum non devolvitur ad Episcopum. Primò, quando in casu negligentiæ manumissorum, & executorum, testatores substituunt alios executores, & manumissores. Secundus, quando nullo designano tempore, dixerint testatores expressè tempus legitimum eis non currere, sed liberam executoribus commissionem reliquerint, ut exequantur, cùm voluerit. Tertiò, si testatores designaverint, quid sit agendum de pecuniis, aut rebus legatis, casu quo eorum primæ jussiones ob negligentiam executorum non fuerint ad effectum deductæ. Sic Covar. *in cap. tua, n. 6. versic. Posset tamen testator, de testament.* Molin. *de just. & jure, tom. 2. tract. 2. disp. 251.* Matienzo *l. 14. glos. 1. à num. 45. tit. 4. lib. 5. recop.* Sanchez *in opuscul. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 55. num. 7.* Diana *resol. mor. part. 8. tract. 5. resolut. 56. & in coordin. part. 6. tract. 9. resol. 45. tota.* Et primum casum præter citatos illustrant. Covar. *in cap. 3. num. 2. versic. Nisi testator, de testam.* Azevedo *l. 6. num. 14. tit. 4. lib. 5. rec.* Spin. *in specul. testament. glos. 28. num. 41.* Sylvester. *verbo Testamentum el 2. num. 8. versic. Quantum verò ad devolutionem.* Carpius *de executor. testament. lib. 1. cap. 71. numer. 5. & lib. 3. cap. 1. n. 7.* Barbosa *de potest. Epis. p. 3. alleg. 82. n. 15. vers. Quo tempore, & vers. Dixi*, Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap. 12. num. 18. in fine, versic. Verumtamen*, notat Fagundez *de just. & jure, lib. 6. cap. 4. num. 8. versic. Quod adeo.* Castillo *tom. 8. de aliment. cap. 7. num. 2. & 10.* Secundum casum probat Pereyra *de manu Regia, p. 1. cap. 16. num. 15.*

35 Quæro 2. Quis Episcopus præferendus sit pro executione legatorum piorum, an originis, an domicilii, vel an rei sitæ? videndi sunt Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 10. à numer. 9. & de succes. legal. part. 4. quæst. 15. art. 2. num. 8.* Molina *de just. & jure, tom. 2. disp. 248. num. 8.* Carpius *de execut. testament. lib. 1. cap. 21. num. 6.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 82. num. 14. versic. quæ quidem, & remissivè, de jure Eccles. univ. lib. 3. cap. 27. num. 24. in fine, vers. quis autem*, latè & doctè Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 3. à num. 14. versic. Et quamvis, cum pluribus seq.* Bossius *in moral. tom. 2. tit. 12. §. 8. à num. 143. 144. 145. 146.* Pereyra *de man. Regia, part. 1. cap. 16. num. 40. post prin. versic. qui autem Vicarius, & versic. quid si defunctus*, Sanchez *in opuscul. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 54. num. 12.* Diana *resol. mor. par. 8. tract. 5. resol. 59. & in coordinat. p. 6. tract. 9. resol. 47.*

Et quid si inter Judices sæculares sit dissensio, quis 36
eorum sit Judex, qui pium testamentum exequatur, & computa à manumissoribus recipiat? videatur Marta *de jurisdic. part. 2. cap. 10. num. 15.*

Quæro 3. An potestas exequendi pias causas de- 37
functorum, & compellendi manumissores, & executores ad reddendum computa suarum manumissoriarum, & administrationum devolvatur ad Abbates, & ad omnes habentes jurisdictionem quasi Episcopalem? Resp. Affirmativè, *per text. in cap. Joannes 19. ibi: Per Diœcesanum*, ubi Abbas *nu. 2.* Covar. *num. 1.* Barbosa *num. 4. de testament. glos. verbo Diœcesanis in Clement. 1.* ubi Barbosa *numer. 10. de foro compet.* Flores de Mena *lib. 3. var. quæst. 24. num. 7. 8. 9. & signanter n. 22.* Molina *de just. & jure, tom. 2. tract. 2. resol. 250. numer. 7.* Matienzo *l. 14. glos. 1. num. 46. tit. 4. lib. 5. recop.* Carpius *de execut. testament. lib. 1. cap. 22. nu. 74.* idem Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 82. num. 30. & de jure Eccles. univ. lib. 3. cap. 27. numer. 32. & 33. & in collect. ad Concil. Trident. sess. 22. de refor. cap. 8. numer. 16. & appellat. 23. num. 1.* Sanchez *de matrimon. lib. 1. disp. 28. n. 6. & disp. 29. n. 14. & 16.* Riccius *in prax. aurea, resol. 303.* quidquid dicant Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 10. num. 8. versic. Ergo minus.*

Sic etiam potestas exequendi pias causas defun- 38
ctorum, & compellendi manumissores, & executores ad reddendum computa suarum administrationum, & manumissoriarum devolvitur ad Capitulum Sede vacante, Covar. *in c. Joannes, num. 2.* ubi Barbosa *numer. 4. de testament.* Azor. *instit. mor. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 6.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 22. nu. 10.* Carpius *de execut. testamen. l. 1. c. 22. n. 74.* Molina *de just. & jure, tract. 5. disp. 11. n. 5. in fine*, Zerola *in prax. Episc. par. 2. verbo Capitulum, §. 9.* Moneta *de comm. ultim. volunt. c. 5. nu. 428.* Rodriguez *in sum. tom. 1. cap. 71. n. 10.* idem Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 82. num. 30. versicul. Sic etiam, & in collect. ad Concil. Trident. sess. 21. de reform. c. 8. n. 17. & de Canonicis, cap. 42. n. 76.* Diana *resol. mor. part. 8. tract. 4. resol. 28. & tract. 5. resol. 62. & in coordinat. part. 3. tract. 5. resol. 44. & part. 6. tract. 9. resol. 40.* quidquid dicat Marta *de jurisdic. part. 2. cap. 10. num. 6. 7. & 8.* alias quæstiones vide in duabus decisionibus sequentibus.

ARGUMENTUM.

An Auditor tabulæ testamentorum, sivè Judex Ecclesiasticus ab Episcopo nominatus possit aliquod salarium accipere à manumissoribus, & executoribus ratione executionis, examinis, & definitionis ultimarum piarum dispositionum.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, seu Auditor tabulæ testamentorum ab eo nominatus non potest aliquod salarium accipere à manumissoribus ratione executionis, examinis & definitionis ultimarum piarum dispositionum, sed gratis, & sine ullo dispendio prædicta conficere debet, nedum de jure Cæsareo, n. 1. ratio traditur, n. 2. concordat lex Castellæ, num. 3. approbatur jure Canonico, num. 4. refertur declaratio Congregationis Sacri Concilii, numer. 5. reprobantur decisiones antiquæ Cancellaris Cathaloniæ, num. 6. quid in Regno Valentiæ, num. 7.*

8 *Manumissores piarum causarum, an pro suis laboribus possint habere, & petere sala-*

salarium administrationum bonorum defunctorum.

9 *Manumissores piarum causarum defunctorum si sint discordes, quid faciendum sit, num.* 9. 10.

11 *Clericus potest esse manumissor non solum ad pias causas, sed etiam ad non pias causas.*

12 *Mulier potest esse manumissoria testamentorum.*

13 *Testator si fratres suos assignaverit manumissores, sorores non censentur exclusæ.*

14 *Mulier transiens ad secundas nuptias, an amittat officium executricis testamenti viri sui.*

15 *Manumissores testamentorum sive universales, sive particulares si sint plures, quomodo procedere debeant in executione piarum causarum, num.* 15. 16. 17. *&* 18.

19 *Manumissores testamentorum deputati ad distribuendum, pro ut eis videbitur, & placebit, an possint uti potestate absoluta circa distributionem, & electionem personarum.*

20 *Manumissores testamentorum possunt voluntatem testatoris declarare, & interpretare.*

DECISIO CCLXXX.

1 DE jure Cæsareo, Episcopus, seu Judex Ecclesiasticus, Auditor tabulæ testamentorum ab eo nominatus non potest aliquod salarium accipere à manumissoribus, & executoribus ratione executionis, examinis, & diffinitionis ultimarum piarum dispositionum, sed gratis, & sine ullo dispendio prædicta conficere debet, *l. nulli* 28. §. *post unius, Cod. de Episcop. & Cler. ibi: Ita tamen, ut Religiosissimi Antistites gratis, & sine ullo dispendio prædicta gesta conficiant, l. si quis ad declinandam* 37. *C. eod. tit. ibi; Nullo penitùs ex hoc lucro, vel Oeconomo, vel Episcopo, vel Sacrosanctæ Ecclesiæ relinquendo*, ubi Barbosa *n.* 15. Reg. Leo *decis.* 20. *num.* 52. *&* 55. *lib.* 1. Franchis *decis.* 122. *numer.* 6. Zacchia *de salario, qu.* 66. *n.* 1. Guttier. *de tutel. par.* 3. *c.* 45. *n.* 20. & alii, quos novissimè citat Gerundensis Romaguera *ad Synodum Gerunden. lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 3. *n.* 7.

2 Ratio traditur ab eadem *leg. nulli* 28. §. *post unius, Cod. de Episcop. & Cler.* Ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ judiciorum dispendiis erogentur. Et ex ea lege tradunt Guttier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 45. *num.* 20. Reg. Leo *decis.* 20. *num.* 52. 55. *&* 56. *versic. Ex quibus, lib.* 1.

3 Cum prædicto jure Cæsareo concordat de Regno Castellæ *l.* 5. *versic. Et tambien el Obispo, tit.* 10. *part.* 6. ubi Gregor. Lopez *glos.* 7. *&* 8. Guttier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 45. *num.* 20. *versic. Adest nobis*, qui usque ad *numer.* 24. latè probat id procedere in omnibus ultimis piis dispositionibus, Escobar *de ratiocin. cap.* 27. *sub num.* 45.

4 Approbaturque dispositio legis juris Cæsarei *in c. nos quidem* 3. *in fine de testament. ibi: Sic enim secundùm piissimas leges dilatas defunctorum pias voluntates Episcopali decens est studio adimpleri; & ibi: glos. verbo Leges, ita ait Cod. de Episcop. & Cler. nulli*, ibi habes quod Episcopus debet illud facere, & sic reperitur canonizata dicta lex *nulli*, ut doctè probat Reg. Leo *decis.* 20. *à numer.* 52. *lib.* 1. Amostazo *de causis piis, lib.* 2. *cap.* 4. postquam dixit *n.* 38. quod Episcopus est executor necessarius, *n.* 39. sic ait, Episcopus verò id tenetur facere ex obligatione sui officii, quapropter recepit redditus Episcopatus, nec aliter salarium percipiet.

5 Et Sacra Congregatio Concilii in Barchinonen. & Gerunden. 1. Decembris 1618. declaravit, & decidit, executores ultimarum voluntatum nihil dare debere Episcopo, seu ejus Officialibus pro causa laboris in recipienda ratione administrationis bonorum testatoris, nec illos quicquam exigere posse, etiam extante consuetudine exigendi quatuor denarios pro singulo scuto, ut attestatur Sellius, quem refert Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 22. *de reformat. cap.* 9. *num.* 26. *&* *decis. Apostol.* 344. *num.* 3. *&* *in collectan. Bullar. verbo Executio ab executore, versic. Executores ultimarum voluntatum, fol.* 350.

Ex quibus recedendum existimo à duabus declarationibus Cancellarii Cathaloniæ Loris. In quarum prima fuit declaratum, cognitionem, quod salarium solvendum sit, & de quibus pro definitione piarum causarum defunctorum, pertinere ad Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, Consultoribus Sala, & Font Pastor 29. Octobris 1580. contra Universitatem, & singulares homines Villæ de Vallibus prætendentes esse in possessione, seu quasi libertatis solvendi unum solidum pro libra pro causis piis defunctorum, de illis tantum, quæ pro anima relictæ fuerunt, & non de aliis: contrarium prætendente Curia Ecclesiastica Tarraconæ, dicente, solitumque stipendium, & salarium accipere, non solùm de his, quæ in suo testamento specificantur, sed etiam de his, quę plus erogantur in vim clausulæ in testamentis apponi solitę, scilicet: lego pro anima mea decem, quæ si non sufficiant, volo complementum fieri ad manumissorum meorum arbitrium. In secunda fuit declaratum, cognitionem exactionis salarii pro definitione testamentorum ad Curiam Ecclesiasticam Abbatiatus Ageren. Consultoribus Balle, Amell, & Puig. 4. Novembris 1581. contra Syndicum Universitatis Villæ Ageren. eo quod Abbas Sancti Petri Ageren. exigebat nova, & inusitata subsidia, seu imposita occasione testamentorum laicorum dictæ Villæ Ageren. Quia prædictæ declarationes sunt contra jura Cæsarea, Canonica, & declarationem Sacræ Congregationis Concilii, quibus præcipitur. quod Episcopus gratis, & sine ullo salario definiat causas pias defunctorum. 6

In Regno autem Valentiæ antiquitùs anno 1474. pro definitione testamentorum piarum causarum solvebantur sex denarii, deinde ex Synodo Diœcesana Valentina anno 1378. solvebantur quatuor denarii, & nunc per forum 120. Curiarum anni 1604. solvuntur Auditori testamentorum piarum causarum pro suo salario duo denarii, & sic fuit per Cancellarium illius Regni declaratum, die 24. Maji 1608. ut latè tradit Reg. Leo *decis.* 20. *à num.* 49. *usque ad finem lib.* 1. 7

Sed quæro 1. An manumissores & executores testamentorum piarum causarum possint petere & habere salarium administrationum bonorum defunctorum pro suis laboribus? de jure tres sunt opiniones. Prima affirmat. Secunda negat. Tertia conciliat, quæ verissima est, quod si manumissores, & executores piarum causarum habent tractum successivum, cum onere ministerii, & administrationis, tali casu salarium illis præstandum est, nè, dum in his negotiis exercendis laborant, patrimonii sui jacturam faciant, & in his terminis procedit opinio affirmativa; si verò manumissores, & executores piarum causarum habent solum nudi facti ministerium, quod breviter expediri potest, ut sepelire defunctum, missas dicere, & eleemosynas in testamento relictas præstare, & quid simile, hoc casu, nullum salarium habebunt, & in his terminis procedit opinio negativa. Quasi dicant Doctores, quod si executores, & manumissores piarum causarum sunt particulares, scilicet constituto, dato, & nominato hærede in testamento, cùm solùm habeant nudi facti ministerium, nullum salarium possunt petere, nec habere? si autem manumissores, & executores piarum causarum sunt universales, quando testator hæredem, instituit Dominum nostrum Deum, & animam suam, seu hæredes instituit pauperes Christi, nullo alio hærede nominato, salarium illis dandum est, quia habent tractum successivum, cum onere administrationis, & ministerii. Hujusmodique salarium, dicunt aliqui, quod est decima pars fructuum. Sed alii arbitrio Judicis relinquunt. De consuetudine autem solitum est illis taxari unum regale, hoc est, duo solidi pro libra, ita tamen, ut non excedat unum regale pro libra, de quibus omnibus opinionibus videantur Avendanno *de exequend. mandat. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 8. Baeza *de decima tutor. cap.* 2. *num.* 19. *&* *cap.* 5. *num.* 13. 8

& cap.

& cap. 20. à num. 19. Spinus *in specul. testament. glos. 28. à num. 77. usque ad finem*, Franchis *decis. 112. nu. 6.* ubi Luca *num. 4.* remissivè Amendola *num. 8.* Garcia *de expen. cap. 20. num. 14.* Carocius *de locato, par. 7. conclus. 77. fol. 272.* Parlador. *rer. quotid. in sesquicent. tom. 2. differ. 130. §. 6. num. 1. & 2.* Escobar. *de ratiocin. cap. 27. à num. 45. ad 50.* Guttier. *de tutel. part. 3. cap. 45. toto*, Florez de Mena *var. lib. 1. quæst. 8. §. 3. à num. 12.* Azevedo *l. 6. num. 20. tit. 4. lib. 5. rec.* Lugo *de just. & jure, tom. 2. disp. 24. sect. 16. numer. 335.* Carpius *de executor. ultim. volunt. libro 3. capit. 11. toto*, Diana *resol. mor. part. 8. tract. 5. resol. 28. & in coordinat. part. 6. tract. 9. resol. 67. num. 1. & 2.* Amostazo *de causis piis, lib. 2. cap. 4. à num. 36. ad 45.* Reynoso *in observ. jur. 55. num. 23.* Barbosa *voto 126. num. 143. lib. 3.* latissimè Zacchia *de salario, quæst. 66. tota*, DD. quos citat Romaguera *ubi sup. dict. num. 7.* vide quæ dicebam de tutore, & curatore, *decis. 157. à num. 39. part. 3.* cui manumissor, & executor testamentorum æquiparantur, & est ad instar tutoris bonorum testatoris, *ut suprà, decis. 279. num. 6. & 7.*

Quæro 2. An manumissores, & executores testamentorum si sint duo, vel plures dati, & sint discordes, quid faciendum sit? Resp. quod si sint plures, prævalet quod major pars fecerit, *c. Religiosus, §. sanè*, ubi sentiunt communiter scribentes *de testament. in 6.* cùm ferè in omnibus negotiis à pluribus expediendis statur majori parti, *cap. 1. de his quæ fiunt à majori parte, c. l. quod major, ff. ad municipal.* etiamsi omnes manumissores, & executores testamentorum non conveniantur in unum, prævalet, quòd major pars separatim fecerit, Diana, & Carpius *locis allegandis*, quod est intelligendum data paritate personarum, aliàs etiam si sint dispares, quia si unus sit Clericus, & alter laicus, præfertur vox Clerici, Andræas Siculus *in cap. tua nos, col. 7. de testamen.* vel si unus est consanguineus, alter extraneus, anteponitur, & præfertur votum consanguinei, Bald. *in l. 61. col. 2. versic. Et secundùm hoc, ff. de pactis*, vel si masculus, & fœmina concurrunt, præfertur, & anteponitur votum masculi *argum. l. 1. de Senatorib. & leg. fin. ff. de fide instrumen.* sic docent Palacios Rubios *in c. Per vestras, §. 43. numer. 8.* Castillo *in l. 38. tauri, numer. 7.* Gomez Arias *numer. 5.* Spinus *in specul. testament. glos. 28. num. 19.* ad quem se refert Cancer *p. 1. variar. cap. 2. num. 33.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. capit. 1. dub. 45. num.* Lugo *de just. & jure, tom. 2. disp. 24. sect. 16. num. 395.* Carpius *de execut. testament. lib. 3. cap. 2. num. 30.* Diana *resolut. mor. par. 8. tract. 5. resol. 29. & 30. & in coordinat. p. 6. tract. 9. resol. 34. num. 9. & 10. resolut. 35. numer. 1. 2. 3. 4. & 7.* aliqua tradunt Anton. Gomez *in l. 38. tauri*, Roland *cons. 16. num. 42. lib. 1.* Salazar. *de casu, & consuetud. cap. 12. num. 26.* Lara *de anniver. lib. 2. cap. 3. numer. 27.* remissivè modernis citatis Romaguera *in addit. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 33. num. 23.* Verùm in omnem eventum præfertur votum manumissoris, quod voluntati defuncti magis accedit, seu ejus breviori expeditioni, non attenta qualitate Clericatus, consanguinitatis, seu sexus, ad hoc ut Episcopus, seu Judex illud eligere valeat; ut probant Carpius, & Diana *locis citatis*, ille *vers. Quartus casus*, iste *in coordin. resol. 35. num. 5.*

10 Illud tamen est adnotandum, quod etsi aliqui dicant, quod quando executores, & manumissores discordes sunt æquales pro utraque parte, ut duo pro una, & duo pro alia datur recursus ad Episcopum, ut de jure difficultatem sapiat, ut Diana *resol. mor. part. 10. tract. 13. resol. 5. & in coordin. part. 4. tract. 7. resol. 66.* Amostazo *de causis piis, lib. 4. cap. 4. num. 23.* & alii dicant, quod Episcopus potest præferre quem voluerit, ut Spinus *in speculo testam. glos. 28. num. 19.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 45. num. 3.* Primò intelligendum est, quod si sit in rebus piis potest Episcopus præferre quem voluerit? si verò in rebus profanis, id potest Judex sæcularis, ut post alios docet Diana *resol. mor. p. 8. tract. 5. resol. 30. & in coordinat. part. 6. tract. 9. resol. 35. num. 6.* Secundò, intelligendum est data paritate personarum, secùs si sint dispares, Sanchez, Lugo, & Diana *in coordin. resol. 35. n. 7.* & alii citati *n. 9.*

Infertur I. *ex dictis num. 9.* quod Clericus potest 11
esse manumissor, & executotur testamentorum, non solùm ad pias causas, ut voluerunt Ansaldus *de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 29. num. 12.* & alii quos citat Diana *loco allegando, num. 1.* sed etiam ad non pias causas, *ut notatur in cap. 2. de testament. in 6.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 40. num. 1.* Diana *resol. mor. part. 8. tract. 5. resol. 7. & in coordinat. part. 6. tract. 9. resol. 9, n. 2.* & pluribus laudatis novissimè noster Romaguera *ad Synod. Gerunden. dict. cap. 3. nu. 1. pag. 112.* quod procedit, etiam quando Clericus deputaretur manumissor, & executor testamenti simul cum laico. Sanchez, & Diana *hic citati*, ille *num. 1.* iste *in coordinat. resol. 9. numer. 3.* procedit etiam, non solùm in Clerico manumissore, & executore deputato ab alio Clerico, sed etiam si deputatur à laico, *ut probat text. in c. tua nobis*, ubi Covar. *n. 1. in princ. de testam.* Zabarella *in cap. Joannes, not. 5. & n. 4. oppos. 1.* Abbas *num. 2.* Barbosa *num. 2. de testament.*

Infertur 2. quod mulier, secundùm veriorem sen- 12
tentiam, consuetudine approbatam, potest esse manumissor, & exequutrix testamentorum, *ut patet ex text. in l. à titio, in princ.* ubi Bartol. *in sum. ff. de aliment. & cibar. legat. text. in argum. in capit. nos quidem 3. de testament. glos. verbo Religiosus, in cap. 2.* ubi Barbosa *num. 12. de testament. in 6.* Bald. *in l. id quod pauperibus, col. 2. C. de Episcop. & Cler.* Decius *in l. 2. num. 21. ff. de regul. jur. & cons. 91. num. 1.* ubi Carocius *num. 1.* Angulo *de melioration. l. 3. glos. 7. num. 4.* Cifuentes *in l. 31. tauri, num. 3.* Gomez *nu. 6.* Tellus Ferdinand. *numer. 8. versic. Nec interest*, Covar. *in cap. tua, num. 3. de testament.* Crassus §. *Executor, quæst. 2. num. 26.* Virgil. *de legitim. person. cap. 31. num. 12.* Spinus *in specul. testament. glos. 28. num. 34. versic. Sic & mulier, & n. 35.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 2. dub. 40. n. 5.* Diana *resolut. mor. part. 8. tract. 5. resol. 4. & resol. 5. & in coordinat. par. 6. tract. 9. resol. 6. tota, & resol. 7. nu. 5. vers. Nec ratio*, Carpio *de executor. lib. 1. cap. 7. n. 35.* Quesada Pilo *dissert. 14. num. 28.*

Unde provenit, quod si testator fratres suos ma- 13
numissores, & exequutores testamentarios assignaverit, sorores non censentur excluse, sed omnes fratres & sorores ad manumissoris, & executoris munus censentur electi, ut contra Jason. *in l. ex facto, col. penult. ff. de vulgari*, Decius *in l. 2. num. 21. ff. de regul. jur.* Covar. *in cap. tua, num. 3. in fine, de testament.* Lugo *de just. & jure, tom. 2. lib. 1. cap. 7. n. 314.* docent, & probant Carpius *de executor. testamen. lib. 1. cap. 7. num. 35.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 40. num. 7.* Diana *resol. mor. par. 8. tract. 5. resol. 5. & in coordinat. part. 6. tract. 5. resol. 7. tota*, Quesada Pilo *dissert. 14. num. 29.*

Et quod magis est, si mulier transit ad secundas 14
nuptias, non amittit officium exequutricis testamenti mariti, ut docent Bartol. Bald. Decius, Lupus, Covar. *in cap. tua, num. 3. versic. Imo uxor, de testam.* Gregor. Lopez, Aviles, & Matienzo, quos refert, & sequitur Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 88. num. 14. versic. At tenendum est*, quibus addendi sunt Decius *cons. 91. num. 1.* ubi Caroccius *n. 1.* Palacios Rubios *in rub. de donat. inter virum, & uxor. §. 67. numer. 15.* Guttier. *Canonic. lib. 2. quæst. 12. n. 12.* Angulo *de meliorat. l. 3. glos. 7. n. 5.* Virgilius *de legitimat. personar. capit. 31.* Crassus §. *Executor, quæst. 2. num. 27.* Castillo *decis. 232. numer. 4. part. 3.* Quesado Pilo *dissert. 14. num. 30.* Castillo *de usufruct. cap. 2. num. 80.* Tondut. *quæst. civil. 50. num. 46.* Verum est quod alii tenent contrarium, quod mulier amittit officium exequutricis testamenti mariti transiens ad secundas nuptias, ut Guillem. Benedict. Lucas de Pena, Spin. *in specul. testamen. glos. 28. num. 35.* quos citat, sed non sequitur Sanchez *hic citatus n. 14. in prin.* Sed Spinum sequitur Fontanella

de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 11. num. 13. & deciſ. 429. num. 7. part. 2. quem videtur ſequi Hodierna *ad Surd. deciſ. 106. in fine verſicul. Verum.* Et licèt Cifuentes cogitandum relinquat, allegans Doctores pro, & contra *in l. 3. tauri, n. 4.* ſimiliter cogitandum relinquat Joan. Lupus *in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 77. nu. 16.* non audeo recedere ab hac opinione affirmativa propter authoritatem deciſionum noſtri Senatus, quas refert Fontanella *hic titatus.*

15 Quæro 3. An manumiſſores, & executores teſtamentorum, ſivè univerſales, ſivè particulares, ſi ſint plures, quomodo procedere debeant in exequutione piarum cauſarum? Reſp. quòd omnes procedere debent, & non unus ſine alio, vel aliis, cùm non habeant poteſtatem in ſolidum, niſi eis à teſtatoribus ſit data, & tributa poteſtas exequendi in ſolidum, prout requiritur ad hoc, ut unus ſine alio, vel aliis procedere poſſit, *cap. 2. §. ſane*, ubi Barboſa *ſub num. 14. de teſtament. in 6. capit. ſi duo, de procurat. in 6.* Altimar. Carol. Anton. de Luca, Pegas, Palma, Filliuccius, Giurba, Paſſerin. Sanchez, quos refert, & ſequitur Romaguera *in addit. ad Conciolum, ad ſtatut. Eugub. lib. 2. rub. 33. num. 18.* Franchis *deciſ. 622. num. 1.* ubi Riccius, & Rovitus *in additionibus*, Peregrin. *conſ. 51. num. 26. lib. 2.* Reg. Seſſe *deciſ. 399. n. 12. lib. 4.* Cancer *part. 1. var. cap. 7. num. 27.* Vel niſi alii manumiſſores, & executores teſtamentorum repudiaverint officium, vel mortui ſint, vel eſſent in longinquis partibus abſentes, nam tunc ſolus unus executor, qui ſuperſit, poteſt exequi pias diſpoſitiones teſtatorum, *cap. 2. §. ſanè*, ubi Barboſa *num. 13. & 14. de teſtament. in 6.* Altimar. Luca, Capon. Paſſerin. & Sanchez *in opuſc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 44. numer. 3.* quos refert, & ſequitur Romaguera *in addit. ad Conciolum, ad ſtat. Eugub. lib. 2. rub. 33. num. 19.* Barboſa *voto 59. num. 3. & 4.* Gratian. *diſcept. foren. cap. 422. à numer. 1.* Franchis, & addentes *deciſ. 622.* Peregrin. *conſ. 51. numer. 27. lib. 2.* Sylveſt. *verbo Teſtamentum 2. quæſt. 5.* Fagundez *de juſt. & jure, lib. 6. cap. 5. num. 10.* Reg. Seſſe *deciſ. 51. num. 1. & 2. lib. 1. & deciſ. 399. à n. 4. lib. 4.* Cancer *var. par. 1. cap. 7. num. 34.* Molina *de juſt. & jure, tom. 1. tract. 2. diſp. 248.* Lugo *de juſt. & jure, tom. 2. diſp. 4. ſect. 16. num. 391.* Carpius *de execut. teſtam. lib. 3. c. 2. toto*, Diana *reſol. mor. part. 8. tract. 5. reſol. 29. & in coordinat. p. 6. tract. 9. reſol. 34. à num. 1.* Amoſtazo *de cauſis piis, lib. 6. cap. 5. num. 30.* latiſſimè Caſtillo *controv. jur. part. 6. cap. 120. toto, ſignanter à num. 13.*

17 Hæcque limitatio procedit, etiam quando teſtator dicit, quod omnes ſimul procedant, & non unus ſine alio, vel aliis poteſt ſolus unus manumiſſor, & executor ſuperſtes exequi non voluntatem teſtatoris, quando alii ſunt mortui, vel in locis remotis, aut officium renuntiaverint, deciſum in Regno Aragonum refert Reg. Seſſe *dec. 399. tota, l. 4.* quia inter eos eſt locus juri accreſcendi, & non decreſcendi, Carpius *de execut. lib. 4. cap. 1. à n. 2.* Amoſtazo *de cauſis piis, lib. 6. cap. 5. ſub num. 30.* Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. rub. 33. n. 19.*

18 Procedit etiam quando manumiſſores, & executores duo, vel plures nominantur in teſtamento ad pias cauſas, cùm aliqua portione cuilibet illorum à teſtatore aſſignata in premium laboris pro exequutione teſtamenti; nam ſi alii ſunt mortui, vel degunt in longinquis, aut acceptare nolunt, portio deficiens accreſcit alteri executori acceptare volenti, *per tex. in l. unica, §. ubi autem legatarius, C. de caduc. tollend.* & idem eſt in taxatione ſalarii, quia ſicut diminuto onere diminuitur portio, & ſalarium, *leg. ſeſo amico, ff. de ann. legat.* ita aucto labore æquum eſt, ut portio, & ſalarium augeatur, *§. Illud, in authent. ut Judices ſine quoquo ſuffrag.* ſic Valaſc. ita judicatum refert *conſ. 48.* Molina *de juſt. & jure, tom. 1. tract. 2. diſp. 248. verſic. Quando verò*, Reynoſo *in obſer. jur. obſervat. 55. num. 19.* Barboſa *voto 126. num. 144. lib. 3.*

19 Quæro 4. an manumiſſores, & executores teſtamentorum deputari ad diſtribuendum, prout eis videbitur, & placebit, an poſſint uti poteſtate abſoluta circa diſtributionem, & electionem perſonarum? Reſp. quod non, ſed tenentur ſervare regulas juris. Et ſi malè arbitrantur, paſſivè agunt, & à tali arbitrio malè facto poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, qui tale arbitrium debet corrigere ſecundùm regulas juris communis, & mentem teſtatoris, ut poſt alios tradit Pariſius *conſ. 45. n. 18. & 19. lib. 3.* ſequitur Barboſa *voto 66. numer. 16. lib. 2.* & poſt alios tradunt etiam Noguerol. *allegat. 9. num. 48.* idem Barboſa *dictione 424. num. 4. verſic. Et in poteſtate data executoribus*, Paz *de tenuta, cap. 34. n. 137. verſic. Et in facultate conceſſa executori, tom. 1.* Caſtillo *contr. jur. part. 5. cap. 67. num. 12.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 5. n. 8.* quibus pertineat in ornatum, Jaſon. *in l. ſi ſic. num. 4. 5. & 6. ff. de legat. 1.* Pariſius *conſ. 45. nu. 16. & 17. lib. 3.* Paz *de tenuta, cap. 34. à numer. 135. tom. 1.* Noguerol. *allegat. 9. à nu. 18.* Barboſa *dictione 250. & dictione 424. num. 4.* Molina *de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 5. à num. 45.* Caſtillo *controverſ. jur. par. 5. cap. 67. à num. 5. verſic. In ſecunda verò ſpecie, cum ſeq.*

Benè tamen poſſunt manumiſſores, & executores 20
teſtamentorum voluntatem teſtatoris declarare, & interpretare, & declaratio, & interpretatio facta talis eſſe præſumitur qualiter ab illis obſervatur, Bondin. *colluct. legal. 50. num. 221.* Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. rub. 33. n. 17.* ubi addit, quod à dicta declaratione reſilire non poſſunt, nec eis licet variare, & citat Fagnan. *in capit. nos quidem, num. 70. de teſtament.* de quo videndus eſt Diana *reſol. moral. part. 8. tract. 5. reſol. 50. & in coordinat. part. 6. tract. 9. reſol. 61.*

ARGUMENTUM.

An manumiſſorum, & executorum piarum cauſarum defunctorum ſubrogatio facienda ſit per Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Manumiſſoribus teſtamentorum mortuis, vel abſentibus, aut renuntiantibus an alii debeant ſubrogari, num. 1. 2. 3. & 4.*

5 *Manumiſſorum piarum cauſarum defunctorum ſubrogatio an facienda ſit per Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem, num. 5. & 6.*

7 *Manumiſſores teſtamentorem habent bona tacitè hypothecata pro eorum adminiſtratione, num. 7. & 8.*

9 *Tutores, & curatores habent bona tacitè hypothecata pro adminiſtratis per eos.*

10 *Hypotheca tacita non incipit à tempore malæ adminiſtrationis, ſed à die ſuſceptæ adminiſtrationis.*

11 *Manumiſſores quo in loco teneantur dare computa ſuarum adminiſtrationum, numer. 11. 12. & 13.*

12 *Adminiſtrator quo in loco teneatur reddere computa adminiſtrationis, num. 12. & 13.*

14 *Manumiſſores piarum cauſarum defunctorum non adimplentes, & exequentes juſſa teſtatorum intra tempus legitimum, quas pœnas incurrant, num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & num. 27.*

23 *Manumiſſores ſi ſint minores, & Eccleſiæ, reſtituantur in integrum adverſus negligentiam exequendi, & adimplendi juſſa teſtatorum.*

24 *Manumiſſores poſſunt eſſe minores viginti quinque annorum, vel ſi expleverint decem ſeptem annos.*

25 *Procurator ad negotia poteſt eſſe minor viginti quinque annorum, vel habens decem & ſeptem annos.*

26 Manumissores si sint filii non adimplentes jussa parentum testantium, an priventur legitima.

DECISIO CCLXXXI.

1 PRÆMITTENDUM est quod aliqui dicunt, quod manumissoribus, & executoribus mortuis, vel absentibus, aut renuntiantibus, loco illorum debent alii subrogari, ut Papon. *lib.* 20. *titul.* 9. *arresto* 6. refert, & sequitur Riccius *collect.* 1201. *versic. Quarto*, conducit Cancer *part.* 1. *var. cap.* 7. *num.* 36.

2 Alii autem dicunt contrarium, quod manumissoribus, & executoribus mortuis, vel absentibus, aut renuntiantibus loco illorum non sunt alii subrogandi, ut ponderando particulam liberè, de qua *in cap.* 2. §. *sanè de testament. in* 6. tradunt in specie, Archidiac. Ancharan. Geminian. Franc. Joan. Andr. & Bald. quos refert, & sequitur Barbosa *voto* 59. *num.* 5. *libro* 2. Belluga *in specul. Princip. rubr.* 17. §. *Videamus*, *numer.* 6. *versic. Licet Bald.* ubi Borrell. *litera T.*

3 Limitatur hæc secunda opinio negativa tribus modis. Primò, quando testator omnibus manumissoribus, & executoribus defunctorum conjunctim, & in simul exequendi facultatem concessit, cum eo, quod non possit unus sine alio, vel aliis, quo casu, loco illorum debent alii subrogari, ad quod exemplum respexit *text. in cap.* 2. §. *sanè*, *ibi: Nisi testator aliud expesserit, & exemplificarunt glos. verbo expresserit, de testament. in* 6. & Dominic. Jo: Andr. Jacobus de Arenis, & Gregor. Lopez, quos citat Barbosa *statim allegandus.* Secundò, si testator loco morientis absentis, vel renuntiantis, alium subrogaverit. Tertiò quando testator expressit exequutionem per manumissores, & executores fieri debere per duos, aut tres, etiam altero nolente, vel non valente, nam *text. in cap.* 2. §. *Sanè, de testamentis in* 6. loquitur in executoribus simpliciter datis, Reg. Sesse *decis.* 51. *num.* 3. *tom.* 1. tradit has limitationes, Barbosa *voto* 59. *num.* 6. *lib.* 3.

4 Verùm quidquid sit de prædictis. In legatis tamen piis, nequaquam opiniones, & limitationes procedunt, sed manumissores, & executores subrogari poterunt, quia in illis juris solemnitates locum non habent ad tradita per Borell. *ad Bellugam, in spec. Princip. rub.* 7. §. *videamus, litera T. versic. In legatis tamen*, Amostazo *de causis piis, lib.* 1. *capit.* 11. *num.* 67. *in fine.*

5 Quo præmisso, intrat quæstio in argumento proposita, an manumissorum, & executorum piarum causarum defunctorum subrogatio facienda sit per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem. Et in primis videtur, quod facienda est per Ordinarium, id est per Episcopum, ut sentiunt Doctores citati à Barbosa citato supra *num.* 2. sed alii dicunt, quod uterque Judex tàm Ecclesiasticus, quàm sæcularis in dictis causis piis potest subrogare manumissores, & executores per jurisdictionem suam, quando est locus subrogationi per mortem, absentiam, vel renuntiationem illorum, sic Belluga *in specul. Princip. rub.* 17. §. *v. videamus, versic. Et sic quilibet, & n.* 8. *vers. Et sic uterque*, Reg. Leo *dec.* 20. *num.* 20. *lib.* 1.

6 At resolutivè dico. Quod quando jurisdictio Curiæ sæcularis est præventa super redditione computorum alicujus causæ piæ tractum successivum habentis, & unus manumissorum moritur, vel est in longinquis, aut renuntiat, potest Curia sæcularis alterum in ejus locum subrogare, qui de Curia sæculari erat, sic disputato puncto Fontanella videndus *dec.* 289. *à n.* 20. *ad* 15. *p.* 1. si verò jurisdictio Curiæ sæcularis pro redditione computorum alicujus causæ piæ tractum successivum habentis non est præventa, & unus manumissorum moritur, vel abest in longinquis, vel renuntiat, non potest Curia sæcularis alterum in ejus locum subrogare, sed subrogatio facienda est per Judicem Ecclesiasticum, ita per Cancellarium Loris, Consultoribus Sala, Balle, & Tamirit 7. Januarii 1679. contra Michaelem Zafont Notarium, prætendentem se in Curia Vicarii Barcinonæ subrogatum esse manumissorem piæ causæ fundatæ per Franciscum Zafont custodem del Empariatje, & nihilominus intentare viduam Sunjera, & viduam Bruguera consimilem subrogationem obtinere in Curia Ecclesiastica Barcinonæ, fuit declaratum in favorem Curiæ Ecclesiasticæ.

Quæro 1. An manumissores, & executores testa- 7
mentorum habeant bona tacitè hypothecata pro eorum administratione? Resp. quod sic, juxta communem, & receptam sententiam, Peguera decisum testatur, *decis.* 133. *numer.* 3. *versic. Ex his ergo patri*, *tom.* 1. quem sequuntur Riccius *collect.* 769. *versic. Quarto*, Carpius *de executor. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 20. Luca *de tutor. disc.* 10. *n.* 8. Giurba *ad consuetud. Messanen. cap.* 2. *glos.* 10. *part.* 1. *num.* 41. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 33. *num.* 21. & novissimè *ad Synodum Gerunden. lib.* 3. *tit.* 7. *cap.* 7. *num.* 12. doctè, ut solet Don Bonaventura de Tristany *decis.* 3. *num.* 164. *tom.* 2.

Idque ex æquitate, & ex identitate rationis, li- 8
cèt à jure casus iste expressus non numeretur, ut probat idem Dominus Tristany *dicta decis.* 31. *nu.* 164. *versic. Quin obsit, tom.* 2. Sicuti datur contra 9
tutores, & curatores tacita hypotheca pro administratis per eos, *l. pro officio* 20. *C. de administr. tutor.* latè cum ampliationibus, & limitationibus Guttier. *de tutel. part.* 1. *c.* 16. *à n.* 1. Escobar *de ratiocin. c.* 39. *à num.* 1. Galganet. *de tutel. lib.* 2. *cap.* 39. *à nu.* 1. Montan. *de tutel. cap.* 31. *effectu* 2. Mantica *de tacitis, tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 16. *à num.* 1. multos alios citant Merlinus *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *à num.* 1. Barbosa *in l. pro officio* 20. *à num.* 1. *C. de administ. tutor.* Cardoso *in prax. jud. verbo tutela, n.* 7. Noguerol *allegat.* 1. *nu.* 30. Rodriguez *in tract. de concur. & privileg. creditor. part.* 1. *art.* 4. *à n.* 1. Castillo *controver. jur. part.* 6. *c.* 37. *n.* 55. & manumissores & executores piarum causarum defunctorum æquiparantur tutoribus, & curatoribus, ut tradidi *decis.* 79. *num.* 6. & 7. *hac par.* 5. sic in puncto Peguera, Romaguera, Dominus Tristany *locis citatis, num.* 7.

Advertendum, quod hæc hypotheca tacita non in- 10
cipit à tempore malæ administrationis, ut aliqui putarunt. sed à die susceptæ administrationis, secundùm communem, & veriorem opinionem, *leg. cùm oportet*, §. *fin. post authent. ibi insertam, C. de bonis, quæ liberis, l. hac edictali* 6. §. *omnibus, Cod. de secund. nupt.* Surd. *cons.* 7. *num.* 18. *lib.* 1. & *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 49. *num.* 17. & 18. Guttier. *de tutel. part.* 2. *c.* 16. *num.* 31. Mantica *de tacitis, lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 18. Gratian. *discept. foren. cap.* 53. *num.* 5. & 6. & *cap.* 915. *num.* 5. & *à numer.* 22. Galganet. *de tutel. lib.* 2. *tit.* 37. *numer.* 14. Montan. *de tutel. capit.* 31. *effect.* 2. *num.* 20. Rodriguez *de concur. credit. part.* 1. *art.* 4. *n.* 19. & *art.* 8. *numer.* 3. 4. 55. 56. 57. & 93. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *titul.* 1. *quæst.* 4. *tota*, Castillo *part.* 6. *controver. jur. cap.* 137. *num.* 55. *in fine*, Barbosa *in l. pro officio* 10. *num.* 2. *in fine*, & *num.* 21. *Cod. de administ. tutor.* alter Castillo *decis.* 221. *numer.* 11. *part.* 3. Costa *de retrotractione, casu* 31. *cap.* 8. *nu.* 7. Marinis *lib.* 1. *resol. jur. cap.* 148. *num.* 2. ubi Rodoerius *numer.* 3. Faber. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 7. *diffin.* 1. Bolero *de decotor. debit. Fisc. titul.* 5. *quæst.* 35. *à numer.* 1. Don Bonaventura de Tristany *decis.* 31. *sub num.* 164. *versicul. Qua tacita hypotheca, tom.* 2. remissivè Romaguera pluribus modernis citatis in addit. ad Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 11. *num.* 29.

Quæro 2. quo in loco manumissores, & executo- 11
res piarum causarum testamentorum teneantur dare rationes, & computa suarum manumissoriarum, & administrationum? videatur Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 16. *à num.* 36. *cum seq.* Et generaliter, 12
quo in loco administrator cujuslibet rei teneatur dare rationem administrationis, dispositum est *in l.* 1. & 2. *Cod. ubi de ratiocin. agi oport.* & videndi sunt Escobar. *de ratiocin. cap.* 7. *n.* 2. Guttier. *de tutel. part.* 3. *c.* 1. *n.* 125. Montanus *de tutel. cap.* 38. *nu.* 91. Seraphin. *decis.* 1205. Gratian *decis. Marchiæ* 180. *ubi additio, à num.* 3. Petr. Barbosa *in l. hæres absens*, §. 1. *à n.* 66. *ff. de judiciis*, Ursellius *verbo Administrator*,

conclus. 59. num. 52. Thoro *in compen. decis. part. 3. sect. 3. verbo Rationes administrationes cujuslibet rei, fol. 6.* Novarius *in prag. 5, collect. 5, num. 149. 150. & 151. de administr. univer.* Auguſt. Barboſa *in l. 1. & 2. Cod. ubi de ratiocin. agi oport,* Salgad. *in labyrint. credit. p. 1. c. 7, num. 64.* Et quid ſi in diverſis locis admi-
13 ſtratio geſta fuerit, an pariter in omnibus locis ſeparatim ſit reddenda ratio, Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 3. verbo Rationes adminiſtrationis cujuſlibet rei, verſic. Sed quid, fol. 6.*

14 Quæro 3. An manumiſſores, & executores piarum cauſarum defunctorum non adimplentes, & exequentes juſſa teſtatorum intra tempus conſtitutum, quas pœnas incurrant? Reſp. quod inter alias pœnas privantur exequutione teſtamentorum, quia juſtum eſt, ut ille, qui recuſat onus ſubire, non recipiat commodum, *argumento text. in capit. qui ſentit, de reg. jur. in 6.* ſic Spinus *in ſpeculo teſtament. gloſ. 28. num. 44. verſic. Et inter.*

15 Unde fit; quod manumiſſores, & executores piarum cauſarum defunctorum non adimplentes, & exequentes intra tempus conſtitutum juſſa teſtatorum, privantur commodo à teſtatoribus ipſis relicto, *cap. nos quidem 3. cap. ſi haredes 6.* ubi Covar. &
16 Auguſt. Barboſa *de teſtament. l. ſi quis ſepulchrum, ff. de Relig. & ſumpt. funer. l. Neſennius, ff. de excuſ. tutor. authent. hoc amplius,* ubi Padilla *n. 1. ubi alia jura citat. Cod. de fideicomm.* Spinus *in ſpecul. teſtam. gloſ. 28. n. 45.* Valero *de differ. utriuſque fori, verbo Legatum, differ. 1. n. 3.* Diana *reſol. moral. part. 3. tract. 5. & Miſcel. 2. reſol. 59. & in coordin. part. 6. tract. 9. reſol. 42. ſub num. 2.* Hęcque privatio procedit, & lo-
17 cum habet in Eccleſiis, Monaſteriis, Clericis, & Religioſis, ut videtur probari text. *in §. fin. in authent. de hæred. & falcid. col. 1.* Padilla *in authent. hoc amplius, n. 7. C. de fideicom.* Barboſa poſt alios *in cap. ſi hæredes 6. num. 8. verſic. Unde, de teſtament. & de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 82. num.... verſic. Si controverſia, in fine.* Taliter, quod in hac cauſa non admittitur morę purgatio, *ut colligitur ex text. in cap. tua nobis, juncto ſummario, de teſtament.* Padilla *in authent. hoc amplius, num. 8. Cod. de fideicomm.* Azevedo *l. 4. num. 32. tit. 2. lib. 5. recop.* Mieres *de majorat. part. 1. cap. 48. num. 7.* Sanchez *de matrimon. lib. 6. diſp. 22. num. 4.* Diana *reſol. mor. part. 8. tract. 5. reſol. 54. & in coord. part. 6, tract. 9. reſol. 44.*

18 Intellige, ſi præcedat monitio, nam ut manumiſſores, & executores piarum cauſarum defunctorum non adimplentes, & exequentes juſſa teſtatorum incurrant prædictas pœnas, neceſſaria eſt monitio, *cap. nos quidem 3. cap. tua nobis 17. de teſtament. auth. hoc amplius, Cod. de fideicomm. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de refor. cap. 8. ibi: Ab ordinario moniti,* Azevedo *in l. 7. num. 5. in princ. & l. 14. num. 3. tit. 4. lib. 5. recop.* Covar, *in cap. nos quidem. 3. numer. 2.* ubi Barboſa *numer. 2. de teſtament.* Padilla *in authent. hoc amplius, numer. 13. verſic. gloſ. 2. Cod. de fideicomm.* Carpius *de executor. lib. 1. cap. 22. num. 21.* Amoſtazo *de cauſis piis, lib. 1. cap. 12. num. 19.* idem Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib. 3. cap. 27. num. 34. & de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 82. nu. 24.* Tellez Ferdinand. *in l. 38. tauri, nu. 2. in princ.* notant Valero & Diana *locis citatis, num. 15.* Romaguera *dict. cap. 7. num. 7.*

19 Non ſolùm ut priventur emolumentis, ſeu legatis per teſtatores ipſis relictis, eſt neceſſaria monitio, Covar. *in cap. ſi hæredes, num. 5. de teſtament.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 3 allegat. 82. numer. 24. verſicul. Dixi,* ſed etiam monitio eſt neceſſaria, ut priventur executione teſtamentorum, ut contra Tellez Ferdinand. *in l. 38. tauri, numer. 2.* Gregor. Lopez *in l. 8. gloſ. verbo Amoneſtado, tit. 10. part. 6.* Azevedo *l. 7. num. 5. verſic. Ubi concludit, tit. 4. lib. 5. recop.* probant jura *in cap. nos quidem 3. cap. tua nobis 17. de teſtament.* ut docent Amoſtazo *de cauſis piis, lib. 1. cap. 12. num. 20. 21. & 22.* & probabilius eſſe, Sanchez *in opuſc. lib. 4. cap. 1. dub. 54. numer. 15.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 27. numer. 31.* & comprobatur ex traditis per Covar. *in cap. nos quidem 3. numer. 2.* Barboſam *numer. 2. de teſtament.* Padillam *in authent. hoc amplius, num. 16. Cod. de fideicom.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. 28. n. 10. verſ. Ex adverſo tamen. & n. 13. & 14.* Molinam *de juſt. & jure, tract. 2. diſp. 251. n. 2.* Sanchez *in opuſc. lib. 4. c. 1. dub. 54. num. 10.* Barboſam *de jure Eccleſ. univ. l. 3. c. 27. n. 34. & in c. ſi hæredes, n. 2. de teſtament.* Amoſtazo *de cauſis piis, l. 1. cap. 12. n. 22. in fine,* Et an unica monitio ſufficiat, 20
vel plures requirantur monitiones? videndi ſunt Padilla *in authent. hoc amplius, nu. 14. verſic. Sit prima concluſio, Cod. de fideicomm.* Covar, *in cap. ſi hæredes, n. 2.* ubi Barboſa *n. 2. de teſtament.* Menoch. *de arb. jud. caſu 498. n. 53.* Cenedo *collect. ad decretal. 11. num. 3.* Spin. *in ſpec. teſtament. gloſ. 28. n. 39.* idem Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 82. num. 25. & in cap. nos quidem 3. num. 2. in fine, & in cap. tua nobis 17. nu. 3. de teſtament. & de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 27. nu. 35. & in authent. licèt teſtator, num. 7. Cod. de Epiſc. & Cler.* Caſtillo *tom. 8. de aliment. cap. 7. n. 6. in fine,* Amoſtazo *de cauſis piis, lib. 1. cap. 22. à nu. 23.* Et an 21
hæc monitio neceſſariò facienda ſit perſonaliter à Judice, an verò fieri poſſit per nuntium, vel per Epiſtolam? videantur Angel. *in authent. hoc amplius, n. 2.* Jaſon. *n. 3.* Padilla *num. 15. Cod. de fideicomm.* Cenedo *collect. ab decretal. 114. num. 3.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 82. numer. 23. & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 27. num. 36.* Et an ſufficiat monitio ge- 22
neralis, an verò requiratur ſpecialis, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 27. n. 37.*

Utrum autem ſi manumiſſores, & executores teſta- 23
mentorum ſint minores, vel Eccleſiæ reſtituantur in integrum adverſus negligentiam adimplendi, & exequendi juſſa teſtatorum, ut executione teſtamentorum, vel legato illis relicto non priventur, videndi ſunt Gomez *in l. 33. tauri, n. 4.* Matienzo *l. 7. gloſ. 5. in fin.* ubi Azevedo *n. 5. verſ. Sed ſi talis; & n. 12. tit. 4. lib. 5. recop.* idem Azevedo *l. 14. n. 3. verſ. Habes tamen notare, & n. 4. tit. 4. l. 5. rec.* Barboſa *de poteſt. Epiſ. part. 3. allegat. 82. n. 24. verſ. Si controverſia, in fine,* alios addit idem Barboſa *in cap. ſi hæredes 6. num. 4. de teſtament.* Padilla *in authent. hoc amplius, nu. 7. verſ. Dabitur tamen, Cod. de fideicomm.*

Undè infertur, quod minores vigintiquinque an- 24
norum, ſi expleverint decem & ſeptem annos poſſunt eſſe manumiſſores, & executores piarum cauſarum defunctorum, docent Covar. *in cap. tua nos, num. 4. de teſtamen.* Homez *in l. 33. tauri, num. 2.* Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ. 28. num. 37.* Sanchez *in opuſc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 50.* Lugo *de juſt. & jure, tom. diſp. 24. ſect. 16. num. 324.* Carpius *de execut. teſtament. lib. 1. cap. 8. à nu. 3.* Diana *reſol. mor. part. 8. tract. 5. reſol. 6. & in coordinat. par. 6. tract. 9. reſol. 8.* Qui colligunt ex text. *in cap. qui generaliter, §. ult. de procurator. in 6.* in quo ſtatuitur minorem habentem decem & ſeptem annos poſſe conſtitui procuratorem ad negotia, exornunt præter Doctores citatos Gutier *de jurament. confir. part. 3. cap. 11.* Golinus *de procurator. part. 1. cap. 4. num. 16.* Sanchez *de matrimon. libro 3. diſp. 41. num. 8.* Cardoſo *in praxi jud. verbo Minor, n. 47.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez videndus l. 7. gloſ. 1. n. 5. tit. 1. part. 5. fol. 63. tom. 1.* Barboſa *in c. qui generaliter, §. fin. num. 9. de procurat. in 6. & in l. exigendi 12. num. 11. Cod. de procuratorib.*

An autem ſi manumiſſores, & executores piarum 25
cauſarum defunctorum ſint filii non adimplentes, & exequentes juſſa parentum teſtantium, intra legitimum tempus, priventur legitima? videantur Padilla *in authent. pro amplius, numer. 17. Cod. de fideicom.* Menchaca *de ſucceſ. creat. §. 8. num. 17.* Craſſus *§. legitima, quæſt. 46.* Molina *de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 9. num. 6.* Azevedo *l. 14. num. 4. verſ. Item intellige, & n. 5. & 6. tit. 4. lib. 5. recop.* Covar. *in cap. ſi hæredes 6. n. 9.* Barboſa *num. 6. de teſtam.* Valero, & Diana *locis citatis, num. 15.*

Denique an manumiſſores, & executores piarum 26
cauſarum defunctorum non exequentes, & adimplentes juſſa teſtatorum intra tempus conſtitutum priventur executione teſtamentorum, & legato ipſis à teſtatoribus relicto ipſo jure, vel per ſenten-

tiam

tiam privandi? videndi sunt Padilla *in authentic. hoc amplius, num.22. Cod. de fideicom.* Spinus *in specul. testament. glos.28. à num.6.* Matienzo *in l.14. glos.1. num. 64. tit.4. lib.5. recop.* Menoch. *de arbit. jud. casu 498. num.58.* remissivè Barbosa *in cap. si hæredes 6. num. 5. in fine, versic. Circa illud, de testament.* Zacchia *de salario, quæst.66. num.14.* Sanchez *in opuscul. lib.4. c. 1. dub.54. num.15.* notat Amostazo *de causis piis, lib. 1. cap.12.num.22. versic.Quin potius*, & alios quos novissimè citat Gerundensis Romaguera *ad Synod. Gerunden. lib.3. tit.7. cap.7. num.6.* ubi tradit quòd nulla subsistente causa exequutionem differentes mortaliter peccant.

ARGUMENTUM.

An Clericus in minoribus etiam beneficiatus factus miles sæculi gaudeat privilegio fori Ecclesiastici, vel sit conveniendus coram Judice sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Clericus neque expressè, neque tacitè non potest renuntiare privilegio fori Ecclesiastici, consentiendo in Judicem sæcularem, num.1. non solum in Sacris constitutus, sed etiam primæ tonsuræ, num.2. verbis scilicet, secus facto exercens Clericus in minoribus negotia sæcularia, vel faciendo alium actum Clericatui omninò contrarium, num.3.*

4 *Clericus in minoribus ordinibus constitutus quantumvis beneficiatus, quando aliquid agit privilegio Clericali penitus contrarium, amittit privilegium fori Ecclesiastici, & potest coram Judice sæculari conveniri.*

5 *Clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum quantumvis beneficiatus si efficitur miles militiæ sæcularis: amittit ipso jure beneficium Ecclesiasticum, quod habebat, num.5. & pensiones, si quæ in titulum uti Clerico erant assignatæ, num. 6. etiam si ex integro ad Clericatum redeat, non recuperat beneficium, quamvis non sit alteri collatum, num.7. & sufficit, quod fuerit in matricula militum militiæ sæcularis descriptus; quamvis pœniteat, & deindè vestes Clericales reassumat, num.8. prout nec sufficit ad pensiones recuperandas, num.9.*

10 *Militare, & uxorem ducere paria sunt.*

11 *Beneficium Clerici in minoribus constituti vacat per contractum matrimonii, numer.11. ac etiam pensio Ecclesiastica, num.11.*

13 *Clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum effectus miles militiæ sæcularis amittit privilegium fori Ecclesiastici, num.13. rationes referuntur, num. 14. 15. 16. 17. & 18. Limitatur 1. numer. 19. sublimitatur, numer. 20. & 21. Limitatur 2. numer. 22. sed reprobatur hæc limitatio, numer. 23. cum intelligentia, num.24. Limitatur 3. in clerico in Sacris Ordinibus constituto, numer.25.*

16 *Clericus factus miles sæculi desinit esse miles Dei.*

17 *Militiæ Clericalis, & sæcularis sunt ad invicem contraria.*

18 *Militiæ diversæ plures tituli non compatiuntur simul in una, & eadem persona.*

DECISIO CCLXXXII.

1 LIcèt regula certa sit, quod Clericus, neque expressè, neque tacitè non possit renuntiare privilegio fori Ecclesiastici, consentiendo in Judicem sæcularem, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, nec cum juramento, nec cum consensu proprii Episcopi, ut latè exornavi, cùm copiosa allegatione Doctorum, *decis.12. num.26.27. & 28. par.1. & dec.154. àn.1. & per totam, par.3.*

2 Hæcque regula procedit, nedum in Clerico in Sacris constituto, sed etiam in Clerico primæ tonsuræ, qui nec etiam expressè, nec tacitè, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, nec cum juramento, nec cum consensu proprii Episcopi, potest renuntiare privilegio fori Ecclesiastici, ex quo textus *in capit. si diligenti, de foro compet.* vindicat sibi locum in omnibus Clericis etiam primæ tonsuræ, Farinac. *in praxi, part. 1. quæst.8. num.14.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. effectu 1. num.53. versicul. Subampliatur octavò*, Gomez *tom.3. var. c.10. num.3.* Valascus *tom.1. allegat.24. n.1.* Barbosa *in c. si diligenti, n.2. vers. Amplia 2. de foro compet. & de jure Eccles. un. lib.1. c.39.§.2. num.9. versic. Et procedunt*, Ego *decis.12. num.19. par.1. & decis. 154. num.13. par.3.*

3 Intellige, & declara hanc ampliationem, ut procedat, quod Clericus primæ tonsuræ non possit verbis renuntiare privilegio fori Ecclesiastici, & se submittere jurisdictioni Judicis sæcularis, quidquid dicat Zerola *in prax. Episcop. part.1. verbo Clericus*, §. 12. *in fine, versic. secunda conclusio*; secùs autem facto, ut exercendo negotia sæcularia, vel faciendo alium actum Clericatui omninò contrarium, quo casu Clericus primæ tonsuræ sponte Clericatui renuntiare censetur, & non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, sic intelligenda *glos. in cap. tuæ 3. de Apostat.* & docent ibidem Joan. And. Socin. *numer. 5.* Amanza *numer. 3.* Barbosa *n.4. versic. In glossa*, Zerola *in prax. Episcop. par.1. verbo Clericus*, §.12. *versic. Prima conclusio*, Cæpola *cons.11. num.16.* Farinac. *in prax. par.1. quæst. 8. num.24.* Carol. de Grass. *de effect.Cler. effectu 1. num. 53. versic. Et licèt*, Roderic. à Cunha *in can.non oportet 3. num.3. dist.42.* Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.1. cap.39. §.2. num.10.* & remissivè *in cap. si diligenti, num.2. versic. Amplia 2. in fine, de foro compet.* Reg. Matthæu *de reg. Regn. Valent. c.7. §.2. num.25.* Ego *decis.12. num.30. par.1.*

4 Indubitatum enim est, quod Clericus in minoribus ordinibus constitutus quantumvis beneficiatus, quando aliquid agit privilegio Clericali penitus contrarium, amittit privilegium fori Ecclesiastici, & potest coram Judice sæculari conveniri, quia censetur ad sæculum se reducere, & Clericatui, ac privilegio fori Ecclesiastici renuntiare, ut innumeris docet Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effectu 17. numer. 856.* quibus addendi sunt Regens Vico *ad pragmatic. Regni Sardin. part.1. titul.7. capit.12. numer.50. & titul. 8. capit.1. in gloss. fol. 223.* Faber *in Cod. lib.1. titul.3. de Episcop. & Cler. def. 19.* Cutel. *de immunitat. Eccles. lib.2. quæst.19. num.17. 18. & 19.* Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.2. cap.9. dub.35. sect.1. num.16.17. & 18.* Riccius *collect. 891.* Fermosin. *in cap. si diligenti, quæst.11. de foro compet.* apud quos varia exempla reperies.

5 Verùm ad institutum, exemplum est. Quando Clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum, quantumvis beneficiatus efficitur miles militiæ sæcularis, qui non solùm amittit ipso jure beneficium Ecclesiasticum, quod habebat, cùm faciat actum contrarium Clericatui, *gloss. in cap. fin.* ubi Imola *num.6.* Abbas *num.1.* Joan. Andr. *num.2.* Barbosa *num.2. & 3. de Clericis conjugat.* Barbat. *consil. col. final. versicul. Præterea facit, lib.1.* Gigas *de pensionib. quæst. 55. numer.2.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.73. num.6. versicul. Item Clericus*, Farinac. *frag.crim. par.1. litera C, num.184.* Farinac. *in C. lib.1. tit.2. de Episcop. & Cler. defin.25. in prin.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.7. num. 4.* Riccius *collect. 891. versic. Secundo, & decis. 154. part.4.* Parisius *de resignat. benefic. lib.1. quæst.1. num. 22. & de confiden. benef. quæst.9. num.5.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.1. tit.7. cap.12. n.51.* Gonzalez *ad Reg.8. Cancellar. gloss.15. num.64. versic. Vel si efficiatur, & glos.15. num.54.* Decian. *tract. crim. lib.4. cap. 9. num.87.* Squillante *de privileg. Clericor. cap.7. num. 32. in fine*, Azor. *instit. moral. par.2. lib.7. cap.15. in prin.* Ricciul. *de jure personar. lib.7. cap.5. n.9.* Bellet. *disq. Cler. par.1. tit. de favore Cler. canonis, n.39.* Vivian. *de jurepatron. lib.5. cap. 5. n.38.* Lotterius *de re benefic. lib.3. quæst.26. a num.48.* idem Barbosa *de potestat. Episcop. par. 3. allegat. 57. numer. 216. & de jure Eccles. univers. lib.3. cap.11. numer. 60. & cap. 14. numer.31. & 32. & in cap. fin. numer.3. de Cler. non residen-*

dent. Castr. Palaus *in oper. moral. part.2. tract.13. disp. 6. punct.2. §.1. num.2.* Fermosin. *in cap. si diligenti, q. 11. num.2. de foro compet.* plures alios citant Jul. Chartar. *decis.17. num.3.* latissimè noster Don Bonaventura de Tristany *dec.10. à num.55. ad 75. tom.1.* Ciarlin. *controv. foren. lib.1. cap.36. num.43. & 56. & cap.115. n. 36. & lib.2. cap.136. n.7.* Ego cum innumeris, *decis. 136. n.4. par.3.*

6 Sicut amittit pensiones, si quæ in titulum uti Clerico erant assignatæ, ut commodiùs sustentari valeret, Gigas *de pensionib. quæst.55. n.4. &* 5. Ricciul. *de jure personar. lib.7. cap.5. num.26.* Vivian. *de jure patron. lib.13. c.9. n.55.* Barbosa *de potest. Episc. part. 2. allegat.57. n.217. & de jure Eccles iast. univ. lib.3. c.11. num.50. & in cap. fin. nu.4. de Cleric. conjugat.* Ciarlin. latè reprobat contrariis, *controv. foren. lib.1. c.36. à n.37. cum pluribus seq. & cap.115. n.36. & lib.2. capit. 136. n.8. 9. &* 10, *&* 11. Ego cum pluribus *dec.136. n. 41. par.3.*

7 Adeo quòd Clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum beneficiatus, si miles militiæ sæcularis factus, ex integro ad Clericatum redeat, non recuperat beneficium, quamvis non sit alteri collatum, quia per militiam fuit jam inducta vacatio ex præsumpta, & spontanea ipsius Clerici militis voluntate, quæ proindè sine novâ collatione non reviviscit, cùm semel reviviscat, Ricciul. *de jure personar. libr.7. cap.5. num.17.* Barbosa *de jure Eccles.un. lib.3. c.14. n.32. versic. Adeo quòd.*

8 Et idem dicendum, si postquam Clericus fuerit in matricula militum militiæ sæcularis descriptus, pœniteat, & paucis post diebus, antequam sæva exerceat, depositò cingulo militari, iterum vestes Clericales reassumat, nihilominus dicitur à statu ordinis recessisse, taliter quòd novâ Clericalis habitus reassumptio ad recuperanda beneficia, quæ ante militiam sæcularem obtinebat; & per militiam sæcularem obtinebat, vacarunt, illi non sufficiat, Ricciul. *de jure personar. lib.7. cap.5. num.19.* Barbosa *de jure Eccl. un. lib.3. cap.14. num.32. versic. Ex eadem ratione, & in cap. fin. num.3. versic. Quamvis postquam, de Cler. conjugat.* Don Tristany *decis.10. num.60. versic. Imo etiam, tom.1.*

9 Prout nec sufficit ad pensiones recuperandas, ut post alios docent Ciarlin. *controv. foren. lib.1. cap.36. à num.51. versic. Et reassumptio, usque ad finem,* Barbosa *de jure Eccles.un. lib.3. cap.11. num.50. in fine, & in cap. fin. num.4. de Cler. conjugat.* Dominus Tristany *decis.10. n.60. in fine, tom.1.*

10 Et in simili dicunt Doctores, quòd militia sæcularis, & conjugium æquiparantur, cùm paria sint militare, & uxorem ducere, Lotterius *de re benefic. lib. 3. quæst.26. n.48. &* 87. Ciarlin. *controv. foren. lib.1. c. 36. n.55. in fine, & lib.2. cap.136. n.10.* notat Dominus Tristany *decis.10. num.56. in fine, tom.1.* Et ideò sicut per contractum matrimonii vacat beneficium
11 Clerici in minoribus ordinibus constituti, etiam non sequuta copula, *cap.1.* ubi Barbosa cum innumeris, *à num.2. de Clericis conjugat.* idem Barbosa cum multis *de potest. Episcop. par.2. allegat.57. à num. 202. & de jure Eccles. univers. lib.3. cap.14. à num.7.* Riccius *collect. 891. versic. Quartus casus est,* Fermosin. *in cap. si diligenti, quæst.21. num.4. de foro compet.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.1. tit.7. cap.12. num. 54.* alter
12 Riccius *de publ. judic. quæst.35. num.42.* Ac etiam pensio Ecclesiastica, quamplures laudat Barbosa *de potest. Episcop. part.2. allegation. 57. num. 206. & de jure Eccles. univer. lib.3. cap.11. num.30. & in cap.1. n. 6. de Cleric. conjugat.* Ciarlin. *controvers. forens. libr.2. capit. 136. numer. 11.* ita etiam per militiam sæcularem assumptum omninò vacat beneficium, & pensio Ecclesiastica, sic argumentatur Ciarlin. *controv. foren. lib.6. cap.36. num.55. & 56. & lib.2. c.126. numer. 10. &* 11.

13 Verùm etiam Clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum quantumvis beneficiatus factus miles militiæ sæcularis amittit privilegium fori Ecclesiastici, & si illud alleget, petatque remitti ad Judicem Ecclesiasticum, audiendus non est, Carolus de Gras. *de effect. Cleric. effectu 1. num.865. versicul. aliqui verò, & num. 166. & 167.* sequitur Ciarlin. *controver. foren. lib.1. capit.36. numer. 39.* & docet Farinac. *in praxi, part.1. quæst.8. num.95.* Riccius *collectan. 891. versic. Secundo, & part.4. decis. 154.* Marta *de jurisdiction. part.2. cap.36. num.12.* Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. tom.1. titul.7. cap.12. num.51.* Fermosin. *in capit. si diligenti, quæst. 11. numer. 2. de foro competent.* & alii quos citant Jul. Chartar. *decis. 17. numer.7.* lata manu Don Bonaventura de Tristany *decis.10. à num.56. tom. 1.* Barbosa *de jure Eccles iast. univers. lib.1. capit. 39. §. 2. numer. 79.* & docent alii citati, *numer.5.* decisum refert Faber *in Cod. lib.1. titul.3. differ.25. & lib.3. titul.12. definit. 14.* & in Cathalonia per Jalbi, & Julià Tertium, Consultoribus Puig, & Llunes 3. Aprilis 1653. super repetitione personæ Francisci Sala, Villæ Cervariæ, Clerici obtinentis Capellaniam Sancti Benedicti in claustris Sedis Barcinonæ in regiis carceribus detenti de crimine læsæ Majestatis impetiti, qui die 12. Martii 1643. per junctam militiæ del Batallò præsentis Principatus fuit nominatus in Capitaneum dictæ militiæ. & usque ad diem 28. Martii 1650. inservivit dictum officium, & deinde per eandem junctam del Batallò fuit nominatus Sargentus Major dictæ militiæ, quodque dictum officium exercuit, estque descriptus, & continuatus usque adhuc in libris Contuduriæ, & Vehedoriæ militum del Batallò: fuit declaratum, repetitioni personæ per Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ instatæ de persona dicti Francisci Sala locum non fuisse, nec esse. Super qua declaratione latè scripsit Don Bonaventura de Tristany *decision. 10. à numer. 55. ad 79. tom. 1.*

Ratio multiplex est. Prima, quia Clericus primæ 14
tonsuræ, seu minorum ordinum, quantumvis Beneficiatus, si efficiatur miles sæcularis militiæ, dicitur recedere à statu ordinis, & ad sæculum reverti, Bursat, Gigas, Genuen. Riccius, Carol. de Gras. Squillante, & Ricciul. quos citat Barbosa *in cap. fin. num. 2. de Cleric. conjugat.*

Secunda, quia Clericus primæ tonsuræ, aut mino- 15
rum ordinum, quamtumvis beneficiatus, eo ipso, quod sæcularem militiam assumit, intelligitur Clericali militiæ renuntiare, Jul. Clar. *§.fin. quæst.73. num. 6.* Farinac. *frag. crim. par.2. litera C, num. 184.* Faber *in C. lib.1. tit.3. defin.25. & lib.3. tit.12. defin.14.* Riccius *collect.891. versic. Amplia,* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom.1. tit.7. cap.12. num.51.* Ciarlin. *controver. foren. lib.2. cap.136. num.9.* Fermosin. *in c. si diligenti, quæst.11. n.2. de foro competent.* Jul. Chartar. *decis.17. num.3. in fine,* Dominus Tristany *decis.10. n. 56. in fine, tom.1.* consonant Cutel. *de immun. Eccles. lib.2. c.19. num.18. versic. ad horum canonum,* Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.2. c.19. dub.35. sect.1. n. 1. & num.18.*

Tertia, quia Clericus factus miles sæculi, desinit 16
esse miles Dei, Joan. Andr. Gigas, Jul. Clarus, Farinac. & Carol. de Gras. citati à Ciarlin. *controv. foren. lib.1. c.36. n.38.* Barbosa *de jure Eccles.un. lib.1. c.39. §. 2. n.79. versic. Quia Clericus.*

Quarta, quia militiæ Clericalis, & sæcularis sunt 17
ad invicem contrariæ, *can. qui in aliquo 67. distinct. c. diversis, de Clericis conjugat. cap. ex multa, §.fin. de voto, l. repetita, C. de Episcop. & Cleric.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effectu 1. num.687.* Barbosa *de jure Eccles. lib.1. cap.39. §.2. num. 79. versic. Ratio est,* Sperell. *decis.132. num.36. versic. Ratio autem est, lib. 2.* notat Ciarlin. *controv. foren. lib.1. cap.36. num.36. in fine.*

Quinta, quia in una, & eadem persona non com- 18
patiuntur simul plures tituli diversæ militiæ, *leg. jus quidem, §. in posterum, C. qui milit. non possunt, lib. 12.* Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.1. cap.39. §.2. num. 79. versic. Nec simul,* Sperell. *decision.132. num.36. in fine, vers. Nec simul, lib.2.* Sicut incompatibile reputatur, quod vel diversa eodem tempore quis habeat collegia, vel plures obtineat dignitates, *leg. libertus, §. præscriptio, ff. ad municipal. leg. fin. Cod. de assessorib.* idem Barbosa *loco citato, nu.29. versic. Sicut.* Et

quasi

quasi ex incompatibilis officii acceptatione duo opposita in eodem subjecto sustineri non possunt, ut dicunt Cutel. *de immun. Eccles. lib.2. quæst.19. num.18. vers. Ad horum canonum*, Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom.2. cap.9. dub.35. sect.1. num.18.*

19 Limitatur 1. si Clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum miles militiæ sæcularis factus, militiam postmodum deserat, tunc enim recuperat privilegia fori Ecclesiastici per militiam sæcularem amissi, *Clementin.1. & ubi glos. de vita, & honestat. Clericor.* Jul. Chartar. *decis.17. num.14.* Ricciul. *de jure person. lib. 7. cap.5. numer.12. & à numer.21.* Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.1. capit.39. §.2. numer.79. versic. Nec refert*, Dominus Tristany *decision. 10. numer. 59. tom. primo.*

29 Sublimitatur hæc prima limitatio, ut Clericus factus miles recuperet privilegium fori Ecclesiastici, non sufficit militiam antea deserere, sed requiritur ultra desertionem militiæ sæcularis, quod reassumat tonsuram, & habitum Clericalem, Marta *de jurisdict. part.4. casu 135. num.16.* Faber *in Cod. lib.2. tit. 3. num.25.* Jul. Chartar. *decis.17. num.13. 14. 15. & num.16. in fine*, Dominus Tristany *decis. 10. num.60. tom.1.* conducunt Farinac. *in praxi, par.1. quæst. 8. num.66.* Barbosa *versic. Item in cap. tuæ, numer. 4. de apostat. & in Clement.1. nu.3. de vita, & honest. Cler. & de jure Eccles. univer. lib.1. cap.39. §.2. num.27.* Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu 1. num. 1232.* Riccius *decis.168. par.2.* Squillante *de privileg. Cler. cap. 6. num.19.* Marinis *lib.1. cap.49. numer.2.* ubi Rodoer. plures videndos citat, *num.1.* Jul. Chartar. *decis. 17. num.16.* Sperell. *decis.26. num.20. part.1.* Ciarlin. *controver. forens. lib.1. c.36. num.47. & cap.53. numer.20. & 21.* Ego cum multis *decis.131. num.26. par.3.* quibus addo Reg. Vico *ad prag. Regni Sard. lib.1. tit.7. c. 12. numer. 55.* & cum reassumptione habeat alia requisita juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini *sess.23. de reformat. cap.6.* ut per Vivium *decis. 512.* Marinis *lib.1. resol. jur. c.49. n.3.* idem Reg. Vico *dicto tit.7. c. 12. num.54. versicul. Aut non est, & versic. Hoc idem dicendum*, Ego *dec. 131. num.26. in fine, par.3.* Ciarlin. *controv. forens. lib.1. cap.36. à num.47.* alioquin privilegio fori minimè gaudet, Ego latè tradidi, *decis. 27. à num.1. par.3.*

31 Unde Doctores, qui tenent reassumptionem habitus, & tonsuræ non sufficere, ut quis dicatur Clericus, & privilegio fori Ecclesiastici gaudeat, But. *in c.1. de apostat.* Abbas *in cap. ex parte el terceros, de privileg.* quos citat Capyc. *decis.161. num.5.* & refert Marinis *lib.1. resolut. jur. capit.49. numer.3.* Riccius *in prax. resolut. 312.* Reg. Vico *ad pragmat. Regni Sard. lib.1. tit.7. cap.22. num.53.* Aufrer. *ad Capol. Tolosan. decis. 144.* Jul. Chartar. *decis. 17. num.5.* Ego *decision. 131. num.26. versicul. Verumtamen est, part.3.* intelligendi sunt, nisi cum reassumptione habitus, & tonsuræ adsint Clericatus requisita juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini, ut benè probatur per Vivium, quem sequuntur Marinis, Ego, & alii citati, *numer. 20. versic. Et cum*, & ad Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholosan.* respondet Jul. Chartar. *decis.17. num.16. versic. Nec.*

22 Limitatur 2. ut procedat in Clerico minorum ordinum effecto milite militiæ sæcularis, ac arma, seu sæva exercente, qui ipso jure privilegia Clericalia amittit, & consequenter fori privilegio non gaudet, quia hoc faciendo exercet actum contrarium Clericatui, *ad text. in canon. quisquis 34. distinction. capit. primo, de bigamis in 6.* Secus autem in Clerico minorum ordinum facto milite sæcularis militiæ, qui solùm militiæ nomen dedit, hoc est in matricula militum militiæ sæcularis descriptus, non tamen arma, seu sæva exercet, non amittit Clericalia privilegia, & sic gaudet privilegio fori Ecclesiastici, nisi trina monitio præcedat, *ad tex. in canon. feriatim 32. distinction.* Sic distinguit Innocent. *in capit.4. num.3.* quem ibidem sequuntur Hostiens. *num.5.* Panormit. *nu.7. & 8.* Socin. *num.8. de apostat.* Alexand. *consil.18. num.3. lib.1.* Barbos. *in capit. final. de Cler. conjug.* Aufrer. *in Clementin. 1. fallent.20. in fine, de offic. ordinar.* Benedict. *in cap. raynuntius, verbo Uxorem nomine Adelasiam in 2. decis. num.249. de testament.* Decian. *tract. crim. tom.1. l.4. cap.9. num.87.* Marta *de jurisdict. par.2. cap.36. numer. 13.* Duard. *in Bulla Cœnæ Domini, libr.2. consil. 15. quæst.11. sub num.87. versic. Quæ quidem, cum seq.* & ita intelligendus Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.1. c. 39. §.2. num.79.* Sperell. *decis.232. num.36. lib.1.* Chassanæus *in consuetud. Burgund. rub.1. §.5. num.54.* Lotterius *de re benef. lib.3. quæst.26. num.90.* idem Barbosa *in cap. in audientia 15. n.2. de sentent. excom.* Bellet. *disquisit. Cler. par.1. tit. de favore Clericorum canonis, §.2. n. 39.* notat Dominus Tristany *decis.10. num.57. prope finem tom. 1.*

Attamen hæc limitatio licèt communis sit, eam non 23
sequor, sed contra eam inclino, per rationes supra adductas, *num. 14. 15. 16. 17. & 18.* & per authoritates Doctorum. & decisiones traditas, *num. 13.* maximè post Concilium Tridentinum *session.23. de reformation. cap.6.* inquit Genuensis Clericum effectum militem etiam arma non exercentem amittere ipso jure privilegia Clericalia, *in prax. Archiepiscop. Neapolitan. capit.7. numer.4.* absque aliqua monitione, Barbosa *in capit. in audientia 25. num.3. de sentent. excomm. & de potestat. Episcop. part.2. allegation.12. num.19. versicul. Etiamsi*, Ciarlin. *controv. forens. lib.1. cap.20. num.2. & cap.36. num.49.* quamplures alios Ego laudavi *de-* 24
cis.127. num.72. part.3. Nisi Clericus minorum ordinum in obsequium Reipublicæ Christianæ arma, seu sæva exerceat, bellumque gerat contra Hæreticos, & Huguenotos, qui sunt causa tanti, & universi mali, gaudet privilegio fori Ecclesiastici, etiam si non deferat habitum, & tonsuram, cùm justè habitum mutare potest, *per text. in capit. Cleric. de vita, & honestat. Clericor. clementin. quoniam, eodem titul.* Hieronymus Laurent. *decis. Aven.125. in prin. juncto num.9.* sic intelligendus Marta eum citans *de jurisdict. par.2. capit. 32. num.54.* sic Don Bonaventura de Tristany *decis. 10. sub num.50. tom.1.* & sunt intelligendi, Bellet. *disquis. Cler. par.1. tit. de favore Cler. person. §.9. num.2. vers. Quod tamen*, Ciarlin. *controv. foren. lib.1. cap.20. num. 72.* aliter enim dictum Martæ, Bellet. & Ciarlin. sustineri non potest, & expressè Martam impugnant Barbosa *de jure Eccl. un. l.1. c.39. §.2. nu.79.* Dominus Tristany *decis.10. num.58. tom.1.*

Limitatur 3. in Clerico constituto in Sacris Ordini- 25
bus, qui & si millies procuraverit describi, fueritque descriptus in numero militiæ sæcularis, armaque, seu sæva exerceat, non propterea definit esse Clericus, cùm in potestate sua non sit ad sæculum reverti, sed cogendus est militiam sæcularem deserere, pœnitentiam agere, & ad Ecclesiastica munera redire, Ricciul. *de jur. personar. lib.7. c.5. num.30.* Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.1. cap.39. §.2. n.79. in fine*, conducunt Cutel. *de immun. Eccl. l.2. q.19. n.19. in fine*, Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom.2. cap.9. dub.35. sect.1. numer.19.*

ARGUMENTUM.

An decimæ debeantur de pecoribus, & ubi sint solvendæ, earumque cognitio spectet ad Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ secundùm aliquos sunt in duplici differentia, scilicet prædiales, & personales, n.1. secundum alios sunt in triplici differentia, scilicet prædiales, personales, & mixtæ, num.2. conciliantur opiniones, num.3.*

4 *Decimæ debentur de omnibus rebus, tàm quæ proveniunt ex prædiis, & agris, quàm quæ proveniunt ex animalibus, & ex industria, nisi aliud consuetudine præscriptum sit, numer. 4. quæ solvendæ sunt ex necessitate præcepti, num. 5. si adsit consuetudo illas solvendi, numer. 6.*

7 *Decimæ debentur ex pecoribus, & aliis animalibus*

bus, num.7. si adsit consuetudo illas solvendi, n. 8. & 9. & hæ triplices sunt, & quæ, explicatur, num. 10.

11 *Decimæ ex filiis, seu fœtibus animalium quomodo sint solvendæ.*

12 *Decimæ animalium cui Parochiæ debeantur, num. 12. & 13.*

14 *Decimæ animalium inter decimas prædiales connumerantur.*

17 *Decimæ prædiales solvendæ sunt illi Parochiæ, in cujus districtu sunt prædia, nisi aliud consuetudine sit inductum, num. 16.*

17 *Decimæ cui Parochiæ solvi debeant, si animalia propter hostes, vel abigeorum incursiones fugiant de una Parochia ad aliam, & ibi pariant.*

18 *Decimæ qualiter solvi debeant, si animalia pascant dimidio anni in una Parochia, & alio dimidio in alia Parochia, num. 18. 19. & 20. ubi decisio Cancellarii Cathaloniæ.*

21 *Decimæ an sint dividendæ inter duas Parochias, si animalia, ut oves in una Parochia pascant, & in alia Parochia pascant, & dormiant.*

22 *Decimæ ex eorum fœtibus an sint dividendæ, si animalia, ut oves, vel boves pascuntur in Parochia, ubi dominus illorum domicilium non habet.*

23 *Decimæ an sint solvendæ illi Parochiæ ubi pro majori parte anni animalia, ut oves, aut boves pascuntur, vel illi Parochiæ, in qua per minorem partem anni, aut per paululum tempus pascuntur.*

24 *Decimæ ex ovibus an solvendæ sint Ecclesiis illarum regionum, per quas pascendo transitum faciunt.*

25 *Decimæ ex agnis, & vitulis quo tempore solvi debeant.*

26 *Decimæ prædiales solvi debent statim cùm collecti sunt fructus, num. 26. nisi aliter se habeat consuetudo, num. 27.*

28 *Decimæ de lana, caseo, lacte, & butyro quo tempore solvi debeant.*

29 *Decimæ animalium quomodò sunt solvendæ.*

30 *Decimæ animalium an solvendæ sint sine extractione, & deductione expensarum.*

DECISIO CCXXXIII.

1 DEcimæ secundùm aliquos sunt tantùm in duplici differentia, scilicet prædiales, & personales, juxta text. *in cap. Ad Apostolicæ* 20. in quo solùm fit mentio decimarum prædialium, & personalium, *ubi glos. verbo Personales*, & quæ ibi notant Doctores, *de decimis*, Navar. *cons.1. num.6. 7. & 8. lib.1.* Soto *de just. & jure, lib.9. quæst.4. art.2. versic. Conclusio quidem*, Suarez *de decim. tract.2. lib.1. cap.9. num.4.* Barbosa *in rub. num.11. de decimis, & de jure Eccles. univ. lib.3. cap.26. num.9. & de offic. Parochi, p.3. cap.28. n. 9.* Leander *quæst. moral. tract.6. disp.2. quæst.2.* Grilenzonius *cons.165. num.24.*

2 Aliis autem placet quòd decimæ sunt in triplici differentia, nempè prædiales, personales, & mixtæ. Prædiales dicuntur illæ, quæ proveniunt ex prædiis, & agris, scilicet ex fructibus provenientibus ex terra, agrisve, prædiis, campis, arboribus, piscinis, molendinis, locationibus ædium, & similibus, *capite omissum 4. capit. nuncios 6. capit. ex parte 21. cap. non est 22. de decimis, cap. fin. de Parochiis*. Personales dicuntur illæ quæ proveniunt ex negotiatione, mercatura, piscatione, venatione, scientia, militia, ludo famulatu, aut ex alio hominis artificio, & industria, & manuum labore, *capit. Ad Apostolicæ 20. capit. non est 22. capit. pastoralis 28. de decimis, cap. fin. de Parochiis*. Mixtæ dicuntur illę, quę proveniunt ex animalibus, quia eorum fructus partim sunt prędiales respectu prędiorum, ubi pascuntur, & partim personales respectu custodię, & industrię, quę de illis habetur, *canon. quicumque 4. canon. omnes 5. 16. q. 7. capit. non est 22.* ubi Doctores *de decimis*, Divus Thomas *2. 2. quæst.87. articul.2.* Angel. *in summ. verbo Decima, in princip.* Sylvest. *in summ. verbo Decima, qu. 6.* Navar. *in manuali, cap.21. num.29.* Hostien. *in sum. §.3. de decimis*, Rebuff. *de decimis, quæst.3. num. 31. 32. & 33.* Gregor. Lopez, *lib.1. verb. Dos maneras, tit.20. par.1.* Azor. *instit. moral. tom.1. lib.2. cap.34. q. 3.* Abulens. *in cap.23. Matthæi, quæst. 150.* Bonacina *in sum. tom.2. tract. de legibus, disp. ult. quæst.5. punct. 2. num.1.* Vasquez *tom.3. opuscul. tract. de benef. cap.1. dub.6.* Paz *in praxi, tom.2. cap.5. num.6.* Cardoso *in prax. judic. verbo Decima, num.1.* Lessius *de justit. & jure, libr.2. capit.29. dub.3. numer. 12.* Fagundez *præcept. Eccles. præcept.5. lib.1. capit.2. numer.1.* Villalobos *in summ. tom.2. titul.33. differ.2. numer.2.* Moneta *de decimis, capit.4.* Trullench. *in decalog. lib.3. capit. 3. dub.2. numer.1.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 19. capit.3. sect.3. num.83.* Layman. *in Theolog. moral. lib.4. tract.6. cap.1. num.3.* Tusch. *pract. conclus. litera D, conclus.63.* Bauny *tom. de Sacrament. tract.10. §. de decimis, quæst.7.* Castr. Palaus *par.2. tract.10. punct.1. num,2.* Machado *en su perfecto Confessor, lib.2. part.4. cap.10. document.1. num.2.* Molfesius *in sum. tractat.6. cap.4. num.32.* Raphael de la Torre, *2.2. quæst.87. art. 2. disput.1. num.6.* Grassius *par.2. decis. lib.2. capit. 27. num.8.* Lezana *in sum. quæst. regul. par.3. verbo Decima, num.1. versic. Porrò*, Azor. *instit. moral. tom.1. libr.7. cap.35. quæst.15. versicul. Notandum*, Ybannez de Faria *ad Covar. libr. 1. variar. capit.17. num. 28.* Leander *q. mor. par.3. tract.6. disp.2. q.2. versicul. Negant verò.*

Tertia fuit opinio conciliatrix, quòd prima sententia in re verior est, secunda autem sententia est clarior, & distinctior, & hanc sequitur claritatis gratia Leander *quæst. mor. par.3. tract.6. disp.2. q.2. vers. Sed mihi respondendum videtur.* 3

Sed quidquid sit de hac controversia, quę dumtaxat est de nomine, certum est de omnibus rebus, tam quę proveniunt ex prędiis, & agris, & hortis, quàm quę proveniunt ex animalibus, & ex industria, decimas deberi, nisi aliud consuetudine prędscriptum sit, ut constat ex *cap. nuntios 6. cap. Ad Apostolicæ 20. cap. non est 22. cap. ex transmissa 23. cap. pastoralis 28. de decimis*, & ibi Doctores, sic Castr. Palaus *in oper. mor. part.2. tract.10. punct.1. num.2. in fine*, sequitur Leander *qu. mor. par.3. tract.6. disp.2. quæst.2. versic. Sed mihi respondendum videtur, in fine*, & plures alios, quos novissimè laudat modernus noster Romaguera *ad Synod. Gerund. lib.3. tit.12. c.2. n.44. & seq.* 4

Et quod decimę omnes prędiales, scilicet personales, & mixtę ex necessitate prędcepti solvendę sint, expressè habetur in juribus citatis, *numer.4.* & docent Divus Thomas *2. 2. quæst.87. artic.2.* Navar. *in manuali, capit.27. numer.29.* Azor. *institut. moral. tom.1. lib. 7. capit. 35. quæst.9.* Suarez *tom. 1. de Religione, tract. 2. libr.3. capit. 31. & capit. 32. num.2. & capit.34. numer.3. & 4.* Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. lib.1. cap.2. num.1. & cap.4. à num. 1.* Trullench. *in decalog. lib.3. cap.3. dub.2. à num.2.* Moneta *de decimis, capit. 4. num.2.* Villalobos *in sum. tom.2. tractat.33. differ.2. num.1.* Grilenzonius *cons. 165. à nu.23.* Riccius *in praxi aurea, resol.109.* Castillo *de tertiis, cap.2. num.16.* Cast. Palaus *in oper. moral. par.2. tract.10. punct.6. per totum*, Barbosa *in cap. nuncios 6. num.3. & in cap. non est 23. num.9. de decimis, & de jure Eccles. univ. libr.3. cap.26. §.1. num.1. & de officio Parochi, par.3. cap.28. §.1. num.1.* Leander *quæst. moral. par.3. tract.6. disp.3. quæst.1.* Cardoso *in praxi jud. verbo Decima, num.5.* Si adsit consuetudo illas solvendi, aliàs secus, Villalobos *in sum. par.2. tract.33. diff.2. num.3.* Lezana *in sum. qu. regul. par.3. verbo Decimæ, num.1. versic. Horum porro omnium*, Fagundez *de præcep. Eccles. præcep.5. lib.1. c. 2. n.2. & 3.* quamplures alios citavi, *decis.287. num.1. par.4.* 6

Et ad institutum, quòd decimę debeantur ex pecoribus, & aliis animalibus, præter Doctores citatos, *num.2. cap. non est 22.* ubi Barbosa *num.4. de decimis, can. omnes 16. quæst.7. levitic. cap.27.* Rebuff. *de decimis, quæst.8. nu.11.* Fagundez *de præcep. Eccles. præcept.5. lib.1. cap.5. num.1. in princip.* & alii allegandi, 7

à nu-

à numer. 10. *cum seq.* Romaguera *ubi supra*, *num.* 54. Si adsit consuetudo illas solvendi, alias secùs, Leander *quæst. mor. tom.* 3. *tract.* 6. *disp.* 7. *quæst.* 4. Consuetudo enim efficere potest, ut ex certis fructibus nullæ decimæ persolvantur, Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *num.* 51. Azor. *instit. moral. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 37. *quæst.* 2. Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *versic. Septimo eodem jure*, Ybannez de Faria *num.* 99. Castillo *de tertiis, cap.* 2. *à num.* 4. *signanter num.* 8. Moneta *de decimis, c.* 5. *num.* 92. 93. & 94. Barbosa *in c. in aliquibus* 23. *num.* 5. *de decimis*, & *de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 3. *num.* 56. & 66. & *de officio Parochi, part.* 3. *cap.* 28. §. 3. *num.* 65. & 66. Guttier. *Canonicar. lib.* 2. *capit.* 21. *à num.* 40. Otter. *de pascuis, cap.* 5. *num.* 92. Suarez *de Religione, tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. *numer.* 15. Riccius *collectan.* 1391. *versic. Ad materiam*, Leander *quæst. mor. tom.* 3. *tract.* 6. *disput.* 7. *quæst.* 3. Romaguera *dict. cap.* 2. *num.* 68. & 73. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 23. *num.* 11. & 27. qui *num.* 11. *in fine*, inquit nostrum Regium Senatum sæpè aliter pronuntiasse, prout apparet ex sententiis, quas tradit Michael Ferrer *par.* 3. *observ. cap.* 274. 275. & 276. pro quibus sententiis, ait Cancer. facere *pragmat. Caroli Imperatoris, dat.* 10. *Septembris* 1542. *quæ est* 6. *in tit. de decim. in* 2. *volum. constit.* vide in his quæ latè tradidi, *dec.* 186. *num.* 18. *cum seq. part.* 4. & latè tradit Romaguera *ubi supra*, *num.* 90.

10 Decimæ istæ, quæ solvi debentur ex pecoribus, & aliis animalibus, triplices sunt. Primæ consistunt in filiis, seu fœtibus ovium, boum, caprarum, equorum, & asinorum veluti in agniculis, hædis, & vitulis, & in pullis equorum. Secundæ in lacte, & caseis. Tertiæ in lana, & pilis, *leg. in pecudum, ff. de usuris*, §. *in pecudum, instit. de rerum divisione, libr.* 2. *titul.* 20. *part.* 1. docent Rebuff. *de decimis, quæst.* 6. *num.* 28. Fagundez *in præcept. Eccles. præcept.* 5. *libr.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *versicul. Notandum tamen est*, Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 1. *num.* 12. & *de offic. Paroch. part.* 3. *cap.* 28. §. 1. *num.* 12. Azor. *institut. moral. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 35. *quæst.* 9. *versicul. Ex animalibus*, Lezana *in summa quæst. regular. part.* 4. *verbo Decima, num.* 1. *versic. Porrò*, Abulens. *in capit.* 23. *Matthæi, quæst.* 152. Suarez *de Religione, tom.* 1. *tractat.* 2. *c.* 34. *num.* 4. Leander *q. mor. par.* 3. *tract.* 6. *disp.* 5. *quæst.* 1. 2. 4. 5. & 10. *in fine*, qui *q.* 3. dicit decimas ex jure deberi de fœtibus pecorum, Romaguera *ubi supra, à num.* 54.

11 Sed quæro 1. quomodo sint solvendæ decimæ ex filiis, seu fœtibus animalium? Resp. quòd de decem debetur unus, seu de uno decima pars æstimationis pecuniæ juxta consuetudinem loci, ut explicat Rebuff. *de decimis, quæst.* 6. *numer.* 31. & communiter esse omnium Doctorum testatur Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *lib.* 1. *capit.* 5. *numer.* 2. communem etiam dicit Leander *quæst. moral. part.* 3. *tractat.* 6. *disputat.* 5. *q.* 12.

12 Quæro 2. decimæ mixtæ, seu animalium cui Parochiæ debeantur? Resp. quòd debent solvi illi Parochiæ, in cujus terminis habitant, pascuntur, & fœtum producunt, etiam si domini illorum in alia Parochia vivant, *gloss. in capit. Apostolicæ* 20. *verbo personales, de decimis, glos. in canon. verbo Pascit.* 15. *quæst.* 1. Rebuff. *de decimis, cap.* 6. *num.* 25. Suarez *libr.* 1. *de Religione, lib.* 1. *de Divino Cultu, cap.* 21. *num.* 8. Fagundez *de præcep. Eccles. præcep.* 5. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Cardoso *in praxi judic. verbo Decima, sub num.* 1. Azor. *instit. mor. tom.* 1. *l.* 2. *cap.* 35. *quæst.* 15. Grilenzonius *cons.* 165. *num.* 26. Cast. Palaus *in oper. moral. par.* 2. *tractat.* 10. *disp. unica, punct.* 8. *num.* 7. *in prin.* Cardoso *in praxi jud. verbo decima, num.* 11. *in prin.* Trullench. *in decalog. libr.* 3. *capit.* 3. *dub.* 5. *numer.* 3. Barbosa *in capit. Ad Apostolicæ, num.* 5. *in prin. de decimis*, & *de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 1. *num.* 12. & §. 2. *num.* 37. *versic. Pro Ecclesia*, & *de officio Parochi, part.* 3. *cap.* 28. §. 1. *num.* 12. *in princip.* & §. 2. *num.* 37. *versic. Pro Ecclesia*, Paz *in prax. tom.* 2. *capit.* 5. *num.* 13. Cævallos *de cognition. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 55. *numer.* 17. *versic. Quæ sententia*, Tondut. *canonicar. part.* 1. *quæst.* 64. *num.* 10. Leander *quæst. moral. par.* 3. *tract.* 6.

13 *disp.* 5. *quæst.* 16. Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 29. Nisi aliter consuetudo se habeat contraria, ut docent plures ex præcitatis Doctoribus, *numer.* 12. Cardoso *num.* 1. Paz *num.* 13. *versic. Quod ita accipiendum est*, Leander *quæst.* 16. *versic. Quod intellige*.

Siquidem decimæ mixtæ, seu animalium inter deci- 14
mas prædiales connumerantur, & computantur, & ad eas reducuntur, cùm magis accedant ad decimas prædiales, quàm personales, *glos. in capit. Ad Apostolicæ* 20. *num.* 5. *de decimis*, Navar. *cons.* 1. *num.* 8. *de decimis*, Rebuff. *de decimis, quæst.* 7. *à num.* 25. Valenzuela *consil.* 8. *num.* 1. *volum.* 1. idem Barbosa *de jure Eccles. universi. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 37. *versic. Pro Eccles. & de offic. Parochi, part.* 3. *capit.* 28. §. 2. *num.* 37. *versic. Pro Ecclesia*, Suarez *de decimis, tractat.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 4. Castr. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *punct.* 1. *num.* 2. Leander *q. mor. par.* 3. *disp.* 2. *q.* 10. *versic. Sed mihi*, & *quæst.* 17. *post prin.* Azor. *inst. mor. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 35. *q.* 15. Fagundez *de præcep. Eccles. præcep.* 5. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. & alii ex citatis, *numer.* 1. & 2.

Decimæ autem prædiales solvendæ sunt illi Paro- 15
chiæ, in cujus districtu sunt prædia, *cap. fin.* ubi Doctores, præcipuè Barbosa *num.* 3. *de Parochis, capit. quoniam* 13. ubi Barbosa *num.* 2. *de decimis*, Doctores *in cap. cùm contingat* 29. ubi signanter Barbosa *num.* 4. 5. & 6. *versic. Ad Parochiales*, & *in cap. cùm in tua*, ubi Barbosa *num.* 5. *de decimis*, Divus Thomas, Abulensis, Sylvester, Suarez, Lessius, quos citat Fagundez *de præcep. Eccles. præcep.* 5. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. quibus addendi sunt Cardoso *in prax. judic. verbo Decima, n.* 9. Cævallos *de cognit. per viam violent. par.* 2. *quæst.* 55. *à num.* 12. Guttier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 1. Azevedo *l.* 2. *num.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *recop.* Paz *in praxi, tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. *in fine*, Rebuff. *de decimis, cap.* 6. *num.* 1. & 29. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *tit.* 19. *de decimis, à num.* 6. Cast. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 10. *punct.* 8. *num.* 6. Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 1. *var. capit.* 17. *num.* 29. alios plures cumulant Narbona *lib.* 20. *glos.* 2. *num.* 124. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* idem Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 3. *capit.* 26. §. 2. *num.* 31. 32. & 33. & *de offic. Parochi, par.* 3. *cap.* 28. §. 2. *num.* 31. 32. & 33. & *in cap. Quoniam* 13. *num.* 2. *de decimis*, Leander *quæst. regul. tom.* 3. *tract.* 6. *disp.* 5. *quæst.* 14. Ergo idem dicen- 16
Limitatur 2. quando res feudalis, vel emphyteutica venditur Ecclesiæ, seu alteri manui mortuę sub pacto de retrovendendo, quo casu Ecclesia, seu altera manus mortua non tenetur, nec compelli potest transferre, ponere, & evacuare talem rem in personam, & manum habilem, & capacem, ut doctè probat Ripoll. *var. resol. c.*11. *àn.*540. *ad* 549. adde infra *numer.*39. 29

Limitatur 3. quando Ecclesia, seu altera manus mortua possideat per quadraginta annos rem feudalem, vel emphyteuticariam, non potest dominus directus cogere Ecclesiam, seu manum mortuam ad ponendum, evacuandum, & transferendum talem rem in personam, & manum habilem, & capacem, Oliba *de jure fisci, cap.*7. *n.*34. *vers. Putat, & num.*35. & 49. *in fine*, Ripoll. *var. cap.*7. *à num.*114. *ad* 118. & *n.*151. Villaplana ad Pegueram *in constit. Item ne super laudemio, vers.*6. *n.*117. 118. & 119. adde infra *n.*37. etsi de jure dominus directus debeat intra biennium declarare, utrum velit, quod emphyteusis ad Ecclesiam remaneat, ut docent Speculat. & Imola, quos citat Gratian. *discep. forens. cap.*481. *n.*69. quem sequuntur Ferentil. ad Burat. *dec.*394. *num.*11. Cirochus *discept. n.*33. *in princ. & in vers. Et ex hac, in fine*, notat Marcus *dec.*253. *n.*2. *lib.*1. 30

Limitatur 4. quando manus mortua possidet jure pignoris rem feudalem, seu emphyteuticariam, non tenetur, nec compelli potest per dominum directum talem rem ponere, evacuare, & transferre in manum habilem, & capacem, Fontanella cum decisione nostri Senatus *de pact. nupt. tom.*1. *claus.*4. *glos.*12. *n.*20. ubi etiam tradit remedium, quo dominus directus tali casu uti potest. 31

Limitatur 5. si dominus directus vult, quod feudum, vel emphyteusis remaneat penes manum mortuam, nam tunc emortizatione precedente, & ea subsequuta, non tenetur, nec cogi potest manus mortua vendere, alienare, transferre, ponere, & evacuare feudum, vel emphyteusim in personam, & manum habilem, & capacem per ea, quæ ex practicis nostris, & de jure communi tradidi suprà *n.*12. quibus in terminis addo Socarrats *in cap. Eodem modo, n.*74. & 75. *ibi*: *Nisi de mandato, & licentia, fol.*128. Cancer. *part.*1. *var. resol. cap.*11. *num.*61. *vers. Et hoc nisi domini*, Fontan. *de pact. nup. tom.*1. *claus.*4. *glos.*12. *n.*21. & *dec.*281. *à n.*6. *part.*1. & *dec.*475. *numer.*6. *part.*2. Xammar. *defin.*177. *numer.*5. Villaplana ad Pegueram *in constit. Item ne super laudemio, vers.*6. *numer.*114. decisionem nostri Senatus, me referente, referam *numer.*... 32

Et hinc est, quod si dominus directus, lapso anno, recepit annuam pensionem census ab Ecclesia, seu ab alia manu mortua, quæ rem feudalem, vel emphyteuticam acquisivit, non potest postea agere, ut vendat, ponat, & evacuet in manum habilem, & capacem, quia recipiens sensum à manu mortua censetur laudare, & approbare acquisitionem, sed solùm agere potest, ut Ecclesia, vel alia manus mortua 33

amortizet, Xammar. decisionem nostri Senatus refert, *defin.* 117. *& comprobat. à numer.* 5.

34 Hinc etiam est, quod si dominus directus subscribit instrumentum acquisitionis feudi vel emphyteusis factæ per Ecclesiam, seu aliam manum mortuam, non potest agere, ut evacuet, ponat, & transferat feudum, vel emphyteusim in manum habilem, & capacem, quia subscribens dicitur ratificare, confirmare, & approbare instrumentum illud, quod subscripsit, Menochius *cons.* 561. *num.* 38. *versic. Nec dicatur, lib.* 6. Monter. *decis.* 12. *n.* 17. Ninno *ad albaranum*, §. 10. *num.* 5. abundè Cabreros *de metu, lib.* 1. *cap.* 8. *à numer.* 152. sed tantùm agere potest, ut Ecclesia, vel manus mortua amortizet, Oliba *de jure fisci, cap.* 7. *num.* 48.

35 Et idem dicendum est, si dominus directus sigillasset instrumentum acquisitionis feudi, vel emphyteusis factæ per Ecclesiam, seu aliam manum mortuam. Tum quia consensus arguitur per sigillum in aliqua scriptura appositum, Novarius *in prag.* 9. *collect.* 10. *num.* 3. *de feudis*. Tum quia sigillum habet vim subscriptionis, Mascardus *de probat. conclus.* 285. *num.* 7. Monter. *decis.* 12. *à num.* 1. Gabreros *de metu, lib.* 1. *c.* 8. *n.* 158. Ferentil. ad Burat. *dec.* 2. *numer.* 18. *versic. Sigillum*, idem Novarius *in pragm.* 9. *collect.* 10. *nu.* 4. *de feudis*. Tum denique quia sigillum datur in signum confirmationis, & comprobat, supplet, & robur adjicit, multosque bonos effectus operatur, & illud facit scripturam authenticam, maximamque ipsi authoritatem præstat; idem Novarius *in prag.* 2. *collect.* 2. *num.* 5. *& 6. tit. de fide, & authoritate memorialium*. Tutius tamen est, quod subscriptio fiat, quàm quòd sigillum appendatur, ut probat Monter. *decis.* 12. *à num.* 9. *ad* 16.

36 Advertendum tamen est, quod Ecclesia, seu aliàs manus mortua acquirens feudum vel emphyteusim, volente & consentiente domino directo, tenetur ad omnia opera, ad quæ tenetur manus habilis, & capax, si feudum, vel emphyteusim possideret, ad Pegueram *in constit. Item ne super laudemio, versic.* 7. *n.* 7. 8. *& 9.* Dom. Vice-Cancellar. Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 91. *numer.* 14. & ad amortizandum, ut docent Doctores citati, *num.* 32. hæcque amortizatio cedit in compensationem laudemiorum, quæ dominus directus de alienationibus fiendis feudi, vel emphyteusis acquireret, Oliba *de jure fisci, cap.* 7. *num.* 49. Ripoll. *var. resol. cap.* 7. *numer.* 111. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 18. *p.* 1. *num.* 82. *& decis.* 279. *nu.* 22. *part.* 1.

37 Notandum etiam est, quod licèt Ecclesia, & aliàs manus mortua non possit compelli per dominum directum evacuare, ponere, & transferre in manum habilem feudum, vel emphyteusim, lapsis quadraginta annis, ut tradunt Doctores citati, *num.* 30. noster Romaguera *de Synodales Gerunden. lib.* 5. *tit.* 12. *à num.* 210. potest verò eam cogere ad amortizandum, quia jus istud indemnitatis, quod amortizationis dicitur, nullo tempore præscribitur, Oliba *de jure fisci, cap.* 7. *num.* 17. *& num.* 34. *vers. Putat, & num.* 35. *& 49. in fine*, Ripoll. *var. cap.* 7. *num.* 151. etsi aliter dicere videantur idem Ripoll. *var. cap.* 7. *num.* 117. Villaplana ad Pegueram *in constitut. Item ne super laudemio, versic.* 6. *num.* 117. Romaguera *loco citato*, ubi *num.* 212. tradit à qua die incipiant currere.

38 Liga verò digito, quod quando res feudales, vel emphyteuticariæ emptæ, vel quæsitæ sunt pro fundandis Ecclesiis Parochialibus, seu Monasteriis, vel necessatiò ampliandis non possint cogi Ecclesiæ, seu Monasteria per dominum directum illas evacuare, transferre, & ponere in manum habilem & capacem, ita nec cogi possunt ad amortizandum, ut docent Doctores citati *numer.* 25.

39 Similiter quando res feudalis, vel emphyteutica venditur alicui manui mortuæ sub pacto de retrovendendo, sicut non tenetur manus mortua ponere, transferre, & evacuare illam in manum habilem, & capacem, *ut dictum est supra, numer.* 29. ita non debet hujusmodi rem feudalem, seu emphyteuticam amortizare, Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 26. *versi. Los casos, fol.* 265. Ripoll. *var. c.* 11. *à num.* 175. *& à numer.* 540. Sic fuit in nostro Senatu Cathaloniæ decisum in favorem Nobilis Michaelis de Cardona, & Protectorum anniversariorum Sedis Gerundę contra Nobilem Raymundum Xammar. in dicta Civitate Gerundæ Populatum, referente Egregio Don Bernardo Pons & Turrell, Comite postea de Robres 29. Octobris 1638. Scriba Oriol, deinde Cortes, nunc Forès, & Montagut. Et iterum 13. Januarii 1667. referente Nobili Francisco de Ribera Regio Senatore, in favorem Rectoris Collegii Societatis Jesu Civitatis Urgelli, contra Fisci Procuratorem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ. Quæ venit ad Regiam Audientiam, causa faciendi verbum.

Ad tertiam quæstionis partem. Resp. quod quæstio 40
contra Ecclesiam, & aliam manum mortuam super bonis, quæ fuerunt Principis, vulgò dictis de realenco, agitari, & tractari debet coram Principe, ejusque Ministris, quia tunc non videtur conveniri Ecclesiæ, ut Ecclesia, sed ut quidam de Universitate, ut pluribus probavi, *decis.* 147. *num.* 35. *part.* 3. quibus addendi sunt Autunez Portugal. *de donat. Regiis, lib.* 2. *cap.* 34. *à numer.* 7. Barbosa remissivè multis citatis, *in c.* 2. *num.* 5. *ne Clerici, vel Monachi*, punctim Belluga *in specul. Princip. rub.* 14. §. *videamus, num.* 11. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valent. c.* 2. §. 5. *n.* 49. *& 50. vers. Sic quælibet Ecclesia, & n.* 109. Dom. Vice-cancell. Don Christophor. Crespi de Valdaura *observat.* 91. *num.* 12.

Sicut Episcopus, & Prælatus Ecclesiasticus in juris- 41
dictione temporali, quam obtinet à Principe laico in Baronia sibi concessa judicatur tanquam Baro laicus, & hac ratione legibus Principis subjicitur, ut tradidi cum innumeris, *decis.* 9. *à num.* 3. *de par.* 1. quibus addendi sunt Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu.* 1. *à n.* 510. Scialoya *de foro compet. cap.* 51. *numer.* 73. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in studiis Generalib.* §. 21. *à num.* 193. Rocca *de officiis, rub.* 9. *num.* 69. *& 70.* Fajardo *allegat.* 33. *à numer.* 501. Ansaldus *de jurisdict. p.* 3. *tit. univ. c.* 8. *n.* 229. 230. *& 231.* Ita Ecclesia & manus mortua possidens bona de realenco censetur tanquam laicus illius rei, & Princeps judicat de illis, sic argumentatur Reg. Matthæu *de regim. Regni Valen. cap.* 2. §. 5. *numer.* 50.

Etsi oriatur contentio inter Curiam Ecclesiasticam, 42
& sæcularem, ad quam pertineat cognitio super bonis, quæ fuerunt Domini nostri Regis, vulgò de realenco, an possint transire ad Ecclesiam absque ipsius Domini Regis licentia, & absque eo quod sint dicta bona amortizata, declaratur in favorem Curiæ sæcularis. Sic fuisse in multis contentionibus declaratum per Cancellarium Cathaloniæ, scilicet 27. Augusti 1541. & 19. Octobris 1593. testatur Bosch. *dels titols de honor. lib.* 2. *cap.* 36. §. 25. *versic. Esta jurisdictio, fol.* 265. addo ita declaratum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, & Aguilò 26. Maji 1626. quod exemplar extensè tradidi, *decis.* 147. *sub num.* 35. *par.* 3.

Pariter si contentio oriatur inter Curias Ecclesiasti- 43
cam, & Secularem an bona feudalia possint transire ad Ecclesias absque licentia domini directi & absque eo quod sint dicta bona amortizata declaratur in favorem Curiæ sæcularis, ex deductis à me *decis.* 26. *numer.* 27. *par.* 1. *& abundè decis.* 147. *à numer.* 27. *par.* 3. addo Villaplanam, me citato *in constit. Item ne super laudemio, numer.* 23. Romaguera *ad Synodales Gerunden. lib.* 3. *tit.* 16. *c.* 1. *n.* 68. *& 86.* & idem respectu bonorum emphyteuticalium, ex à me traditis, *decis.* 147. *num.* 32. *p.* 3. Romaguera *ubi supr. à numer.* 60.

Nunc quæro 1. An statutum, lex, seu constitutio 44
laicorum præcipiens, ne bona vulgò dicta de realenco, aut feudalia, vel emphyteuticaria, in Ecclesias, vel Clericos sine licentia Principis, vel domini directi transferantur, & absque eo quòd sint amortizata, sit contra libertatem Ecclesiasticam? Similiter an statutum, lex, seu constitutio laicorum præcipiens, ut bona de realenco, vel feudalia, aut emphyteuticaria quæsita Ecclesiis, vel Clericis intra certum tempus vendantur, sit contra libertatem Ecclesiasticam? Et generaliter, An statutum, lex, seu constitutio laicorum præcipiens, ne bona immobilia alienentur Ecclesiis, vel Clericis sit contra libertatem Ecclesiasticam? quæstio est valdè controversa, &

pro

pro utraque parte disputat Sanchez *cons. moral. lib. 2. c. 4. dub. 57. numer.* 15. & ad eum remissivè Salzedo *de lege polit. lib. 2. cap. 22. numer.* 11. *&* 12.

45 Affirmant Valero *de differen. utriusque fori, verbo Bona, differen.* 2. Marta *de jurisdict. p. 4. casu 76. à numer.* 7. Cyriacus *controv. forens. tom. 3. controv. 529. à numer.* 38. Diana *resol. mor. p. 1. tract. 2. res. 58. alias* 57. *& resol.* 64. *alias* 63. *& res. 104. alias* 103. *& p. 3. tract. 1. resol.* 14. *& p. 4. tract. 1. res.* 13. 57. *&* 70. *p. 5. tract. 1. resol. 3. & part. 6. tract.* 13. *per totum, & in coordin. part. 9. tract. 3. per totum*, Thom. del Bene *de immunit. Eccles. tom. 1. c.* 8. *dub.* 11. *cum suis sectionib. & dub.* 12. *&* 13. Fermosin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst.* 7. *à numer.* 44. *ad* 69. *& quæst.* 8. *à numer.* 7. *ad* 37. *de constitutionib.* nisi adsit privilegium Summi Pontificis, vel ejus tolerantia, Diana *resol. mor. part. 3. tract. 1. res.* 14. *& part.* 4. *tract. 1. resol.* 57. *& in coordin. p. 9. tract. 3. resol.* 4. *numer.* 3. *& resolut.* 5. *numer.* 3. Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom. 1. c. 8. dub. 12. numer.* 9. Fermosin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, q.* 8. *numer.* 22. *de constitut.* Bossius *in mor. lib. tom. 2. tit. 12. §.* 2. *numer.* 76.

46 Negant probabiliùs Oliba *de jure fisci, c.* 7. *à numer.* 26. Peguera *in constitut. Item ne super laudemio, versic.* 7. *sub numer.* 3. *ibi: Nec dicuntur talia statuta*, Fontanella *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. numer.* 19. Bosch. *dels titols de bonor. lib. 2. c.* 36. §. 24. *in fine, versic. Estos drets, fol.* 264. Ripoll. *var. res. cap.* 7. *numer.* 118. *cum seq.* Belluga *in specul. Princip. rub.* 14. §. *Veniamus, numer.* 31. *versic. Sed nonnè*, ubi Borrell. *in addit. litera O*, Reg. Leo. *decis.* 156. *numer.* 3. *&* 4. *tom.* 2. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. c. 2. §. 5. numer.* 46. *&* 112. Domin. Vice-Cancell. Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 91. *à numer.* 15. Escolano *libr. 1. c. 6. n.* 8. *& lib. 4. c. 23. &* 24. Trullench. *in decalogo, tom. 2. lib. 7. c. 23. dub.* 10. Suarez *de legib. 4. c. 11. num.... & 11. de immunit. lib. 4. c. 2. numer.* 10. Angujan. *de legib. lib. 2. controv.* 15. Cutel. *ad leg. sicul. Federici, nota* 26. *fol.* 152. *& de immunit. Eccles. lib. 2. q.* 58. *&* 104. Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. c.* 21. *à num.* 37. Caldas Pereyra *de empt. & vendit. c.* 8. *numer.* 35. Gabriel Pereyra *de empt. & vendit. c.* 67. *toto.*

47 Quæro 2. quomodo sit facienda, & practicanda amortizatio in Cathalonia? Respon. in primis, quod pro unaquaque amortizatione solvitur unum laudemium. Deinde ut commoditati domini directi feudi, vel emphyteusi consulatur, & sit utiliter provisum, ne propter privilegium Ecclesiæ damnum patiatur in oneribus, & muneribus, quæ res immobilis erga dominum directum sustinuisset si non venisset in manum mortuam, prout dicit Oliba *de jure fisci, cap. 7. numer.* 29. *&* 32. & ex eo Fontanell. *decis.* 279. *sub numer.* 22. *par.* 1. Reg. Leo *decis.* 77. *num.* 7. *lib.* 1. hoc est in recompensam laudemiorum, quæ possent ex alienationibus domino directo frequenter contingere, ut clarius dicit Fontanella *hìc citatus*, & non citati, *numer.* 19 *&* 20.) solet dari aliud laudemium decimo quoque anno, aut decimo quinto aut trigesimo juxta conventiones, vel consuetudinem Diœcesis, ut ait Oliba *de jure fisci, c.* 7. *numer.* 15. *prope finem*, verùm regulariter dari solet aliud laudemium, aut tardiùs, aut frequentiùs, habita consideratione de quanto in quantum tempus posset res feudalis, aut emphytheutica alienari, quæ est amortizanda & quæ petitur amortizari. Facta distinctione, quod si res est magni valoris, veluti Castrum aliquod, cùm tardiùs soleat vendi, tempus potest elongari de quadraginta ad quadraginta annos; & tunc augetur cēsus in illa quadragenaria parte, ultra pensionem cēsus assuetam: Oliba sic intelligendus *de jure fisci, c. 7. sub n.* 34. si autem res est parvi valoris, cùm frequentiùs solet alienari, tēpus potest abbreviari, regulariter de triginta in triginta annis, & isto casu laudemium dividitur in triginta partes, in tot pensiones, quæ faciant integrum laudemium in triginta annis, ultra solitam pensionem census, sic Solsona *de stylo capibreviandi; fol. mihi* 84. *nu.* 1. quem sequuntur Fontanella *da pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. numer.* 23. *& gloss.* 18. *p. 1. numer.* 82. *& decis.* 279. *numer.* 22. *& decis.* 281. *numer.* 9. *par.* 1. Ripoll. *var. res. cap. 7. à numer.* 138. *ad* 144. remissivè Villaplana ad Pegueram *in constitut. Item ne super laudemio, versic.* 6. *numer.* 115. & recitant Trullench. *in decal. tom. 2. lib. 7. c. 23. dub.* 10. *numer.* 24. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. c. 2. §. 5. n.* 113. *&* 114. vide decisionem nostri Senatus, me referente infra, *numer...*

Et qualiter practicetur amortizatio in Bajulia Generali Cathaloniæ, & quæ laudemia solvantur; videantur Ripoll. *var. cap. 7. à numer.* 144. *ad* 147. Fontanella *decis.* 279. *numer.* 23. *&* 24. *p. 1.* 48

In Regno Valentiæ, quando res feudalis, vel emphyteutica acquiritur per Ecclesiam, Civitatem, vel aliam manum mortuam solvitur quindennium, id est unum laudemium decimo quinto quoque anno, ultra jus amortizationis, hoc est quod manus mortua solvit quolibet quindennio eam quantitatem, quæ si fuisset alienata, deberetur pro laudemio, Reg. Leo *decis.* 77. *n.* 7. *versic. Et ita, & numer.* 8. 9. *&* 10. *lib.* 1. Domin. Vice-Cancel. Don Christop. Lor. Crespi de Valdaura *obser.* 106. *numer.* 10. *&* 15. Trullench. *in decalogo, tom. 2. lib. 7. cap. 23. dub.* 10. *numer.* 4. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. cap. 2. §. 5. numer.* 109. 113. *&* 114. Idemque servatur in Regno Neapolis, Marinis *res. jur. tom. 2. alleg.* 144. *numer.* 21. *& in addit. ad Reverter. decis.* 404. *num.* 3. *versic. Ersi dicas*, in Gallia solvitur dimidium laudemii per manum morruam de novennio in novennium, Tondut. *q. benef. p. 1. c.* 46. *numer.* 5. & refert Domin. Vice-Cancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.* 106. *numer.* 15. 49

Sed notandum, quod laudemium quod pro amortizatione solvitur domino directo ex translatione rei feudalis, vel emphyteuticæ in manum mortuam trigesimo anno in Cathalonia & decimo quinto quoque anno in Valentia, & in Regno Neapolis, & novennio in Gallia, non debetur ex jure, sed ex consuetudine, vel conventione, Reg. Leo *decis.* 77. *numer.* 7. *in fine, & numer.* 9. Reg. Matthæu *de regim. Regni Valen. c. 2. §. 5. numer.* 112. *&* 113. *&* 120. Dom. Vice-Cancellar. Don Christophor. Crespi de Valdaura *obser.* 106. *numer.* 15. Tondut. *quæst. benef. part. 1. cap. 46. numer.* 5. & respectu conventionis notant Solsona *de stylo capibreviandi*, *fol. mihi* 84. *numer. 2. ibi: Et cùm de tempore fuerit concordatum*, Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. numer.* 23. *ibi: Et concordato tempore inter partes, & ibi: Quod fuerint anni concordati.* 50

Quæro 3. An amortizationis electio sit in facultate emphyteutæ manus mortuæ acquirentis, an verò domini directi? Resp. quod est in electione, & facultate domini directi, sic Ripoll. *var. res. cap. 7. numer.* 148. *&* 149. & sentiunt omnes citati, *numer.* 15. 51

Quæro 4. si res fudalis, vel emphyteutica legetur Ecclesiæ, per quem sit solvendum laudemium pro amortizatione de triginta annis, an per Ecclesiam legatariam, an verò per hæredem legantis, vel saltem hæres teneatur præstare æstimationem Ecclesiæ legatariæ? quæstio est controversa, videantur Mantica *de conject. ultim. volunt. libr. 9. tit.* 11. *à numer.* 2. Menochius *libr. 4. præsumpt. 119. à numer.* 6. Fachineus *controvers. jur. libr. 5. capit.* 37. Cirocchus *discept. 28. à numer.* 1. Mieres *de majoratu, part. 4. quæst.* 40. Salzedo *de lege polit. lib. 2. cap. 2. à numer.* 54. *cum plurib. seq.* Borrell. *in summ. decis. tom. 1. tit.* 24. *numer.* 694. Lara *de anniver. lib. 1. cap.* 19. *à numer.* 14. Peregrin. *de fideicom. art.* 11. *numer.* 103. Amostazo *de causis piis, tom.* 1. *lib. 2. cap.* 8. *à numer.* 53. *signanter à numer.* 21. *& numer.* 35. *&* 36. sed meo parvo judicio veritas est, quod si res feudalis, vel emphyteutica simpliciter relinquatur Ecclesiæ intuitu tantùm pietatis, teneatur Ecclesia assumere supra se onus amortizationis, cùm lucretur in re legata, nec dici potest, quod lædatur, ex quo in non acquirendo non dicitur Ecclesiæ lædi: si verò res feudalis, vel emphyteutica relinquatur, seu legetur Ecclesiæ in recompensationem celebrationis Missarum, vel Anniversariorum, vel aliorum piorum suffragiorum per Ecclesiam celebrandorum, tenetur hæres testatoris pretium amortizationis reficere, nam tunc Ecclesia evidenter læderetur, quia diminueret rei valorem respectu oneris celebrandi, & adimplendi Divina obsequia, id quod augeretur in onere solvendi laudemium pro amortizatione, sic cum Belluga *in specul. Princip. rub.* 52

rub. 14. *verſic. Reſtat. à num.* 11. docet Ripoll. *var. reſ. c.* 7. *à num.* 122. *ad* 131.

53 Quæro 5. an majoratus, & fideicommiſſum in re feudali, vel emphyteutica, aut ſubjecta cenſui perpetuo, ut dicunt Caſtellani *con calidad de veintena*, poſſit conſtitui in præjudicium domini directi abſque ejus conſenſu, vel beneplacito? & an tunc ſolvendum ſit laudemium in Cathalonia de triginta in triginta annos, & in Valentia decimo quinto quoque anno, vulgò per quinquennium, aut quid aliud? Quo ad primam partem quæſtionis duæ ſunt opiniones. Una negat. Altera affirmat, videantur Ripa *in l. filius familias*, 114. §. *Civi num.* 91. *ff. de legat.* 1. Alciat. *conſ.* 8. *à numer.* 14. *libr.* 6. Tiraquel. *de jure primogen. qu.* 6. *num.* 9. *&* 10. Gamma & ad eum Flores Diaz de Mena *deciſ.* 70. *numer.* 214. *&* 218. Menoch. *conſ.* 504. *à numer.* 3. *lib.* 6. Cardoſo *in praxi, jud. verbo Emphyteuſis, numer.* 26. Marzar. *de fideicom. quæſt.* 16. Lara *de anniver. lib.* 1. *quæſt.* 19. *à num.* 4. Cabedo *deciſ.* 130. *part.* 1. Phœbus *deciſ.* 5. Jul. Clar. §. *Emphyteuſis, quæſt.* 16. Roderic. *de ann. red. lib.* 2. *cap.* 22. *à num.* 34. Parlador. *rer. quotid. lib.* 3. *quæſt.* 6. Mieres *de majoratu, quæſt.* 73. *tota lib* 1. Molina *de juſt. & jure, tom.* 3. *diſput.* 608. Anguian. *de legib. lib.* 3. *c.* 12. *toto*, Addentes ad Molin. *de primog. Hiſp. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 71. *&* 72. latiſſimè Salzedo *de leg. polit. lib.* 3. *cap.* 2. *à n.* 15. *ad* 54. Amoſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *à numer.* 33. *&* 38. Caldas Pereyra *de nomin. emphyt. quæſt.* 24. *numer.* 25. Cancer. *p.* 3. *var. c.* 15. *à numer.* 122. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. cap.* 2. §. 5. *à numer.* 115. Dominus Vice-Cancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.* 106. *num.* 1.

54 Sed quidquid ſit de jure. Verùm in Cathalonia, & in aliis Regnis, cùm feuda, emphyteuſes habeantur, & redacta ſint ad inſtar bonorum patrimonialium, & aliarum rerum hæreditariarum, ex quo in eis ſucceditur, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſunt tranſitoria ad quaſcumque perſonas, etiam extraneas, *conſtitut. Item ne ſuper laudemio*, ubi Peguera *numer.* 6. 7. 15. *&* 17. *&* *verſic.* 6. *num.* 15. ubi Villaplana *numer.* 1. *de jure emphit.* Calicius *in uſat. Si quis feudum in oppoſitione*, 1. 2. *&* 3. Socarts *in conſuetud. Cathaloniæ, cap. Si Vaſſallus, à numer.* 14. *fol.* 154. *& in cap. Si aliquis eſt homo, numer.* 23. *fol.* 323. Deſpujol. ad Mieres, *verbo Si feudum fuerit relictum, fol.* 72. Oliba *part.* 1. *lib.* 3. §. *rei perſequendæ, numer.* 20. *de actionib.* Cancer *part.* 1 *var. reſol. capit.* 12. *numer.* 64. *&* 66. *part.* 3. *cap.* 15. *numer.* 124. Ripoll. *var. reſol. capit.* 7. *numer.* 194. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ.* 12. *numer.* 7. *in fine, & deciſ.* 474. *numer.* 14. *&* 17. *&* *deciſ.* 475. *numer.* 1. *par.* 2. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 76. *numer.* 10. Prout etiam in Regno Neapolis omnia feuda ſunt hæreditaria, ut ex cap. Conſiderantes apprimè deſumunt Loffred. Affllictis, Franchis, Marcianus, de Ponte, Thoro, Capyc. Latro, de Curte, Molfeſ. Anna, & Petra, quos laudat Manfrella ad Capyc. Latro, *deciſ.* 70. *numer.* 15. *lib.* 1. quibus addo Cenſal. ad Peregrin. *de fideicom. art.* 31. *verſic. Prima concluſio, fol.* 47. *&* *verſic. Sic etiam, fol.* 49. Marinis *lib.* 2. *reſol. jur. cap.* 21. *num.* 14. Notat Fontanella *deciſ.* 474. *num.* 17. *part.* 2. & in Regno Valentiæ Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. cap.* 2. §. 5. *numer.* 115. & in Ducatu Sabaudiæ Faber. *in Cod. libr.* 4. *tit.* 42. *defin.* 8. notat Fontanella *deciſ.* 474. *num.* 17. *part.* 2. & in Ducatu Ferrariæ Bondenius *colluct. legal.* 49. *numer.* 136. & tradit Urſeolus *conſult. forenſ. capit.* 45. *num.* 27. notat Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtatut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 76. *numer.* 10. ubi dicit ad id videndos eſſe Doctores, quos citat Pegas *reſol. forenſ. c.* 9. *numer.* 16. *&* *ſeq.* de Patria Pedemontium, & Sabaudiæ Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *numer.* 251. & ex eo Fermoſin. *allegat.* 33. *ſub numer.* 18. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 25. *numer.* 71. *verſic. Undè*, & in Francia, ut teſtatur Ripa *in l. obligatione generali, num.* 39. *ff. de pignorib.* Guido Papa *deciſ.* 59. *numer.* 2. ubi addentes, Ranchin. Benoten. & Ferrer, idem Guido Papa *deciſ.* 230. *num.* 2. Benedictus, *in cap. Rainuntius, verbo Cætera bona, de teſtament.* notant Surd. *deciſ.* 474. *num.* 17. *p.* 2.

Fit inde, quod in Cathalonia majoratus, & fideicommiſſum poteſt conſtitui in rebus, & bonis feudalibus, & emphyteuticariis, etiam in præjudicium domini directi abſque ejus conſenſu, & beneplacito, Peguera *in conſtitut. Item ne ſuper laudemio, verſic.* 2, *numer.* 7. *in fine*, Cancer *part.* 3. *var. cap.* 15. *numer.* 128. Sed an tunc ex fundatione majoratus, & fideicommiſſi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteuticariis debeatur laudemium, vel quindenium in Regno Valentiæ, & in Cathalonia de triginta annis, aut quid aliud, videantur Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſervat.* 106. *n.* 16. *&* 17. Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. c.* 2. §. 5. *à numer.* 115. 55 56

Quæro 6. An feudum, & emphyteuſis veniat in reſtitutionem fideicommiſſi? Reſp. quod non regulariter, Bartol. *in leg. ſi patroni, numer.* 3. *ff. ad trebellian.* Mantica *de conject. ult. volunt, lib.* 7. *tit.* 9. Jul. Clar. §. *feudum, quæſt.* 85. Menochius *lib.* 4. *præſump.* 197. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 630. *&* 631. remiſſivè ad eum Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. c.* 2. §. 5. *numer.* 115. Peguera *in conſtit. Item ne ſuper laudemio, verſic.* 8. ubi Villaplana *num.* 1. Cancer *par.* 1. *var. c.* 12. *num.* 62. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ.* 12. *numer.* 7. Limitatur quando feudum & emphyteuſis eſt hæreditarium, quo caſu venit in reſtitutionem fideicommiſſi, Mantica *de conject. ultim. volun. lib.* 7. *tit.* 9. *numer.* 4. Menoch. *l.* 4. *præſump.* 197. *num.* 5. *& conſ.* 704. *numer.* 29. *&* *conſ.* 1155. *à numer.* 41. *l.* 12. Jul. Clar. §. *feudum, quæſt.* 85. *num.* 3. Craſſus §. *fideicommiſſum, quæſt.* 56. *numer.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 6. *numer.* 18. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 630. *numer.* 16. *junctò num.* 18. *& quæſt.* 531. *num.* 1. Cancer *p.* 1. *var. c.* 12. *numer.* 63. *&* *part.* 3. *cap.* 15. *numer.* 128. At cùm in Cathalonia feuda, & emphyteuſes ſint redacta ad inſtar bonorum patrimonialium, & aliarum rerum hæreditariarum, *ut dictum eſt num.* 54. Sequitur quòd in Cathalonia feudum, & emphyteuſis venit in reſtitutionem fideicommiſſi, *Conſtitutio. Item ne ſuper laudemio, verſic. Empero, ibi: De ſubſtitutio, ò vincle*, ubi Peguera *verſic. numer.* 7. Villaplana *numer.* 2. *de jure emphyteutico*, Cancer *part.* 1. *var. cap.* 12. *numer.* 64. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ. num.* 7. *verſ. De jure tamen noſtro.* 57 58 59

Quæro 7. An renuntiatio generaliter facta de bonis paternis comprehendat bona feudalia, & emphyteuticaria? quidam in feudalibus negant, & in emphyteuticariis affirmant, videantur Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo Bona, numer.* 14. *&* 15. Surdus *deciſ.* 11. ubi Hodierna *num.* 4. 5. 6. *&* 7. Camil. de Cuttel. *reſol. feudal. cap.* 1. *num.* 7. *&* 8. Cardoſo *in praxi judic. verbo Bona, num.* 3. *& verbo Emphyteuſi, num.* 13. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1265. *numer.* 43. *&* 44. Barboſ. *appellat.* 35. *numer.* 12. 13. *&* 14. Fermoſin. *allegat. fiſcal.* 33. *numer.* 20. Gallerat. *de renuntiatione, lib.* 2. *c.* 2. *numer.* 48. *verſic. Non comprehenditur*, Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 15. *numer.* 122. Limitatur, quando feudum eſt hæreditarium, nam tunc venit in ſermone, & diſpoſitione generali, Menoch. *conſ.* 1115. *num.* 10. *&* *conſ.* 1155. *num.* 54, 55. *&* 56. *lib.* 12. Barboſa *appellat.* 31. *num.* 13. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 44. ſed cùm in Cathalonia feuda, & emphyteuſes ſint redacta ad inſtar bonorum patrimonialium, & aliarum rerum hæreditariarum; Dicendum venit, quod renuntiatio generaliter facta de bonis paternis comprehendit bona feudalia, & emphyteuticaria, Cancer *par.* 3. *var. cap.* 15. *à numer.* 124. 60 61 62

Quæro 8. An bona feudalia, & emphyteuticalia veniant in confiſcationem ob crimen læſæ Majeſtatis? Reſp. quòd non regulariter, ſed ad proprium dominum redeunt, videantur Guido Papa *deciſ.* 438. Capel. Tholoſana *deciſ.* 450. Borrell. *de Reg. Catholici præſtan. cap.* 26. *numer.* 19. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 3. *numer.* 28. Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 189. §. 1. *numer.* 63. quos alios citat Fontanella *deciſ.* 473. *à numer.* 4. *part.* 2. quibus addendi ſunt videndi cum aliis per eos relatis Jul. Clar. §. *Emphiteuſis, quæſt.* 29. *et* §. *feudum quæſt.* 48. idem Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 25. *à numer.* 50. *et à numer.* 62. Azor. 63

institit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 10. Barbosa *in c. Urgentis*, 10. *num.* 17. Castr. Palaus *in oper. mor. p. 1. tr. 4. disp. 5. punct. 8. à num. 4. et punct. 9. num.* 6. Sanchez *in decalogo*, *lib. 2. cap.* 19. Fermosin. *alleg. fiscal.* 33. *à num.* 12. *et à numer.* 24. Antunez Portugal. *de donat. Regiis*, *lib.* 3. *c.* 22. *à numer.* 62. *et remissivè*, *numer.* 99. Guazin. *de confiscat. concl.* 13. *limit.* 33. Camil. de Curte *resol. feudal. cap.* 5. *numer.* 53. *et numer.* 54. *versic. Et de*
64 *articulo*. Fallit quando feudalia, & emphyteuticaria sunt hæreditaria, ad hæredes transitoria, quo casu veniunt in confiscationem, & in fiscum transeunt, Gabriel. *consil.* 123. *num.* 6. *libr.* 1. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 70. Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 25. *num.* 56. *versic. Sed quod imo*, *et numer.* 59. *et num.* 71. *versic. Undè secùs*, *et de hæresi*, *quæst.* 189. §. 5. *numer.* 65. Rosental. *de feudis*, *cap.* 7. *concluf.* 60. *et ibi additio litera M*, Mantica *de tacitis*, *lib.* 22. *tit.* 30. *numer.* 7. quos refert & sequitur Fontanella *decis.* 473. *numer.* 18. *et decis.* 474. *numer.* 1. *part.* 2. quibus addendi sunt Azor. *instit. mor. tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 12. *quæst.* 11. Fachineus *controv. jur. lib.* 9. *cap.* 53. Menochius *de recuper. possess. remed.* 9. *à numer.* 251. Sanchez *in decalogo*, *lib.* 2. *cap.* 19. *à num.* 24. Molina *de just. et jure*, *tract.* 2. *disp.* 481. *concluf.* 1. Castr. Palaus *in opere mor. tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 8. *num.* 8. *et punct.* 9. *numer.* 6. Fermosin. *alleg. fisc.* 33. *numer.* 18. *et* 28. Antun. Portugal. *de donat. Regiis*, *lib.* 3. *capit.* 22. *numer.* 64. Barbosa *in cap. Urgentis* 10. *numer.* 7. *de hæreticis*.

ARGUMENTUM.

An Episcopus, cùm Civitatem suam ingreditur, vel ad visitationem accedit, recipiendus sit sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*.

SUMMARIUM.

1 *Factum causæ hujus decisionis narratur.*
2 *Fisci Advocatus tenetur defendere jura regulia, ac regiam jurisdictionem.*
3 *Fisci Advocatus, cùm primum videt præjudicium Regis, tenetur illi se opponere.*
4 *Episcopus, cùm primò ad suam Ecclesiam Cathedralem accedit, honorificè est suscipiendus, n.* 4. *et equitare debet sub pallio, ejusque hastas deferre debent Magistratus, et Decuriones Civitatis ab ejus portis usque ab Ecclesiam, numer.* 5.
6 *Episcopus, cùm ad visitationem accedit, honorificè est suscipiendus, num.* 6. *et equitat sub pallio, num.* 7.
8 *Liber Pontificalis, seu cæremonialis Episcoporum est authenticus, et allegari potest etiam in decisivis, in omnibusque Ecclesiis ad unguem servandus, n.* 8. *intellige ut in n.* 32.
9 *Consuetudo Civitatis, et Loci attenditur in honorantiis receptionis Episcopi, n.* 9. 33. *et* 34. 35. *et* 36.
10 *Consuetudo attenditur in honorantiis, ac si lex esset, num.* 10. *etiamsi consuetudo juri repugnet, num.* 11. *et pro illis conceduntur remedia possessoria adipiscendæ, retinendæ, et recuperandæ, et competit officium Judicis, et datur actio injuriarum, num.* 12. *competitque pro eis in possessione manutentio, n.* 13.
14 *Pallium, seu umbella est regale ornamentum, insigniaque, et cæremonia regia, de quo solus Dominus, Rex uti potest, num.* 14. *et qui fuerunt in Civitate Barcinonæ sub pallio, sive umbella, num.* 15.
16 *Proreges non recipiuntur sub pallio, seu umbella.*
17 *Fratres Regis non recipiuntur sub pallio, seu umbella.*
18 *Prælatus Ecclesiasticus etiam Archiepiscopus non est suscipiendus sub pallio, seu umbella, num.* 18. *limita si aliud sit de consuetudine, num.* 33. 34. 35. *et* 36.
19 *Legati de latere suscipiendi sunt sub pallio, seu umbella, num.* 19. *sed non observatur in Civitate Barcinonæ, n.* 20.
21 *Summus Pontifex est suscipiendus sub pallio, seu umbella.*
22 *Episcopi Celsonen. in Villis, et Locis de Berga, Raga, et aliis non fuerunt unquam recepti in actibus visitationis sub pallio, seu umbella.*
23 *Actus possessorii, qui dant causam liti, non inducunt possessionem, nec tribuunt jus considerabile, nec sunt manutenibiles, numer.* 23. 24. *et* 25.
26 *Consuetudo est stricti juris, numer.* 26. *et probanda in specie in locis, de quibus agitur, non autem in genere, num.* 27. *de tempore actus controversi, num.* 28. *et non extenditur de uno loco ad alium, num.* 29. *et tantum dicitur habere in potentia, quantum de usu, & nihil amplius, num.* 30. *et particularis attendenda, et non universalis, num.* 31.
33 *Regiæ epistolæ referuntur super receptione Episcopi sub pallio, seu umbella, si in loco adest consuetudo, aliàs secus, numer.* 33. 34. 35. *et* 36.
37 *Consuetudo, ut censeatur introducta, quos actus requirat, et quod tempus, et an testes debeant deponere de visu actuum, et debeant esse contestes, et non singulares, et non interrogati reddere rationem dictorum suorum.*
38 *Castellanus de Ampostа in Locis suæ jurisdictionis non est recipiendus sub pallio, seu umbella, numer.* 38. *et traditur epistola regia, numer.* 39.
40 *Fiscus habet restitutionem in integrum contra literas Regias, et alia.*

DECISIO CCLXXXV.

ILLUSTRISSIMUS & Reverendissimus Dominus 1
Fr. Don Ludovicus de Pons Episcopus Celsonen. à Consilio suæ Regiæ Majestatis accessit ad visitationem Ecclesiæ Parochialis Villæ de Berga, & à Clero, & populo fuit processionaliter in ejus portis susceptus, & ad Ecclesiam sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgè: *Debaxo de palio*, deductus, hastas pallii deferentibus Magistratibus, sive Decurionibus, quos Consiliarios vocant, eademque cæremonia observata fuit in Villis de Bagà, Populæ de Lillet, Sancti Jacobi de Fontaytana, & aliis. Cùmque ad notitiam Fisci Procuratoris Patrimonialis hæc pervenissent, videns læsam regaliam Domini Regis, *ut infra*, *num.* 14. statim illis se opposuit (tenetur enim Fisci advocatus ju- 2
ra regalia, & regiam jurisdictionem defendere, ac tueri, Calicius *in margarita fisci*, *dub.* 1. *numer.* 3. *et* 4. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 83. Alfaro *de off. fiscal. gloss.* 27. *numer.* 33. *et* 34. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *à numer.* 4. Xammar. *de off. Jud. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 10. Larrea *alleg. fiscal.* 63. *numer.* 4. Berart. *in specul. visit. cap.* 12. *numer.* 7. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *versic. Teste officio, de fiscal.* Fermosin. *alleg. fiscal.* 1. *numer.* 31. *part.* 1. Et cùm pri- 3
mùm videt præjudicium Regis, illi diligenter se opponere, *l. penult. C. de Advoc. fisci*, ad exemplum tutoris, *l. quoties*, §. *nec utique*, *ff. de adminis. tutor.* ne sui vitio aliquod detrimentum fiscus patiatur, *l. fin. C. de bonis vacantibus*, *lib.* 10. Calicius *in margar. fisci*, *dub.* 1. *numer.* 5. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 7. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 9. *numer.* 37. Berart. *in spec. visit. cap.* 12. *numer.* 14. Fontanella *dec.* 358. *numer.* 6. *et* 7. *par.* 2. Ludovic. Ferrer. vir sanè doctus, & nunquam satis pro honore laudatus *in discursu pro defensione Regiæ jurisdictionis*, *n.* 4. 5. 6. *et* 7. *impresso* 27. *Octobris* 1654. movit contentionem, forma solita, eaque firmata, ad Cancellarium Judicem competentiarum fuit devoluta.

Pro Episcopo Celsonen. dici poterat. Primò, quòd 4
Episcopus, cùm primum ad suam Civitatem accedit, eamque ingreditur, à Clero, & populo est honorificè suscipiendus, & ad suam Ecclesiam Cathedralem ducendus. Siquidem Episcopi legatione

pro Christo in terris funguntur, *ut habetur in can. Omnes qui 7. qnæst. 1. can. Accusatio quoque 1. quæst. 7. can. In novo 21. dist.* & sicut eidem Christo Hierosolymam ingredienti Civitas cum ramis palmarum occurrit, sic & Christi legatus honorificè est excipiendus, ita tenet Bertachin. Curia Philippica, Borrell. Petr. Suberti, Michael Thimot, & Maynardus, quos citat Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. cap. 5. numer. 1.* Baldus, Tiraquel. & Bertachin. quos laudat Franchis *decis. 253. numer. 1.* ubi Amendola *numer. 19.* Addo Barbosam *de jure Eccles. univ. libr. 1. cap. 6. num. 73. versic. Cùm verò.* Et indutus sacris vestibus, videlicet Amictu, Alba, Cingulo, Stola, ac Pluviali albi coloris, mitraque pretiosa ejus capiti imposita, equitare debet equo serico albo, undique tecto, & ornato sub pallio, umbella, sive baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*, & ejus hastas deferre debent Magistratus, & Decuriones Civitatis ab ejus portis usque ad Ecclesiam, ut testatur decisum Franchis *decis. 253.* quem referunt, & sequuntur ejus Additionatores, Riccius, Amendola *num. 19.* Luca *numer. 1.* idem Amendola ad Franchis, *decis. 138. numer. 7.* Thoro *in compend. decis. part. 1. verbo Hastæ pallii, fol. 250. & verbo Hastæ pallii, fol. 251.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. cap. 5. num. 2.* Hermosilla ad Gregor. Lopez, *tom. 1. in prologo, gloss. 2. num. 80. in fine, fol. 9. col. 2.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 53. sub num. 21.* Barbosa *de jure Eccles. univer. lib. 1. cap. 9. sub num. 73. & decis. Apostol. 53. numer. 2.* & habetur in Pontificali Romano *part. 3. titulo de ordine ad suscipiendum processionaliter Prælatum, seu Legatum, fol. 612. & in cæremoniali Episcoporum, lib. 1. c. 2. de primo ingressu Episcopi, vel Archiepiscopi ad suam Diœcesim, fol. 3. & lib. 1. c. 14. de usu umbraculi, fol. 6.*

6 Secundò dici poterat, quod Episcopus, cùm ad visitationem accedit, honorificè à Clero, & populo loci est suscipiendus, & ad Ecclesiam immediatè ducendus, Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 4. numer. 10.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. lib. 2. cap. 2. numer. 46.* Barbosa *de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 14. numer. 43. & de potest. Episcop. part. 3. allegat. 75. num. 19. in fine, & numer. 63.* Et sacris vestibus indutus equitat sub pallio, um-
7 bella, sive baldachino, vulgò *Debaxo de palio*, eodem modo, ut in primo ingressu Episcopi ad suam Civitatem dictum est, *ut habetur in Pontificali Romano part. tit. de ordine ad visitandas Parochias, fol. 618.* Siquidem liber Pontificalis, seu cæremonialis Episcoporum authenticus est; ut docent Restaur. Alberic.
8 & Barbatia, quos citat Franchis *decis. 253. numer. 7.* & decisivus, vimque legis obtinet, Joan. Andr. *in capit. Consuluit. numer. 4.* Hostien. *numer. 7. de servis non ordinand.* Menochius *consil. 52. numer. 143. & cons. 902. numer. 71.* Gratian. *discept. forens. capit. 111. num. 7. & capit. 298. numer. 28.* Lotterius *de re benef. libr. 1. quæst. 16. numer. 23.* Barbosa *voto 115. numer. 8. tom. 3.* Sperell. *decis. 179. numer. 23. libr. 2.* Altogradus *cons. 1. numer. 54. libr. 2.* Pignatel. *consult. 7. numer. 27.* Frasso *de reg. pat. Indiar. cap. 110. numer. 42. tom. 2.* eique standum, Ursell. *verbo Archidiaconus, conclus. 137. numer. 27. versic. Item in fine*, & in omnibus Ecclesiis ad unguem servandus, Barbosa *in collect. Bullar. verbo Cæremoniale, versic. Cæremonialis liber, & decis. Apost. 78. numer. 3. & de canonicis, & dignit. 34. numer. 23. &* 24. Sperel. *decis. 129. numer. 22. lib. 2.* Frasso *de reg. patr. Ind. cap. 100. numer. 43. tom. 2.* & passim à Domino nostro Rege hujusmodi liber cæremonialis commendatur, jubetque semper servandum esse, idem Frasso *de Reg. patr. Ind. tom. 2. cap. 10. n. 44.*

9 Tertiò dici poterat, quod in honorantiis receptionis Episcopi attenditur consuetudo Civitatis, & loci, Bald. *in cap. Licet causam, col. 2. versic. ibi honor. de probat.* quem referunt, & sequuntur Tiraquel. *de nobilit. capit. 20. numer. 57.* Franchis *decis. 253. numer. 2. & 11. versic. Nec obstat.* Alzedo *de præcept. Episcop. dignit. p. 1. c. 5. numer. 2.* Thoro *in compend. decis. p. 1. verbo Hastæ palii, col. 3. versic. Nec alias, fol. 251.*

10 Nam generalis est regula, quod in honorantiis attenditur consuetudo, eaque servanda, ac si esset lex, *cap. Cùm olim, Can. Legimus 93. dist.* ubi Bald. *not. 1. de consuetud.* Tiraquel. *de nobilit. capit. 20. numer. 55.* Franchis *decis. 388. numer. 4.* Riccius ad Franc. *decis. 144. in fine, & decis. 253. ad medium, & in praxi var. resol. 554. numer. 1. & decis. 67. numer. 13. par. 1. & collect. 1069. & collect. 1446. versic. Animadvertendum est,* Thor. *in compend. decis. part. 1. verbo Hasta pallii, col. 3. versic. Nec alia, fol. 251.* Lara *de anniversar. lib. 1. c. 24. à numer. 18.* Menoch. *cons. 51. à numer. 49. & cons. 126. numer. 3. & cons. 257. numer. 39. & cons. 784. num. 1.* Boer. *decis. 155. de author. mag. consil. numer. 68.* Paris. *consil. 149. à numer. 1. lib. 4.* Seraphin. *decis. 355. & decis. 663. & decis. 964. numer. 1.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 224. numer. 4.* Medices *decis. 21.* Mastril. *de Magistr. lib. 4. cap. 3. numer. 12. & c. 6. numer. 22. & cap. 24. à numer. 1. & lib. 5. cap. 4. à numer. 30. & decis. 130. numer. 16. tom. 2.* Gratian. *discept. forens. c. 106. à numer. 8. & cap. 298. numer. 8. & cap. 292. numer. 9. & cap. 590. numer. 23. & c. 867. num. 27. decis. Marchiæ, 16. à numer. 2.* Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 10. numero 49. & c. 18. numer. 228. & lib. 3. cap. 2. numer. 23.* Guttier. *in pract. Eccles. quæst. 52.* Gamma *decis. 1. numero 31.* Garcia *de nobilit. gloss. 18. à numero 44. & de expen. cap. 8. à num. 39. & cap. 9. num. 43.* Tamburin. *de jure Abbat. com. 3. disp. 5. q. 11. numer. 11.* Daniel de Nobilibus *disp. 14. à num. 37. & disp. 45. à num. 5. & disp. 60. numer. 46. & disp. 73. numer. 2. & disp. 75. num. 1.* Larata *cons. 2. à num. 27.* Thesaur. *quæst. forens. 48. numer. 2. lib. 1.* Borrel. *in summ. decis. par. 1. tit. 14. numer. 118. & in add. ad Bellug. rub. 6. liter. O,* Bosch. *dels titols de honor. lib. 5. cap. 36. versic. La segona regola, fol. 582. & cap. 37. fol. 583.* Maceraten. *lib. 1. resol. 81. num. 5.* Aponte *decis. 8.* Rovit. *decis. 65. & decis. 77. numer. 7.* Centilorus *in præceden. numer. 6. & 88.* Cyriacus *controv. 201. à numer. 165. & controv. 202. num. 41. & 42.* Danza *de pugn. Doctor. tom. 2. tit. de præcedentia, cap. 3. num. 11.* Reg. Matthæu *de regim. Regn. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 4. numer. 37.* Sanfelic. *decis. 140. numer. 9.* Fermosin. *in cap. Cùm olim, num. 4. & 5. de consuetud.* Gonzalez. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 2. à num. 19.* Valenzuela *consil. 34. à numer. 132. ad 183. tom. 1. & consil. 201. à numer. 42. tom. 2.* abundè pluribus aliis citatis Salgado *de reg. protect. part. 2. cap. 9. à num. 18.* Sperell. *decis. 179. à numer. 1. ad 6. part. 2.* Quesada Pilo *controv. forens. cap. 3. à numer. 22.* Larrea *alleg. fiscal. 51. à numer. 8.* Ferro Manrique *de præceden. q. 8. tota,* Suelves *cons. 61. numer. 1. & 2. lib. 1. & consil. 41. numer. 25. lib. 2. & consil. 14. numer. 61. lib. 3.* Hermosilla ad Gregor. Lopez, *tom. 1. in prologo, gloss. 2. numer. 80. & 81. fol. 9. col. 2. & à numer. 101. fol. 11.* Castillo *de tertiis, tom. 7. cap. 41. numer. 64. & 65.* Postius *de manuten. observ. 10. à numer. 31. & decis. 32. numer. 6. & 7. & dec. 73. numer. 1. & dec. 229. num. 1. & 2. et dec. 534. numer. 14. et dec. 594. numer. 3.* Barbosa *de potest. Episc. p. 3. alleg. 78. numer. 27. et 36. et de cananicis, capit. 4. num. 8. et 9. et in c. Cùm olim, n. 2. versic. Et per hunc, et numer. 10. et in addit. à numer. 1. de consuetud. et dec. Apostol. 228.* Xammar. *de off. Jud. p. 1. q. 2. numer. 69.* Reg. Vilosa *in dissert. juris super præcedentia, versic. Et licèt,* Ferentil. ad Burat. *dec. 903. numer. 20.* Otero *de officialib. c. 14. à numer. 17.* Pignatel. *consult. 7. numer. 22. et 23.* Frasso *de Reg. patron. Indiar. c. 95. numer. 7. et cap. 97. à num. 41. tom. 2.*

Hæque regula procedit, etiam si consuetudo juri 11
communi repugnet, Seraphin. *dec. 964. numer. 1.* Riccius *collect. 1069. versic. Quod adeo, et collect. 1446. versic. Quod amplia,* Menochius *cons. 51. numer. 51.* Barbosa *in addit. ad cap. Cùm olim, numer. 2. in fine de consuetud.* Ludovis. *dec. 224. numer. 2.* ubi Beltramin. *numer. 4.* Ferentil. ad Burat. *dec. 903. numer. 21.* Sperell. *dec. 179. num. 3. lib. 2.* Diana *resol. moral. p. 6. tract. 5. resol. 29. et in coordinat. p. 6. tract. 2. resol. 35.* Frasso *de Reg. patr. Ind. capit. 97. numer. 43. tom. 2.* & plures alii ex citatis, *numer. 10.*

Et pro honorantiis conceduntur remedia possesso- 12
ria adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, & competit officium Judicis, & datur actio injuriarum, Gratian. *discept. forens. capit. 110. à numer. 14. et capit. 298. numer. 11.* Garzia *de nobilit. gloss. 35. numer. 59. et de expen. cap. 8. num. 51.* Tiraquel. *de nobilit. capit. 20. numer. 57.* Menoch. *de retin. possess. remed. 3. num. 118.*

Mastril.

Mastril. *de Magistr. lib. 5. cap. 5. num.* 71. Rodoer. ad Marin. *libr. 1. resolut. jure cap. 202. num.* 13. alios plures addunt Castillo *tom. 7. de tertiis, capit. 41. num. 60.* Barbosa *de potestat. Episcop. part. 3. alleg. 78. n. 40. & in cap. Licèt causam, num.* 11. *de probat.* Hermosilla ad Greg. Lop. *tom. 1. in prolog. glos. 2. numer.* 110. *&* 111. *fol.* 12. Xammar. *de off. Jud. part. 1. quæst. 2. à num. 66.* latè Postius *de manut. observ. 10. tota.*

13 Competitque pro illis in possessione manutentio, Lara *de anniver. libr. 1. cap. 24. numer. 25. & 26.* Grat. *disceptat. forens. cap. 210. num.* 40. Barbos. *de potestat. Episcop. part. 3. alleg. 78. num. 27. in fine,* Riccius *dec.* 132. *part. 1.* Suelves *cons. 72. num. 1. lib. 1.* Hermosilla ad Gregor. Lopez, *tom. 1. in prolog. glos. 2. numer. 112. & 113. fol.* 12. Salgad. *de Reg. protect. part. 2. capit. 2. numer. 19. &* 20. plures cumulant Castillo *de tertiis, tom. 7. cap. 41. num.* 59. Frasso *de reg. pat. Indiar. c. 97. num. 46. tom. 2.* Ferentil. ad Burat. *decis. 903. num. 22.* abundè Postius *de manuten. observ. 10. à num. 31.* addo Ciarlin. *controv. forens. cap. 119. num. 9. & capit. 210. n. 13. part. 2.*

14 Et in aliquibus Episcopatibus Principatus Cathaloniæ, dicebat Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ Celsonen. ab articulis 17. usque ad 33. ex oblatis in processu contentionis 17. Januarii 1668. quod quando Episcopi ad visitationem accedunt, processionaliter recipiuntur sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*, ejusque hastæ deferuntur per Magistratus, & Decuriones Villarum, & locorum, signanter in omnibus Villis, & Locis Episcopatus Ilerden. in Locis jurisdictionis temporalis Episcopatus Vicen. in Villis, & Locis Episcopatus Dertuzen. in Villis de Puigcerdà, Gussona, Sanahuja, & aliis Episcopatus Urgellen. in Villis, & Locis jurisdictionis temporalis Archiepiscopatus Tarraconæ, in Villis, & Locis de Berga, Bagà, Populæ de Lillet, Sancti Jacobi de Fontayna, Saldes, & aliis Episcopatus Celsonen. & in primo ingressu Civitatis Sedis Urgellen.

15 Pro parte Fisci Procuratoris patrimonialis dicebam. Primò, quod receptio sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*, est insignia, & cæremonia Regia, ornamentumque regale, de quo solus Dominus Rex uti potest, Martà *de jurisdict. part. 2. cap. 53. à numer. 6.* Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. num. 19. versic. Tamen, de authorit. & usu pallii*, latè docet Solorzanus *de Jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. a n. 66. & in polit. lib. 5. cap. 12. versic. En tercer lugar. fol.* 870.

16 Et primi Reges, qui ingressi fuerunt in Civitate Barcinonæ sub pallio, fuerunt Serenissimus Dominus Rex Aragonum Don Ferdinandus, & Serenissima Domina Regina Castellæ Domina Elisabeth, conjuges die 28. Julii 1481. per portam Sancti Antonii, Dominus Rex incedebat ad dexteram, Domina Regina ad sinistram, ambo sub pallio, & Cardinalis, qui ibi reperiebatur, & ad sinistram incedebat Domina Reginæ extra pallium.

17 Et adeo hoc verum est, quod Proreges, & Locumtenentes Generales Domini Regis, qui ejus personam repræsentant, *ut dixi decis. 10. num. 5. part. 1.* licèt ipsis præstentur, & exhibeantur omnes cæremoniæ, & præeminentiæ Regiæ, non verò recipiuntur sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de pallio*, in Urbibus Provinciarum eis commissarum, de quo plura dicit Solorzanus *locis cit. n. 14.* qui licèt in politica dicat Proreges Neapolis, & Siciliæ recipi sub pallio. Tamen loquendo de his cum Excellentissimo Domino Don Vincentio de Gonzaga, à Consilio belli Suæ Regiæ Majestatis, Prorege, & Locum-tenente Generali in hoc Cathaloniæ Principatu, mihi retulit, id verum non esse. In hoc autem Principatu Cathaloniæ non recipiuntur Proreges sub pallio, ut vidi observatum in Civitate Barcinonæ in ingressu Excellentissimi Domini Marchionis de Olias, & Mortara. In ingressu Excellentissimi Domini Marchionis de Castel Rodrigo, In ingressu Excellentissimi Domini Don Vincentii de Gonzaga. In ingressu Excellentissimi Domini Ducis de Ossuna. In ingressu Excellentissimi Domini Ducis de Sessa. In ingressu Excellentissimi Domini Ducis de San German. In ingressu Excellentissimi Domini Marchionis de Ceralbo. In ingressu Excellentissimi Domini Alexandri Farnesii Principis de Parma. In ingressu Excellentissimi Domini Ducis de Bournonville. Et in ingressu Excellentissimi Domini Marchionis de Leganez die 4. Octobris 1684. Et in Civitate Calaris Regni Sardiniæ vidi observatum in ingressu Excellentissimi Domini Marchionis de Camporeal.

Nec fratres Domini Regis recipiuntur sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*. Ut fuit deliberatum, & resolutum per centumvirale consilium Civitatis Barcinonæ celebratum 8. & 10. Julii 1648. In ingressu Serenissimi Principis Don Maximiliani fratris Serenissimi Domini Regis Philippi Secundi, Et in ingressu Serenissimæ Imperatricis sororis Domini Regis Philippi Secundi, mandavit sua Regia Majestas Consiliariis Civitatis Barcinonæ, ut Serenissimæ Imperatrici in ejus ingressu exhiberentur, & præstarentur omnes cæremoniæ Dominis Regibus præstari solitæ, excepto pallio, Sicque fuit observatum.

Secundò dicebatur, & ex dictis *à numer.* 14. colligitur, quòd nullus Prælatus Ecclesiasticus, excepto Summo Pontifice, non potest uti pallio, umbella, sivè Balchino, vulgò: *Debaxo de palio*, nec sub eo est suscipiendus in ingressu ad suam Civitatem, ex quo, ut dictum est, hæc est insignia, & cæremonia Regia, de qua solus Dominus Rex uti potest, adeò quod Prælatus Ecclesiasticus, etiam Archiepiscopus, qui sub pallio, umbella, sivè baldachino: vulgò: *Debaxo de palio*, recipi passus fuerit, excessum committit, ut tradit Solorzanus *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. numer. 66. & in polit. libr. 5. cap. 12. versic. J aunque, fol.* 870. & vidi observatum in ingressu Illustrissimi, & Reverendissim. Domini Fr. Don Joannis de Espinosa Archiepiscopi Tarraconæ ad Civitatem Barcinonæ, qui per Consiliarios, Nobiles, & Cives honoratos dictæ Civitatis fuit absque pallio receptus. 18

Et quamvis Legati de latere, cùm Civitates, & Oppida ingrediuntur, sicut Reges recipiantur sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*, ut docent Villadiego, Stafileus, & Marcus Antonius Cucus, quos citat Solorzanus *de jure Indiarum, tom. 2. lib. 4. c. 6. n. 66. & in polit. lib. 5. capit. 12. versic. En tercer lugar. fol.* 870. quibus addo Martani *de jurisdict. part. 2. cap. 53. num. 3. &* 21. Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. sub num. 19. de authorit. & usu pallii*, Barbos. *de jure Eccles. univ. lib. cap. 5. num.* 23. & habetur in Pontificali Romano *part. 3. tit. de ordine ad suscipiendum processionaliter Prælatum, seu Legatum, fol.* 612. 19

Tamen cùm iste casus evenisset in Civitate Barcinone in ingressu Illustrissimi, & Reverendissimi Fr. Ægidii Cardinalis, & Legati de latere Sedis Apostolicæ, fuit per dictam Civitatem resolutum 12. & 13. Junii 1518. quod reciperetur honorificè forma solita, qua Domini Reges suscipiuntur, pallio excepto. Et licèt prætenderetur pro parte dicti Reverendiss. Cardinalis, Legati de Latere esse recipiendum sub pallio, umbella, sive baldachino, vulgò *Debaxo de palio*, prout disponit Pontificale Romanum. Nihilominus, eo lecto, fuit dictum, quod reciperetur absque pallio. Tum quia non erat in usu practica receptio Legati de latere sub pallio. Tum quia hæc erat regalia, præeminentia, & cæremonia Regia, cui sine Domini Regis ordine, & mandato innovari non poterat. Sicque fuit observatum. Nam dictus Reverendiss. Cardinalis Fr. Ægidius, Legatus de Latere 13. Junii 1518. hora vespertina ingressus fuit in Civitatem Barcinonæ processionaliter per portale novum, receptusque fuit per Consiliarios, & Cives dictæ Civitatis absque pallio. Similis receptio absque pallio facta fuit per Consiliarios Civitatis Barcinonæ 6. Augusti 1525. de persona Illustr. & Rever. Domini Don Joannis Sanctorum Cosmæ, & Damiani Cardinalis 20

nalis de Salviatis, Legati de latere Sedis Apostolicæ, prout facta fuit Cardinali, & Legato de latere Fr. Ægidio, & sic deinceps in similibus casibus fuit observatum,

21 Notanter dixi *n.* 17. excepto Summo Pontifice. Nam indubitatum est, quod Summus Pontifex recipitur sed pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò: *Debaxo de palio*, quia est Christi Domini Vicarius, & vices Dei gerit in terris, ac inter omnes mundi Principes supremum obtinet Principatum, & Monarchiam, & est major omnibus hominibus, & unus omnium Princeps constitutus super Reges, & Regna, causa causarum, Dominus dominantium, Pater omnium dignitatum, omnia, & super omnia, Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 33. *numer.* 71. & 74. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *c.* 2. *numer.* 17. & 91. sic fuit observatum 29. Septembris 1409. in ingressu Suæ Sanctitatis Papę Benedicti XII. qui fuit sub pallio receptus, ejusque hastas deferebant Consiliarii Civitatis Barcinonę. Similiter fuit observatum 7. Augusti 1522. in ingressu Suæ Sanctitatis Papæ Adriani VI. qui veniens à Civitate Tarraconæ, Romam proficiens cum undecim triremibus, & aliis cimbis ingressus fuit Civitatem Barcinonæ hora quarta post meridiem, receptusque sub pallio. Hæc omnia vidi, & legi in libris Civitatis Barçinonæ.

22 Tertio dicebam, quod licèt in istis honorantiis receptionis Episcopi in primo ingressu ad suam Civitatem, & cùm ad visitationem accedit, attendatur consuetudo Civitatis, & Loci, ut dictum est *n.* 9. Tamen Episcopi Celsonen. in Villis, & Locis de Berga, Bagą Populæ de Lillet, Sancti Jacobi de Fontayna, & aliis, non fuerunt unquam recepti in actibus visitationis per Consiliarios, & Juratos dictarum Villarum, & Locorum sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò. *Debaxo de palio*, ut est probatum in processu contentionis, nisi hac vice dumtaxat, quæ dedit causam contentioni. Et quando actus possessorii dant causam liti, non inducunt possessionem, nec tribuunt jus considerabile, nec sunt manutenibiles, *glos. in capit. Commissus, verbo Pacificam*, ubi Barbosa *num.* 18. *de elect. in* 6. Ludovis. *dec.* 4. *num.* 2. ubi Beltram. *litera A*, & *decis.* 599. *numer.* 4. Suelves *cons.* 15. *num.* 11. *lib.* 2. Ciarlin. *controv. forens. cap.* 160. *num.* 30. & 39. *lib.* 2. idem Barbosa *voto* 23 43. *num.* 23. & *voto* 56. *numer.* 90. *tom.* 2. Noguerol. *allegat.* 25. *num.* 192. & *allegat.* 26. *num.* 381. & *allegat.* 31. *num.* 37. Rota *decis.* 30. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Duran. *decis.* 230. *num.* 4. & *dec.* 349. *num.* 1. Hermosilla ad Gregor. Lopez, *tom.* 1. *in prologo glos.* 2. *numer.* 117. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 2. *sub num.* 138. *prope finem*, & *p.* 3. *cap.* 4. *num.* 95. & 96. & *cap.* 14. *à num.* 75. *versic. Hæc opinio*, Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *num.* 56. & 57. & *dec.* 186. *n.* 3. *part.* 1. Ripoll. ad Peguer. *in praxi civil. rubr.* 14. *num.* 63. notant Quesada pilo *contr. forens. c.* 3. *num.* 26. Ursellius *verbo actus*, *concl.* 47. *num.* 74. abundè multis citatis Postius *de manut. observ.* 17. *à num.* 41. idem Fontan. *dec.* 516. *à num.* 3. *part.* 2. Ramon. noster *cons.* 56. *à n.* 5. & *cons.* 58. *n.* 3.

24 Nec revelat quod actus possessorii in prædictis Villis, & Locis facti fuerunt perfecti, & consummati, & dum fierent, non fuerunt contradicti, quo casu, actus qui dant causam liti, prosunt ad manutentionem, Seraphinus *dec.* 1437. *in fine*, Postius *de manut. observ.* 17. *n.* 54. & *dec.* 571. *n.* 1. & 6. Barbosa *voto* 56. *n.* 91. & 92. *lib.* 2.

25 Quia respondetur, quod illi actus fuerunt contradicti per Fisci Procuratorem Patrimonialem, contentioque per eum mota fuit statim atque ad ejus notitiam devenit, Episcopum Celsonen. Fr. Don Ludovicum de Pons fuisse in dictis Locis receptum in actu visitationis sub pallio, & sic Episcopum non constituunt in quasi possessione, nec illi prosunt, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 4. *n.* 95. Postius *de manut. observ.* 17. *n.* 49. Fontanella *dec.* 516. *n.* 2. *videndus n.* 10. & 11. *part.* 2.

26 Et licèt per Episcopum Celsonen. Fr. Don Ludovicum de Pons fuerit dictum in aliis Episcopatibus Cathaloniæ Episcopus in actu visitationis recipi sub pallio, eo modo, quo retulit *n.* 13. *versic. Et aliquibus*. Præterquam quia id probare debebat, & ignoro, an fuerit probatum. Tamen hoc nihil proficit Episcopo Celsonen. quia consuetudo est stricti juris. Crivel. *dec.* 40. *num.* 22. Seraph. *dec.* 115. *numer.* 6. Jul. Chartar. *dec.* 91. *num.* 42. Thomat. *dec.* 240. *numer.* 4. *part.* 2. Suelves *cons.* 33. *numer.* 28. *lib.* 2. Ciarlin. *contr. forens. cap.* 62. *num.* 7. *lib.* 1. Marinis *resol. jur. lib.* 2. *c.* 205. *num.* 10. Quesada Pilo multis citatis *contr. forens. cap.* 17. *num.* 49. & alii allegandi *num.* 29. Et probanda erat per Episcopum Celsonen. in specie in Locis, & 27 Villis, de quibus agitur, non autem in genere, Rota *dec.* 779. *num.* 3. *part.* 1. *diverf.* Ludovis. *dec.* 451. *n.* 6. & 8. & *dec.* 162. *num.* 2. & *dec.* 451. *num.* 7. Cavaller. *dec.* 182. *num.* 5. Roxas *dec.* 96. *num.* 5. Thomat. *decis.* 36. *n.* 12. *part.* 1. & *dec.* 131. *numer.* 35. *part.* 2. Barbosa *voto* 102. *num.* 64. *lib.* 3. Duran. *dec.* 453. *num.* 2. Fontanella *dec.* 211. *num.* 29. & *dec.* 255. *num.* 14. *part.* 1. & *dec.* 437. *num.* 8. *part.* 2. Sperel. *dec.* 67. *numer.* 21. *lib.* 1. Cyriacus *contr.* 251. *num.* 46. Diana *resol. moral. part.* 6. *tractat.* 5. *resol.* 31. & *in coordinat. part.* 6. *tr.* 2. *resolut.* 37. *numer.* 2. *versic. undè*, Xammar. *de privil. Barcinon.* §. 17. *num.* 35. Et de tempore actus contro- 28 versi, aliàs non diceretur rectè consuetudo probata, & ad nihil prodesset, Cavaller. *dec.* 125. *num.* 9. Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 17. *num.* 50. Cùm non extendatur de uno loco ad alium, Seraphin. *dec.* 1159. *num.* 6. Jul. Chartar. *dec.* 91. *num.* 40. 41. & 42. Giurba *cons.* 67. *num.* 23. Cyriac. *controv.* 251. *numer.* 47. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 7. & *libr.* 1. *cap.* 120. *num.* 29. & *cap.* 129. *num.* 42. Barbosa *voto* 102. *n.* 63. & 75. & *voto* 113. *num.* 63. *lib.* 3. Fermosin. *in rubric. de consuet. quæst.* 3. *à num.* 10. *ad* 18. Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 17. *numer.* 49. & 51. Thomat. *dec.* 36. *num.* 11. *part.* 1. & *decis.* 131. *numer.* 39. 40. & 41. & *dec.* 240. *num.* 7. *part.* 2. Salgado *de suppl. ad Sanctissim. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. & 8. Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 1. *tract.* 3. *disp.* 3. *punct.* 4. §. 1. *num.* 2. *vers. Quo circa*, Diana *resol. moral. part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 17. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 24. *num.* 2. *versic. Et ideo*, & *resol.* 37. *num.* 2. Fontanella *dec.* 211. *num.* 29 28. *part.* 1. nec ejusdem naturæ, Marinis *lib.* 2. *resol. jur. cap.* 85. *num.* 16. Et cùm circumscripta sit loco tantum dicitur habere in potentia, quantum de usu, & nihil amplius, Seraphin. *dec.* 1040. *nom.* 2. Sperel. *dec.* 76. *num.* 7. *lib.* 1. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 30 2. *lib.* 1. *c.* 22. *num.* 21. Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 1. *tract.* 3. *disp.* 3. *punct.* 4. §. 1. *num.* 2. *in princ.* Barbosa *voto* 102. *num.* 76. *lib.* 3. Thomat. *dec.* 136. *n.* 37. & *dec.* 240. *num.* 7. *part.* 2. Fontan. *dec.* 211. *num.* 28. *part.* 1. & *dec.* 360. *num.* 25. & 26. *part.* 2. Xammar. *de privil. Barcin.* §. 17. *n.* 34. Marinis *lib.* 2. *res. jur. cap.* 85. *n.* 16. Diana *resol. mor. part.* 6. *tract.* 2. *resol.* 31. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 2. *res.* 37. *n.* 3.

Et tanto minus quando prout in isto casu in Vil- 31 la de Berga, aliis Locis controversis adest consuetudo particularis non recipiendi Episcopos Celson. sub pallio in actibus visitationis, nisi hac vice dumtaxat, qui fuit contradictus per Fisci Procuratorem Patrimonialem, motaque fuit contentio, statim atque ad ejus notitiam devenit, *ut dictum est numer.* 22. & tunc ista particularis consuetudo est attendenda, & non alia quælibet universalis, Cavaller. *dec.* 95. *n.* 1. *juncto num.* 4. & *dec.* 419. *num.* 4. Barbos. *voto* 113. *num.* 64. *lib.* 3. & *in cap. fin. num.* 4. & 5. *de off. Archid.* Fermos. *in rubr. de consuetud. quæst.* 3. *num.* 1. 2. 3. & 4. Castr. Palaus *in oper. moral. par.* 1. *tract.* 3. *disp.* 3. *pun.* 4. §. 1. *num.* 2. & 3. Diana *resol. moral. part.* 6. *tractat.* 5. *resolut.* 31. & *in coordinat. part.* 6. *tractat.* 2. *resolut.* 37. *n.* 1. Balmas. *de collect. q.* 119. *n.* 12.

Et quamvis liber Pontificalis, & cæremonialis 32 Episcoporum sit authenticus, & decisivus, vimque legis obtineat, eique standum, & in omnibus Ecclesiis ad unguem servandus, ut dixi *num.* 8. hoc procedit ubi est introductus, & receptus, Barbosa *dec. Apostol.* 78. *numer.* 17. & *in collect. bullar. verbo Cæremoniale*, *in princ.* ad instar legis, quæ non recepta minimè ligat, quia semper habet tacitam conditio-

ditionem, dummodo usu recipiatur, ut latè exornavi *dec.* 119. *num.* 12. *part.* 2, quibus addo Parejam *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resolut.* 8. *num.* 57. Fermosin. *in rub. de constitut. quæst.* 4. *à num.* 18. *cum seq.* Novarium *in præfat. ad pragm. Neapol. proposit.* 9. Castillo *de tertiis, tom.* 7. *cap.* 41. *n.* 77. etiamsi sit lex Pontificia, *ut tradidi dicta decis.* 119. *sub numer.* 12. *part.* 2. addo Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. *&* 27. Frasso *de Reg. patron. Indiar. cap.* 74. *numer.* 27. *&* 28. *tom.* 2. Larrea *alleg.* 64. *à num.* 28. Reg. Matthæu *de re crim. contr.* 7. *n.* 15.

33 Hæc dicebam in hac causa contentionis, sed non fuit per Cancellarium declarata, quia sua Regia Majestas per gubernium manum apposuit, & scripsit Excellentissimo Domino Duci de Ossuna, & Uzeda Proregi, & Locum tenenti Generali in hoc Cathaloniæ Principatu Regiam Epistolam tenoris sequentis,

La Rayna Governadora.

Illustre Dugue de Ossuna y de Uzeda, Primo, mi Lugar Tiniente y Capitan General. Don Miguel de Cortiada mi Abrogado Fiscal Patrimonial en essa Real Audientia dio noticia à Don Antonio Ferrer deste mi Consejo Supremo, y mi Abrogado Fiscal en el, que aviendo entendido, que à Fr. Don Luis de Pons Obispo de Solsona le recibion eren palio en las Villas de Berga y Baga, y otras de su Dioceſis, considerando ser esto regalia mia, forma competencia ante el Canceller, para obligar al Obispo, que no permitisse semejante tratamiento, y que tambien le movio pleyto en la Audientia, paraque por ella se le ordenasse, no usasse de dozel, que tenia en sa casa, y dava las audientias baxo del, y ha parecido, que el Fiscal devio antes de passarlo à ponerlo en juizio, averme dado quenta, paraque por govierno mandasse ye lo conveniente, y porque he resuelto, que en quanto al palia se observe por ahora la acostumbrado en esse Principado, sin que por parte de los Obispos se haga novedad en los Lugares, donde no se halla observada esta costumbre, ni por la demi Abogado Fiscal en las partes donde se huviere practicado, el ser recibidos con palio, y teniendo por bien conceder à los Obispos el tener dozel en sus casas, dareis orden al Fiscal (que con este pretexto) se aparte de ambas instancias, que al Canceller escrivo, con le que va con esta, que no passe à declarar en la competencia, y de todo avertireis à la Audiencia, paraque lo tenga entendido, y se execute en esta conformidad. Dat. en Madrid à 20. de Octubre 1668. *Jo la Reyna. Ut Don Christophorus Crespi Vice-Cancellar. Ut Don Petrus de Villacampa Regens. Ut Don Georgius de Castellgvi. Ut Exea Regens. Ut Fernandez ab Heredia Regens. Ut Vilosa Regens. Ut Don Antonius Ferrer. Ut Marchio de Castelnovo. Ut Don Didacus de Sada Secretarius.*

Regia Epistola scripta Reverendo Cancellario Fr. Don Francisco Bernardo de Pons Abbati Bisulduni est tenoris sequentis,

La Reyna Governadora.

Venerable, Noble Magnifico, y amado Consejero. Aviendo entendido, que el Abogado Fiscal Patrimonial con ocasion, de que Fr. Don Luis de Pons Obispo de Solsana fue recipido con palio en las Villas de Berga, Bagà, y otras de su Dioceſis movio competencia para obligar al Obispo à que no permita semejante tratamiento, siendo (como es) mi voluntad, que por ahora se observe lo acostumbrado en esse Principado, sin que por parte de los Obispos se haga novedad en los lugares, donde no se huviere observando esta costumbre, ni por parte de mi Fiscal en los que se huviere practicado el ser recibidos con palio, me ha paricido advertiros dello pues con esto nos es necessario passer à otra declaracion. Dat. en Madrid à 20. de Octubre 1668. *Jo la Reyna. Ut Don Christophorus Crespi Vice-Cancellarius. Ut Don Petrus de Villacampa Regens. Ut Don Georgius Castellvi. Ut Exea Regens. Ut Ferdinandus ab Heredia Regens. Ut Vilosa Regens. Ut Don Antonius Ferrer. Ut Marchio de Castelnovo. Don Didacus de Sada Secretarius.*

35 In executionem dictorum epistolicorum rescriptorum congregatæ fuerunt Aulæ Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, & illis lectis Fisci Procurator Patrimonialis cum prætextu in eis contento dedit supplicationem die 29. Octobris 1668. coram Reverendo Cancellario, & renuntiavit causæ contentionis super pallio.

Unum ex his nota, quod Episcopus cùm ad suam 36
Civitatem ingreditur, vel ad visitationem accedit, recipiendus est sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgo, *Debaxo de palio*, si adest consuetudo in Civitate, Villa, & Loco; aliàs secùs, quia in honorantiis consuetudo Civitatis, Villæ, & Loci attenditur, ut disponitur in dictis Regiis epistolis *relatis*, *num.* 33. *&* 34. & tradunt Franchis *dec.* 253. Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.* 1. *c.* 5. *n.* 2. & aliis Salzedo *num.* 9. *cum seq.* adstipulatur declaratio Sac. Congregationis ritus in Tarraconen. 2. Martii 1613. apud Barbosam *collect. Bullarii, verbo Consuetudo, vers. Consuetudo ut Magistratus, & dec. Apostol.* 111. *n.* 18.

Hæc autem consuetudo, ut censeatur introducta, 37
quos actus requirat, & per quod tempus, & an testes debeant deponere de visu actuum, vel sufficiant de auditu, & debeant esse contestes, & non singulares circa actus, & non interrogati rationem reddere dictorum suorum, & de tota materia videndi sunt Menochius *cons.* 187. *numer.* 57. *tom.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 424. Valascus *consult.* 162. Molina *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 44. Gail. *lib.* 2. *obser.* 32. Salazar. *de usu, & consuet. cap.* 5. *num.* 7. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 357. Tusch. *pract. concl. litera C, concl.* 795. *&* 796. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 40. Borrell. *in addit. ad Bellug. rubr.* 4. *litera E, & in sum. dec. part.* 1. *tit.* 14. *à num.* 19. Valenzuela *cons.* 4. *à numer.* 47. *& cons.* 34. *à numer.* 162. Cast. Palaus *in oper. mor. part.* 1. *tract.* 3. *disp.* 3. *punct.* 2. §. 2. *&* 3. *& punct.* 6. Diana *resol. mor. part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 2. 3. 7. 9. 10. 11. *&* 12. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 2. *resol.* 2. 4. 13. 15. 16. 17. *&* 19. Villalobos *in sum. part.* 1. *tractat.* 2. *dif.* 38. Barbosa *in cap. fin. à num.* 13. *ad* 21. *& in addit. tom.* 6. *à num.* 5. *de consuetud.* Fermosin. *in rubr. de consuetudine in præmis. & quæst.* 1. *& in cap. fin. quæst.* 5. Vela *dissert.* 3. *à num.* 37. Sperel. *dec.* 67. *à num.* 19. *ad* 31. *& à num.* 40. *lib.* 2. Ferrer. *in constit. Los impubers, glos.* 8. *num.* 121. *& in constit. Hac nostra eviden.* 2. Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de competen. q.* 72. *à n.* 21. Dominus Vicecancell. Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 63. *à n.* 11.

Sed cùm Castellanus de Amposta Religionis San- 38
cti Joannis Hierosolym. de mense Octobris 1667. in Villis de Benisanet, & Miravet receptus fuisset sub pallio, umbella, sivè baldachino, vulgò *Debaxo de palio*, Sua Regia Majestas scripsit Excellentissimo Domino Duci de Ossuna, & Uzeda Proregi, & Locumtenenti Generali in hoc Cathaloniæ Principatu Regiam epistolam tenoris sequentis.

La Reyna Governadora.

Illustre Duque de Ossuna y de Ozeda Primo, mi Lugar Teniente y Capitan General, He visto, &c. contí- 39
net aliam materiam, postea ita dicit: *Respeto de lo demas que dezis de aver entrado cum palio el Castellan de Aposta en las Villas de Benisanet, y Miravet en el mès de Octubre del ano* 1667. *siendo esto regalia mia, y que ne se ha visto semejante tratamiento en entradas de otros, ni que esta præeminentia se le deva guardar, ha parecido mandaros se lo prohibais, y prevengais con las ordenes, quæ conviniere, paranque en nigun lugar de su jurisdicion se haga, y si tuviere que allegar. sobre esto, (aviendo primier obedicedo) se le otrà de justicia, y procederà segun fuere de derecho.* Deinde continet aliam materiam, & concludit. *Dat. en Madrid à* 19. *de Julio* 1669. *Jo la Reyna. Ut Don Christophorus Crespi Vice-Cancellarius. Ut Don Petrus de Villacampa. Ut Don Georgius de Castellvi. Ut Fernandez de Heredia Regens. Ut Vilosa Regens. Ut Don Antonius Ferrer. Ut Marchio de Castelnovo. Don Didacus de Sada Secret.*

Pro coronide scias, quod fiscus habet restitutionem in integrum contra literas Regias eidem præjudiciales, & contra factum Principis, & sententiam, ut ex Boer. Cald. Pereyr. & Galeot. tradit Fa-

dit Fajard, *allegatio fiscal*, 49, *numero ducentesimo secundo*.

ARGUMENTUM.

An Episcopi in eorum domibus possint habere tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò dozel.

SUMMARIUM.

1 *Baldachinum apud antiquos Romanos non invenitur, sed est vox Itala.*
2 *Baldachinum quid sit.*
3 *Baldachinum apud nonnullos vocatur pallium, numer. 3. ab aliquibus nuncupatur serica umbella, sivè tusellum, vulgò dozel, numer. 4. ab aliis appellatur tegmen, numer. 5. ab aliis solium, & thronum, numer. 7. vera opinio refertur, numer. 8.*
6 *Tegmen est tusellum, sivè dozel.*
8 *Baldachinum duplex est.*
9 *Factum causæ ponitur.*
10 *Episcopi in eorum domibus possunt habere tegmen, tusellum, sivè baldachinum, vulgò dozel, numer. 10. sed statur consuetudini, num. 50. & Regiæ concessioni, numer. 53. Regia Epistola refertur n. 53.*
11 *Episcopi æquiparantur Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, num. 11. & honorantur sub titulis Ducum, Marchionum, & Comitum, num. 12. præcedunt quoscumque Barones, seu Duces, aut Marchiones, seu alio titulo decoratos, num. 12. & in suis Diœcesibus sunt procul dubio majores quibuscumque Principibus sæcularibus illarum, & illis absque ullo scrupulo præsunt, num. 14. assimilantur, & æquiparantur Præfectis Prætori, n. 16. seu comparantur Præsidibus Provinciarum, n. 17. dicuntur jure Principes, num. 19. imò dicuntur Reges, numer. 20. & in actionibus spiritualibus sunt majores Imperatoribus, seu Regibus, num. 21. ac in eis debent Principes in adventu Episcoporum assurgere, venerabilemque Sedem juxta se ad partem dexteram illis assignare, numer. 22. dici possunt Serenissimi. quod nomen est Regium, & Imperiale, num. 23. honorantur notabili nomine dominorum, numer. 24. & coram eis genuflectionis reverentia tribuenda est, sicut genuflectitur Principibus excelsis, numer. 25. habent thronum, & solium in signum suarum magnarum celsitudinum, & potestatum, numer. 26. habent etiam faldistorium, num. 27. & in suis Ecclesiis Cathedralibus possunt uti baldachino, etiam in præsentia Proregum, n. 28.*
15 *Duces, Marchiones, & Comites habent in domibus suis tegmen, tusellum, sivè baldachintm, vulgò dozel.*
18 *Proreges, & Locumtenentes Generales Domini Regis æquiparantur Præfectis Prætorii, & Præsidibus Provinciarum, n. 18. & in eorum palatiis habent tegmen, tusellum, sivè baldachinum, vulgò dozel, n. 50.*
29 *Archiepiscopi possunt in eorum domibus habere tegmen, tusellum, sivè baldachinum vulgò dozel.*
30 *Archiepiscopi æquiparantur, & assimilantur Ducibus, num. 30. & in jurisdictione comparantur Præsidibus Provinciarum, n. 31. sunt Duces Episcoporum, num. 32. præsunt omnibus Episcopis suarum Provinciarum, n. 33.*
34 *Patriarchæ in eorum domibus, & in actionibus publicis possunt uti tegmine, tusello, sivè baldachino, vulgò dozel.*
35 *Patriarchæ æquiparantur Regibus aliisque Principibus superiorem non recognoscentibus, numer. 35. & Summorum Pontificum privilegiis, & prærogativis utuntur, num. 36. appellantur Summi, & Principes patrum, num. 37. præferuntur Archiepiscopis, & Episcopis, num. 38. & cæteris Prælatis sunt majores, non solùm dignitate, verùm etiam potestate, & jurisdictione, numero 39.*
40 *Legati de latere in domibus suis, & in actionibus publicis suarum legationum possunt uti tegmine, tusello, sivè baldachino, vulgò dozel.*
41 *Legati de latere vices gerunt Summorum Pontificum, & sunt eorum imagines, numer. 41. possunt in Provinciis suis, quidquid Archiepiscopi, & Episcopi in suis Diœcesibus, numer. 42. immò habent supremam potestatem, & ampliorem, quàm Archiepiscopi, & Episcopi, 43. & dicuntur majores omnium in Provincia post Romanos Pontifices, n. 44.*
45 *Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Legati de latere impediti uti tegmine, tusello, sivè baldachino, vulgò dozel, vel aliis insigniis possunt impedientes censuris afficere.*
46 *Episcopi in qualibet Ecclesia suæ Diœcesis etiam Regularium, & exemptorum Pontificalia exercentes possunt habere, & erigere thronum, tegmen, tusellum, sive baldachinum, vulgo palio, & regulares negligentes, vel nolentes, cogere, & compellere censuris, & pœnis Ecclesiasticis.*
47 *Abbates Sancti Benedicti, ut cæteri Abbates, non possunt uti baldachino, neque throno, nec solio, etiam in Ecclesiis sibi subjectis, vel in proprio Monasterio, num. 47. Aliquibus Abbatibus exceptis, n. 48.*
49 *Tusellum, tegmen, sivè baldachinum, vulgò dozel, est ornamentum, quod post Summos Pontifices, soli Regi competit.*

DECISIO CCLXXXVI.

NE confundantur termini hujus decisionis, & precedentis, sciendum est. Quòd baldachinum apud antiquos Romanos non invenitur, sed est vox Itala, quæ solùm reperitur in libro ceremoniarum Ecclesiæ, ut docent Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 53. num. 1.* Fermosin. *in cap. 1. q. 2. num. 1. de author. & usu pallii*, Ventriglia *de jurisd. Archiep. c. 12. n. 2.* Laurent. de Franchis *contr. inter Episc. & regul. part. 1. titul. de usu baldachini, q. 3. n. 388.* 1

Baldachinum est ornamentum quoddam, quo Ecclesia utitur in aliquibus processionibus, & pro honorandis quibusdam personis insignibus, ita Lezana *in sum. quæst. regul. part. 3. verbo Baldachinum, num. 1.* Apud nonnullos ex nostratibus vocatur pallium, ita Alberic. & Villadiego, quos citant Marta, Fermos. & Ventriglia; primus *à num. 2.* secundus *num. 1. in fine, & n. 19.* tertius *numer. 2. in fine*. Ab aliquibus nuncupatur serica umbella, sivè tucellum vulgò *Dozel*, Mastril. *de Magistrat. lib. 4. c. 13. n. 180.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part. 1. c. 12. num. 50.* Daniel de Nobilib. *controv. disput. 60. num. 25.* Ab aliis appellatur tegmen; Marta *de jurisd. part. 2. cap. 53. à num. 6.* Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. num. 1. in fine, & num. 2. de author. & usu pallii*, Ventriglia *de jurisd. Archiep. cap. 22. num. 3.* Et tegmen est tucellum, sivè dozel, Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. sub numer. 69. & in polit. lib. 5. c. 11. vers. J en los mismos, fol. 871.* Ab aliis denique vocatur solium, & thronum, Ventriglia *de jurisdict. Archiep. c. 22. numer. 4.* Daniel de Nobilibus *contr. disp. 60. num. 25.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. c. 12. num. 48.* Laurent. de Franchis *controv. inter Episc. & regul. part. 1. tit. de usu baldachini, q. 3. n. 348.* alia plura tradit Giurba *de succes. feud. c. 118. §. 2. glos. 13. n. 53.* 2 3 4 5 6 7

Sed cùm Baldachinum sit duplex; aliud portatile, quod in processionibus quibusdam solet deferri, aliud fixum, quod suprà solium Episcoporum, vel aliorum erigitur, ut dicit Lezana *loco allegando, num. 10.* mea est sententia, quod si baldachinum habet hastas, portaturque per vicos, & plateas, est pallium, sivè umbella, vulgò *palio*, sicque sumitur in decisione præceden- 8

cedente: si autem baldachinum est parieti affixum, est tegmen, sivè tucellum, vulgò *Dozel*, & ita sumitur in hac, & sequenti decisione.

9 Hoc præhabito. Cùm ad notitiam Fisci Procuratoris Patrimonialis pervenisset, quod illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Fr. Don Ludovicus de Pons Episcopus Celsonen. posuerat in ejus domo tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò *Dozel*, & sub eo dabat audientias, movit litem in Regia Audientia Cathaloniæ præcedens id illi licitum non esse. Sed pro parte Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticę, Celsonen. fuit mota contentio forma solita, prætendens cognitionem hujus causæ ad Curiam Ecclesiasticam pertinere, eaque firmata, & ad Cancellarium devoluta. Quæritur, quid juris circa præeminentiam habendi tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò *Dozel*, in ejus domo, nam circa præeminentiam dandi Audientias sub eo, dicam in sequenti decisione.

10 Pro parte Episcopi Celsonen. dici poterat, quod Episcopi in eorum domibus possunt habere tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò *Dozel*, ut notat Lezana *p.* 3. *verbo Baldachinum, n.* 1. *in fine*, & in fortioribus terminis notant Daniel *de Nobilibus, controv. disput.* 60. *n.* 25. 68. *&* 69. Mastril. Alzedo, & Barbosa laudati *infra n.* 13. quod probatur,

11 Primò, quia Episcopi æquiparantur Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, Zerola *in prax. Episcop. p.* 1. *verbo Episcopus, num.* 14. Maranta *p.* 4. *dist.* 5. *num.* 13. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 16. cum relatis per Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *c.* 10. *num.* 57.

12 & honorantur sub titulis Ducum, Marchionum, & Comitum, Chassan. *cum aliis in cathal. gloriæ mundi, part.* 4. *consid.* 25. Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 3. *n.*

13 20. Imò Episcopi præcedunt quoscumque Barones, seu Duces, aut Marchiones, seu alio titulo decoratos, scribit post alios Loter. *de re benefic. libr.* 1. *q.* 9. *numer.* 124. sequitur Daniel de Nobilibus *controvers. disput.* 60. *num.* 6. Et in suis domibus sunt proculdubio

14 majores quibuscumque Principibus sęcularibus illarum, & illis absque ullo scrupulo præsunt, Abbas *in c. Omnes, numer.* 1. *& in cap. Solitæ, n.* 7. *de major. & obed.* Riccius *dec.* 220. *num.* 3. Sperel. *dec.* 122. *num.* 16.

15 *part.* 2. Sed Duces, Marchiones, & Comites habent in domibus suis tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò *Dozel*, ut ubilibet docet experientia, Martha *de jurisd. part.* 2. *cap.* 53. *num.* 14. 15. & 16. Mastril. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 180. 181. & 182. Fermosin. *in cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 5. *de author. & usu pallii*, Vintriglia *de jurisdict. Archiep. cap.* 22. *num.* 4. *in fin.* ergo, &c.

16 Secundò, quia Episcopi assimilantur, & æquiparantur Præfectis Prætoriis, Garcia *de nobilit. gl.* 48. §. 3. *num.* 35. Bobad. *in polit. libr.* 2. *c.* 17. *num.* 15. Sperel. *dec.* 122. *num.* 13. *part.* 2. Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 3. *numer.* 19. cum aliis per Alzedo *de præcel. Episc. dign. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 59. seu ut alii dicunt,

17 Præsidibus Provinciarum comparantur, Peregrin. *de jure fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 105. *in fine*, Ciarlin. *contr. forens. cap.* 50. *num.* 30. *part.* 1. Mastril. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 389. Solorzanus *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 2. alios addit Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.* 1. *cap.* 10. *numer.* 51. Sed Præfe-

18 cti, & Præsides Provinciarum, quibus Proreges, & Locum-tenentes Domini Regis æquiparantur, Oliba *de jure fisci, cap.* 4. *num.* 59. Novar. *in pragmat. Regn. Neapol. in præfat. propositt.* 2. *numer.* 8. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 4. Quesada Pilo *controvers. forens. cap.* 3. *numer.* 19. abundè Mastril. *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *numer.* 4. 18. *& à numer.* 22. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 6. 7. *&* 70. *& in polit. lib.* 5. *cap.* 10. *versic. Y verdaderamente, cum seq. fol.* 862. *& in versic. Assi mismo, fol.* 872. Matthæu *de regim. Regn. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *à num.* 11. Excellentissimus Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *in admonit. ad lector. ad suas observat. numer.* 16. habent in palatiis tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò Dozel, *ut infrà, numer.* 29.

Tertiò, quia Episcopi dicuntur verè Principes, Riccius *dec.* 230. *numer.* 23. Maranta *tomo* 3. *respons.* 88. 19
numer. 3. Sperel. *decis.* 122. *num.* 14. *part.* 2. Quesada Pilo *controv. forens. cap.* 3. *num.* 19. *in fine*, Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 1. Barbosa *de jur. Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 36. plures alios 20
citat Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *capite* 8. *num.* 48. Imò dicuntur Reges, Quesada Pilo *contr. forens. cap.* 3. *sub num.* 20. cum relatis Alzed. *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *c.* 10. *num.* 53. & in actibus spi- 21
ritualibus sunt majores Imperatoribus, seu Regibus, Bobad. *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *numer.* 12. plures Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.* 1. *capit.* 8. *numer.* 49. Et in eis debent Principes in adventu 22
Episcoporum assurgere, venerabilemque sedem juxta se ad partem dexteram illis assignare, *cap. Solitæ*, ubi Abbas *numer.* 7. *de major. & obed.* Chassan. *in cathal. glor. mundi, part.* 4. *consid.* 25. *&* 28. Maran. *respon.* 76. *numer.* 13. *tom.* 5. Daniel de Nobilibus *controvers. cap.* 60. *à numer.* 7. Quesada Pilo *controvers. forens. cap.* 3. *numer.* 21. latè Alzedo *de præcel. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 8. *à numer.* 53. Bobadil. *in polit. libr.* 2. *capite* 17. *numer.* 12. Ideoque dici possunt Sere- 23
nissimi, quod nomen est Regium, & Imperiale, Riccius *dec.* 230. *num.* 53. Chassan. *in Cathalog. glor. mundi, part.* 4. *consid.* 25. Sperel. *dec.* 132. *numer.* 15. *par.* 2. Quæsada Pilo *controv. forens. cap.* 3. *numer.* 15. alios cumulat Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *capit.* 10. *numer.* 33. novissimè noster Romaguera *ad Synodal. Gerunden. libr.* 1. *tit.* 6. *capit.* 4. *numer.* 6. *& seqq.* ubi plures laudat. Honoranturque notabili 24
nomine Dominorum, Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.* 1. *capit.* 10. *numer.* 19. 20. *&* 21. Et co- 25
ram eis genuflexionis reverentia tribuenda est, sicut genuflectitur Principibus excelsis, Alzedo *de præcel. Episcop. dignitab. part.* 1. *cap.* 8. *à numer.* 63. sed Principes, & Reges habent in eorum Palatiis tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò Dozel, *ut infrà, n.* 28. Ergo, &c.

Quartò, quia Episcopi habent thronum, & solium 26
in signum suarum magnarum Celsitudinum, & Potestatum, Bald. *in c. solitæ, numer.* 2. *de major. & obed.* agit de exhiben. auxilio, *fundamen.* 6. quos, & alios citat Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *capite* 12. *numer.* 48. sequitur Barbosa *de jure Eccles. univers. libr.* 1. *capit.* 12. *numer.* 35. *versic.* 17. *& de potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 30. *numer.* 16. addo Daniel de Nobilibus *controvers. disput.* 60. *numer.* 25. & thronum, & solium est tegmen, sivè balda- 27
chinum, vulgò Dozel, *ut infrà, numer.* 28. Habent etiam faldistorium, Alzedo *de præcel. Episcop. dignitat. part.* 1. *capit.* 12. *numer.* 49. Barbosa *de potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 80. *sub numer.* 16. *& de jure Eccles. univ. libr.* 1. *capite* 12. *numer.* 35. *versic.* 17. Et in 28
suis Ecclesiis Carhedralibus possunt uti Baldachino, vulgò Dozel, etiam in præsentia Proregum, Mastr. *de magistrat. libr.* 4. *cap.* 13. *numer.* 133. Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part.* 1. *capit.* 12. *numer.* 50. Barbosa *de potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 80. *sub numer.* 16. *& de jur. Eccles. univ. lib.* 1. *capit.* 12. *numer.* 35. *versic.* 17. *in fine*. An autem Episcopi nedum in Cathedrali, sed ubicumque, id quocumque loco, eodem modo, baldachinum habere possint in eis Ecclesiis, ad quas solent accedere, licèt per accidens non accedant, latè disputat, sed in affirmativam inclinat, etsi cogitandum relinquat Daniel de Nobilibus *contr. capit.* 60. *à n.* 61. *vers. Posset hìc oriri quæstio, usque ad finem*.

Idem à fortiori dicendum est in Archiepiscopis, 29
qui in eorum domibus possunt habere tegmen, tucellum, sivè Baldachinum, vulgò Dozel, probant Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 53. *à numer.* 26. Fermosin. *in cap.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 7. *&* 9. *de authorit. & usu pallii*, qui dicunt, quod in actionibus publicis, quas faciunt, ut Archiepiscopi ita in eundo in processionibus solemnibus, sicut stando coram universo populo debent habere baldachinum, & quod Imperator Valentinianus illo usus fuit, & donavit Archiepiscopo Plabenatensi, & addunt verosimiliter

esse

esse Constantinum, vel alios Imperatores donasse cæteris. Et quod Archiepiscopis concedatur baldachinum, non solùm quando celebrant in Diœcesi sua, sed per totam Provinciam etiam in locis exemptis, ex quo illius usus ad honorem Archiepiscopalem spectat, & est de accessoriis ad celebrationem, docet Vintriglia *de jurisdict. Archiep. cap. 22. num.* 5. Tum
30 quia Archiepiscopi æquiparantur, & assimilantur Ducibus, Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 53. numer.* 27. Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. n. 7. & 8. de author. & usu pallii*, Vintriglia *de jurisdict. Archiep. cap. 22. numer.*
31 5. Tum quia Archiepiscopi comparantur in jurisdictione Præsidibus Provinciarum *glos. in cap. 1. verbo Canonica ass. Ad in 6.* Martha *in jurisdict. part. 2. capit.* 33. *num.* 25. Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. numer. 7. de authorit. & usu pallii*, Vintriglia *de jurisdict. Archiep. cap. 2. num. 6*: Tum quia Archiepiscopi sunt Du-
32 ces Episcoporum, Martha *de jurisdict. part. 2. cap. 53. num.* 27. Fermosin. *in cap. 1. q. 2. num. 9. de author. & usu pallii*, Vintriglia *de jurisdict. Archiep. cap. 2. n. 5.*
33 Imò dicuntur Principes Episcoporum, quia omnibus suarum Provinciarum Episcopis præsunt, plures Barbosa *de potestat. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 9. num.* 10. & *de jure Eccles. univ. lib. 1. cap. 7. num.* 1. Fermosin. *in rub. n. 1. de author. & usu pallii*, Vintriglia *de jurisd. Archiep. c. 1. n. 4. & c. 3. num. 1.*
34 Idem intelligendum est de Patriarchis, qui in eorum domibus, & in publicis actionibus habere possunt tegmen, tucellum, sivè baldachinum vulgò Dozel, Martha *de jurisd. part. 1. cap.* 53. *num.* 25. Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. numer. 10. de author. & usu pallii.*
35 Tum quia, ut dicit Martha *loc. citat.* æquiparantur, & assimilantur Regibus, aliisvè Principibus superiorem non habentibus, pluries Barbosa *de potestat. Episcop. part. 1. tit. 3. c. 1. num.* 30. *& de jure Eccles. univ.*
36 *libr. 1. c. 6. numer.* 29. Et Summorum Pontificum privilegiis, & prærogativis utuntur, Barbosa *de potest. Episcop. part. 1. tit. 3. cap. 6. num.* 31. ac uti jus est eorum insigniis, & ornamentis, Barbosa *de potest. Episc. part. 1. tit. 3. cap. 1. numer.* 31. *& de jur. Eccles. univ. lib. 1. c. 1. num.* 31. Alzedo *de præcel. Episc. definit. part. 1. cap. 5. numer.* 61. Tum quia Patriarchæ appellantur
37 Summi, & Principes Patrum, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos.* 41. *num.* 11. multos citat Barbosa *de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 6. num. 9. & tit. 3. cap. 1. num.* 18. *& de jur. Eccles. lib. 1. cap. 6. num.* 10. Ideoque præ-
38 feruntur Archiepiscopis, & Episcopis, Hermosilla ad Gregor. Lopez, *in prologo, glos. 2. num.* 59. *tomo 1.*
39 Et cæteris Prælatis sunt majores, non solùm dignitate, verùm etiam potestate, atque jurisdictione, Barbosa *de jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 6. num.* 22. Nec mirum cùm habeant ordinariam jurisdictionem super omnes Archiepiscopos, & Episcopos suarum Provinciarum, ut dixi *dec.* 122. *num.* 11.
40 Idem enim dicendum est de legatis de latere, qui in eorum domibus, & actionibus publicis suarum legationum possunt uti tegmine, tucello, sivè baldachino, vulgò Dozel, Marta *de jurisdict. part. 2. cap.* 33. *à num.* 17. *videndus numer.* 23. *&* 24. Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. n.* 10. *de authoritat. & usu pallii.* Tum
41 quia Legati de latere vices gerunt Summorum Pontificum, & sunt eorum imagines, Marta, & Fermosin. *locis citatis*, ille *à numer.* 17. iste *numer. 6.* plures addit Barbosa *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 5. numer. 1.*
42 Tum quia Legati de latere nedum possunt in suis Provinciis quicquid Archiepiscopi, & Episcopi in suis Diœcesibus, Barbosa apud alios *de jure Eccles. univ. libr. 1. c. 5. num.* 24. Vintriglia *de jurisdict. Archiepiscop. c.* 148. *numer. 1. in fine*. Sed etiam habent supre-
43 mam potestatem, & ampliorem quàm Archiepiscopi, & Episcopi, & Marta, &
44 Fermosin. *ubi suprà*, ille *numer.* 23. iste *num.* 10. Imò dicuntur majores omnium in Provincia post Romanos Pontifices, Barbosa *in capit. Volentes, num.* 3. *de offic. Legat.*
45 Prædicta adeò vera sunt, ut Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Legati de latere, vel alii Supremi Magistratus impediti uti tegmine, tucello, pallio, umbella, baldachino, vel aliis insigniis, possunt impedientes censuris afficere, ut latè probant Marta *de jurisdict. part. 2. c. 53. à numer.* 32. Fermosin. *in cap. 1. quæst. 2. de author. & usu pallii*, addo Barbos. *de jure Eccles. univ. lib. 1. cap. 12. & dec. Apostol.* 285. *num.* 5. Daniel de Nobilibus *controv. in addit. ad disp. 60. numer. 6.* Vintrigliam *de jurisdict. Archiepisc. cap. 22. num. 6.*

Imò addunt Doctores, quòd Episcopus in qua- 46
libet Ecclesia suæ Diœcesis etiam Regularium, & exemptorum Pontificalia exercens, potest erigere, & habere thronum, tegmen, sivè baldachinum, & regulares negligentes, vel nolentes, cogere, & compellere censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ut declaravit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium die 10. Junii 1603. quam referunt Quaranta *in summ. Bular. verbo Privilegia regularium*, Lezana *q. regul. tom. 1. cap. 11. numer. 3. & tom. 3. verbo Baldachinum, numer. 3.* Novar. *in summ. Bullar. verb. Baldachinum, in princ.* Alter Novar. *in lucer. regul. verbo Baldachinum, num. 8.* Riccius *in praxi, resolut. 313. numer. 1. & 2.* Gratian. *discep. forens. cap. 467. num. 54.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. capit. 3.* Ugolin. *de potestat. Episcop. part. 1. cap. 26. §. 5. numer. 3. & 4.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. cap. 11. numer. 51.* quos, & alios plures laudat Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 80. num. 12. & in collect. ad Conc. Trident. 6. de reform. cap. 5. numer. 23. de jur. Eccles. univ. lib. 1. c. 12. num. 10. & decis. Apostol. 53. num. 1. & dec. 582. num. 2.* quibus addo Dianam *resol. mor. part. 2. tract. 2. de dub. regular. resol. 109. versic. Notæ tamen; in coordin. part. 7. tract. 1. resol. 49. num. 2.* Daniel de Nobilibus *controv. disp. 60. num. 62. & in addit. num.* 8. Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 15. numer. 5.* Vintrigliam *de jurisd. Archiep. cap. 22. numer. 4. 5. & 6.* Thom. del Bene *de immunitat. Eccles. part. 2. cap. 14. dubit. 4. num. 6.* Riccius *decis. 21. part. 3.* Campanile *divers. jur. canon. rubr. 9. tit. 5. numer. 3.* Cespeda *de exemp. regul. cap. 13. dub. 222. numer. 3.* Laurent. de Franchis *controv. inter Episcop. & regul. part. 1. tit. de usu baldachini, num.* 378. *& quæst. 1. numer. 380.* ubi Pasqualigus *num.* 381. *&* 385. etiam in Monasteriis exemptis regularium, Tuschus *de visit. libr. 2. c. 8. num. 5.* Novar. *in summ. Bullar. verbo Baldachinum, numer. 4.* Cespeda *de exemp. regul. c. 13. dub. 222. numer. 5.* Pasqualigus *citatus ubi proximè, quæst. 1. num.* 374. *per text. in clement. 2. de privileg.* quicquid dicant Maranta *in summ. Bullar. verbo Archiep. versic. 30. in fine*, Gratian. *discept. forens. cap. 467. numer. 46.* Vintriglia *de jurisdict. Archiep. c. 22. num. 6. in fine*, Imò Episcopi exteri de consensu Diœcesan. possunt erigere baldachinum in Ecclesiis regularium ipsis invitis, Novar. *in summ. Bullar. tit. de baldachin.* Squilante *de obligat. & privileg. Episc. part. 1. c. 32. num. 4.* quicquid dicant Cespeda *de exemp. regul. c. 13. dub. 222. num. 7. vers. Opposita tamen*, Donat. *in prax. rer. regul. part. 2. tract. 13. quæst. 75.* quin contra eos sit verior sententia, ut per Pasqualigum ad Laurent. de Franchis, *contr. inter Episc. & regul. part. 1. tit. de usu baldach. n.* 394.

Abbates autem Sancti Benedicti, & cæteri Abba- 47
tes non possunt uti baldachino, neque throno, vel solio, etiam in Ecclesiis sibi subjectis in proprio Monasterio, ut declaravit Sacra Congregatio, de cujus decreto meminit Alzedo *de præcellen. Episcop. dignit. part. 1. cap. 12. num.* 52. & ad literam refert Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 80. num.* 10. Exceptis Abbatibus Cœlestinis, Abbatibus Congregationis Cassinen. Abbatibus Olivetanis, Abbatibus Camaldulensibus, & Prælatis Canonicorum Regularium Lateranensium, qui uti possunt baldachino sine auro tamen, & pompa in tribus anni festivitatibus solemniter celebrantes, tradunt Lezana *quæst. regul. tom. 3. verbo Baldachinum, numer. 5.* Novar. *in summ. Bullar. verbo Baldachinum, numer. 5.* Barbosa *de potestat. Episcop. part. 3. alleg. 80. num. 18. versic. Tertio die, & de jure Eccles. univer. lib. 1. cap. 17. numer. 59. versic. Baldachino, & in collect. ad Concil. Tridentin. sess. 6. de reformat. c. 5. num. 4.* & latè *dec. Apostol. 53. num. 7. 8. 9. 10. & 11.* Daniel de Nobilibus *controv. in addit. ad disput. 60. numer. 9.* Pasqualig. ad Laurent.

de Fran-

de Franchis *controv. inter Episcop. & regular. part. 1. tit. de usu baldachini à n.* 390. Rodoer. *in addit. ad Marinis, lib. 1. resol. quotid. c. 1. n.* 17.

49 Pro parte verò Fisci procuratoris Pattimonialis dicebam, quod tegmen, tucellum, sivè baldachinum vulgò *Dozel*, est ornamentum, quod post Summos Pontifices soli Regi competit, Mastril. *de Magist. lib. 4. cap.* 13. *num.* 181. & probant Matthæu *de jurisdict. part. 2. cap. 53. à num.* 6. Fermosin. *in c. 1. quæst. 2. n. 2. & 3. de author. & usu pallii*, Vintriglia *de jurisd. Archiep. c. 27. num. 3. &* 4. ex lib. 3. Regum cap. 10. versic. 9. ubi Regina Sabba salutando Salomoni, dixit: *Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eo quòd dilexisti Dominum in sempiternum, & constituit te Regem, ut faceres judicium, & justitiam*, ubi glossa ait thronum Regis tegmine adornatum esse, Et Proverbiorum cap. 20. vers. 8. *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo*. Item Athenien. lib. 12. cap. 3. ait: *Persarum Reges quamvis delictis addicti, tamen jus in aureo solio, & purpureo tegmine cooperto dicebant*, quibus addo Borrel. *in addit. ad Bellugam, in specul. Princip. rubric. 6. litera B, fol.* 15. ad quem se refert Hermosil. ad Gregor. Lopez *in prolog. glos. 2. n.* 89. *fol.* 10. *part.* 1. Chass. *in cathal. glos. 2. part. 5. consid.* 32. Giurba *de succes. feud. c.* 118. §. 2. *glos.* 13. *num.* 58. Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 2. numer.* 2. qui etiam id probant ex lib. 1. Regum cap. 8. vers. 8. *Ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat*, & lib. 3. Regum cap. 1. vers. 35. *Vincet Rex Salomon, & sedebit super solium*, & Job cap. 36. vers. Sed: *& Reges in solio collocat in perpetuum, ut illic erigatur*, citat etiam jura *in l. benè à Zenone, Cod. de quadrien. præscript. can. Principes, sæculi* 23. *q.* 5. quæ loquuntur de culmine Principum, & secundùm Borrell. *loco citato*, culmen quandoque thronus, quandoque sedes, quandoque solium appellari solet, & abundè prosequitur Marta *loco citato*, de thronis, tegminibus, & soliis, ac de insigniis Romanorum Regum, alia addunt Calic. *in extravag. c. 3. num.* 5. Peguer. *in prac. ver. part. 1. c. 8. num.* 2. Bosch. *dels titols de honor. libr. 5. c.* 36. *versic. Los ordens, fol.* 583. Freccia *de subfeud. lib. 2. Cod. quis dicatur Dux*, Conrad. *in templo omni Judic. lib. 1. c.* 3. *& seq.* Dexart. *in cap. 1. à num.* 11. *& 79. de parlam.* Excellentissimus Dominus Vicecanc. Don Christophorus Crespi de Valdaura *observat. 15. n.* 187. *part. 1. & obser. 111. num.* 30. *part. 2.* & de Solio Regis meminit glos. *in Clement. dudum, verbo Cathedram, de sepulturis*. Hoc autem regale ornamentum

50 est communicatum Proregibus, & Locumtenentibus Generalibus Domini Regis, etiamsi non sint titulati tamquam ejus personam repræsentantes, qui in eorum palatiis habent tegmen, tucellum, sivè baldachinum, vulgò *Dozel*, ut experientia docet; ita ex Novar. Belluga, Matthæu, Mastril. & Berart. qui multos alios citant. Dixi *dec.* 10. *num.* 7. *part.* 1. quibus addo Martam *de jurisdict. part. 2. c.* 51. *à num.* 22. *& num.* 19. *versic. Si Vice Rex*, Fermosin. *in c. 1. quæst. 2. numer. 4. de author. & usu pallii*, Reg. Vico *ad prag. Regn. Sard. tom. 1. lib. 2. c. 1.* & in fortioribus terminis Solorzan. *de jur. Ind. tom. 2. lib. 4. capit. 9. sub numer. 69. & in politic. l. 5. cap.* 12. *versic. J en las mesmas, fol.* 871.

Mineralia in Castella, Aragonia, Cathalaunia, Valentia, Lusitania & in regnis Indiarum, nec non in terris Imperii, pertinet ad Regem, paucis Inventori, & Domino fundi relictis, d. 93. nu. 13. & seq. & d. 94. nu. 17. & seq.
Mineralia salis an sit de regalibus, ibidem n. 23.
Mineralia sunt pars fundi in quo inveniuntur, d. 95. n. 25.
Augent fundi valorem, ideoque præbent locum beneficio *leg.* 2. Cod. *de rescind: vendit.* d. 96. nu. 26.
Mineralia metallorum inspecto naturali jure pertinent ad eorum inventores, d. 90. nu. 1. & d. 91. nu. 5.
Et ad Dominum fundi in quo inveniuntur, nu. 2.
Jure verò communi inventa in loco publico ad Principem spectant, nu. 3.
Obligatur fundi Dominus præstare fisco decimam partem meralli, nu. 6.
Et duplicatur decima, si inveniantur in loco publico, n. 7.
Quæ decimæ solvendæ sunt in auro purificato, d. 92. n. 8.

Mine-

Minoralia inventa in prædiis vinculatis, seu fideicommisso subjectis ad possessorem pertinent, decis. 92. numero 10.
Inventa in allodiariis, & feudatariis ad Dominum utilem spectant, ibid. nu. 11.
Jure tamen municipali & consuetudinario pertinent ad Reges, d. 93. nu. 12.
Missarum stipendium si solutum non est apud quem Judicem sit petendum, d. 244. à nu. 3. ad nu. 7.
Et ritè ac rectè conceditur atque accipitur à Sacerdotibus sine labe simoniæ, nu. 8. 9. & 10.
Missarum celebratio ad effectum obtinendi legatum pro eis celebrandis relictum, vel pro alia re exigenda quomodo probetur, d. 244. à nu. 14. ad nu. 19.
Missas, exequias, & officia defunctorum an possit vivens facere celebrari pro se sicut pro mortuis, erecto tumulo, quibus ipse assistet, decis. 244. numero 20. & seq.
Missas celebrare an liceat die jovis absoluta, decis. 244. nu. 24. & seq.
Missa funebris de requiem, præsente corpore, an celebrari possit die jovis absoluta. Et quid in diebus festivis, & in Dominica, d. 244. nu. 29. & 30.
Missas celebrare an liceat die veneris absoluta, d. 244. nu. 32. & seq.
Et utrùm Populus teneatur illam audire, si festum Annuntiationis B. Virginis occurrat tali die, numero 36. & 39.
Missas privatas utrùm liceat celebrare in sabbato sancto, d. 244. à nu. 42. ad nu. 48.
Missam audire an teneantur fideles in propria Parochia, d. 246. à nu. 120. ad nu. 127.
Missa V. Festum, legata, stipendium.
Mobilia non extare quomodo probetur, decis. 234. numero 37.
Mobilium & immobilium appellatione quid contineatur, d. 234. nu. 38.
Mobilia V. Maritus. V. Mulier.
Modicitas pretii qualis esse debeat ad arguendum contractum usurarium in pacto perpetuo de retrovendendo, d. 149. nu. 12.
Aut in pacto limitato seu negativè seu affirmativè, nu. 13. & 14.
Monasterium excludit substitutum si sit gravatus sub conditione si sine filiis profiteatur religionem, decis. 124. numero 5.
Si Gravatus instituerit monasterium hæredem, nu. 6.
Et de conditione apposita in Contractibus gratiosis vel onerosis, nu. 7. & seq.
Nisi aliud appareat ex voluntate Testatoris, nu. 8.
Monasterium non excludit substitutum dum apposita est conditio præcisa, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, d. 124. nu. 10.
Gaudet tamen monasterium bonis durante vita instituti si sit capax bonorum, nu. 14. & seq.
Monasterium non excludit substitutum, si statutum sit contrarium, d. 124. nu. 17.
Vel consuetudo, nu. 18. & seq.
Monasterium an adstringatur statutis & consuetudinibus juris retractus, d. 150. nu. 20.
Monasterium ratione retractus conveniri debet apud Judicem Ecclesiasticum, d. 150. nu. 28.
V. Beneficia.
Monasteria Regularium an possint habere pharmacopeam, d. 218. nu. 8. & seq.
Monasterium B. M. de Monteserrato in Cathalaunia quid d. 146. nu. 147.
Moneta falsa ducta ad Ecclesiam potest per sæculares Judices auferri, ut regio fisco tradatur, decis. 226. numero 18.
Monetæ falsæ fabricator incidit in crimen læsæ majestatis, d. 262. nu. 50.
Monetæ fabricatio de regalibus est.
Monetæ falsæ fabricator confugiens ad Ecclesiam, utrùm immunitate Ecclesiastica gaudeat, decisio 265. numero 61.
Monialis professa in Religione approbata à summo Pontifice gaudet privilegio fori, & aliis, decis. 137. nu. 8. & sequenti.
Monitio an sit præmittenda contra concubinarios, V. Ecclesiasticus. V. Judex.
Monitoria quæ Paulinæ vocantur successerunt in locum denuntiationis Evangelicæ, d. 235. nu. 6.
Monitoria pro deperditis & subtractis rebus contra non Revelantes conceduntur à Prælatis in suis Diœcesibus, & qui non declarant incidunt in censuram, dec. 235. numero 8.
Monitoria quis Judex Ecclesiasticus concedat, d. 235. n. 12.
Monitoria si concedantur quid fieri debeat, d. 235. num. 14.
Monitoria an possit publicari diebus festis, nu. 15.
Et cui sint concedenda à nu. 16. ad nu. 22.
Et quando non *latè*, nu. 23.
Eorum vigore quinam revelare teneantur, *latè* declaratur cum ampliationibus & limitationibus, dec. 235. à nu. 24. ad nu. 42.
Monitorio concesso si pars contra quem fertur, compareat asseratque se paratum ad respondendum coram suo Judice, monitorium cessare debet, decis. 235. numero 43.
Monitorium quomodo concedi possit, d. 235. nu. 44.
Et mandatum generale vel speciale quod expirat morte aut remotione concedentis antequam excommunicatio incurratur, sed post excommunicationem opus est absolutione, nu. 49.
Mortui non possunt excommunicari, d. 230. nu. 36.
Mulier si introducat virum in domum suam, mobilia existentia in domo præsumuntur esse sua, nisi per inventarium legitimè confectum constet maritum illa attulisse, d. 237. nu. 18.
Mulier an comprehendatur sub statuto prohibente domos lusorias, d. 110. nu. 90.
Comprehenditur sub statuto prohibente armorum asportationem, ibid.
Et commeationem nocturnam absque lumine, ibid.
Mulieribus an liceat portare vestimenta & ornamenta sumptuosa ad libidinem provocantia, d. 263. *per tot.*
Mulieres nequeunt inducere generalem consuetudinem quæ vim legis habeat; possunt tamen acquirere jus sedendi in Ecclesia, d. 159. nu. 14. & 15.
Mulieres comprehenduntur in statuto pœnam imponente euntibus nocte sine lumine, d. 116. nu. 90.
Quid si mulieres consortes sint in fabricatione falsæ monetæ, ibid.
Nec Princeps permittere debet lusorias domos, d. 118. nu. 92. & seq.
Mulier de jure communi potest deferre quæcumque vestimenta, d. 263. nu. 1.
Statuta prohibitiva contrarium sunt injusta, & qua ratione, d. 263. nu. 2. & 3.
Quod fusius declaratur, nu. 5.
Mulierum vestes qui authores scripserint, d. 120. nu. 6.
Mulier potest licitè se ornare ut viro suo placeat, ibid. nu. 7. & 8.
Secus quæ virum non habet, nec sibi proponit habere, nu. 9.
Quid in monialibus, nu. 10.
Mulierum ornatus immoderatus an sit licitus, nu. 11.
Peccat mortaliter induendo vestes quæ incitent homines ad libidinem, nu. 12.
Quamvis ex se non sit lethale peccatum, nu. 13. & 14.
Mulier non peccat se ornando juxta morem Patriæ, & suam qualitatem, nu. 15. & 16.
An peccat si se offerat ornatam aspectui, nu. 17. & seq.
Judith ornatus refertur, nu. 20.
Excessus in vestibus prohibetur, nu. 21.
Nisi excitandæ libidinis causa, d. 122. nu. 23. & 24.
Ornatus intentio discrimen facit inter peccarum lethale & veniale, nu. 25.
Vanitatis enim habetur ratio, nu. 26.
Mulier debet labori non ornatui vacare, nu. 28.
Et ornare se cum verecundia & sobrietate, nu. 29.
Mulierum ornatus ad libidinem provocat, d. 122. nu. 30 31. & 32.
Quæ dicuntur de ornatu & de fuco intelliguntur, nu. 33.
Mulier debet vitare nuditatem, ibid. nu. 34. & 35.
Quæ declarantur fusius, d. 123. nu. 36. & 37.
Mulier contraveniens honestati huic, & mandatis Episcopi de incedendo decenter, peccat mortaliter, d. 123. numero 39.
Aliud est in Nupta, d. 124. nu. 40.
Nupta debet tamen decorem servare, d. 124. nu. 42.
Musici, Cantores, Tibicines & similes qui Ecclesiis serviunt, an gaudeant fori privilegio & aliis, decis. 140. nu. 5. & seq.
Quid de musicis Capellæ regiæ Regni Neapolis & Siciliæ, nu. 18. & 19.

N

Necessitas ædificationis seu ampliationis Ecclesiæ requiritur ut quis rem suam Ecclesiæ vendere cogatur, d. 246. nu. 69.
Et utrùm sola utilitas sufficiat ad hanc coactionem à nu. 71. ad 78.
Necessitas moralis quæ sit, d. 246. nu. 73.
Necessitas ampliationis Ecclesiæ arbitrio judicis relinquitur, d. 246. à nu. 74. ad 78.
Negotiatio quid sit, & quotuplex, d. 206. n. 1. & 2.

Negotiatio & politica Clericis prohibita quid sit, dec. 206. nu. 3, & 4.
Negotiatio œconomica quid sit, & an Clericis permittatur, d. 206. nu. 5.
Negotiatio lucrativa duplex est propria & impropria, decis. 210. nu. 1.
Propria fit dum res integra comparatur ut carius vendatur, nu. 2.
Et seclusis parvis circumstantiis licita est laicis, nu. 3.
Sed interdicta Clericis sub peccato mortali, aliisque gravissimis pœnis, nu. 4.
Et comprehendit omnes contractus tum emendo tum vendendo, tum permutando, vel conducendo, numero 6. 7. & 8.
Negotiorum gestor rationes reddere tenetur coram Judice loci administrationis, d. 163. nu. 11.
Negotiatio impropria quid sit, d. 210. nu. 21.
Permissa est Clericis, nu. 22.
Sed ab eis exerceri non potest, nisi subsistente aliqua legitima causa, puta necessitatis, nu. 23.
Negotiatio. V. d. 206. & d. 220. *per tot.*
Nepos præmortuo Patre, institutus ab avo, & gravatus de restituenda hæreditate duas quartas detrahit, decis. 242. nu. 36.
Quod dicitur de nepotibus etiam procedit in pronepotibus, d. 243. nu. 39.
Habent enim idem jus quod nepotes, ibid. V. Legitima.
Nivis usus ad refrigerandam aquam quis fuerit inventor, d. 217. nu. 2.
Nivis usus an sit damnosus, vel salubris, d. 217. n. 3. & 4.
Nix omnibus patet, & unicuique licet eam colligere, & conservare hiemali tempore ad æstatem, d. 217. nu. 5.
Etiam Ecclesiasticis, sed non possunt vendere, n. 6. & seq.
Nix de cœlo cadens est in fructus & fundi fructus auget, d. 217. nu. 11.
Nivem qui vendunt debent gabellam si gabella pro fructuum venditione debeatur, d. 217. nu. 37.
Nix V. Capitulum. V. Baptismus.
Nobilis qui laborat in propriis possessionibus agros colendo, non amittit privilegia nobilitatis, secus si mercede conductus locaret operas suas in agris alienis colendis, d. 131. nu. 14.
Datur exceptio, ibid.
Nobilium creatio ex Plebeis est de regalibus, d. 135. n. 75.
Nobilitatus à principe præfertur nobilitato ab Inferiore qui jus habet nobilitatem concedendi, d. 135. nu. 83.
Nobiles si in oppido habitant, uti possunt pascuis communibus universitatis, d. 212. n. 53.
Nobilis pauper habens ædificium destructum & palatium cogitur illud vendere Diviti ædificare volenti, nisi ipse reficere velit, d. 246. nu. 22.
Nobiles & milites quo illustrentur titulo litteris regiis expeditis per Cancellariam, d. 247. nu. 21.
Notarius Clericus recusans instrumenta publica tradere penes eum existentia compellendus est per Judicem Ecclesiasticum, d. 176. nu. 41.
Notarii seu Tabellionis officium in sæcularibus & profanis negotiis Clerici non possunt exercere, decis. 176. numero 42.
In quocumque sint ordine, nisi aliter consuetudo disponat, n. 43. & 44.
Valida tamen sunt instrumenta eorum si à suis superioribus non fuerit illis interdictum officium, n. 45. & 46.
Notario attestanti solemnitates in decreto Judicis adhibitas fuisse ante interpositionem decreti, non datur fides, d. 158. nu. 8.
Quod excipitur, nu. 9. & 10.
Notarius Ecclesiasticæ curiæ pro mercedibus & sumptibus processus agitati in Ecclesiastica curia potest litigantes convenire coram Judice Ecclesiastico, d. 162. nu. 11.
Notarii creati à Baronibus possunt in eorum territoriis recipere non solùm acta judicialia, sed etiam quæcumque instrumenta, d. 176. nu. 21.
Et valida sunt ubique, nu. 22. & 23.
Notarii sive regii sive Baronum non possunt instrumenta recipere extra jurisdictionem eorum à quibus sunt creati, d. 176. nu. 24.
Etiamsi partes consentiant, nu. 25.
Quod limitatur usque ad nu. 35.
Notarii creati à Papa vel ab Imperatore possunt ubique instrumenta conficere, d. 176. nu. 26.
Circa spiritualia, secus quoad alia, nu. 27.
Utrùm ad pias causas, nu. 28. 29.
Notarii regii licèt de jure non possint in spiritualibus & beneficialibus instrumentum conficere, possunt tamen de consuetudine, d. 76. nu. 50. & 51.
Notarius Ecclesiasticæ curiæ pro salariis instrumentorum in ea receptorum debet in ea convenire laicum, dec. 162. nu. 12.
Notarius laicus Ecclesiasticæ Curiæ in ea tenetur rationem reddere de emolumentis ibi perceptis, dec. 163. numero 12.
Notarius in dubio censetur rogatus apponere clausulas assuetas, d. 167. nu. 53.
Sed non potest apponere juramentum sine expresso Partis consensu, nu. 54.
Quod explicatur, nu. 55. & 56.
Notarios regios Princeps solus creat de regalibus, decis. 176. nu. 19.
Notarii regii in quacumque parte regni possunt instrumenta quæcumque recipere etiam in terris Baronum, dec. 176. nu. 20.
Notarii laici pro tradenda copia instrumentorum convenire non possunt in curia Ecclesiastica, d. 176. nu. 47.
Neque pro extrahendis instrumentis alicujus beneficii, n. 48.
Notarius regius pro recuperatione scripturarum Ecclesiasticæ curiæ est conveniendus apud Ecclesiasticum Judicem d. 176. nu. 53.
Notarius recipiens instrumenta extrajudicialia intra civitatem & Parochiam vici, & ejus terminos absque licentia Episcopi & Capituli conveniendus est in Ecclesiastica curia, d. 176. nu. 54.
Notarius. V. Cognitio.
Notarius si durante novitiatu delinquat deinde ingreditur religionem, vel habitum dimittat an gaudeat fori privilegio etiam si nullo sit ordine insignitus, d. 129. nu. 50. usque ad 60.
Novalia de jure civili debentur pro terra culta, quæ anno præterito proximè cessavit, d. 191. nu. 1.
Sed de jure novo sumitur tantùm super agris nunc primum & de novo ad culturam redactis, quorum culturæ memoria non extat, nn. 2.
Novalium an decima solvenda sit *laïè*, d. 191. nu. 3. & seq.
Novalium in Cathalaunia quis sit Judex competens, decis. 191. nu. 20.
Novitius & novitia an gaudeant privilegiis fori & aliis, d. 137. à nu. 15. ad 34.
Novitius potest condere testamentum, d. 137. nu. 35.
Quod ampliatur usque ad nu. 39.
Si est sui juris. Secus si sit filius-fam. usque ad nu. 51.
Novitius filius familias durante novitiatu est in potestate Patris, d. 137. nu. 42.
Novitius sui juris disponens de bonis suis per testamentum tenetur servare solemnitates à jure requisitas, d. 137. nu. 52.
Novitio intra novitiatum decedente ab intestato, quis succedat, an venientes ab intestato, an monasterium, d. 137. nu. 53.
Novitius qui durante novitiatu deliquit & qui non suscepit ordines sacros an gaudeat fori privilegio, d. 194. nu. 3.
Nuntius Ecclesiasticæ curiæ potest incedere per civitatem pro judicialibus provisionibus in Curia Ecclesiastica, d. 162. nu. 1.
Nuntiatio novi operis est provocatio quædam sive extrajudicialis apellatio, d. 74. nu. 1.
Quomodo fiat, nu. 3. & 4.
Utrùm fiat verbaliter, & quibus verbis, nu. 5.
An requirat scripturam, & fieri possit extrajudicialiter, ibid.
Nuntiatio novi operis qualiter fiat per lapsum, seu jactum lapilli, d. 75. nu. 6.
Et qualiter ex authoritate Prætoris, nu. 7.
Quæ differentia inter utramque, nu. 8.
Nuntiatio competit tantùm pro incepto, non perfecto, d. 76. nu. 9.
Contra perfectum opus, quale competat remedium, ib.
Novum opus quod dicatur, nu. 10.
Nuntiatio non datur adversùs eum qui reficit opus antiquum, ibid. & d. 77. nu. 11.
Fieri potest tantùm in operibus quæ solo cohærent, n. 13
A quibus Personis fieri possit, d. 78. nu. 14.
An adversùs eam omissam minor restituatur, nu. 15.
Nuntiatio quibus Personis fiat, nu. 16.
Et pro quibus operibus, nu. 17.
Nuntiatio celeritatem requirit, nu. 18.
Fieri an possit diebus feriatis, nu. 19.
Quos effectus pariat, nu. 20.
Appellari potest à provisione super nuntiatione, decis. 79. nu. 21.
Et à sententia definitiva quæ declaravit illam procedere, ad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum, ibid. nu. 22.
Sed non appellatur à sententia qua declaratur demoliendum opus post nuntiationem, nu. 23.
Executio tamen sententiæ in operis novi nuntiatione non potest fieri diebus feriatis, d. 80. nu. 24.
Nuntiationis quis actor sit, & quis Reus in judicio novi operis, d. 80. à nu. 25. ad 31.

Nuntians Clericus novum opus potest adire Judicem Ecclesiasticum, d. 80. nu. 32.
Et laicus laicum, d. 81. nu. 33. & 34.
An excommunicatus possit novum opus nuntiare, dec. 81. numero 37.
Quia est voluntaria defensio, ibid.
Nec obstat quin ad veriora procedatur in ædificio, ibid.

O

OBlationum nomine quæ veniant, d. 170. nu. 1.
Quare dicantur oblationes, non verò donationes, n. 2.
Quæ sint earum species, nu. 5.
Oblationes usu & consuetudine judicantur, d. 170. n. 4.
Earum usus antiquissimus, nu. 7
Oblationes non debentur ex præcepto, d. 170. nu. 6.
Quod fallit quatuor in casibus, nu. 7.
Olationes. V. Consuetudo.
Oblati. V. Donati.
Oblationum appellatione quæ contineantur, d. 246. nu. 101.
Oblationes & eleemosynæ de jure debentur Parocho, decis. 246. nu. 102.
Quod fallit si fiant in Monasterio Regularium, nu. 103.
Obligatio recipit strictam interpretationem, d. 102. nu. 19.
Obligatio rei litigiosæ utrùm possit fieri sub hypotheca vel pignore, d. 211. nu. 4.
Obsequiarum quæ fieri solent regiis Personis causa tractanda est apud Judicem Ecclesiasticum, d. 160. nu. 8.
Qui compelli possint ad eas accedere, d. 176. nu. 37.
Obventionum appellatione quæ veniant, d. 246. nu. 104.
Oeconomus non potest poni ab Episcopo tempore vacantis Ecclesiæ quæ est patronatus Ecclesiastici, decis. 39. numero 2.
Officiales regii possunt ingredi & scrutari aliena territoria, & delinquentes capere absque licentia ordinariorum, d. 237. nu. 3.
Item cum sono emisso ingrediuntur Ecclesias & hospitalia, aliaque bona & scrutantur sine assistentia Judicis Ecclesiastici, & extrahunt ab eis malefactores sine incursu excommunicationis, d. 237. nu. 4.
Etiam Clericos, nu. 5.
Officiales regii an possint ingredi sono non emisso domos Ecclesiasticorum, & inde extrahere malefactores laicos absque assistentia Judicis Ecclesiastici. Duplex affertur opinio, d. 237. à nu. 6. ad 20.
Et an possint facere executionem in bonis laicorum ibi repertis sine assistentia judicii Ecclesiastici, d. 237. numero 8. & 14.
Quid si per Ecclesiasticos resistatur, nu. 19. & 20.
Officii seu exercitii alicujus ratione, quod quis exercebat, si desierit illud exercere, conveniri tamen debet coram Judice illius exercitii, d. 163. nu. 2.
Officiales sanctæ inquisitionis an possint conveniri, remedio *l. diffamari*, *Cod. de Ingen.* coram sæculari Judice, decis. 238. nu. 47.
Et quid in familiaribus sanctæ inquisitionis, nu. 48.
Officiales regii tam perpetui quàm temporales, quandonam debeant querelari pro omissionibus, d. 243. n. 6. 7. & 8.
Et an sint audiendi vel condemnandi si finitis computis in officio magistri rationalis comparuerint cum memoriali asserente se quasdam partes recepisse in computum non deductas, nu. 9.
Officiales dantes computa in officio magistri rationalis juxta extractionem, & verificationem computorum per notarios suæ Curiæ, si aliquas quantitates celaverint, condemnari possunt ad solvendas quantitates celatas in redditione computorum, d. 243. nu. 10.
Officiales, V. familiares. V. Judices.
Operarius à Clerico conductus, si coram sæculari judice de turbatione, furto vel damno dato acquieverit, an Clericus possit forum sæcularis Judicis declinare, decis. 178. numero 21.
Operarii Ecclesiæ an possint esse laici, d. 142. n. 1. 2. & 3.
Et an gaudeant fori Ecclesiastici privilegio, num. 7. 8. 9. 10. & 15.
Operarii Laici Ecclesiæ litigantes pro opera ipsius Ecclesiæ restituuntur in integrum adversùs omissas probationes, dec. 142. nu. 16.
Operarii. V. Laici.
Opera quænam in Ecclesiis parochialibus fieri debeant ad Ecclesiasticum Judicem spectat contributiones decernere, & ad illas solvendas cogere, d. 80. nu. 55.
Optionis & oppositionis privilegium competens in Cathalaunia mulieribus transfertur ad filios hæredes matris, decis. 241. nu. 29.
Et ad Nepotes, nu. 31.
Opus novum. V. Nuntiatio.
Opus novum facere non dicitur qui refecit antiquum, decis. 76. nu. 10.
Ordinatus à non suo Episcopo absque litteris dimissoriis proprii Episcopi aut cum falsis de jure gaudet fori privilegio, d. 128. nu. 2.
Secus per constitutionem Urbani VIII. nu. 3.
Nisi proprius Episcopus ratam habeat ordinationem, n. 5.
Ordinatus per simoniam gaudet fori privilegio, d. 128. n. 6.
Ordinatus prima tonsura aut minoribus ordinibus ante legitimam ætatem gaudet privilegio fori, d. 128. nu. 7.
Idem est de ordinato extra tempora, nu. 8.
Ordinatus ab Episcopo qui conferre non debebat propter aliquod impedimentum juris gaudet privilegio fori, dec. 128. nu. 9.
Quod limitatur, nu. 10.
Ordinatus ab Episcopo qui renuntiavit Episcopatui gaudet privilegio fori, d. 128. nu. 11.
Pariter Ordinatus post contractam irregularitatem, n. 12.
Pariter etiam illegitimus, vel aliàs Infamis, nu. 13.
Pariter quoque excommunicatus, suspensus, vel interdictus, nu. 14.
Ordinatus sine intentione, & animo Clericandi seu perseverandi in clericatu, gaudet privilegio fori, & aliis, dec. 128. nu. 15. & 16.
Nec ille, nec Episcopus ordinans peccant mortaliter, nu. 17. & seq.
Ordinatus cum litteris dimissoriis per Capitulum seu Vicarium generalem sede vacante non gaudet privilegio fori in criminalibus, d. 128. nu. 22. & seq.
Ordinatus cum litteris dimissoriis per aliquem Abbatem, vel Prælatum inferiorem concessis non gaudet privilegio fori, d. 128. nu. 29. & 30.
Ordinatus ab Abbate seu Prælato inferiore exempto non habente potestatem ordinandi, non gaudet privilegio fori, d. 128. nu. 40.
Ordinari quis non potest ex titulo Capellaniæ ad nutum amovibilis, d. 129. nu. 29.
Ordines in Ecclesia sunt septem secundùm Theologos, sunt novem secundùm Canonistas, Eorum nomina, dec. 126. numero 1.
Ordo propriè non est tonsura, d. 125. nu. 2.
Ordines sunt quatuor minores, reliqui tres sunt sacri [& majores dicuntur, d. 125. n. 4.
Ordo subdiaconatus in primitiva Ecclesia inter sacros non numerabatur, d. 225. nu. 5.
Secus hodie, nu. 6.
Et à quo tempore, nu. 7.
Ordo, verbum hoc generaliter & absolutè prolatum comprehendit primam tonsuram juxta usum Canonum, & communem loquendi modum, d. 126. nu. 4.
Ordo Clericatus per primam tonsuram confertur, dec. 126. numero 5.
Ordo seu conditio superveniens tollit onus antea impositum, d. 196. nu. 2.
Ornatus de se provocans ad malum est peccatum mortale, d. 122. nu. 24.
Ornatus Mulierum esse debet juxta morem loci, d. 123. n. 35
V. Mulier.

P

PActum inter Dominum & Vassallos ut non eant ad aliud molendinum vel furnum, aut similia, non inducit districtum, d. 254. nu. 9. & 10. V. Baro. V. Districtus.
Pactum in creatione census appositum per quod venditor tenetur intra certum tempus dare specialem obligationem alicujus proprietatis cum titulis quæ cedant in eorum extinctionem, an sit validum, d. 198. n. 19. & 20.
Pactum de retrovendendo, venditore mortuo transit ad ejus hæredem etiam extraneum, licèt de eo nulla mentio facta fuerit in contractu, d. 149. nu. 58.
Et potest alteri legari, cedi, vendi, & donari, n. 59. & 60.
Quod limitatur usque ad nu. 63.
Pactum de retrovendendo quòd res non redimatur nisi propriis pecuniis valet, d. 149. nu. 64.
Pactum de retrovendendo appositum in venditione est omni jure licitum, d. 149. nu. 2.
Sive sit perpetuum sive limitatum affirmativè aut negativè, nu. 3. & 4.
Etiamsi expressum fuisset quòd non liceret redimere nisi collectis fructibus, nu. 5.
Nisi concurrant conjecturæ simulationis & usuræ, n. 6. & 7.
Pactum de retrovendendo cum modicitate pretii sive perpetuum sive limitatum efficit contractum usurarium, d. 149. nu. 8. & seq.
Et facit rem minus valere, nu. 19.
Et quantum diminuat de rei valore in utroque casu, nu. 23. & seq.
Pactum de retrovendendo collatum ad certum tempus, eo elapso, amplius exerceri non potest, dec. 149. numero 29. & 30.

Quod ampliatur & limitatur usque ad nu. 41.
Pactum de retrovendendo limitatum continet facultatem redimendi etiam novissima die temporis limitati, d. 149. n. 42
Pactum de retrovendendo absolutum præscribitur spatio triginta annorum, d. 149. nu. 43. & seq.
Pactum de retrovendendo perpetuum ad venditoris libitum an præscribatur triginta annis.
Et quid in tertio, & contra tertium, d. 149. n. 46. & seq.
Pactum de retrovendendo computarur, inter immobilia, d. 149. nu. 57.
Pactum de retrovendendo ex parte tantùm venditoris validum est, d. 149. nu. 42.
Pacto de retrovendendo unus ex pluribus hæredibus venditoris, vel venditoribus uti non potest pro sua parte, dec. 149. nu. 66.
Potest tamen totam rem redimere, nu. 67.
Præstita cautione de restituendo, & reficiendo cæteris consortibus, nu. 68. & 69.
Pactum de retrovendendo quod redemptio fiat eodem pretio quo venditio facta fuit est validum, d. 149. nu. 71.
Quod si nihil dictum sit de pretio intelligitur de eodem, numero 72.
Licèt valor monetæ mutetur, nu. 72.
Pactum de retrovendendo an valeat, ut res pro minori vel majori pretio redimi possit, d. 149. nu. 74.
Pactum de retrovendendo quomodo probetur, decis. 149. numero 127.
Pagani, Judæi, & Cathecumeni non possunt excommunicari, secus hæretici, apostatæ, & schismatici, d. 230. n. 38.
Palatium est nomen quod convenit tantùm ædibus Regis, d. 250. nu. 23.
Palatium. V. Prorex.
Pallium. V. Baldachinum.
Papæ attributa referuntur, d. 248. nu. 5.
Papa vices Christi gerit in terris, d. 121. nu. 1.
Est major omnibus hominibus, nu. 2.
In hoc sæculo non habet superiorem & à nemine judicatur, sed solum Deum habet ultorem, nu. 3.
Papa studium generale erigere potest in tribus casibus, dec. 135. nu. 16. & seq.
Parochias duas habens in qua collectam solvere debeat, d. 180. nu. 29.
Parochialis Ecclesiæ reparatio. V. Ecclesia.
Parochi. V. Rectores.
Parochiani cogi possunt ad servandum honestam & laudabilem consuetudinem favore Ecclesiæ, d. 170. nu. 17.
Et cogendi sunt per Ecclesiasticum Judicem ad servandam diurnam consuetudinem offerendi aliquid in Ecclesia diebus Dominicis & festivis, nu. 18. & 19.
Parochiani si sint pauperes nec possint reficere Ecclesias parochiales quid agendum, d. 280. nu. 60.
Parium eadem est natura, d. 205. nu. 12.
Parochus utrùm possit immittere se in bonis vacantibus. V. Judex.
Partis oppositio necessaria est ut dicatur non constare de jurisdictione Delegati, propter non insertam Commissionis copiam in prima citatione, d. 233. nu. 16.
Pater spiritualis non succedit ab intestato filio spirituali, nec filius Patri, d. 65. nu. 28.
Pater tenetur dotare filium non solùm pro matrimonio carnali, sed etiam pro spirituali, d. 124. nu. 29.
Qualis & quanta debeat esse Dos, nu. 30.
Pater non privatur usufructu bonorum adventitiorum filii ingredientis Religionem, d. 124. nu. 30.
Pater effectus monachus religionis capacis bonorum in communi, an amittat usum fructum quem habebat in bonis filii, vel potiùs usus fructus transeat ad Monasterium, d. 124. nu. 51.
Pater an teneatur & cogatur dotare filias solo Judicis officio, vel jure actionis, d. 245. nu. 42. & nu. 43.
Tam per Judicem Ecclesiasticum quàm sæcularem, nu. 44. V. seq.
Patria potestas dissolvitur per professionem in aliqua Religione approbata à summo Pontifice & non per ingressum Religionis, d. 137. nu. 44.
Patriarchæ & Archiepiscopi respectu executionis & exercitii majorem habent sollicitudinem quàm Episcopi, quos præcellunt & magis privilegiatæ Personæ sunt, dec. 122. numero 1.
Sed respectu ordinis in substantia, idest respectu caracteris nihil plus habent quàm Episcopi, nu. 2.
Patriarcharum appellatione non veniunt Archiepiscopi, & Episcopi, d. 124. nu. 3.
Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi fori privilegio gaudent, d. 124. nu. 6. & 21.
Patriarchæ subesse debent qui sunt in ejus territorio, d. 124. numero 8.
Patriarchæ conveniendi sunt coram summo Pontifice, decis. 124. nu. 9.
Patriarcha an tenere possit baldachinum. V. Episcopus.
Patriarchæ æquiparantur Regibus & Principibus superiorem non recognoscentibus, d. 240. nu. 35.
Et summorum Pontificum utuntur privilegiis, nu. 36.
Appellantur summi & Principes Patrum, nu. 37.
Præferuntur ideó Archiepiscopis & Episcopis, nu. 38.
Et cæteris Prelatis sunt majores, nu. 39.
Patronis laicis tempus 4. mensium est præfinitum ad præsentandum, d. 26. nu. 53.
Qui currunt à die scientiæ vacationis, ibid.
Secus in beneficiis patronatus regii. Et quare, d. 26. n. 54
Patronatus. V. Beneficia. V. jus.
Patronatus est laicalis & sæcularis, d. 25. nu. 52.
Nec potest ullo modo per privatos acquiri, d. 26. nu. 55
Cum sit jus regale, nu. 56. & d. 30. nu. 76.
Regalia autem non possunt acquiri absque titulo, decis. 27. nu. 57.
Patronatus regii beneficia etiam per 100. annos ab aliis possessa, non tamen illis acquiruntur pro collatione, ibid. numero 58.
Hæc enim collatio non potest alienari aut transferri, nu. 59.
Nec amittitur per defectum nominationis ex parte Regis numero 60.
Patronatus amittitur per non usum, ibidem & nu. 61.
An extendatur ad consistorialia beneficia noviter erecta, d. 18. nu. 68.
Patronus intra quod tempus præsentare debeat. V. Beneficium. V. tempus.
Patrono Ecclesiastico incumbit providere de legitimo administratore Ecclesiæ, d. 36. nu. 2
Ut Ecclesiastici fideliter administrent redditus, d. 40. nu. 5
Laicus non debet se immiscere in administratione Ecclesiæ vacantis, nisi adsit consuetudo, vel privilegium contrarium, nu. 6.
Pascendi jus in agris alienis an sit reale vel personale, & quanto tempore præscribatur, d. 212. nu. 70.
Pascendi jus quocumque fuerit acquisitum titulo, cessat dum pascua omnibus non sufficiunt, & tunc præferuntur illi in quorum territorio sita sunt, ibid. nu. 71.
Pascuorum causa est ardua & gravis, d. 213. nu. 47.
Pascua. V. decis. 212. & 213. *per tot.*
Pascua dicuntur loca in quibus pecora pascuntur, dec. 212. numero 1.
Pascua sunt vel publica vel privata, d. 212. nu. 3.
Publica vel sunt propria ipsius Universitatis, vel communia omnibus Civibus, nu. 4.
Communia quæ sint, nu. 6.
Pascua communia sunt Universitatis & non Baronis, nu. 7. & sequenti.
Pascua privata quæ sint, ibid. nu. 12.
Pascuorum jura sunt favorabilia, d. 212. nu. 23.
Pascua ratione viciniæ competunt, ibidem nu. 38.
Pascendi jus habens potest in illis pernoctare animalia, n. 37.
Et facere tugurium hiemali tempore, nu. 58.
Et ligna scindere ad usum Custodum, nu. 59.
Eique usus aquæ prohiberi non potest, nu. 56.
Pecora morbosa & pestifera à pascuis liberis expelli possunt, d. 214. nu. 9.
Et pro eis locus separatus est assignandus, nu. 14.
Pecora communitatis Clericorum si sint morbosa debent manifestari à Pascentibus sub pœna legali, cujus cognitio pertinet ad Judicem sæcularem, d. 217. nu. 15. & 16.
Pecora V. Animalia.
Pecunia in intimis agri deposita ut ibi servetur, utrùm sit thesaurus, & utrùm ibi inventa venditori debeat restitui, d. 97. nu. 31.
Sub Cautione. V. Cautio.
Pecunia propria quæ dicatur, d. 149. nu. 65.
Pensionem obtinens super fructibus Beneficii Ecclesiastici, si non incedat in habitu & tonsura, nec inserviat Ecclesiæ de mandato Episcopi, an gaudeat privilegio fori, d. 129. à nu. 66. ad 72.
Pensio quando dicatur data in titulum, d. 129. nu. 73.
Pensiones sicut & beneficia vacant per sæcularem militiam, neque recuperantur per novum Clericatum, d. 303. nu. 9. & seq. V. Beneficia.
V. etiam, d. 304. nu. 9. & seq.
In qua exponuntur requisita à Concilio Tridentino, & d. 305. nu. 24. & 25.
Pensio utrùm vacat per sæcularem militiam. V. Beneficia.
Periculum quoties datur in mora, receditur à Regulis juris etiam prohibitivis, d. 77. nu. 13.
Perjurium incurritur per solam libelli oblationem, d. 185. numero 3.
Perjurii exceptione opposita repellitur agens à limine judicii decis. 185. nu. 5. 6. & 7.
Perjurii exceptio ut repellat agentem à limine judicii opponenda est à Parte, d. 185. n. 8. & 9.
Et potest opponi in quacumque parte judicii, n. 10. & 11.

Per-

Perjurii exceptio licèt ab agendo repellat non tamen repellit ab excipiendo, d. 185. nu. 12. & seq.
Perjurium non incurritur a Principali, quando Procurator absolutione non obtenta agit adversus contractum juratum, sed tantum processus est nullus, d. 185. n. 16.
Permutatio rei litigiosæ non valet, d. 211. nu. 5.
Personæ miserabiles in fiscalibus causis non habent fori privilegium, d. 8. nu. 2.
Personæ appellatione si inspiciatur propria vocis significatio non veniunt Capitulum, Communitas, & Collegium, d. 123. nu. 4.
Secus in lata significatione, nu. 5.
Pestis tempore facere banna, ne quis accedat ad locum pestis est mixti imperii, d. 148. nu. 22.
Pharmacopœam utrùm monasteria Regularium possint habere, d. 218. nu. 8. & seq.
Pia causa habet privilegium restitutionis in integrum, ut jure minoris restituatur, d. 141. nu. 19.
Pignoramentum, V. Cognitio.
Piscarius communitatis Clericorum, qui utitur falsis ponderibus & mensuris, non potest puniri ab Ædili seu alio Judice sæculari, sed cognitio pertinet ad Ecclesiasticum, dec. 218. nu. 2.
Nec potest vendere pisces laicis, nu. 3.
Piscatio Clericis est permissa, d. 218. nu. 4.
Quod fallit aliquando, nu. 5. 6. & 7.
Piscatio quid sit, d. 229. nu. 5.
Piscandi jus an sit de regalibus, an verò tantùm redditus piscationum, d. 229. nu. 29.
Piscatio, V. Princeps.
Pœna triremium an sit meri vel mixti imperii, d. 148. n. 26.
Pœna exilii cujus sit imperii, nu. 27.
Pœna deportationis, nu. 28.
Pœna publicationis bonorum est meri Imperii, d. 148. n. 30.
Pœna relegationis est mixti imperii, d. 148. nu. 86.
Pœna imposita contra Macellarium Communitatis Clericorum si vendat carnem laicis debet esse moderata, d. 211. num. 27.
Pœnitentes pœnitentiis solemnibus an gaudeant privilegio Ecclesiastici fori, d. 137. nu. 65.
Pœna spiritualis non tollit temporalem, & vice versa, dec. 152. nu. 44.
Pœna contra Injuriantem quæ sit, V. Injurians.
Pœna excommunicationis imposita in foro interno non tollit pœnam corporalem delicto debitam, d. 176. n. 9. & 10.
Pœna corporalis à sæculari Judice imposita censetur gravis juxta qualitatem delicti, ibid.
Pœnam à jure statutam non potest Judex augere, vel minuere, d. 269. nu. 84.
Secus si sit justa Causa, & quæ sit, d. 270. n. 75. & 86.
In quibus delictis pœna possit augeri, nu. 87.
Pœnitentia publica datur ad scandalum removendum, dec. 173. nu. 1.
Pondera & mensuræ publicæ Civitatis signo debent signari, d. 207. nu. 28.
Pondera approbata sicut & mensuræ sunt quæ congruunt legi & locorum consuetudini, d. 207. nu. 27.
Ponderum & mensurarum ordinatio prima ad Principem spectat, d. 207. nu. 26.
Pondera a Principe instituta debent postea æquari ab Ædilibus, d. 207. nu. 27.
Pontifex recipitur sub pallio seu Baldachino, V. Baldachinum. Est Dominus Dominantium, d. 332. nu. 21.
Possessio immemorialis titulum facit præsumere, & locum habet tituli, d. 15. nu. 10.
Possessio partis interrumpit totius præscriptionem, dec. 27. num. 63.
Possessio præsentandi ad unum beneficium trahitur ad alia sub eadem fundatione contenta, d. 28. nu. 64.
Sicut conferendi alia beneficia sub indulto contenta. ibid.
Quod limitatur, d. 28. nu. 65. & seq. ibid.
Possessio transit in Viduam quæ tenet bona viri etiam vinculata, d. 143. nu. 41.
Vacare numquam dicitur Ecclesia, d. 215. nu. 4.
Possessio honorandi attenditur, V. honores.
Possessorii actus dantes causam liti non attenduntur in manutentione, d. 233. nu. 23.
Quod limitatur, nu. 24.
Non tamen prosunt si contradicti sint, nu. 25.
In rebus Ecclesiæ acquiri non potest, d. 244. nu. 6.
Possessorium summarium an inducat vitium litigiosi, V. Litigiosa res.
Possessorium judicium trahit incidenter causæ proprietatis cognitionem, d. 222. nu. 56.
Præcedentiam laicis Episcopus non debet in Ecclesia concedere, sed scamna debent esse communia, d. 159. nu. 8.
Conceditur tamen ex gratia, nu. 9.
Sed non potest haberi Episcopo invito, & contradicente, num. 11.
Præcepta cæremonialia veteris legis per passionem Christi Domini, & legis Evangelicæ publicationem expiraverunt, d. 170. nu. 7.
Præconia, V. Banna.
Prædicator seu Concionator cujus sumptibus alendus sit, d. 180. nu. 39.
Præeminentia, V. Cognitio.
Præfectus prætorio non solùm illustris & illustrissimus vocabatur, sed etiam excellentissimus, d. 248. nu. 24.
Præfecti prætorio quale esset officium, decis. 249. num. 27.
Præjudicium Ecclesiæ parochialis in nova constructione alterius Ecclesiæ in quo consistat, d. 246. nu. 100.
Prælatus Ecclesiasticus non potest visitare domos mulierum publicarum, d. 134. nu. 37.
Præscripto totius interrumpitur in possessione partis, dec. 27. num. 63.
Præsentatio intra quale tempus debet fieri. V. Beneficium. V. Tempus.
Præsides regiæ Cancellariæ honorari debent de urbanitate, titulo Dominationis, d. 249. nu. 2.
Præstimonium in dubio an dicatur Beneficium, dec. 129. num. 31.
Præventio duplex est verbalis, & realis, d. 20. nu. 9.
Verbalis acquiritur per citationem personalem, nu. 10.
Modo sit legitima, d. 206. nu. 13.
Neque per actum nullum, ibid.
Præventio realis inducitur per capturam Personæ, d. 207. num. 22.
Etiam unius inter plures Complices, ibid.
Præventio facta contra Mandatarium censetur facta contra Mandantem, ibid.
Præventio ut procedat captura debet esse legitima, dec. 208. num. 23. & 24.
Et ad instantiam Partis seu fisci, nu. 26.
Præventio realis est fortior verbali sive præcedat sive sequatur, d. 208. nu. 26.
Non inducitur per affectatam capturam, nu. 28.
Nec inducitur per capturam in civilibus, sed tantum in criminalibus, d. 209. nu. 28.
Pretium debet esse justum ut vicinus cogatur Ecclesiæ vendere rem suam, d. 245. nu. 81. & 86.
Nec potest haberi fides de pretio, sed statim pretium præsenti pecunia numerata solvi, nu. 87.
Nisi urgeret extrema necessitas, nu. 88.
Et pretium quomodo fiat justum, ibid.
Pretium domus quomodo æstimandum, d. 246. nu. 94.
Et solvi debet antequam Ecclesiæ res vendatur & tradatur, num. 95.
Estque deponendum integrum, nu. 96.
Pretium justum est quod arbitrabitur Judex, decis. 246. num. 90.
Prævia æstimatione, nu. 91.
Per peritos & expertos, nu. 92.
Quod juxta eorum æstimationem Judex declarat, nu. 93.
Primitiæ dicuntur primi fructus terræ eo anno collecti, d. 198. num. 1.
Quæ ex primaria intentione Deo offeruntur in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, nu. 2.
Et in hoc differunt a Decimis, nu. 3.
Debebantur antiqua lege scripta, & debentur de jure Canonico, nu. 4. & 5.
Sed servari debet consuetudo tam circa debitum, quàm circa quantitatem; & quibus, à quibus, & in quo loco sint solvendæ, nu. 6.
Et vix sunt in usu, nu. 7.
Primitiæ in pluribus Cathaloniæ parochiis solvuntur Rectoribus, Parochis ex primaria institutione ad eorum sustentationem, præsertim in locis ubi Decimæ non spectant ad Parochos, d. 198. nu. 8.
Primitiæ & Decimæ metiuntur eisdem Regulis, d. 190. n. 9.
Primitiarum quis sit Judex competens in Cathalonia, Judex Ecclesiasticus an sæcularis, d. 190. nu. 10.
Et quid hodie servetur, nu. 11. & 12.
Primitiæ solvi debent Rectoribus & Parochis loci in quo prædia sita sunt, nisi Consuetudo aliter disponat, decis. 190. num. 13.
Princeps solo verbo potest creare Duces, Marchiones, & Comites, d. 135. nu. 80.
Princeps sæcularis, ad promovendam & muniendam legem Ecclesiasticam potest suis legibus atque statutis præcipere observantiam dierum festorum de præcepto, & imponere pœnas Transgredientibus, dec. 171. nu. 30.
Princeps potest solus providere Cathedras, earumque provisioni novam formam, novosque Electores designare, d. 135. nu. 72. & 73.
Princeps potest Universitatem studii generalis ex uno loco ad alium transferre, aut omnino destruere, decis. 135. num. 73.

Princeps ſupremus volens aliquem doctorem promovere, poteſt eum ad examen ſubeundum in academia, aut apud aliquos Doctores deſtinare, d. 135. nu. 86.
Princeps ex regalibus poteſt prohibere, ne quis facultate naturali utatur furnum apud ſe conſtruendi, d. 216. nu. 10.
Princeps an poſſit prohibere venationem, aucupium, & piſcationem, d. 227. nu. 9. & ſeq.
Poteſt ſibi reſervare quædam loca in quibus venationem & piſcationem ſolus exerceat, nu. 28. & 40.
Princeps poteſt Privato privilegium concedere, ut ipſe ſolus in aliqua parte maris aut fluminis publici, aut agri privati, poſſit piſcari & venari, d. 227. nu. 30. & 31.
Princeps & alius Officialis pro effectu deputatus poteſt domum Privati pro decore & ampliatione Civitatis aut viæ publicæ deſtruere, d. 246. nu. 18.
Principes quo titulo de urbanitate vocentur, d. 248. n. 7.
Princeps ſolus poteſt habere conſilium & audientiam, dec. 250. nu. 25.
Princeps ſæcularis contra Clericorum ſtatum nihil directe, nec indirecte attentare poteſt, d. 136. nu. 50.
Princeps ex animi magnitudine ſolet verbales ſubditorum injurias contemnere, d. 169. nu. 31.
An licentiam poſſit concedere domos tenere luſorias, dec. 117. nu. 92. & 93.
Prior Cathaloniæ, & Ballivius Majoricarum, Eques Melitenſis quo titulo decorentur litteris regiis, & quo titulo de urbanitate, d. 247. nu. 9. & d. 248. nu. 13.
Prioratus, V. Beneficia.
Prioratus nomen cum aliis prælaturis convenit, & qua ratione, d. 20. nu. 28. & ſeq.
Quid in Cathalonia, ibid.
Privignus an Vitrico ſuccedat excluſo fiſco. V. Privilegium fori, & immunitatis Eccleſiaſticæ favorabile eſt, & latiſſime interpretandum, d. 123. nu. 8. & ſeq.
Privilegium Domini Regis Jacobi primi conceſſum Civitati Barcinonæ contra filios & filias ingredientes Religionem invitis parentibus, quomodo ſit intellectum per noſtram regiam audientiam, d. 124. a nu. 23. ad 28.
Privilegia Canonis & fori Eccleſiaſtici in criminalibus reſtringuntur ad Clericum conjugatum qui cum unica & virgine contraxerit, d. 136. nu. 6.
Privilegio Canonis gaudens debet gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici, d. 137. nu. 2.
Privilegium Canonis amittitur facilius quam privilegium fori, d. 137. nu. 3.
Privilegium perſonale non egreditur Perſonam, d. 144. n. 3.
Quod limitatur, nu. 10.
Privilegiatus contra Privilegiatum non gaudet privilegio communi, d. 246. nu. 55.
Quomodo hæc regula intelligatur, nu. 59.
Privilegium amittit qui illo abutitur, d. 208. n. 18.
Privilegium exemptionis à ſolutione decimarum eſt perſonale, non verò reale, d. 220. nu. 25.
Privilegia contraria ſi duo concurrant, attenditur illud in quo agitur de damno vitando, non autem de lucro captando, d. 246. nu. 56.
Quomodo hoc intelligatur, nu. 60.
Privilegium fratrum Prædicatorum & Carmelitarum de non ædificandis novis Monaſteriis infra ſpatium centum quadraginta cannarum eſt principaliter conceſſum P. Theatinis, d. 246. nu. 140.
Privilegium hoc à Clemente IV. conceſſum fratribus Minoribus, etiam competit aliis mendicantibus, d. 246. n. 141.
Privilegium conceſſum ſuper diſtantia cannarum an ſit in uſu in magnis Civitatibus, d. 246. n. 141. & 143.
Et an ſit revocatum per Conſtitutionem Clementis VIII. Gregorii XV., & Urbani VIII. d. 246. nu. 144.
Et tale privilegium non procedit in ampliatione Eccleſiæ, numero 148.
Proceſſus factus per Judicem ſæcularem contra Clericum eſt ipſo jure nullus, d. 154. nu. 8.
Proceſſus nullus ex defectu juriſdictionis præſervat rem à vitio litigioſi, d. 216. nu. 29.
Procurator generalis ad lites non poteſt prorogare juriſdictionem alieni Judicis, etiamſi coram eo compareat, dec. 160. nu. 25.
Quod ampliatur & limitatur uſque ad nu. 33.
Procurator generalis quam facultatem habeat, d. 169. n. 30.
Quam ſpecialis, nu. 31. & 32.
Procurator. V. Sindicus.
Procurator ad lites non poteſt renuntiare liti abſque ſpeciali mandato, d. 242. nu. 46. & 47.
Procurator ad negotia poteſt eſſe minor 25. annorum, ſed tamen major plena pubertate, d. 300. nu. 25.
Proditor dicitur qui ſecreta Principis Hoſtibus revelat, dec. 265. nu. 70. & d. 271. n. 91.
Proditor confugiens ad Eccleſiam de jure communi non gaudet illius immunitate, d. 265. nu. 70.
Proditor Principis dicitur proditor Dei, d. 266. nu. 71.
Prohibitio à Domino facta Vaſſallis ne ad aliud molendinum quàm ſuum eant &c. V. Baro. V. diſtrictus.
Prohibitio extractionis frumenti farinam continet, & panem, d. 209. n. 12. & 13.
An comprehendat legumina, ibid. nu. 14. & ſeq.
Prohibitio extractionis vini continet uvas, ſi ex quantitate conſtet eas deſtinari ad conficiendum vinum, d. 209. n. 19.
Quædam exceptiones afferuntur, uſque ad nu. 24.
Prohibitio extractionis Victualium quæ comprehendat, dec. 209. nu. 29.
An Minor comprehendatur ſub illa prohibitione, nu. 26.
Promiſſionum materia apud nos *Axaus* remiſſivè, dec. 149. numero 123.
Pronepos. V. Nepos.
Proreges quo titulo illuſtrentur litteris regiis & de urbanitate etiam poſt depoſitam adminiſtrationem, d. 247. nu. 17. & 18.
Proreges habitare poſſunt in Palatiis regiis, d. 250. n. 24.
Proreges in Cathalonia creant Doctores non ſolùm in jure civili, ſed etiam in jure Canonico, præcedente rigore examinis, d. 135. nu. 87.
Prorex quomodo ſit recipiendus. V. Baldachinum. V. Inſignia.
Prorex æquiparatur Præſidibus provinciarum, dec. 339. n. 18.
Prorex an tenere poſſit ſtratum in presbyterio, d. 344. n. 8.
Prorogare forum. V. Fiſcus.
Prorogatio juriſdictionis quid ſit, d. 169. nu. 1.
Poteſt fieri expreſſe & tacite, nu. 2.
Eſt permiſſa, dummodo Judex prorogatus juriſdictionem habeat, nu. 13.
Prorogatio videtur facta Judicis incompetentis ſi Actor alienæ juriſdictionis coram eodem Judice reconveniatur per Reum, coram quo ipſe Reus fuit conventus, d. 169. nu. 9.
Proviſio beneficiorum vacantium ad ſedem Apoſtolicam ſpectat, d. 34. nu. 20.
Proximior ſuccedens ab inteſtato quam partem bonorum teneatur expendere pro impenſis funerum, & Miſſarum, d. 70. numero 46.
Puellam ſequeſtrare ad explorandam ejus voluntatem an ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel Judex ſæcularis hoc facere poſſit, d. 173. à n. 12. ad 18.
Puella ſi nubit durante lite ſuper matrimonio, ſequeſtranda eſt cum interdictione Copulæ, & converſationis, dec. 173. n. 20.
Niſi matrimonium jam eſſet conſummatum, tunc enim non ſequeſtratur, nu. 21.
Puella ſi pro educatione ſequeſtratur, ſequeſtrum fieri debet per Curiam ſæcularem, d. 173. nu. 22.
Et hujuſmodi ſequeſtrum non requirit citationem, nu. 23.
Puella. V. Cauſa educationis Puellæ.
Pupilli & Minores 25. annis non poſſunt prorogare juriſdictionem alieni Judicis ſine authoritate Tutorum & Curatorum, d. 169. nu. 21.

Q

Qualitas tribuens juriſdictionem ante omnia probari debet, d. 48. nu. 18. 19. & 22.
Qualitas Delicti ut ab immunitate Eccleſiaſtica privet, plenè probari debet, ibid. nu. 20. & 23.
Quæſtor candidatus non ſolùm illuſtris, ſed etiam illuſtriſſimus vocabatur, d. 249. nu. 21.
Quæſtoris candidati officium quale eſſet, d. 249. nu. 29.
Quarta an detrahatur per aſcendentes. V. Aſcendens.

R

Raptor Virginum ſeu aliarum mulierum honeſtarum utroque jure punitur, Cæſareo & Pontificio; eſtque mixti fori, d. 175. nu. 7. & 8.
Raptor contrahens matrimonium cum rapta muliere, nullo prævio matrimonii tractatu, an evitet pœnam mortis, jure civili propter raptum impoſitam, vel ſit omninò liberandus, aut mitius puniendus, d. 175. nu. 11. 12. & 13.
Quid de pœnis impoſitis per Concilium Tridentinum, n. 14.
Quid ſi præceſſerint ſponſalia de futuro, nu. 15.
Et quis Judex cognoſcat, nu. 16.
Raptor ſive matrimonium contrahat ſive non cum muliere rapta, tenetur decenter eam dotare arbitrio Judicis, dec. 175. nu. 16.
Attenta utriuſque qualitate, nu. 17.
Ratio ſumma eſt quæ pro Religione facit, d. 246. n. 23.
Reconvenire poteſt Reus actorem coram proprio Judice rei, etiamſi aliunde eſſet incompetens, d. 242. nu. 26. & 27.
Ratio; nu. 28.
Et fieri poteſt ab actore ipſius Rei, quamvis eſſet incompetens reſpectu actoris, ibid. nu. 26. & ſeq.
Et fieri debet coram Judice convetitionis, nu. 29. & 30.
Reconventionis natura eſt, quòd fiat ſub uno Judice, ib. numero 31.

Nisi actor taceat & non opponat, n. 32.
Reconventio in omnibus causis permissa est, nisi expresse reperiatur prohibita, ibid. n. 33.
Et coram omni Judice, n. 34.
Reconventio in causis summariis an possit fieri de causa plena, ubi variæ conciliantur opiniones, dec. 242. à n. 62. ad 72.
Reconventio non admittitur in causa dotis, d. 242. n. 64. 71. & 74.
Nec in causa executiva, n. 66. & 72.
Nec in causa depositi, n. 68. & 73.
Reconventio quoad utrumque effectum habet locum in Regnis in quibus omnes Causæ sunt summariæ, d. 241. n. 77.
Reconventio Clerici in causa merè civili coram sæculari Judice non procedit in illis casibus in quibus proponi non potest contra cæteros actores laicos, d. 242. n. 93.
Auget salarium, sed non mutat nec auget qualitatem & naturam causæ, n. 94. & 95.
Reconventio, V. Clericus, V. Laicus. V. Minor.
Reconventio in Cathalonia debet fieri in scriptis cum supplicatione, d. 242. n. 11.
Valetque intra octo dies post libelli oblationem, licèt non fuerit Parti intimata, n. 12.
Et potest fieri durante citationis tempore ante libelli oblationem, n. 13.
Quod fusè declaratur usque ad n. 21.
Et prorogat omnem jurisdictionem usque ad n. 24.
Reconventio fieri potest coram Judice conventionis, licet alias incompetens est, in causa reconventionis, d. 242. à n. 5. usque ad 28.
Reconventio an fieri possit per laicum diffamatum contra Clericum diffamatorem, d. 238. n. 50.
Reconventio non admittitur imploratione assistentiæ seu brachii vel Ecclesiastici, vel sæcularis, d. 252. n. 38.
Reconventionis materia est intricata & valdè involuta, subtilis atque præclara, d. 242. n. 1.
Reconventio quid sit, d. 242. n. 3.
Reconventio facta censetur non solùm verbis expressis, sed etiam tacitè, per æquipollens scilicet petitione mutua, ibidem n. 4.
Etiamsi Reus non utatur verbo, Reconvenio, dummodo narraverit factum ex quo resultet reconventio tacita, num. 5.
Reconventio dividitur in duas species, alia enim est propria, alia impropria, d. 242. n. 6.
Propria quid sit, n. 7.
